LEXICON GRAECO-LATINUM

IN LIBROS

NOVI TESTAMENTI

USIBUS SCHOLARUM ET JUVENUM S. THEOLOGIAE CATHOLICAE STUDIOSORUM ACCOMMODATUM

AUCTORE

CHRISTIANO GOTTLOB WILKE.

EDITIONEM PERFECIT

VALENTINUS LOCH

s. theologiae Doctor et Professor publicus in reg. Lyceo Ambergensi, in Gymnasio linguam hebraicam docens.

RATISBONAE.

SUMTIBUS G. JOSEPHI MANZ.

1858.

LEXICON GRAECO-LATINUM

IN LIBROS

NOVI TESTAMENTI

USIBUS SCHOLARUM ET JUVENUM S. THEOLOGIAE CATHOLICAE STUDIOSORUM ACCOMMODATUM

AUCTORE

CHRISTIANO GOTTLOB WILKE.

EDITIONEM PERFECIT

VALENTINUS LOCH

s. theologiae Doctor et Professor publicus in reg. Lyceo Ambergensi, in Gymnasio linguam hebraicam docens.

RATISBONAE.

SUMTIBUS G. JOSEPHI MANZ.

1858.

B 4

LEXICON GRAECO-LATINUM

IN LIBROS

NOVI TESTAMENTI

USIBUS SCHOLARUM ET IUVENUM S. THEOLOGIAE CATHOLICAE STUDIOSORUM ACCOMMODATUM

AUCTORE

CHRISTIANO GOTTLOB WILKE.

EDITIONEM PERFECIT

VALENTINUS LOCH

s. theologiae Doctor et Professor publicus in reg. Lyceo Ambergensi, in Gymnasio linguam hebraicam docens.

RATISBONAE

SUMTIBUS G. JOSEPHI MANZ.

1858.

PRAEFATIO.

Introducentibus nobis hunc librum in usum publicum parvi visum est momenti, multa disserere de iis, quae necessaria sunt cuivis lexico Novi Testamenti; ut quid sibi velit: sit plenum et sufficiens, habeat subtilitatem in argumentatione de vocum significationibus, ut apparatus exornatus ad veritatem interpretationis certe ducat etc. — id autem de brevitate in libro adhibita exponi oportet, quod inprimis literarum sacrarum studiosorum ratio sit habita. Hi vero volunt de loco sive vocabulo aliquo Novi Test. lexicon consulentes, ut sine molestia et absque jactura temporis id inveniant, quod interpretationem loci istius facilem reddat. Si autem occurrant illis disquisitiones nimis prolixae de verborum significationibus, de praepositionum dein et particularum usu vario, cum observationum agmine ex Grammaticis prioris et recentioris aevi et exemplis ex auctoribus classicis et scriptoribus graecis congestis, et multa alia his similia, tunc facile fastidio capiuntur, atque locus quaesitus non raro praetermittitur, ita ut praegrandis copia minus ferat auxilii, quam prudens dederat parcitas.

Praecipue ergo brevitati consuli eo potuit, ut rarissime ad auctores classicos provocaretur et alii scriptores graeci conferrentur. Lingua enim hellenistica Novi Test. propria dignoscitur in significatione vocum gravissimarum distincta. Verba quidem ipsa apud veteres Graecos in usu fuisse, nemo contradicit, neque indiget argumento, quod plerumque nullius sit momenti; ea vero apud autores classicos eadem ratione et eodem nexu inveniri, quo in Novo Test., nemo literatus exspectabit. Scripta enim, quae dicuntur classica, sunt profana, Novum Test. in rebus tantum religiosis et sacris versatur; ibi scribunt poëtae, philosophi, rhetores etc., heic viri simplices, a quibus evangelizantur

pauperes; illi sunt Graeci, qui Graecis scripta edunt apta verbis et sententiis naturae gentium et terrarum, hi sunt Judaei lingua et spiritu Veteris Test. imbuti, qui libros suos dedicant omnibus linguae hellenisticae gnaris: Hebraeis, Romanis, Syris, Aegyptiis etc.; illi gentiles solummodo noverunt genealogias mythicas deorum daemoniacorum Olympi, hi sunt Christiani adorantes Deum solum et verum ejusque filium unicum, Jesum Christum salvatorem, cujus Spiritu illuminati vivunt et praedicant et scribunt.

Nec multum juvabit recurrisse ad LXX versionem graecam Veteris Test., aut ad scripta Philonis, philosophi, et Josephi Flavii, historiographi, Judaeorum; nec magnopere proficiet aliquis comparandis patribus ecclesiae graecae actisque graecis s. conciliorum. Sequuntur enim istiusmodi libri sensum verborum, qualis ex Novo Test. in Ecclesia jam receptus est, et utuntur iis verbis, quae dogmati dudum stabilito conveniunt. Nihil denique commodi scripta Byzantinorum in hac causa praestant.

Ne vero ultra modum hic liber ampliaretur, definitio lexici diligenter servata est. Inde elucidationes grammaticae modo ad constituendam significationem verborum in diverso contextu sententiarum necessariae receptae sunt; excursus vero de rebus Geographicis, Archaeologicis, Historicis etc. brevi rerum notitia data, praetermissi, ceteraque ad lexicon rerum biblicarum (biblisches Realwörterbuch) rejecta sunt. Neque etiam ad singulas voces omnes locos, in quibus leguntur, lector benevolus notatos requiret; talis enim vocum enumeratio integra in Concordantiis biblicis exhibetur. Quapropter illi quoque loci adscripti non sunt, quorum sensus idem est qui in exemplis prolatis et a tironibus in explicandis Novi Test. scripturis primo obtutu cognoscitur. Locus tamen gravioris momenti ullus vix desiderari poterit.

Cum in hoc lexico de eruenda significatione vocis alicujus loci obscurioris disquiratur, accurata comparatio cum locis intellectu facilioribus, e. g. in hac vel illa s. Pauli epistola cum locis parallelis ceterarum epistolarum, eodemque modo in Evangeliis synopticis etc., uncis inclusa additur, quod etiam tunc fit, quando locus comparatus forte aliam paulo diversam exhibuerit voculam, cujus tamen significatio bene nota vocabulum, de quo quaeritur, minus clarum satis illustrare potuit.

Apud alios lexicographos in usum venit, ut vocum singularum significationes in infinitum multiplicent, adlaborantes ut paene

cuivis loco, ubi idem vocabulum occurrit, alium sensum accommodent. Haud raro iidem ad hunc finem excerpta ex auctoribus classicis accumulant, rarissime rem probantia. More solito id agunt lexicographi illi, quorum minime refert, fidem Ecclesiae argumentis fulcire, immo qui omnibus viribus suas opiniones fidei Ecclesiae contrarias confirmare conantur. Quod quum persequi studeant, significationes verborum novas proferunt, atque locos singulos his subjungunt, parvam habentes curam verae significationis, dummodo quadret arbitrio lexicographi, qui solum in scriptura sua dogmata quaerit, et eo temeritatis protruditur, ut velit quandoque probare, eandem vocem in uno loco omnimodo significatum enuntiare contrarium illi, qui alio in loco existat. Revera autem multorum vocabulorum sensum authenticum vir Ecclesiae catholicae adscriptus, solus valet recte exponere; unde etiam nos rogamus, ut lector ea, quae dicta sunt de vocibus *Πίστις*, *Μυστήριον* etc. attente percurrat, de quibus auctor a vera fide alienus mirum quantum aliter judicabit, ac filius Ecclesiae fidelis.

De prioribus libri, cui nomen est „Clavis Novi Test.", editionibus a se factis C. G. Wilke*) in alio suo opere, in Hermeneutica biblica, **) professus est, „Lexicon a se editum in multis adhuc deficere; seque ansa nunc data scribendi lexicon in libros Novi Test., opus perfectum ad exemplar sibi in mente propositum exhibiturum esse." Id vero propositum hoc lexico condendo exequi voluit auctor, qui studio assiduo rerum theologicarum ductus, et gravissima ausus et perpessus veritate Ecclesiae catholicae cognita ad eam sincera mente se converterat. Haec nova elaboratio lexici in Novum Test., tota fundata regulis fidei Ecclesiae catholicae a priore, quam extra Ecclesiam confecerat auctor, liberae quae dicitur s. scripturarum explanationis principia dictata ex arbitrio interpretis secutus, quantum discrepet, lector benevolus legendo quasdam explicationes dogmaticas facile perspiciet.

Usus linguae latinae servatus est, quia Ecclesia catholica versionem Vulgatam latinam Novi Test. pro authentica habendam voluit, et quoniam linguae nostrae germanicae indoles saepius significatum verborum graecorum mox nimis latum, mox nimis angustum sumere postulat, usus quoque linguae latinae studiosis s. literarum haud difficilis videtur. Accedit, ut qui utitur hoc lexico in libros Novi Test. latine scripto occasionem quoque

---

*) C. G. Wilke, Clavis Novi Test. Lips. 1841. Ed. II. 1850.

**) Biblische Hermeneutik nach kathol. Grundsätzen rc. Würzburg 1853 p. 159.

habeat, facultatem suam probandi in exquirendo verba linguae vernaculae aequivalentia verbis latinis aeque ac graecis.

Cum in Ecclesia catholica valeat regula, ut in locis s. scripturarum, de quibus non exstat vel authentica interpretatio Ecclesiae vel unanimis s. Patrum consensus, explicatio doctrinalis, quae principiis logicis et philologicis innixa est, adhibeatur, auctor Wilke usus hac libertate, non anxie fuerat sollicitus, si forte singulis quaedam passim displiceant, et quum modeste intelligeret, non omnes explicationes rem acu attigisse, contentus erat persuasione, prolata firmis fulciri fundamentis, nec unam sententiam a fide Ecclesiae catholicae dissentire. Quaedam ab auctore solum tentata confitemur; cf. e. g. *Γενέα*, Act. 8, 33. *Λοιπόν*, Marc. 14, 41. *Ὑπέρ*, 1 Cor. 15, 29 al., semper tamen cum laude auctoris.

Expositis hoc modo principiis, quibus auctoris defuncti labor opusque innixum fuerat, jam explicari oportet, quaenam pars laboris ad editorem hujus lexici pertineat. Libro manu auctoris Wilke toto conscripto et parte non parva jam typis expressa, ipse morte praematura absumptus est. Paene triennio praeterlapso, ex quo cessaverat opera impressoris, clarus bibliopola noster G. J. Manz infra scriptum expostulavit, ut finem tandem operi jam coepto daret. Neque vero haec laboris pars editoris difficultatibus caruit. In votis enim erat, ad explicandas quasdam voces et locos Novi Test. e thesauris exegeseos s. scripturarum hujus temporis optima quaedam depromsisse, quum, jam perfecto auctoris opere, post praematuram ejus mortem plures doctores catholici libros exegeticos magni aestimandos publicassent. Ast hoc rarissime obtigit. Nemo enim nescit, interpretationem sinceram loci, sententiae, phrasis etc. cujusvis procedere ex recta singulorum verborum explicatione, e quibus componitur sententia, aeque ac significationem vocum modo ex contextu totius loci percipi posse. Inde benevolus lector facile conjiciet, phrasis alicujus uno vel pluribus verbis alphabetico ordine dispositis atque jam prelo excusis, in explicandis ceteris hujus phrasis verbis nondum excusis nihil sine maximo discrimine potuisse immutari. In quantum vero fieri potuit, omnes commentarios in libros Novi Test. proximis annis scriptos, atque interpretationes locorum singulorum, quae in virorum doctorum tractatibus pro tempore editis inveniuntur, neque minus Grammaticam idiomatis Novi Test. auct. Winer, ed. VI. 1857, lexica novissima Bretschneideri, ed. III. 1840, Wahlii, ed. III. 1843, Schirlitzii, 1852, et al., Concordantias Novi Test. edit. Bruder, ed. II. 1853, et alia notatu digna a viris illustribus publicata accurate perspecta pro

lexico nostro excerpsimus. Nos autem non omnino jurasse in verba ne illorum quidem magistrorum, nemo nobis improperabit, qui bene novit auctorum libros illos componentium fidei principia, quae reipsa moderantur et immutant rationes in conscribendis grammaticis et lexicis Novi Test., quamvis multi eorum saepe affirment, sine ira et partium studio se omnino laborasse.

Condendo huic lexico substratus est textus Novi Test., quem redegit Griesbach, quo etiam F. Patritius, theologus romanus, in opere suo notissimo: „De Evangeliis", uti solet. Quum autem interea editiones Novi Test. a viris praeclaris Lachmann, Tischendorf, Buttmann ex codicibus summae auctoritatis desumtae et ad normam antiquissimarum versionum correctae prodiissent, et his in editionibus non pauca verba legantur, quae in textu Griesbachiano desiderantur, necesse fuit, lectiones varias adnotari. In quantum istae levioris erant momenti, iis appositum est uncis inclusum: „e lect. codd." vel simpliciter: „codd."; quae vero graviores videbantur, conspiciuntur tanquam „additamenta lectoribus novissimarum Novi Test. editionum necessaria" ad partem priorem hujus lexici adjecta, cum in ordinem alphabeticum partis subsequentis jam receptae legantur. Eorum vocabulorum numerum haud parvum putandum esse, manifestant e. g. additamenta ad lit. A, quae sunt viginti tria; neque minor est numerus lectionum novarum, quae ordini alphabetico lexici jam insertae obveniunt. Exemplum sit unica litera *Π*, cui addi debebant verba: *Πανταχῆ*, *Περαιτέρω*, *Ποία*, *Πολυπληθία*, *Πορία*, *Προβάτιον*, *Προπάτωρ*, *Προσανέχω*, *Πρόσκλησις*, *Προσχαίρω*. De ejusmodi vocabulis omnino nihil invenitur in lexicis novissimis Bretschneideri et Wahlii, de pluribus ne in lexicis graecitatis classicae quidem, quia apud auctores classicos non leguntur.

Magnum laborem in corrigendis foliis prelo excusis procreabat difficultas et typothetae et correctori paene insuperabilis, ductus literarum auctoris bene legendi, quae res causam dedit haud parvi numeri mendorum, praesertim quoad nimiam numerorum colluviem. Accentus verborum graecorum, signa vocalium in vocabulis hebraicis, numeros quosdam etc., quisque harum rerum gnarus lector facile sibi emendabit; et quicunque opus corrigendi similia aliquando susceperit, optime novit, repetita et diligentissima correctione facta, menda tamen nondum detecta inveniri.

Ceteroquin nobis in edendo hoc lexico id proposuimus, ut interpretationem s. scripturarum Novi Test. ad normam regu-

larum hermeneuticae catholicae pro modulo virium nostrarum adstrueremus, nec non tironibus in studio s. theologiae praestaremus auxilia, quibus adjuti accederent ad eruendos inaestimabiles sapientiae divinae thesauros in libro librorum reconditos. Hujus propositi gratia optamus cum auctore, „ut liber ejusmodi censores nanciscatur, qui non suum esse putent, ubique si fieri possit, vitia indagare, omnia carpere, sed qui etiam, quae laudabilia sint, sua laude condecorent, et quae excusari possint, facile excusent.“

Quod Deus bene vertat, et prospero eventu rem juvet!

Ambergae d. fest. Visitationis B. M. V. 1858.

Dr. Valentinus Loch.

A.

'A. Alphabeti graeci litera prima. *'Εγώ εἰμι τὸ ά καὶ τὸ ώ*, Apoc. 1, 8. i. e. *ἡ ἀρχὴ κ. τὸ τέλος*, principium et finis, Ap. 21, 6. s. *ὁ πρῶτος κ. ὁ ἔσχατος*, primus et ultimus, 22, 13. — *'A* ubi pars est compositionis, ibi vel est *ἀ* privativum, respondens latino in, et nostro: un (v. *ἀβαρής*, *ἄγναφος*, *ἀτυχέω*, al.) vel *ἀ* intensivum (v. *ἀσπάζομαι*, *ἀτενίζω*) vel *ἀ* copulativum (v. *ἀδελφός*).

'Ααρών, *ὁ*, (אַהֲרֹן, i. e. interprete Philone *ὀρεινός*, ab הַר, mons, chald. יְהַר, elatus fuit) Aaron (filius Levitae Amrami et Jocebedae [Ex. 4, 14. 6, 20.], frater Moysis, qui Moysi a Pharaone manumissionem gentis Israëliticae exacturo operam interpretis et oratoris praestitit [Ex. 7, 11. seq. et 8, 5. seq.] et postea inter Israëlitas in libertatem vindicatos munus pontificis maximi administravit [Ex. 28, 1. seq.]), Luc. 1, 5. Act. 7, 40. Hebr. 5, 4. 7. 11. 9, 4 (Num. 17, 2. seq.).

'Αβαδδών, (אֲבַדּוֹן, vastatio, interitus, pernicies, a verbo אָבַד, periit, Job. 26, 4.) Abaddon, i. e. *a.*, locus perditionis, infernus, orcus, i. q. שְׁאוֹל, Job. 28, 22. Prov. 15, 14. (Lib. Sohar ap. Drus. „Apud inferos duae sunt regiones contiguae, Scheol et Abaddon: ex illa homines, poena persoluta, tandem subducuntur; ex hac numquam liberantur") — *b.*, nomen regi tartari tributum (graece: *'Απολλύων*, i. q. מַשְׁחִית, apud *τοὺς ό: ὀλοθρεύων*, disperdens, exterminans, Ex. 12, 23. cf. Sap. 19, 25. 1 Cor. 10, 10.). Apoc. 9, 11.

'Αβαρής, *ὁ*, *ἡ*, *ές*, *τό* (ex *ἀ* priv. et *βάρος*, onus) non onerosus, — *ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα*, cavi, ne vobis sumtuum in me faciendorum onus imponerem, 2 Cor. 11, 9. (cf. 1 Thess. 2, 9.)

'Αββᾶ, (Vox originis hebraicae, אָב, pater, chaldaice ad eam nominis formam efficta, quae statum emphaticum indicat: אַבָּא, i. e. *ὁ πατήρ*) pater. (Compellatio Dei in precibus sollennis. Semper in N. T. secum habet interpretationem graecam.) Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6.

'Άβελ, *ὁ*, (הֶבֶל, vanitas [luctus, Jos. Ant. 1, 2, 1.]) Abel (filius Adami secundus, Gen. 4, 2. 5.), Matth. 23, 35. (Luc. 11, 51.) Hebr. 11, 4. 12, 24.

'Αβιά, *ὁ*, (אֲבִיָּה, desiderium Domini, vel: pater est Dominus) **1.**, Abia, rex Judae, filius Roboami, Matth. 1, 7. (1 Reg. 14, 31. 15, 1.) — **2.**, Abia, sacerdos ex Aaronis posteris, primarius sacerdotalis familiae, a quo tum, quum

Davides rex sacerdotes in 24 classes distribueret (1 Chron. 24, 16.), classis Abia, octavum locum sortita illa, nomen mutuata est, Luc. 1, 5. (v. ἐφημερία.)

Ἀβιάθαρ, ὁ (אֶבְיָתָר, i. e. illius pater superstes mansit, matre scil. in partu extincta) Abiathar (filius Achimelechi pontificis, qui, quum pater ob praestitum Davidi fugitivo beneficium [1 Sam. 21, 1—10.] a Saulo rege supplicio afficeretur, ad Davidem confugit [1 Sam. 22, 20.] ab eoque postea rerum potito ad pontificis maximi dignitatem evectus est [2 Sam. 15, 24. 29. 35. 17, 15. 20, 25.]), Marc. 2, 26. (ἐπὶ Ἀβιάθαρ, tempore Abiathari. — Quo tempore Davides postulatum venit panes a summo sacerdote [2 Sam. 21, 1.], pontificatum exercebat Achimelechus, Abiathari filius [2 Sam. 5, 17.]. Hanc ut difficultatem diluant, aiunt nonnulli, mendum hic esse librarii, et Abiatharem nominari pro Achimelecho. Asserunt alii, duo fuisse Achimelecho nomina Achimelechi et Abiathari; cf. 2 Sam. 8, 17. et 1 Chron. 24, 2. 3. ubi Achimelechi, et 1 Reg. 2, 26. 27. ubi Abiathari nomen legitur. Tu si sapis, inquit Calmetus [ad h. l.], vel duplex Achimelechi nomen admittito, vel duplices eodem tempore pontifices, Abiatharum, pontificatu indutum, et Achimelechum, patris vices gerentem.)

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, (scil. χώρα) Abilene (regio ad Abilam urbem pertinens, Decapolitana, in Syria Libanum inter et Hermonem versus Phoeniciam sita, distans milliaribus XVIII. ab urbibus Damasco et Heliopoli [v. Λυσανίας]), Luc. 3, 1.

Ἀβιούδ, ὁ, (אֲבִיהוּד i. e. patris decus s. gloria, ex אָב, pater et הוּד, gloria) Abiud (filius Serubabelis [1 Chron. 3, 19. omissus]), Matth. 1, 13.

Ἀβραάμ, ὁ, (אַבְרָהָם, Gen. 17, 5. Auctor gentis Judaeorum) Abraamus, Matth. 1, 1. 2. 22, 32. (Marc. 12, 26. Luc. 20, 37.) Joh. 8, 39. Rom. 4, 12. 9, 7. Gal. 3, 7. al. — Act. 7, 16. (ἐν τῷ μνήματι, ᾧ ὠνήσατο Ἀβραάμ, in sepulcro, quod emerat Abraamus. At Gen. 23, 16. Jacobus in Mesopotamia redux legitur soluto pretio emisse a filiis Hemor, patris Sichem, partem agri illius, quem tentoriis occupaverat. Erat in eo agro sepulcrum, quod Josue condendis ossibus patriarchae Josephi [Jos. 24, 32.], sociandis facile cum ossibus caeterorum patriarcharum filiorum Jacobi, selegit. Quod ad Abraamum, Gen. 25, 9. et Jacobum, Gen. 50, 13. attinet, constat, eos sepulturae mandatos fuisse in spelunca Mambre, quam Abraamus, solutis quingentis argenti siclis, a filiis Heth in sepulturam Sarae emit, Gen. 23. Duae istae emtiones tam accurate descriptae sunt, ut in unam condi vix possint. Suspicati sunt nonnulli, Stephanum memoriae lapsu alterum alteri nomen substituisse, „sed maluerim ego totam mendi culpam in librarios, quam in st. Doctorem reiicere.“ Calmet. ad Act. 7, 16.)

Ἄβυσσος, ου, ἡ, (ex ἀ priv. et ὁ βυσσός [βυθός qu. v.] s. ἡ βυσσά) profunditas infinita, das Bodenlose, *a.*, orcus (die Unterwelt, das Todtenreich), Rom. 10, 7. (Vertit in suam rem apostolus locum Deut. 30, 11. Sens. Ne dixeris: „Quis ascendat in coelum, aut quis descendat in abyssum, ut fidem in Christum Jesum et gratiam Dei assequatur?“ Idem esset ac si diceres: Christum

Jesum e coelis arcessito, iterum a mortuis revoca, tum credemus. Venit Christus, mortuus est, resurrexit, praedicatur vobisque ignotus non est; vestrum est igitur, opem ferente Dei gratia et oblatis paratisque vobis auxiliis recte uti.) — *b.*, tartarus, domicilium malorum geniorum, Luc. 8, 31. Apoc. 11, 7. 17, 8. 20, 3. — ὁ ἄγγελος τῆς ἀβ. Apoc. 9, 11. — domicil. animar. impiarum, Apoc. 21, 8. coll. Luc. 16, 43. Dicitur φρέαρ, Apoc. 9, 1. λίμνη, Ap. 21, 8. Cf. voc. ᾅδης.

Ἄγαβος, ου, ὁ, Agabus, propheta Christianus, Act. 11, 28. 21, 10. (A nonnullis pictoribus, exprimentibus imaginem nuptiarum beatae virginis, exhibetur frangens baculum ex indignatione, quod praeferri sibi cernat Josephum, atque ad Carmelitarum cucullum transiens. Graecis unus est e septuaginta duobus discipulis. Martyrium Antiochiae obiisse creditur, eiusque festum die octava Martii celebratur. Latini noni saeculi memoriae eius diem XIII. Februarii consecrabant.)

Ἀγαθοεργέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἀγαθοεργός) beneficum me exhibeo pauperibus egenisque, 1 Tim. 6, 18. (cf. voc. ἀγαθός.)

Ἀγαθοποιέω (ῶ), f. ήσω, (ἀγαθοποιός) benefacio. (Opp. κακοποιῶ, — graec.: ἀγαθὰ ποιῶ, v. Lobeck. ad Phryn. p. 200.) Marc. 3, 4. (Matth. 12, 12. καλῶς ποιεῖν) Act. 14, 17. τινά, beneficiis aliquem afficio, Luc. 6, 33. 35. (i. q. εὖ ποιεῖν τινα, Marc. 14, 7. — καλῶς ποιῶ τινα, Matth. 5, 44.) — *b.*, recte ago, 1 Petr. 2, 15. (coll. v. 14.) 20. (Opp. ἁμαρτάνω) 3, 6. 17. — Opp. h. l. κακοποιῶ, ut 3 Joh. v. 11.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, recte agendi ratio — ἐν ἀγαθοπ. (i. q. ἀγαθοποιοῦντες, id, quod honestum est, sectantes), 1 Petr. 4, 19.

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ, ἡ, (opp. κακοποιός) qui bene agere solet, 1 Petr. 2, 14.

Ἀγαθός, ή, όν, *bonus*, 1., adiect. *a.*, de personis, *α.*, bonus, i. e. qui aliis bene vult, ab iniuria se abstinet et, quantum potest, hominum rationibus consulit (opp. κακός, πονηρός), Matth. 12, 35. (ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος) Act. 11, 24. (ἀνὴρ ἀγαθ.) Luc. 23, 50. (. . ἀγαθὸς κ. δίκαιος) Joh. 7, 12. Cf. Xen. Mem. 1, 2, 57. ubi ἀγαθός idem esse dic. qui ὠφέλιμος, κακός i. q. βλαβερός et πονηρός i. q. ἐπιζήμιος. Bis occurrit Matth. 19, 16. (Marc. 10, 17. 18. Luc. 18, 18. 19.: Sens.: si me bonum salutas sciscitaturus, quid tibi bene agendum sit, ut vita aeterna potiaris, age, consule Deum, qui unus bonus est. Huius quae sint mandata ac praecepta, nosti.) — πονηροί τε κ. ἀγαθοί, homines nequam et qui bonae frugis sunt, Matth. 5, 44. 22, 10. — Speciatim *β.*, beneficus, Matth. 20, 15. — ἀγαθός et δίκαιος distinguuntur Rom. 5, 7. (Sens.: aegre enim aliquis pro insonte mortem suscipit. Nam si incunctanter vel audet pro aliquo homine mortis periculo se obiicere, id facit pro benefico (cui beneficia accepta refert). — *γ.*, mitis, lenis — δεσπότης (opp. σκολιός) 1 Petr. 2, 28. — δοῦλος ἀγαθὸς servus, qui rebus domini consulit, qui hero prodest, Matth. 25, 22. 23. Luc. 19, 11. Cf. Tit. 2, 10. (πίστις ἀγαθή, fidelitas, quae hero prodest.)

b., de rebus, moribus etc. in primis *α.*, de rebus, e quibus utilitas percipitur et quae afferunt commoda, v. c. ἡ ἐντολὴ ἀγαθή (i. e. εἰς τὸ συμφέρον εἰσηγουμένη [v. Schol. in Matthaei edit. N. T. majore, Rigae 1782], quae

hominum prospicit saluti), Rom. 7, 12. — ἀγαθὴ ἀναστροφή, ea vivendi ratio, quae ordini hominum convenit et nihil in se habet vituperii, 1 Petr. 3, 16. — ἀγαθὴ γῆ, ἀγαθὸν δένδρον, ager, arbor progigneus ea, quae utilia sunt, ager fertilis, arbor fructuosa — Luc. 8, 8. (Confertur cum τῇ γῇ τῇ ἀγαθῇ v. 15. ἡ καρδία, ἀγαθή inde dicta, quod bonos fructus progignit.) Matth. 7, 18. (arbori ἀγαθῇ oppon. δένδρον σαπρόν, corrupta arbor, quae fructus bonos, i. e. vere utiles proferre nequit.) — καρπὸς ἀγαθός, Jac. 3, 17. — δόσις ἀγαθή (donum, quo vere aliquid datur, quod bonum, h. e. utile est), Jac. 1, 17. — δόματα ἀγαθά, Matth. 7, 11. — ἡ μερὶς ἡ ἀγαθή, portio unde ad eum, qui accipit, utilitas redundat, Luc. 10, 42. — θησαυρὸς ἀγαθ. Matth. 12, 35. (Luc. 6, 45.) — β., de rebus, quae cum voluptate sentiuntur: ἡμέρα ἀγαθή, 1 Petr. 3, 10. (Ps. 33, 13. — Opp. ἡμέρα πονηρά, Eph. 6, 13.) ἐλπὶς ἀγ. 2 Thess. 2, 16. — συνείδησις ἀγ. Act. 23, 7. 1 Tim. 1, 15. 19. 1 Petr. 3, 16. — γ., dic. de iis, quae ex animo benevolo proficiscuntur, μνεία ἀγαθή, 1 Thess. 3, 6. — ἀγαθὰ λαλεῖν, Matth. 12, 34. — ἀγαθὸν ἔργον, v. sub voc. ἔργον.

2., Neutr. ἀγαθόν, τὸ ἀγαθόν (opp. τὸ κακόν, τὸ πονηρόν), bonum i. e. a., id, quod utile, s. quod frugi est (τὸ ὠφέλιμον; cui opponitur id, quod nocivum, perniciosum est), universe: id, quo consulitur rebus humanis et quod rerum humanarum ordini aptum est. — ἀγαθόν τι, bonae frugis quidquam, Joh. 1, 47. — τὸ ἀγαθόν, id, quod salutare est, Rom. 7, 13. 12, 2. 13, 4. — τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, Rom. 13, 3. Gal. 6, 8. — ποιεῖν τὰ ἀγ. Rom. 3, 8. — τὸ ἀγ. ἐργάζεσθαι, Rom. 2, 10. 7, 14. Gal. 6, 10. — . . . κατεργάζεσθ., Eph. 4, 28. — πράσσειν, Rom. 9, 11. 2 Cor. 5, 10. — διώκειν, 1 Thess. 5, 15. — μιμεῖσθαι, 3 Joh. v. 11. — κολλᾶσθαι τῷ ἀγ., Rom. 12, 9. — b., Saepissime auctores sacri, ubi ad bene faciendum Christianos lectores adhortantur, beneficentiam (quae pauperibus egenisque succurrit) intelligi volunt, v. Rom. 12, 21. (iniurias vincere beneficiis) Gal. 6, 10. (ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθ. πρός τινα.) — τὸ ἀγαθ. beneficium, Philem. v. 14. — ref. ad aequitatem, quae aliorum erroribus parcit, Rom. 15, 2.

c., τὸ ἀγαθόν τινος, commodum, quo quis utitur, Rom. 14, 16. — τὰ ἀγαθά, vel commoda, Gal. 6, 6. vel vitae iucunditates (opp. κακά, mala), Luc. 16, 25. — d., τὸ ἀγαθόν, bonum, das Gut; plur. Luc. 1, 53. 12, 18. 19. — τὰ μέλλοντα ἀγαθά, Hebr. 9, 11. 10, 1. — e., τὸ ἀγαθόν (i. e. ὅ, τι ἀγαθόν ἐστι) πρός τι, Rom. 15, 2. cf. Eph. 4, 29.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, (a v. ἀγαθός. Vox Atticis non usitata) bonitas, Rom. 15, 14. Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. 2 Thess. 1, 11. (ἵνα πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, i. e. ut ratum faciat quodvis consilium studio benefaciendi captum. Al. ut necessaria vobis auxilia suppeditet, quibus ea, quae de vobis ipse decrevit, expleatis.)

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, (a v. ἀγαλλιάω) exultatio prae gaudio, Luc. 1, 14. (χαρά κ. ἀγαλλ.) — ἐν ἀγαλλιάσει, exultanter, Luc. 1, 44. Act. 2, 46. Jud. v. 24. — ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, oleum laetitiae (quo epulis accumbentes ungi solebant, Ps. 23, 5.), Hebr. 1, 9. (Ps. 45, 8.)

Ἀγαλλιάω (ῶ) et άομαι, f. άσομαι, (ab ἀγάλλιος) exulto prae gaudio — a., absolute: Matth. 5, 12. (χαίρετε κ. ἀγαλλιᾶσθε, cf. Luc. 6, 23. χάρητε

κ. σκιρτήσατε) Act. 16, 34. 1 Petr. 1, 8. (ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ) 4, 13. Luc. 10, 21. (ἀγαλλ. τῷ πνεύματι) Act. 2, 26. (Ps. 15, 9.) — *b.*, constructe: ἀγ. ἔν τινι, 1 Petr. 1, 6. Joh. 5, 35. (voluistis ad breve tempus exultare in luce eius, i. e. suspexistis illum, at brevis fuit admiratio) . . . ἐπί τινι, (de, über) Luc. 1, 47. (ἠγαλλίασε [al. ἠγαλλιάσατο] τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ etc.) — . . . ἵνα, Joh. 8, 56. (ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ, exultavit, gaudio perfusus est, quod ei liceret sperare, se visurum esse: alluditur ad Gen. 17, 17. καὶ ἐγέλασε, quod iam Philo Allegor. p. 68 ed. Turneb. de laetitia Abraami ex promissione sobolis capta interpretatus est: „οὗτος μὲν δὴ φαίνεται γεγηθὼς κ. γελῶν, ὅτε μέλλει γεννᾶν τὸ εὐδαιμονεῖν Ἰσαάκ.“)

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ, (ἀ priv. et γάμος, nuptiae) coelebs, non nuptus, innuptus, 1 Cor. 7, 8. 11. 32. 34.

Ἀγανακτέω (ῶ), f. ήσω, (cf. πλεονεκτέω a πλεονέκτης. Ita suppone radicem: ἀγανάκτης, ab ἄγαν et ἄχομαι) indignor; — *a.*, absol. Matth. 21, 15. 26, 8. (Marc. 14, 4.) Marc. 10, 14. — *b.*, constr. περί τινος, Matth. 20, 24. (Marc. 10, 41.) ut ap. Graec. — . . . ὅτι, Luc. 13, 14.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, (ἀγανακτέω) indignatio, 2 Cor. 7, 11.

Ἀγαπάω (ῶ), f. ήσω, (a subst. ἀγάπη) amo, diligo. 1 Joh. 3, 18. 4, 7. — *a.*, τινά, *a.*, amo, Luc. 7, 5. Joh. 3, 16. 13, 34. 1 Joh. 2, 10. al. Rom. 13, 8. 9. Eph. 5, 24. 33. Col. 3, 19. — Opp. μισεῖν, Matth. 5, 43. 44. 46. (Luc. 6, 27. 32. 35.) Rom. 9, 13. (Mal. 1, 2. 3.) 1 Joh. 2, 10. Eph. 5, 28. 29. — Nonnumquam verba ἀγαπᾶν et μισεῖν ex usu hebr. (Deut. 21, 15. seq.) ita comparantur, ut illud sit: praeferre, hoc: posthabere, Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13.) Joh. 12, 25. (cf. Luc. 14, 26.) — ἀγαπᾶν τ. carum habere aliquem prae caeteris, Joh. 13, 24. — *β.*, osculor (Graec. καταφιλῶ)? Marc. 10, 21. (Alii interpretantur: laudavit eum et benigne affatus est.) *γ.*, Pass. — ἠγαπημένος, qui documenta amoris expertus est, Rom. 9, 25. — *b.*, ἀγ. τι, amo rem, i. e. aegre careo re, aegre mihi eam patior subtrahi — ζωήν, 1 Petr. 3, 10. (Ps. 33, 13.) — τὴν πρωτοκαθεδρίαν, Luc. 11, 43. (sed 20, 46. legitur φιλεῖν) — τὸ σκότος et τὸ φῶς, Joh. 3, 19. — τὴν δόξαν, Joh. 12, 43. v. et 2 Tim. 4, 8. 10. Hebr. 1, 9. (Ps. 44. 8.) 1 Joh. 2, 15. (τὸν κόσμον, alio sensu Joh. 3, 16.) — ἀγαπ. μᾶλλον, ἤ, Joh. 3, 19. 12, 43. — πλεῖον, 21, 15. Luc. 7, 42.

Not. Distingue verba ἀγαπῶ et φιλῶ.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, quo quis amplectitur *a.*, *animos.* — Dicitur *a.*, de amore ***hominum in homines*** vel animis inhaerente, vel signis declarato — universe et absol. Matth. 24, 12. Rom. 13, 10. 1 Cor. 13, 4. 8. 13. 1 Thess. 1, 3. (ὁ κόπος τῆς ἀγ.) Philem. v. 17. Hebr. 10, 24. — Deus ἀγάπη ἐστί, totus amor est, 1 Joh. 4, 8. 16. — κατ' ἀγάπην, amanter, Rom. 14, 15. — ἐν ἀγάπῃ, 1 Cor. 4, 21. — ἐξ ἀγάπης, Phil. 1, 17. Occurrunt formulae: ἀγάπην ἔχειν, Joh. 15, 13. 1 Cor. 13, 1. — διώκειν τὴν ἀγ. 1 Cor. 14, 1. — περιπατεῖν ἐν ἀγ. (ex hebr.), Eph. 5, 1. — δέξασθαι τὴν ἀγ. 2 Thess. 2, 10. — ἐνδείξασθ. τὴν ἀγ. εἴς τινα, Hebr. 6, 10. — μένειν ἐν τῇ ἀγ. 1 Joh. 4, 16. (cf. Joh. 15, 10.) — Dicitur ἡ ἀγ. *β.*, de amore ***hominum in Deum***, ἡ ἀγ. τοῦ θεοῦ (genit. obi.) Luc. 11, 42. Joh. 5, 42. 1 Joh. 2, 15. 4, 12. — et de amore ***Dei in homines***, Rom. 5, 8. 8, 39. 2 Cor. 13, 13.

1 Joh. 3, 1. al. — γ., de amore *Dei in Christum*, Joh. 17, 26. (ἡ ἀγ. ἣν ἠγάπησάς με) — δ., de amore *Christi in homines*, Joh. 15, 10. 1 Joh. 3, 16. Rom. 2, 35. 2 Cor. 5, 14. (ἡ ἀγάπη τοῦ Χρ. συνέχει ἡμᾶς), Eph. 3, 19. — et *Christianorum in Christum*, Joh. 15, 9. Apoc. 2, 4. 19. al. — ἡ ἀγ. τοῦ πνεύματος, charitas, quam Spirit. S. in animis Christianor. excitat, Rom. 15, 30. — ἡ ἀγ. ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, amor, qui est in cultoribus Christi, 1 Tim. 1, 14. — Discernuntur ἡ ἀγάπη et ἡ φιλαδελφία, 2 Petr. 1, 7.

b., amor quo quis adhaeret *rebus*, ἡ ἀγ. τῆς ἀληθείας, 2 Thess. 2, 10.

c., Constr. ἀγ. εἴς τ. 1 Thess. 1, 3. — ἔν τινι, Joh. 13, 35. 1 Joh. 4, 16. 2 Cor. 8, 7.

Ἀγάπαι, ῶν, Agapae, Liebesmahle, (Christianorum convivia, quae quotiescunque Christiani coenam Domini concelebraverant, ita apparari solebant, ut iisdem dapibus pauperes Christiani cum ditioribus fruerentur, 1 Cor. 11, 21. 22.) Jud. v. 12. (Tertull. Apol. c. 33. et ad Martyr. c. 3. Cyprian. ad Quirin. c. 3, 3.)

Ἀγαπητός, ἡ, όν, (adi. ex 3. pers. perf. pass. verbi ἀγαπάω) *a.*, amatus, dilectus, ὁ υἱός, Matth. 3, 17. (Marc. 1, 11. Luc. 3, 22.) 17, 5. (Marc. 9, 6. Luc. 9, 35.) 2 Petr. 1, 17. — ὁ παῖς, Matth. 12, 18. (Jes. 42, 1.) — Opp. ἐχθρός, Rom. 11, 28. — Addi solet amicorum nominibus et adhiberi in blandis compellationibus, ut 2 Petr. 3, 15. 1 Cor. 15, 58. Phil. 4, 1. Philem. v. 1. 2. 16. — ἀγαπητός τινι, 1 Thess. 2, 8. — *b.*, amandus, 1 Tim. 6, 2.

Ἄγαρ, ἡ, (הָגָר, i. e. advena, peregrina) Agar (serva Abraami, ex qua Ismaëlem suscepit Gen. 16.), Gal. 4, 24. 25.

Ἀγγαρεύω, f. εύσω, (i. e. ἄγγαρος sum, ἄγγαρον ago. Vox origine Persica.) Vulg. *angariare*. (Persae diversoria in regiis sui imperii itineribus disposita habebant, quae vocabant angara, et tabellarios angaros, v. Xen. Cyr. 8, 6, 9. Herodot. 8, 98. Cogebantur subditi destinatos literis deferendis homines et equos alere: servitii genus gravissimum subditis. Judaei post captivitatem cum parerent Persis, huic obnoxii fuere, eodemque sub iugo gemuere sub Syriae regibus usque ad Demetrium Nicatorem [Jos. Ant. 13, 5.] Balae aemulum, qui datis ad Jonathan Macchabaeum pontificem literis, hoc illos onere levavit. — Usi sunt Romani angariandi verbo, ut excubias a tironibus armatis actas significarent. Veget. de re militari. Legitur idem verbum saepius in civilis iuris scriptoribus et in actis sequioris latinitatis pro publicis privatisque subditorum oneribus veluti operis, itineribus, vecturis, etc. v. Glossar. du Cange: Angariae. Apud nonnullos etiam Angaria dicitur ieiunium quatuor temporum. — Consuetum angariarum spatium quatuor millia passuum erant.) Matth. 5, 41. 27, 32. (Marc. 15, 21.)

Ἀγγεῖον, ου, τό, (i. q. τὸ ἄγγος) vas, Matth. 13, 48. — vas, olei receptaculum, Matth. 25, 4.

Ἀγγελία, ας, ἡ, (a voc. ἄγγελος) nuntius, — praeceptum annuntiatum, 1 Joh. 1, 5. 3, 11.

Ἄγγελος, ου, ὁ, 1., nuntius, legatus, Luc. 9, 52. — ἄγγ. τινος, Matth. 11, 10. (Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. Hebr. 1, 7. [Ps. 103, 4.] ex Mal. 3, 1.) Luc. 7, 24. — 2., Speciat. angelus *a.*, coelestis, unus e geniorum coelestium grege,

Matth. 22, 30. 26, 53. Luc. 15, 10. 1 Tim. 3, 18. 5, 21. Hebr. 1, 5. 1 Petr. 1, 12. — Scripturis sacris testibus Deus ministerio angelorum usus est ad decreta sua hominibus patefacienda, Hebr. 1, 14. v. in N. T., Matth. 1, 20. 2, 13. Luc. 1, 11. 13. 26. 28. 2, 9. 10. Act. 7, 38. 8, 26. 10, 3. 27, 23. Hebr. 2, 2. Act. 7, 53. Gal. 3, 19. cf. Apoc. 22, 15. — ad consilia singularis providentiae exsequenda, Matth. 28, 2. — tum de servandis piis hominibus, tum de puniendis impiis capta, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 10. 11. Ps. 90, 11. 12.) Matth. 4, 11. (Marc. 1, 13.) Luc. 22, 43. Act. 12, 7. et 15. — 12, 23. — Perferunt angeli piorum hominum preces ac desideria ad Deum, Matth. 18, 10. Act. 10, 4., ipsisque animam agentibus vitaque functis subveniunt, Luc. 16, 22. — Utrum locus Act. 12, 15. angeli cuiusdam tutelaris meminisse dicendus sit, non liquet. Locus dubiae lectionis et interpretationis 1 Cor. 11, 10. — In Apocalypsi mentio fit angelorum singulis elementis praepositorum, Apoc. 9, 11. 16, 5. 14. 18. cf. Joh. 5, 4. — Christus olim ad iudicium habendum redibit stipatus choro angelorum, Matth. 16, 27. (Marc. 8, 28. Luc. 9, 26.) 25, 31. — suos cultores antea undique convocaturus, Matth. 24, 31. — Apparent angeli vestibus candidis induti et fulgurantibus, Matth. 28, 3. cf. Act. 6, 15. Angelorum interventu lex promulgata est, Act. 7, 53. Gal. 3, 19. Hebr. 2, 2. — θρησκεία ἀγγέλων, cultus, qui speciem mentitur illius cultus, quem angeli Deo consecrant, Col. 2, 18. Sadducaei negabant esse angelos, Act. 23, 8., quibus contradicebant Pharisaei, Act. 23, v. 9.

b., Commemorantur *mali* angeli, subditi diabolo, Matth. 25, 41. 2 Petr. 2, 4. Jud. v. 6. — Ἄγγελος σατᾶν, 2 Cor. 12, 7.

3., Angeli ecclesiarum dicuntur episcopi, Apoc. 1, 20. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14.

Ἄγε (ἄγω), imper. age, agedum, pl. ἄγετε (pluribus dictum, Hom. Od. 21, 73.), Jac. 4, 13. 5, 1.

Ἀγέλη, ης, ἡ, (a v. ἄγω, ago, ich treibe) grex (Hom. Iliad. 2, 2. grex boum) porcorum, Matth. 8, 30. (Marc. 5, 11. 13. Luc. 8, 32.)

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ, is, cuius genealogia ignoratur, Hebr. 7, 3. Cf. v. 6. μὴ γενεαλογούμενος.

Ἀγενής, ὁ, ἡ, ές, τὸ, έος (οῦς), [ex α priv. et γένος. Opp. εὐγενής] homo ignobili loco natus, homo nullius famae et nominis. — τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, ii, qui inter homines nullius numeri esse putantur, 1 Cor. 1, 28.

Ἁγιάζω, f. σω, (i. e. ἅγιον facio s. praedico) **1.**, sanctifico, i. e. *a.*, Deo consecro (Deo addico). Ita Deus ipse dicitur ἁγιάσαι (s. sibi ἐκλέξασθαι) eum, cui Messiae provinciam demandavit, Joh. 10, 36. (Cf. ἀφορίζειν, Gal. 1, 15. Jerem. 1, 5. et ἅγιος τοῦ θεοῦ, Marc. 1, 24.) *b.*, majestati divinae aptum reddo (Deo consecro) i. e. Deo aliquid seligo, ut ei proprium sit, idque ei mundum offero. — Quare dicitur *α.*, sensu levitico: de lustrationibus ritu sollenni peragendis. Meminit apostolus in epist. ad Hebr. lustrationis illius, quae sanguine sacrificii in eo ipso, qui sacrificium offerret, idcirco effici solebat, ut abhinc mundus haberi, sanctuarium intrare et res sacras contrectare posset, Hebr. 9, 13. 22. (Ex. 29, 21.) — Contra iudaizantes doctores apostolus monet, cibos nihil in se habere immunditiei, insuper vero eos ἁγιάζεσθαι, i. e. lustrari ac mundos reddi per illas preces, quas ante ciborum usum ad Deum

faciamus, 1 Tim. 4, 5. — β., sensu morali: Pass. purgari a peccati sordibus ac numini sanctissimo consecrari. Ita Christiani dicuntur ἡγιασμένοι per spiritum S. 1 Cor. 6, 11. (ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν.) et sanguine Christi, Eph. 5, 25—27. (. . . ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον, . . . ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία κ. ἄμωμος.) Cf. 1 Petr. 1, 2. et οἱ ἁγιασμένοι, Act. 20, 32. 26, 18. — Hebr. 2, 11. (ὁ ἁγιάζων — Christus summus pontifex, cf. 4, 15.) — Sed admonentur etiam Christiani, ut sanctitatem prae se ferant in moribus Apoc. 22, 11. (ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι.) — γ., Christus se ipse Deo ἁγιάζει, Joh. 17, 19. pro apostolis, ut sint ἡγιασμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ, v. 17. Sensus videtur esse: ut mei discipuli tibi fidem ad mortem usque servent, memet ipsum tibi sacrificii loco offero. — δ., Res sacrae dicuntur ἁγιάζειν ea, quae cum ipsis unum efficiunt, Matth. 22, 17. 19. 1 Cor. 7, 14.

2., ἁγιάζειν τὸν θεόν, i. q. δοξάζειν, celebrare (Jes. 8, 13.), Matth. 6, 9. (Luc. 11, 2.) Annotat ad h. l. August. Serm. 48. de divers. „hoc rogas, ut quod semper sanctum est in se, sanctificetur in te, i. e. sanctum habeatur, non contemnatur." — Cf. 1 Petr. 3, 15.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ, (a v. ἁγιάζω) *a.*, sanctificatio, 1 Cor. 1, 30. *b.*, sanctimonia (abstinentia a flagitiis) 1 Thess. 4, 3. 4. (oppon. ἡ ἀκαθαρσία, 1 Thess. 4, 7.) 2 Thess. 2, 13. (ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, i. e. eo, quod nos per Spirit. S. scelerum puros reddidit, cf. 1 Petr. 1, 2.) — διώκειν τὸν ἁγιασμ. Hebr. 12, 14.

Ἅγιος, ία, ον, (a verb. ἄζω, ἅζομαι, veneror) sanctus, venerandus (קָדוֹשׁ); nomen, quod tribuitur **1.**, summo (et augustissimo) numini, Apoc. 4, 8. 6, 10. 15, 4. cf. Jes. 6, 3. — (Dic. ἅγιον nomen Dei Luc. 1, 49.) — Spiritui div. — τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Luc. 1, 35. al. (ἅγιον id, quod Spiritus Sancti virtute ab immaculata Virgine concipitur et nascitur, ibid.) — Christo potestate div. instructo, Apoc. 3, 7. **2.**, angelis coelestibus, Matth. 25, 31. Marc. 8, 38. (Luc. 9, 26.) 2 Petr. 1, 21. Act. 10, 22. Jes. 11, 30. — filio Dei, Messiae (ὁ ἅγιος [i. q. ἐκλεκτὸς] τοῦ θεοῦ), Marc. 1, 24. (Luc. 4, 34.) cf. Joh. 10, 36. Act. 4, 26. 7, 52. — Jesu, summo sacerdoti, nullis peccati sordibus inquinato, Hebr. 7, 26. cf. Act. 3, 14. — **3.**, aliis personis, quibus Deus veluti instrumentis utitur, et qui ita se gerunt, ut Deo ob morum sanctimoniam et castitatem cari esse possint, ergo v. c. *prophetis* (Spiritu S. plenis) Luc. 1, 70. Act. 3, 21. cf. Act. 13, 35. 2 Petr. 1, 21. (οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι), item *apostolis*, Eph. 3, 5. — Caeterum v. Cic. pro Archia poëta „Noster Ennius *sanctos* appellat poëtas, quod quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur." — αἱ ἅγιαι γυναῖκες, mulieres piae, in Script. S. laudatae, 1 Petr. 3, 5. — Tribuitur **4.**, *Christianis*, *a.*, quoniam Deo selecti atque devoti sunt (ἐκκλησία θεοῦ), ideoque eodem nomine ornandi, quo a caeteris gentibus distinguuntur in V. T. Judaei (cf. 3 Esr. 8, 70. ἅγιοι τοῦ ὑψίστου, Dan. 8, 24.), Act. 9, 13. 32. 41. 26, 10. Rom. 1, 6. 12, 13. 15, 25. 16, 15. 1 Cor. 1, 2. 6, 2. 7, 14. 16, 1. 2 Cor. 1, 1. 9, 1. 12. 13, 12. Eph.

1, 1. 2, 19. 3, 18. 4, 12. Phil. 1, 1. (*οἱ ἅγιοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*) 4, 21. 22. al. 1 Tim. 5, 10. Hebr. 13, 24. Apoc. 5, 8. 8, 4. 11, 18. 13, 7. *b.*, quoniam sanguine Christi lustrati, lavacro sacro tincti et cultui sanctitatis obstricti sunt, 1 Petr. 1, 15. 16. (Levit. 19, 2. 11, 43.) cf. 1 Joh. 3, 3. 1 Petr. 2, 9. (Ex. 19, 6.) Opponuntur Christiani gentilibus ut *οἱ ἅγιοι τοῖς ἀδίκοις*, 1 Cor. 6, 1.

5., Transfertur hoc nomen ad res Deo consecratas ideoque nullo modo aut profanandas, aut violandas (contaminandas); ergo ad *loca* Deo sacra, quae contaminare nefas est, Act. 7, 33. (Solve calceamentum pedum tuorum: locus enim, in quo stas, terra sancta est, cf. Jos. 5, 15.) — *ὁ τόπος ὁ ἅγιος*, templum, Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14.) Act. 6, 13. (14.) 21, 28. — *τὸ ἅγιον*, sanctuarium, templum, Hebr. 9, 1. pl. *τὰ ἅγια*, Hebr. 8, 2. 9, 2. 3. 8. 9. 12. 24. 10, 19. — speciat. ea pars templi s. tabernaculi foederis, quae sanctum vocabatur (מִקְדָּשׁ, Ex. 25, 8. Lev. 12, 4.). — *τὰ ἅγια ἁγίων* (קֹדֶשׁ קָדָשִׁים) pars templi sanctissima (Ex. 26, 33. 34. Ez. 43, 12. Dan. 9, 24.) Hebr. 9, 3. — Nomen *τοῦ ἁγίου* s. sanctuarii transfertur ad coelum, Hebr. 9, 8. 12. 24. 10, 19. — *ἁγία πόλις*, urbs Hierosolymorum, Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. 21, 10. 22, 19. — *τὸ ὄρος τὸ ἅγ.* 2 Petr. 1, 18. — *Aliae res sanctae: αἱ ἅγιαι γραφαί*, scripta, quibus effata Dei continentur, Rom. 1, 2. — *τὸ ἱεράτευμα ἅγιον* dic. quia expiandis peccatis occupatur, 1 Petr. 2, 5. — *ἡ ἁγία διαθήκη*, foedus ab ipso Deo sancitum ideoque inviolabile, Luc. 1, 72. — Ubi de sacrificiis sermo est vel de rebus similibus, *τὸ ἅγιον* opponitur *τῷ ἀκαθάρτῳ* et intelligitur id, quod purum immaculatumque (*ἄμωμον*) est, v. Rom. 12, 1. (*θυσία*) — *τὸ ἅγιον*, id, quod Deo consecratum est, speciat. caro sacrificialis (ex victimis Deo mactatis), Matth. 7, 6. (cf. Ex. 22, 11. Sens.: ne communicate doctrinam sanctam cum hominibus impuris etc.) — 1 Cor. 7, 14. — *ἅγ.* iunct. cum voc. *ἄμωμος*, Eph. 1, 4. 5, 3. 27. Col. 1, 22. — *ῥίζα, ἀπαρχὴ ἁγία*, Rom. 11, 16.

6., *ἅγιος*, purus (sensu morali), Eph. 1, 4. (1 Petr. 1, 15. 16. v. supr.) — *αἱ ἅγιαι ἀναστροφαί*, 2 Petr. 3, 12. — *ἁγία ἐντολή*, lex, quae sancte de officiis praecipit, Rom. 7, 12. 2 Petr. 2, 21. — *κλῆσις ἁγία*, 2 Tim. 1, 9. — *φίλημα ἅγιον*, osculum, purissimi amoris signum, Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. cf. 1 Petr. 5, 14. (*φίλημα ἀγάπης*) — *ἅγιαι χεῖρες*, manus nullo scelere contaminatae, 1 Tim. 2, 8.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, (ab adi. *ἅγιος*. Vox atticis non usitata) sanctitas. Semel legitur Hebr. 12, 10. (videtur esse i. q. *δόξα*.)

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, ratio agendi, quae sanctitatis (castimoniae) studium ostendit, 2 Cor. 7, 1. (*ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην*) 1 Thess. 3, 13. — *πνεῦμα ἁγιωσύνης*, spiritus, qui sanctificat (al. spiritus Sanctus, cf. Ps. 51, 13.) Rom. 1, 4.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, propr. curvatura, s. sinus brachii, ulna — *δέξασθαι εἰς τὰς ἀγκάλας* (graeci etiam: *ἀγκὰς λαβεῖν, ἐν ἀγκάλαις περιφέρειν*) Luc. 2, 28. (v. *ἐναγκαλίζομαι*.)

Ἄγκιστρον, ου, τό, (a verbo inusitato *ἀγκίζω*) hamus piscatorius, Angel, Matth. 17, 27. (*βάλλειν ἀγκ.*)

Ἄγκυρα, ας, ἡ, ancora, (instrumentum ferreum, duas extremitates dentibus similes babens, quod funibus alligatum in fundum maris demittitur, ut naves consistant.) — ῥίπτειν (iacere) ἀγκ. Act. 27, 29. — ἐκτείνειν, v. 30. — περιαιρεῖν, tollere, nos: die Anker lichten, v. 40. Epitheta: ἀσφαλής, βεβαία, Hebr. 6, 19.

Ἄγναφος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et γνάπτω, pannum polio) infullonicatus, impexus, ungewalkt — ῥάκος, Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21.)

Ἁγνεία, ας, ἡ, (cohaeret cum v. ἁγνεύω, castitatem colo, caste me gero) castimonia (castitatis cultus) 1 Tim. 4, 12. 5, 2. (Nasiraeatus, Num. 6, 21.)

Ἁγνίζω, ίσω, (a voc. ἁγνός, purum reddo) *a.*, purgo (ritibus leviticis) ἑμαυτόν, Job. 11, 55. (cf. 2 Chron. 20, 18. — lustrabantur precibus, abstinentia, ieiuniis, lotione vestium.) Pass. vim Medii babet (Act. 21, 24. 26. 24, 18.) castimoniam suscipio, (נָזַר, Num. 6, 2. 3.) dic. de iis, qui voto obstricti erant et per certum tempus a vino et cibis elegantioribus et a radenda coma abstinere tenebantur.

b., Sens. mor.: castum reddo — τὰς καρδίας, Jac. 4, 8. — τὰς ψυχάς, 1 Petr. 1, 22. — ἑμαυτόν, 1 Joh. 3, 3. (cf. Joh. 11, 55.)

Not. Distingue ἁγνίζειν et ἁγιάζειν.

Ἁγνισμός, οῦ, ὁ, (ἁγνίζω) purificatio, lustratio, expiatio, susceptio et cultus castimoniae, Act. 21, 26.

Ἀγνοέω, ῶ, f. ήσομαι, sum nescius, ignoro, *a.*, absol. 1 Cor. 14, 38. Hebr. 5, 2. (οἱ ἀγνοοῦντες κ. πλανώμενοι.) *b.*, constr. ἀγνοῶ, ὅτι Rom. 2, 4. 6, 3. 7, 1. — οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ὅτι, Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 1, 8. — περί, 1 Cor. 12, 1. 1 Thess. 4, 13. — ἀγνοῶ τινα vel τί. *α.*, non novi, Act. 13, 27. 17, 23. Rom. 10, 3. 11, 25. 2 Cor. 2, 11. (οὐκ ἀγνοεῖν) 2 Petr. 2, 12. (ἐν οἷς, i. e. ἐν τούτοις, ἅ.) — Pass. ἀγνοούμενοι, qui ignorantur, 2 Cor. 6, 9. (Opp. οἱ ἐπιγινωσκόμενοι.) — ἤμην ἀγνοούμενός τινι, Gal. 1. 22. — *β.*, non intelligo, τὸ ῥῆμα, Marc. 9, 32. (Luc. 9, 45.)

Ἀγνόημα, τος, τό, (a v. ἀγνοέω) erratum, peccatum, — pl. Hebr. 9, 7. (peccata errore commissa.)

Ἄγνοια, ας, ἡ, (ab adi. ἄγνους) inscitia, ignorantia, Act. 17, 30. 1 Petr. 1, 14. — ἡ οὖσα ἔν τινι, Eph. 4, 18. — κατὰ ἄγνοιαν, Act. 3, 17.

Ἁγνός, ή, όν, (a v. ἅζω) purus, is, in quo nihil est impuri *a.*, castus, purus a Venere, 2 Cor. 11, 2. (παρθένος, virgo intacta, incorrupta.) — Tit. 2, 5. — *b.*, purus ab omni scelere, integer. Deus ipse dic. ἁγνός, 1 Job. 3, 3. — ἁγνὸν ἑαυτὸν συστῆσαι, se sistere incontaminatum, 2 Cor. 7, 11. — ἁγν. ἑαυτὸν τηρεῖν, 1 Tim. 5, 22. — ἡ ἄνωθεν σοφία dicitur ἁγνή, quia is, qui ea imbutus est, mentem puram habet, Jac. 3, 17. — ἁγνὴ ἀναστροφή, 1 Petr. 3, 2. (cf. 2 Petr. 3, 11.) vita pura, nullis sceleribus contaminata.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, (ap. Profanos non legitur; ab ἁγνός) puritas. Semel obviam fit 2 Cor. 6, 6. (ἐν ἁγνότητι.)

Ἁγνῶς, adv. pure, caste, puro animo, Phil. 1, 17.

Ἀγνωσία, ας, ἡ, (ab adi. verbali ἄγνωτος) inscitia, ignorantia, 1 Cor. 15, 34. (ἀγνωσίαν θεοῦ ἔχουσι.) 1 Petr. 2, 15.

Ἄγνωστός, οῦ, ὁ, ἡ, ignotus, Act. 17, 23.

Ἀγορά, ᾶς, ἡ, (a v. ἀγείρω, perf. ἤγορα, congrego) concio, conventus, locus, ubi conciones fiunt. In N. T. forum, locus publicus, ubi iudicia habentur, Act. 16, 19. 17, 17. — locus, ubi res venales, merces exponi solent (der Markt), Marc. 7, 4. (ἀπὸ ἀγορᾶς, scil. ἐλθόντες, a foro reversi — Rabbini aiunt, inquinatorum loco habitos fuisse eos, qui in foro fuissent, ob externorum concursum) — locus oppidi vel vici maxime frequentatus, — pl. Matth. 11, 16. (Luc. 7, 32.) Marc. 6, 56. (cod. D. ἐν πλατείαις, e glossemate) Matth. 20, 3. 23, 7. (Marc. 12, 38. Luc. 20, 46.)

Ἀγοράζω, f. άσω, (a nomine: ἀγορά) a., forum frequento; b., emo, α., absol. Matth. 25, 9. 10. — οἱ ἀγοράζοντες κ. οἱ πωλοῦντες, emtores et venditores, Matth. 21, 12. (Marc. 11, 15. Luc. 19, 45.) — β., constr. . . . τί, Matth. 13, 44. 46. 14, 15. (Marc. 6, 36. Luc. 9, 13. Joh. 6, 5.) — . . . παρά τινος, Apoc. 3, 18. — ἔκ τινος, emo aliquid pecunia, quam ex vendita aliqua re lucratus sum, (Palaeph. fab. 46.) Matth. 27, 7. — quanti? Marc. 6, 37. 1 Cor. 6, 20. cf. πιπράσκω. — ἀγοράζ. metaphorice dictum: Christus sibi (in peculium) cultores suos emit, 2 Petr. 2, 1. 1 Cor. 6, 20. (ἠγοράσθητε τιμῆς) quare eos non decet se mancipare hominibus, 1 Cor. 7, 23. — Additur: ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, i. e. sanguinis sui pretio, Apoc. 5, 9. et dicitur h. l. Christus eosdem suos cultores emisse Deo, i. e. ut Deus eos secum haberet in coelis. — Ii, quos emit, emti sunt ἀπὸ τῆς γῆς, von der Erde hinweg, Apoc. 14, 13. — ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, von den Menschen her, Apoc. 14, 5.

Not. Distingue inter ἀγοράζειν et ἐξαγοράζειν.

Ἀγοραῖος, ον, ὁ, ἡ, (ἀγορά) foro addictus (is, qui forum et loca publica frequentat) — pl. circumforanei, subrostrani, subbasilicani (ap. Tacit. sordida plebs, circo et theatris adsueta), Act. 17, 5.

Ἀγόραιος, ον, ὁ, ἡ, (ἀγορά) forensis — subaud. ἡμέρα, dies iudicialis, Act. 19, 38. (ἀγόραιοι ἄγονται. Vulg. conventus forenses aguntur. Strab. XIII. p. 932: τὰς ἀγοραίους ποιεῖσθαι).

Ἄγρα, ας, ἡ, (ἄγω) venatio, captura, Hesych. et Phavor. ἄγρα· θήρα. Dicitur de piscatura, Luc. 5, 4. (εἰς ἄγραν, ut capiatis; graeci quoque: ἐξελθεῖν εἰς ἄγραν, venatum exire) v. 9. (ἡ ἄγρα τῶν ἰχθύων, i. e. copia piscium captorum; quare additur: ἣν συνέλαβον).

Ἀγράμματος, ον, ὁ, ἡ, (γράμμα) literarum rudis (qui non est doctrina imbutus, unstudirt), Act. 4, 13.

Not. Distingue ἀγράμματος, ἀμαθής, ἀπαίδευτος, ἰδιώτης.

Ἀγραυλέω (ῶ), f. ήσω, (ἄγραυλος, ab ἀγρός, ager et αὐλή, casa) sub dio ago, Luc. 2, 8.

Ἀγρεύω, f. σω, (ἄγρα. cf. ἁλιεύω, παγιδεύω) venationi, piscaturae vaco (Hom. Od. 12, 330. Aesop. fab. 17. avium capturae, Hom. Od. 20, 306.) τινά, capio — trop. Marc. 12, 13. (Matth. 22, 15. παγιδεύω. Luc. 20, 20. ἐπιλαμβάνομαί τινος.) — τινὰ (ἐν) λόγῳ, in locis modo allatis.

Ἀγριέλαιος, ον, ὁ, (ex ἄγριος, agrestis, et ἔλαιος s. ἐλαία, olea, cf. ἀγριάμπελος) olea agrestis, oleaster (oppon. καλλιέλαιος) i. q. ὁ, ἡ κότινος, Rom. 11, 17. 24.

Ἄγριος, ία, ον, (ἀγρός, ager) *a.*, agrestis, sylvestris (v. c. herba, bestia) — μέλι ἄγριον, mel sylvestre, quod ex arboribus et fructibus colligitur, 1 Sam. 14, 25. (Diod. Sic. 19, 94. Suid. sub v. ἀκρίς.) Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.) *b.*, Saevus, immansuetus — κύματα θαλάσσης (ungestüm) Jud. v. 18. cf. Sap. 14, 1.

Ἀγρίππας, ὁ, v. Ἡρώδης.

Ἀγρός, οῦ, ὁ, (a v. ἀγείρω, id, quod aratur) *a.*, ager, rus, Matth. 6, 28. (Luc. 12, 28.) 24, 18. Luc. 15, 15. al. — *b.*, i. q. χωρίον, ager (ein Feldstück), Matth. 13, 24. 27. Marc. 10, 30. Act. 4, 37. — *c.*, pl. οἱ ἀγροί, vici, pagi circumiacentes (ἀγροὶ κ. κῶμαι), Marc. 6, 36. Luc. 9, 12. — εἰς τ. πόλιν κ. εἰς τοὺς ἀγρούς, Marc. 5, 14. (Luc. 8, 34.)

Ἀγρυπνέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀγρυ sed unde hoc? et ὕπνος) insomnis sum, vigilo (i. q. γρηγορῶ). trop. me sobrium conservo, Marc. 13, 33. (Luc. 21, 36.) — ἀγρ. εἴς τι, attentus sum in rem, Eph. 6. 18. — ἀγρ. ὑπέρ τινος (imagine a pastoribus desumta), Hebr. 13, 17.

Ἀγρυπνία, ας, ἡ, (ἀγρυπνός, insomnis) insomnia — ἐν ἀγρυπνίαις, vigiliis, 2 Cor. 6, 5. 11, 27.

Ἄγω, f. ἄξω, (aor. 2. ἤγαγον) 1., ago, pello, promoveo, ich treibe. — Pass. ἄγομαί τινι, agor (vi quadam animum movente). — ἄγ. πνεύματι, Gal. 5, 18. — ἄγ. πνεύματι ἁγίῳ, Rom. 8, 14. — ἐπιθυμίαις, 2 Thess. 3, 6. — ἤγετο ἐν τῷ πν. εἰς — Luc. 4, 2. (Matth. 4, 1. ἀνήχθη ὑπὸ τ. πν. εἰς . .) — ἄγω intransit. ἄγωμεν (quasi supplendum sit ἑαυτούς), eamus, Matth. 26, 46. (Marc. 14, 42.). ἄγωμεν ἐντεῦθεν, Joh. 14, 31. — ἄγωμεν εἰς, Marc. 1, 38. Joh. 11, 7. (cf. v. 8. ὑπάγω) — ἄγωμεν πρός, Joh. 11, 15. — 2., *duco*, — τινά, aliquem; pass. 1 Cor. 12, 2. — τινὰ σὺν ἐμαυτῷ, 1 Thess. 4, 13. — τινὰ ἔξω, foras, Joh. 19, 4. 13. — τινὰ ἕως, Act. 17, 15. — τινὰ εἰς, Hebr. 2, 10. — τινὰ πρός τινα (adduco ad), Marc. 12, 7. Joh. 1, 42. 8, 3. 9, 13. — τινὰ ἐπί τινα (vor Jemand hin), duco ad (tribunal, magistratus), Matth. 10, 18. Luc. 23, 1. Act. 17, 19. 18, 12. — δεδεμένον ἄγω τινὰ ἐπί, Act. 9, 21. 22, 5. Ita etiam ἄγειν et ἄγεσθαι simpliciter (ad tribunal), Act. 19, 37. Marc. 13, 11. Luc. 22, 54. — (ad supplicium), Luc. 22, 32. — 3., affero, (herbei) bringen, Act. 20, 12. (ἤγαγον ζῶντα) Joh. 7, 45. — μετ' ἐμαυτοῦ, 2 Tim. 4, 11. — adduco (herführen), Marc. 12, 3. (Matth. 21, 2. μοί, ut Joh. 19, 4. ὑμῖν.) — 4., adduco, anleiten wozu, — εἰς μετάνοιαν, Rom. 2, 4. — 5., iunctum cum nominibus tempus spectantibus: agere v. c. diem tertium, Luc. 24, 21. (τρίτην ἡμέραν ἄγει.) — diem agere festum, Matth. 14, 6. — diem iudicialem, Act. 19, 38. (Vulg. conventus forenses aguntur. Reddi potest: aguntur dies conventus.)

Ἀκρασία, ας, ἡ, (ab ἀκρατής, qu. v.) incontinentia, intemperantia, Matth. 23, 25. (alii codd. ἀδικία) 1 Cor. 7, 5.

Ἀκρατής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (ex α priv. et κράτος, robur) incontinens, intemperans, 2 Tim. 3, 3.

Ἄκρατος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et κεράω, κεράννυμι, misceo) immixtus, merus, Apoc. 14, 10.

Ἀκρίβεια, ας, ἡ, (ab ἀκριβής, ές) diligentia, Act. 22, 3. (πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, Vulg. eruditus iuxta veritatem paternae legis. Erasmus vero et Alii verba coniungunt: πεπαιδευμένος νόμου, et κατὰ ἀκρίβειαν sumunt pro adverbio ἀκριβῶς.)

Ἀκριβής, έος, ὁ, ἡ, diligens. a., Neutr. comparat. α., pro adverbio positum, Act. 18, 26. 23, 15. 24, 22. — β., τὶ ἀκριβέστερον, aliquid certius (quam quod iam comperimus), Act. 23, 20. — b., superlat. Act. 26, 5. (κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν, secundum diligentissimam sectam cf. Jos. B. J. l. 1, c. 4.)

Ἀκριβόω (ῶ), f. ώσω, diligenter exploro — τὶ παρά τινος, Matth. 2, 7. 16.

Ἀκριβῶς, adv., diligenter, Matth. 2, 8. (ἐξετάζειν) Luc. 1, 3. (πᾶσι παρακολουθεῖν) Act. 18, 25. (διδάσκειν) Eph. 5, 15. (περιπατεῖν.)

Ἀκρίς, ίδος, ἡ, locusta, insectorum genus terris Orientalibus maxime infestum, quippe agros et arbores vastans. Innumeros earum greges quovis vere ventus ex Arabia in Palaestinam agit, unde devastatis agris in loca septentrioni propiora demigrant, usque dum ad mare delapsae pereant. Communis sunt cibus apud Orientalium quamplurimos, veluti Parthos, Syros, populos Libyae, Africae et Asiae. Pars quaedam Aethiopum, inquit Plinius (1, 6. c. 30.), locustis tantum vivit, fumo et sale duratis in annua alimenta. (Cf. Wineri Realw. sub verbo Heuschrecken.) Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.)

Ἀκροατήριον, ίου, τό, (ab ἀκροατήρ s. ἀκροατής, et hoc ab ἀκροάομαι, audio, v. post ἄκρος) locus, quo audiendi caussa conveniunt, auditorium; locus caussis audiendis et cognoscendis destinatus, Verhörsaal, Act. 25, 23. Ingressi esse hoc auditorium h. l. simul dicuntur οἱ χιλίαρχοι καὶ οἱ ἄνδρες οἱ κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πόλεως. Moris enim fuit procuratorum Romanorum, ut in caussis cognoscendis et iudicandis sibi assessores asciscerent et praeter tribunos militum, qui ipsis semper aderant, etiam alios homines dignitate conspicuos in consilium adhiberent. (Cic. Verr. 1, 29.)

Ἀκροατής, οῦ, ὁ, (a v. ἀκροάομαι) auditor, Rom. 2, 13. (τοῦ νόμου) Jac. 1, 22. 23. 25. (τοῦ λόγου, opp. ὁ ποιητής.)

Ἀκροβυστία, ας, ἡ, (ab ἄκρος, extremus et βύζω s. βύω, tego, vox antiquis Graecis incognita; nimirum hi utuntur voce: ἀκροποσθία et τὸ ἀκροπόσθιον, a πόσθη, i. e. membrum virile, mentula) praeputium (hebr. עָרְלָה), Act. 11, 3. (ἀκροβ. ἔχειν, praeputiatum esse) — conditio hominis praeputiati, Rom. 4, 10. (ἐν ἀκρ. εἶναι) 1 Cor. 7, 18. 19. Gal. 5, 6. Col. 2, 13. ἀκροβυστία τῆς σαρκός, Unbeschnittenheit am Fleische, (disting. a τοῖς παραπτώμασι) i. q. caro ἀπερίτμητος, i. e. mortui eratis in peccatis et, quod carnem attinet, praeputiati, qui foederis Dei non consortes sunt, (Gen. 17, 10.) Meton. abstr. pro concr. (i. q. ὁ ἐν ἀκροβ. ὢν s. ὁ ἀκροβυστίαν ἔχων, i. e.) gentilis, Rom. 2, 26. (cf. περιτομή) 3, 30. 4, 9. Eph. 2, 11. (ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν

σαρκὶ χειροποιήτου) Gal. 2, 7. (τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκρ. i. e. evang. gentilibus tradendum [explicatur v. 8.].)

Ἀκρογωνιαῖος, ου, ὁ, (ab ἄκρος, extremus, et γωνία) [scil. λίθος] lapis angularis, (hebr. אֶבֶן פִּנָּה, Jes. 23, 16. et Ps. 118, 22. ראשׁ פִּנָּה κεφαλὴ γωνίας Matth. 21, 42.) (Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. cf. 1 Petr. 2, 6.) i. e. lapis, cui aedificium tamquam fundamento innititur, — Eph. 2, 20. (Cum aedificio h. l. comparatur ecclesia, in qua omnibus vere Christianis, sive sint e gentilibus, sive e Judaeis profecti, ad salutem adspirare licet. Christus, in quo salutis spes reposita est, dicitur aedificii lapis angularis.)

Ἀκροθίνιον, ίου, τό, (ab ἄκρος, extremus, et θίς, θινός, acervus) summitas acervi — pl. τὰ ἀκροθίνια summitates acervorum e frugibus vel spoliis collectorum. Ex summitatibus acervorum apud Graecos Diis offerri solebat, Xen. Cyr. VII, 5, 53. Ergo τὰ ἀκροθ. sunt optima quaeque, praestantissima pars frugum et manubiarum; Hesych. Ἀκροθίνια· λαφύρων ἀπαρχαί, Hebr. 7, 4. (ἐκ τῶν ἀκροθ. de optimis quibusque, h. l. de praecipuis spoliis.) Cf. Gen. 14, 20.

Ἄκρος, α, ον, (i. e. ἄκερος, ab ἀκή, acies) summus, extremus — τὸ ἄκρον, summitas, extremitas, Luc. 16, 24. Hebr. 11, 21. — ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ, Matth. 24, 31. (Marc. 13, 27. cf. Jes. 13, 5. Jerem. 12, 12.)

Ἀκύλας, ου, ὁ, Aquila, Judaeus Ponticus, tentoriorum opifex, comes Pauli et socius in religione Christiana propaganda, Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1 Cor. 16. 19. 2 Tim. 4, 19.

Ἀκυρόω (ῶ), f. ώσω, (i. e. ἄκυρον ποιῶ, a verbo obsoleto κύρω, unde τὸ κῦρος, vis, valor et ὁ κύριος, dominus) auctoritate privo (opp. κυρόω, ratum facio, confirmo), Matth. 15, 16. (Marc. 7, 13. ἐντολήν) Gal. 3, 17. (διαθήκην.) — Not. distingue: ἀθετῶ, et ἀκυρῶ.

Ἀκωλύτως, adv. (ab adi. ἀκώλυτος, ex α priv. et κωλύω, impedio) absque impedimento, Act. 28, 31.

Ἄκων, ουσα, ον, (ex α priv. et ἑκών, libens, s. lubens) invitus (opp. ἑκών), 1 Cor. 9, 17.

Ἀλάβαστρον, ου, τό, vel ὁ ἀλάβαστρος, alabaster, *a.*, vas unguentarium ex alabastrite lapide confectum (ab arabica voce Albatzaron, albastrum, Onyx. „Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur . . . . nascitur circa Thebas Aegyptias, et Damascum Syriae.“ Plin. lib. 36, c. 8. Teres erat vasorum inde confectorum forma, sensim latius patens in superiori parte. Nonnulla huiusmodi vasorum fragmenta inter romanarum aedium rudera inveniuntur) *b.*, pyxis cuiuslibet materiae, in qua unguenta asservantur, Matth. 26, 7. (Marc. 14, 3. Luc. 7, 37.)

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, (ab ἀλαζονεύομαι i. e. ἀλαζόνα me gero, v. ἀλαζών) ostentatio, Jac. 4, 16, 1 Joh. 2, 16. (Occurrit ap. Aelian. Xenoph. Theophrast.)

Ἀλαζών, όνος, ὁ ἡ, (a v. ἄλη, circumvagatio) ostentator, Rom. 1, 30. 2 Tim. 3, 2.

Ἀλαλάζω, f. σω, (i. e. vocem inarticulatam ἀλαλά saepius repeto. — Cf. ὀλολύζω, אָלַל et lat. ululare) propr. sonat hilarem clamorem, vel celeusma militum, ubi proelium miscent. At Hellenistae non satis curant sermonis proprietatem, ac verbum illud a., de questu dicunt, ciulo, Marc. 5, 38. (הֵילִיל, Jerem. 4, 8. 25, 34.) — b., tinnio, 1 Cor. 13, 1.

Ἀλάλητος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et λαλητός, a λαλέω) non pronuntiandus, non verbis exprimendus, inenarrabilis, Rom. 8, 26. (στεναγμοί.)

Ἄλαλος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et λάλη, loquela) mutus, Marc. 7, 37. 9, 17. 25.

Ἅλας, ατος, τό, s. ἅλς, ἁλός, τό, sal, condimentum ciborum (Hom. Il. 9, 214.), Matth. 5, 13. Marc. 9, 50. (Levit. 2, 13.) Luc. 14, 34. — Col. 4, 6. (ἅλατι ἠρτυμένος ὁ λόγος. Opp. σαπρός. Apud Graecos et Rom. ἅλας et sales dicuntur sermones lepidi et ingeniosi.)

Ἀλείφω, f. ψω, ungo, τινά, Marc. 6, 13. (Jac. 5, 14.) 16, 1. Luc. 7, 38. 46. — Med. ungo mihi, Matth. 6, 17.

Ἀλεκτοροφωνία, ας, ἡ (a voc. ἀλέκτωρ, gallus, et φωνή.) a., propr. gallicinium, Hahnenschrei. — b., tertia noctis vigilia, Marc. 13, 35. (Recensentur h. l. vigiliae, in quas Judaei Romanor. morem sequuti noctem dividere solebant.) V. de hac voce Lobeck. ad Phrynich. p. 229.

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, gallus gallinaceus, Matth. 26, 34. — v. Lobeck. l. l. p. 229.

Ἀλεξανδρεύς, έως, ὁ, Alexandrinus, Alexandria (urbe Aegypti celeberrima, ab Alexandro M. condita) oriundus, Act. 6, 9. 18, 24.

Ἀλεξανδρῖνος, ου, ὁ, Alexandrinus, πλοῖον, navis Alexandria Romam vehens, Act. 27, 6. 28, 11.

Ἀλέξανδρος, ου, ὁ, Alexander, a., filius Simonis illius Cyrenaici, qui crucem Jesu portasse narratur, Marc. 15, 21. — b., vir quidam, qui erat summus sacerdos, Act. 4, 6. (fortassis Alexander Lysimachus vir Judaeorum sui temporis locupletissimus, qui ingentibus muneribus templum ditavit et Agrippae regi amicissimus fuit.) — c., Judaeus quidam, Act. 19, 33. — d., faber s. artifex quidam aerarius, 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14.

Ἄλευρον, ου, τό, (a v. ἀλεύω, molo) farina, Matth. 13, 33. (Luc. 13, 21.) — Hesych. ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου, ἄλφιτα δὲ τῶν κριθῶν.

Ἀλήθεια, ας, ἡ, (ab adi. ὁ, ἡ, ἀληθής) veritas 1., sensu obiect. a., universe: verum, veritas (opp. τὸ ψεῦδος), ἀλήθειαν λέγω, Joh. 8, 46. Rom, 9, 1. 1 Tim. 2, 7. (οὐ ψεύδομαι) Eph. 4, 25. (λαλεῖν) 2 Cor. 12, 6. (ἀλήθ. ἐρῶ) Act. 26, 25. (ῥήματα ἀληθείας ἀποφθέγγομαι) Jac. 3, 14. (ψεύδομαι κατὰ τῆς ἀληθείας) 2 Cor. 7, 14. (ἐν ἀληθείᾳ πάντα λαλῶ) Joh. 16, 7. (τὴν ἀλ. λέγω) — 5, 33. (μαρτυρῶ τῇ ἀληθείᾳ, testimonio rem veram confirmo) 1 Joh. 1, 8. (ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.) — ποιῶ τὴν ἀλ. ita ago, ut me non oporteat quidquam celare, Joh. 3, 21. — 1 Joh. 1, 6. (opp. ψεύδομαι.) — ἐπ' ἀληθείας, vero convenienter, Marc. 12, 32. Luc. 4, 25. — profecto, Luc. 22, 59. Act. 4, 27. 10, 34. — vere, Marc. 12, 14. (Luc. 20, 21. sed Matth. 22, 16. ἐν ἀληθείᾳ.) — ἐν ἀληθείᾳ,

Matth. 22, 16. Joh. 4, 24. Col. 1, 6. 2 Joh. 1. 3 Joh. 1. — Phil. 1, 18. (εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ.) — ἐστί τι κατὰ ἀλήθειαν, Rom. 2, 2. (vero accommodatum.) — Vocabulum ἀλήθεια apud Joh. saepius cum alia voce consociatum occurrit, Joh. 1, 14. 17. 4, 24. 1 Joh. 3, 18. — *b.*, veritas i. e. res ut vere est, Marc. 5, 33. (εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.) — *c.*, veritas, cui opp. vanitas et inanitas — μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, Rom. 1, 25. (i. e. Deum verum commutaverunt in vana idola. — Sic mendacium apud scripturas frequenter pro idololatria et idolis usurpatur, v. Jes. 28, 15. 44, 20. Jerem. 13, 25. 23, 14. Os. 7. 1.) Joh. 8, 44. (ἐν τῇ ἀληθ. οὐχ' ἕστηκε, nihil in ipso solidi est, quod possit amplecti. Opp. ψεῦδος.) — *d.*, ἡ ἀλήθ. sensu eminentiori: quae in Deo est — v. Joh. 14, 17. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, 15, 26. 16, 13. — vel e mente Dei derivata est rerum divinarum et humanarum cognitio. — Lex divina, Rom. 2, 20. — veritas evangelica, Joh. 1, 17. 18, 37. 8, 32. 14, 6. — ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, Eph. 1, 13. Col. 1, 5. 2 Tim. 2, 15. Jac. 1, 18. — ἡ ἀλήθεια simpliciter dicta, Rom. 1, 18. Gal. 3, 1. 2 Thess. 2, 12. 13. (πίστις ἀληθείας.) — ἐπίγνωσις ἀληθείας, Hebr. 10, 26. 1 Tim. 2, 4. (4, 4. ἐπιγινώσκ. τὴν ἀλ.) 7, 65. 2 Tim. 2, 18. (ἀστοχεῖν περὶ τὴν ἀλ.) 2 Petr. 1, 12. 2, 2. — Speciat. recta evangelii tradendi ratio, Gal. 2, 5. 14. (ὀρθοποδεῖν πρὸς τὴν ἀλ. τοῦ εὐαγγ. veram rationem sequi, quam doctrina Christiana monstrat.) Tit. 1, 14.

2., Sensu subi. *a.*, veracitas, Rom. 3, 7. 15, 8. — *b.*, probitas, integritas, 1 Cor. 5, 8. 13, 6. (opp. fraus, simulatio, dolus, impuritas.) Eph. 4, 21. 5, 9.

Ἀληθεύω, verum teneo, Eph. 4, 15. — τινί, sincere ago cum aliquo, Gal. 4, 16.

Ἀληθής, ὁ, ἡ, ἀληθές, τό, (ex α priv. et τὸ λῆθος a λήθω s. λανθάνομαι) *a.*, verus — ἀλ. μαρτυρία, Joh. 5, 32. 8, 13. 21, 24. Tit. 1, 13. — κρίσις, Joh. 8, 16. — παροιμία, 2 Petr. 2, 22. — Neutr., Joh. 4, 18. 10, 41. 19, 35. 1 Joh. 2, 3. Phil. 4, 8. 1 Petr. 5, 12. — ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον, Act. 12, 9. — τὸ χρῖσμα, 1 Joh. 2, 27. — *b.*, verax, Matth. 22, 16. (Marc. 12, 14.) Joh. 3, 33. 7, 18. 8, 26. Rom. 3, 4. (oppon. ψεύστης) 2 Cor. 6, 8. (opp. πλάνος.)

Ἀληθινός, ἡ, όν, *a.*, *verus*, i. e. *α.*, verum dicens, vero conveniens, v. c. λόγος, Joh. 4, 37. 19, 35. Apoc. 15, 3. 16, 7. 19, 2. 9. 21, 5. 22, 6. — *β.*, non fictus, Joh. 17, 3. 1 Joh. 5, 20. 1 Thess. 1, 9. — *γ.*, suo nomine dignus, Joh. 1, 9. (τὸ φῶς τὸ ἀλ.) 4, 23, 6, 32. 15, 1. Hebr. 8, 2. 9, 24. — *δ.*, in quo fiducia collocari potest, τὸ ἀληθ. (opp. ἄδικος, fraudulentus, qui fidem fallit), Luc. 16, 11. — *b.*, *verax*, Apoc. 3, 7. (Christus) 14. (ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς κ. ἀληθ.) cf. 19, 11. — *c.*, *sincerus*, μετὰ ἀληθινῆς καρδίας, Hebr. 10, 22.

Ἀλήθω, f. σω, (Attici: ἀλέω) molo, Matth. 24, 41. (Luc. 17, 35. sens. ex ancillis duabus, molam iuncta opera torquentibus, ut triticum herili familiae terant, altera elabente, altera capietur. — Scil. ancillae, quodam ceu carcere clausae, occupabantur tritico terendo molis, quas ipsae brachiis manibusque torquebant, Ex. 11, 5. Jes. 47, 2. Judic. 16, 21. Hom. Od. 20, 105. Graecis eae ancillae dicebantur γυναῖκες ἀλετρίδες.)

Ἀληθῶς, adv. (adi. ἀληθής) vere, re vera, Matth. 14, 33. 26, 73.

(Marc. 14, 70.) 27, 54. (Luc. 23, 47. ὄντως) Luc. 9, 27. Act. 12, 11. Joh. 1, 48. 4, 42. 6, 14. al.

Ἁλιεύς, έως, ὁ, (a v. ἅλς, ἁλός, mare, cf. ἅλας et lat. sal) piscator, Matth. 4, 18. 19. (Marc. 1, 16. 17.)

Ἁλιεύω, f. σω, (ab ἁλιεύς) opus piscatoris exerceo, piscor, Joh. 21, 3.

Ἁλίζω, f. ίσω, (a v. ἅλς, ἁλός, sal) salio, sale condio, Marc. 9, 49. (ἁλίζεσθ. ἁλί, Levit. 2, 13.) — Locus admodum difficilis.

Ἀλίσγημα, τος, τό, (a v. ἀλισγέω, polluo, Dan. 1, 8. Mal. 1, 7. 12. Sir. 40, 33.) pollutio, contaminatio, Act. 15, 20. (Vox Graecis incognita.)

Ἀλλά, particula adversat. *a.*, at. Sexcentis in locis occurrit et *α.*, ita orationem continuat, ac si in verbis praecedentibus lateret particula concessiva „quidem", Matth. 9, 18. 24, 6. (Marc. 13, 7. Luc. 21, 9.) Marc. 13, 20. 14, 28. Luc. 22, 53. Joh. 8, 26. 16, 7. 20. Act. 4, 17. 7, 48. Rom. 4, 2. 5, 14. 15. 10, 16. (coll. v. 12.) 1 Cor. 2, 6. 4, 8. 9. 8, 7. 10, 23. Gal. 4, 8. Hebr. 4, 2. (coll. v. 3.) — *β.*, saepius τὸ ἀλλά idem est quod *quin imo*, Joh. 16, 2. praesertim addito: καί, Luc. 12, 7. 16, 21. 24, 22. — vel: οὐδέ, Luc. 23, 15. Act. 19, 2. 1 Cor. 3, 2. — *γ.*, secum fert adhortationem, admonitionem, implorationem (cf. formulam Graecis scriptor. frequentatam: ἀλλ' ἄγε), Marc. 9, 22. (ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν) Joh. 14, 31. 16, 33. Act. 26, 16. Cf. Marc. 14, 36. 2 Cor. 8, 7. — Praeterea notes *δ.*, formulam: ἀλλ' ἵνα (ita dici solitam, ut ante τὸ ἵνα aliquae voces cogitando supplendae sint, Marc. 14, 49. (ἀλλὰ [τοῦτο γέγονεν] ἵνα) Joh. 13, 18. 15, 25. 1 Joh. 2, 19. Videtur in eiusmodi formulis vices explere Latinorum coniunctivi, vim habentis imperandi ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ, i. e. sed impleri oportebat etc. Ita quoque 2 Cor. 8, 7. (ἵνα καὶ περισσεύητε i. e. ita quoque abundetis necesse est.) — *ε.*, ἀλλά, ubi sequitur particulam concessivam εἰ (εἰ καὶ) in priori enunciationis parte collocatam, vim habet latinae voculae: tamen; ita praecedente εἰ, 1 Cor. 9, 2. Rom. 6, 5. — vel εἰ καὶ, Marc. 14, 29. 2 Cor. 4, 16. 5, 16. 11, 6. Col. 2, 5. — vel καὶ εἰ, 2 Cor. 13, 4. — vel praecedente εἴπερ, 1 Cor. 8, 6. — vel praec. ἐάν, 1 Cor. 4, 15. — *ζ.*, ἀλλά γε, at certe, Luc. 24, 21. 1 Cor. 9, 2. — ἀλλ' οὐ, at nonne, Hebr. 3, 16. — ἀλλ' οὐχί, nonne potius, Luc. 17, 8. — ἀλλ' ἤ, nisi — praecedente: ἄλλος, 2 Cor. 1, 13. — vel praecedente: τίς (supple: ἄλλος), 1 Cor. 3, 5. — *η.*, ἀλλά saepius repetitum: imo potius, 2 Cor. 7, 11. cf. Herm. Vig. p. 470.

b., Praecedente negatione particula ἀλλά significat: sed, sondern, Matth. 20, 23. 21, 21. al. Marc. 16, 6. 7. Act. 2, 16. 1 Cor. 6, 13. 2 Cor. 7, 5. — idem suppressa negatione, Rom. 6, 5. (supple: non solum mortis eius consortes erimus, ἀλλὰ καί cett.) 2 Cor. 7, 11. — ἀλλά, sed, saepius repetitum, Matth. 11, 7—9. (Luc. 7, 24—26. — ante ἀλλὰ supple verba: hoc negabitis, cf. Heindorf. ad Plat. Protag. 71. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε.) — Ita quoque negatio interdum suppressa est ante ἀλλ' ἵνα, Joh. 1, 8. (supple: ἀλλὰ ἦλθεν, ἵνα.) 9. 3. (supple: ἀλλὰ τυφλὸς ἐγένετο, ἵνα, nos: sondern die Werke Gottes sollten an ihm offenbar werden) cf. 11, 52. Matth. 20, 23. (supple: sed ii accipient, οἷς δέδοται) Marc. 4, 22. (i. e. ἀλλὰ τοιοῦτο ἐγένετο, ἵνα.)

Ἀλλάσσω s. ττω, f. ξω, immuto, Act. 6, 14. Gal. 4, 20. — transformo,

verwandeln; pass., 1 Cor. 15, 51. 52. (textus graecus: *οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα*, at Vulgatus: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur) Hebr. 1, 12. (f. *ἀλλαγήσομαι*, Ps. 101, 26.) — cum *εἰς* s. *ἐν*, Rom. 1, 23.

Distingue: *ἀλλάσσω, μεταμορφόω, μετασχηματίζω.*

Ἀλλαχόθεν, adv. (i. q. *ἄλλοθεν*, cf. *ἑκασταχόθεν, πανταχόθεν*) aliunde, Joh. 10, 1.

Ἀλληγορέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ex *ἄλλος* et *ἀγορεύω*) i. e. *ἄλλο μὲν ἀγορεύω, ἄλλο δὲ νοέω*, aliud dico (verbis exprimo), aliud cogito. — *Ἅτινα ἐστιν ἀλληγορούμενα*, quae sunt per allegoriam dicta, Gal. 4, 24. (in utriusque filii rebus gestis latet allegoria. Theodoret. Etiam Philo in Ismaële et Isaaco, Sara et Agare allegoriam invenit, ut Eiusd. libr. allegor. et lib. de Cherubim testantur.)

Ἀλληλούϊα, (hebr. הַלְלוּ־יָהּ) laudate Dominum, Apoc. 19, 1. 3. 4. 6.

Ἀλλήλων, gen., (dat. *οις, αις, οις.* — acc. *ους, ας, α*) alter alterum, invicem, mutuo. Refertur vel ad primam vel ad sec. vel ad tertiam person. — ad primam, v. c. 1 Joh. 1, 7. 4, 7. (*ἀγαπῶμεν ἀλλήλους* amemus nos invicem s. alter alterum) — ad sec. pers., Marc. 9, 49. (*εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις*, concordiam servate inter vos, alter cum altero) Joh. 13, 35. 15, 12. 17. Jac. 5, 16. — ad tertiam pers. v. c. Marc. 9, 33. Act. 28, 25. al.

Ἀλλογενής, *έος, ὁ, ἡ*, (ex *ἄλλος* et *γένος*) ex alia gente oriundus, alienigena, Luc. 17, 18.

Ἅλλομαι, f. *ἁλοῦμαι*, aor. 1. *ἡλάμην*, salio, Act. 3, 8. 14, 10.

Ἄλλος, *η, ο*, alius, alia, aliud, *a.*, absol., Matth. 27, 42. (Marc. 15, 31. Luc. 23, 35.) Joh. 7, 12. 21, 2. 25. al. — *ἄλλος, ἄλλος*, alius, alius, pl. nonnulli, alii (*ἄλλοι δέ*), Marc. 6, 15. Matth. 21, 8. — *ὁ μέν, ἄλλος δέ*, 1 Cor. 12, 8. — *ἄλλος ἄλλο*, alius aliud, Act. 19, 32. 21, 34. — *b.*, adi., Matth. 2, 12. 4, 21. 28, 1. Joh. 14, 16. 1 Cor. 10, 29. 15, 39. al. — *c.*, *ὁ ἄλλος, η, ο*, adi. alter, altera, alterum, adi., Matth. 5, 39. 12, 13. al. — pl., Joh. 21, 8. — *οἱ ἄλλοι*, absol. reliqui, caeteri, 1 Cor. 14, 29.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, *ου, ὁ, ἡ*, (ex *ἀλλότριος*, peregrinus, et *ἐπίσκοπος*, inspector, — vox a Christianis formata) qui rerum alienarum et ad se non pertinentium curam habet, 1 Petr. 4, 15.

Ἀλλότριος, *ία, ον*, 1., alienus (oppon. *ἴδιος*) — adi., Joh. 10, 5. Act. 7, 6. Rom. 14, 4. 15, 20. 2 Cor. 10, 15. 16. Hebr. 9, 25. 1 Tim. 5, 22. — absol. *τὸ ἀλλότρ.* (oppon. *τὸ ὑμέτερον*), Luc. 16, 12. — pl. *οἱ ἀλλότρ.* peregrini, Matth. 17, 25. — **2.**, hostis, Hebr. 11, 34. (Xenoph. Anab. 3, 5. 5. Hom. Il. 5, 214.)

Ἀλλόφυλος, *ου, ὁ, ἡ*, (ex *ἄλλος* et *φυλή*, tribus) alienigena, Act. 10, 28.

Ἄλλως, adv., (adi. *ἄλλος*) aliter, secus, 1 Tim. 5, 25. (quae secus se habent, i. e. bona opera non sunt.)

Ἀλοάω (*ῶ*), f. *ήσω* et *άσω* (a voc. *ἀλωή*, area, in qua teritur s. trituratur frumentum) trituro. Ammon. *τὰ ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατεῖν κ. τρίβειν τὰς στάχυας*, 1 Cor. 9, 10. 1 Tim. 5, 18. (Deut. 25, 4. Jerem. 51, 33.)

Ἄλογος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ὁ λόγος, ratio) rationis expers, brutus, — τὰ ἄλογα ζῶα, 2 Petr. 2, 12. (Jud. v. 10.) — neutr. absurdum, Act. 25, 17. (Xenoph. Ages. 11, 1.)

Ἀλοή, ῆς, ἡ, (vulgo: ξυλαλόη, ἀγάλλοχον, hebr. אֲהָלוֹת אֲהָלִים, Num. 24, 6. Ps. 45, 6. Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. — Arab. Alluwe. — Linn.: excoecaria Agallochum. V. Wineri bibl. Reall. sub v. Aloe.) aloë, arbor aromatica nascens in India orientali et Cochinchina, cuius lignum molle et amarum orientales cadaveribus condiendis adhibebant (ut teste Herodoto Aegyptii), Joh. 19, 39.

Ἅλς, ἁλός, τό, i. q. τὸ ἅλας (cohaeret cum ἅλλομαι, salio, springen), Marc. 9, 49. (ἀλὶ ἁλισθήσεται, Levit. 2, 13.)

Ἁλυκός, ή, όν, salsus, marinus (i. q. ἁλμυρός, — Aristot. ἁλυκὸν ὕδωρ, cf. latinum nomen piscis: halec s. alec), Jac. 3, 12. (ὕδωρ ἁλυκὸν κ. γλυκύ.)

Ἄλυπος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et λύπη, dolor) vacuus a dolore, Phil. 2, 28. (ἀλυπότερος, magis a dolore vacuus s. minus dolens. Xen. Oecon. 8, 2.)

Ἅλυσις, εως, ἡ, (Phavorinus derivat ab α priv. et λύω, solvo, quia catena ἄλυτος est, i. e. solvi non potest. Rectius fortasse scribitur ἄλυσις) a., manica, i. e. vincula, quibus manus constringuntur, Handfessel — pl. Marc. 5, 4. (Luc. 8, 29.) Act. 12, 6. 7. 21, 33. 28, 20. (τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι) Apoc. 20, 1. (cf. 2 Petr. 2, 4.) Eph. 6, 20. (ἐν ἁλύσει πρεσβεύω — vinctus. Nimirum sequenti se ubique militi catena alligatus erat, cf. Act. 28, 16. 30. 31.) 2 Tim. 1, 16. — b., catenae cuiusvis generis, quibus vel manus, vel pedes constringuntur, Marc. 5, 3.

Ἀλυσιτελής, έος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et λυσιτελής, et hoc a λύω et τέλος, qui vectigal aut impensas ipsi impositas solvit — frugifer, utilis.) a., propr. qui nullam usuram pendit — b., qui nihil lucri affert, inutilis (Xen. de Vectig. 4, 6.). — per litot.: perniciosus, Hebr. 13, 17. (Xen. Mem. 1, 7, 4. Cyr. 1, 3, 8.)

Ἀλφαῖος, ου, ὁ, (חַלְפַי), Alphaeus, 1., pater Levi, Marc. 2, 14. — 2., Jacobi alterius, qui erat e duodecim discipulis Jesu, pater, Matth. 10, 3. (Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13.) Putant interpretes, hunc Alphaeum esse eundem cum Κλωπᾷ, cuius mentionem fecit Joannes c. 19, 25. v. Ἰάκωβος.

Ἅλων, ωνος, ἡ, (apud τοὺς ὁ etiam ὁ, v. c. Ruth 3, 2.) i. q. ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, area, i. e. locus, in quo triturantur frumenta, v. supra ἀλοάω) — διακαθαρίζειν τὴν ἅλωνα, aream purgare removendis paleis, Matth. 3, 12. Luc. 3, 17.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, vulpes, Matth. 8, 20. (Luc. 9, 58.) — per metaph. homo astutia vulpi similis, Luc. 13, 32. (Plutarch. vita Sullae 28. p. 130. edit. Reisk.)

Ἅλωσις, εως, ἡ, (a v. ἁλόω = ἅλωμι, ἁλίσκω, capio) captura, 2 Petr. 2, 12. (γεγεννημένοι εἰς ἅλωσιν.)

Ἅμα, adv., una, simul, Act. 24, 26. 27, 40. Rom. 3, 12. Col. 4, 3. 1 Tim. 5, 13. Philem. v. 22. — ἅμα σύν, simul cum, 1 Thess. 4, 17. 5, 10. — seq. dat. absque σύν, Matth. 13, 29. — (ut Graeci, v. c. ἅμα ἡμέρᾳ.) ἅμα πρωΐ, prima luce, primo mane, Matth. 20, 1.

Ἀμαθής, έος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μήθω = μανθάνω, unde ἔμαθον, τὸ μάθος) indoctus, rudis, 2 Petr. 3, 16. (Aelian. V. H. 2, 8. Xen. Mem. 1, 2, 49.)

Ἀμαράντινος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἀμάραντος, quod v. Cf. supr. ἀκάνθινος) ex Amaranto (flore numquam marcescente, nostratibus Tausendschönchen dicto) contextus (V. Plin. H. N. 21, 15. Athen. 15, 11.). — ἀμαράντινος στέφανος, 1 Petr. 5, 4. (Amarantinae coronae interdum athletis dabantur.)

Ἀμάραντος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μαραίνομαι, marcesco; cf. formas: ἀμίαντος, ἀπέραντος, ἄφαντος) non marcescens, immarcescens, 1 Petr. 1, 4. (κληρονομία, cum serto comparata, cf. Sap. 6, 12.)

Ἁμαρτάνω, f. ήσω (Matth. 18, 21. Rom. 6, 15., Graeci elegantiores: ἁμαρτήσομαι, aor. 1., serioris aevi ἡμάρτησα, Matth. 18, 15. Rom. 5, 14. 16. habet Diod. Sic. v. Lobeck ad Phryn. p. 732. — Perf. ἡμάρτηκα, 1 Joh. 1, 10. aor. 2., ἥμαρτον, Rom. 5, 12. 1 Joh. 2, 1.) — *a.*, propr. *a scopo aberro.* (Hom. Il. 8, 311. et ἀφαμαρτάνειν, Il. 8, 119. — ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ, Il. 9, 501. — Xen. Cyr. 1, 4, 11.) — *b.*, In N. T. *pecco*, legem Dei violo, aliquid contra legem div. committo, a lege div. aberro; *α.*, absol. Rom. 2, 12. 3, 23. 5, 12. 14. 16. 6, 15. 1 Cor. 7, 28. 36. 15, 34. Eph. 4, 26. 1 Tim. 5, 20. Tit. 3, 11. Hebr. 10, 26. (ἑκουσίως) 1 Joh. 1, 10. 2, 1. 3, 6. — i. q. ἁμαρτίαν ποιῶ, 3, 9. — de certis flagitiis, Joh. 5, 14. 8, 11. 9, 2. 3. — de violatione legum civilium, 1 Petr. 2, 20. — *β.*, constr. *aa.*, cum participio, Matth. 27, 4. — *bb.*, εἴς τινα (cf. Xen. Hellen. 1, 7, 19. εἰς θεούς), Luc. 15, 18. (εἰς τὸν οὐρανόν) 21. 17, 4. Act. 25, 8. 1 Cor. 6, 18. 8, 12. — *cc.*, ἐνώπιόν τινος (hebr. Gen. 20, 9. 1 Sam. 7, 6.), Luc. 15, 18. 21.

Ἁμάρτημα, τος, τό, (ab ἁμάρτω s. ἁμαρτέω = ἁμαρτάνω) erratum, peccatum, Marc. 3, 28. 4, 12. Rom. 3, 25. 1 Cor. 6, 18.

Ἁμαρτία, ας, ἡ, (ab adi. ἁμάρτιος. Aeschyl. τὸ ἁμάρτιον, quod est i. q. ἡ ἁμαρτία et τὸ ἁμάρτημα) peccatum *a.*, universe ἡ ἁμαρτία, peccatum, ut habet rationem malae consuetudinis, i. q. τὸ ἁμαρτάνειν, Rom. 6, 1. (ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ) v. 2. (ἀποθνήσκειν τῇ ἁμ. et ζῆν ἐν τῇ ἁμ.) 6. (δουλεύειν τῇ ἁμ.) 12. 13. 14. 7, 7. (γινώσκειν τὴν ἁμ.) 8, 10. (opp. δικαιοσύνη) cf. 1 Joh. 3, 7. 8. Rom. 8, 10. Hebr. 3, 13. 12, 1. 4. — ὁ νόμος ἁμαρτία; num lex peccato patrocinatur? Rom. 7, 7. — 1 Cor. 5, 21. (peccare nescium pro nobis peccatorum poenas luere iussit, Chrys. Theodoret.) Notes prosopopoeiam: ἡ ἁμαρτία κυριεύει, βασιλεύει, in locis, ubi nonnulli interpretes perperam vitiositatem s. proclivitatem ad peccandum dici arbitrantur, Rom. 6, 6. 12. 14. 7, 9. 13. 20. 8, 3. cf. Gen. 4, 7. — Phrases ad ingenium hebraeorum efformatae: τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, corpus peccati instrumentum, Rom. 6, 6. — ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτ., sceleratus ille (Antichristus), 2 Thess. 2, 3. („Nulli dubium est, eum de Antichristo ista dixisse," August. lib. 20. de Civit. Dei c. 19.) — σὰρξ ἁμαρτίας, caro, sedes cupiditatum, quae ad peccandum sollicitant, Rom. 8, 3. (Apostolus Filium Dei non ait missum in carne peccati, sed in carne, quae similis esset carni peccati. Chrysost. Οὐδὲ γὰρ ἁμαρτωλὸν σάρκα εἶχεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅμοιαν μὲν τῇ ἡμετέρᾳ τῇ ἁμαρτωλῷ. Vide et Theodoret.) — Speciat. de impudicitia: ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, qui a peccato cessare nequeunt, 2 Petr. 2, 14. (alii codd. ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας. Vulg. incessabilis delicti.) — *b.*, peccatum, ut habet rationem facinoris contra legem div. s. sanctam Dei voluntatem patrati et a Deo puniendi. *α.*, indefinite: ἁμαρτίαν ἔχειν, peccatum quoddam,

s. peccata quaedam commisisse sibique culpam contraxisse, Joh. 9, 41. 15, 22. 24. cf. 1 Joh. 1, 8. 9. — ἡ ἁμαρτία ὑμῶν μένει, manet, poenam quasi expectans, Joh. 9, 41. — πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμ. αὐτῶν, Joh. 15, 22. — τίκτει ἁμαρτίαν, parit malum facinus, Jac. 1, 15. — αἴρειν τὴν ἁμ., Joh. 1, 29. — ἁμαρτία πρὸς θάνατον, 1 Joh. 5, 16. — pl. Matth. 3, 6. (Marc. 1, 5.) 26, 28. Marc. 2, 7. (Luc. 5, 21.) Luc. 7, 49. Rom. 7, 5. 1 Cor. 15, 17. Joh. 9, 34. 1 Joh. 1, 9. 2, 2. 12. 3, 41. 4, 10. — β., Ref. ad certum quoddam malorum facinorum genus, Joh. 16, 9. (περὶ ἁμαρτίας, explicatur: ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. cf. 15, 22. 24.) Hebr. 11, 25. (maluit affligi, quam brevibus peccati deliciis frui, i. e. voluptatibus, quibus praeter culpam se dare non potuit.) — ἁμαρτία, i. q. ἀδικήματα, Apoc. 18, 4. 5. (cf. 17, 4. 5.) — γ., i. q. ἁμάρτημα, maleficium, — πᾶσα ἁμαρτία, Matth. 12, 31. (Marc. 3, 28. πάντα τὰ ἁμαρτήματα) Joh. 8, 46. (quis me peccati alicuius convincet, ut me in fraudis suspicionem trahere possit? Cf. Jes. 53, 9.) — τὴν ἁμαρτ. ταύτην (μὴ στήσῃς αὐτοῖς) Act. 7, 60. — c., phrases de expiatione peccatorum, 2 Cor. 5, 21. (Deus Christum pro nobis peccatum fecit. Nonnulli interpretantur: eum pro nobis fecit victimam s. hostiam. Sed οἱ ὁ hebr. חַטָּאת, ubi sacrificium piaculare intelligi volunt, vertunt περὶ ἁμαρτίας scil. τί, ut Hebr. 10, 6. Cf. Levit. 6, 25. Num. 6, 16. Ps. 40, 7.) — ἀναφέρειν ἁμαρτίας, Hebr. 9, 28. 1 Petr. 2, 24. — χωρὶς ἁμαρτίας, apparebit nullum secum gerens, quod expiet, peccatum, Hebr. 9, 28.

Ἀμάρτυρος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μάρτυρ, testis) qui est sine teste vel testibus, intestatus, Act. 14, 17.

Ἁμαρτωλός, οῦ, ὁ, ἡ, (ab inusit. ἁμαρτόω), peccato deditus 1., loco nominis subst. a., peccator facinorosus, Matth. 9, 13. (Marc. 2, 17. Luc. 5, 32. — opp. δίκαιος) Luc. 5, 8. (1 Reg. 22, 18.) 13, 2. 15, 7. (opp. δίκαιος) 10. 18, 13. Rom. 3, 7. 5, 19. 1 Tim. 1, 15. — b., homo scelestus, sceleratus, Luc. 6, 32. 33. 34. Joh. 9, 24. 25. 31. 1 Tim. 1, 9. Hebr. 12, 3. Jac. 4, 8. 1 Petr. 4, 18. (opp. δίκαιος) Jud. v. 15. — speciatim dic. de hominibus, qui certis quibusdam vitiis aut flagitiis inquinati sunt, v. c. de meretricibus, Luc. 7, 37. 39. Jac. 5, 20. — de portitoribus, Matth. 9, 10. 11. 11, 19. (Luc. 7, 34.) Luc. 15, 1. 2. 19, 7. — de paganis, Matth. 26, 45. (Marc. 14, 41. Luc. 24, 7.) Gal. 2, 15. — 2., loco nominis adiect. ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, Marc. 8, 38. Rom. 7, 13. (ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, — ut peccatum fieret supra modum peccaminosum.)

Ἄμαχος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἡ μάχη, pugna) in N. T.: non pugnax, 1 Tim. 3, 2. Tit. 3, 2.

Ἀμάω (ῶ), f. ήσω, (a v. ἄμη, falx, rastrum) meto, demeto, universe: de fructuum collectione, sive sint fruges agrorum, sivo fructus arborum, Jac. 5, 4.

Ἀμέθυστος, ον, ὁ, Amethystus, nomen gemmae violacei et purpurei coloris (Ex. 29, 19.) Phavorinus sic dictum dicit: διὰ τὸ ἀπείργειν τῆς μέθης, Apoc. 21, 20.

Ἀμελέω (ῶ), f. ήσω, (ab adi. ἀμελής et hoc ex α priv. et μέλομαι, curo aliquid) τινός, negligo (Xenoph. Mem. 1, 2, 24.), Hebr. 2, 3. 8, 9. 1 Tim.

4, 14. — seq. inf. 2 Petr. 1, 12. — absque casu: ἀμελήσαντες (scil. id non curantes, quod modo dictum est), Matth. 22, 5.

Ἄμεμπτος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μέμφομαι, reprehendo) in quo adeo nihil desideratur, ut vituperari non possit, irreprehensus, irreprehensibilis, Luc. 1, 6. Phil. 2, 15. 3, 6. 1 Thess. 3, 13. (καρδίαι) Hebr. 8, 7. (si in priori foedere nihil desiderari potuisset, i. e. si omnibus numeris absolutum fuisset.)

Distingue: ἄμεμπτος, ἀνέγκλητος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος. ἀμώμητος.

Ἀμέμπτως, adv., inculpate, irreprehensibiliter, 1 Thess. 2, 10. 5, 23. (Herodian. 6, 1. 2.)

Ἀμέριμνος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μέριμνα, cura) curis vacuus, securus, Matth. 28, 14. (vos securos praestabimus.) 1 Cor. 7, 32. (a curis anxiis liber) Herodian. 2, 4, 3. 3, 7, 11.

Ἀμετάθετος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μεταθετός, transpositus, ex μετά et θέω = τίθημι) non transpositus, non transponendus (qui transp. non potest), Hebr. 6, 17. (τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, quod in ipsius consilio non immutandum est.) v. 18. (πράγματα.)

Ἀμετακίνητος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μετακινητός, transmotus a v. κινέω [ῶ], moveo), qui transmotus non est, transmoveri non potest, unverrückt, 1 Cor. 15, 58.

Ἀμεταμέλητος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μεταμέλητος, cuius iam poenitet; deriv. a μετά et μέλομαι) res, cuius nos non poenitet, unbereut (vox apud Graecos frequentissima), Rom. 11, 29. (χαρίσματα) 2 Cor. 7, 10. (μετάνοια.)

Ἀμετανόητος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et inusit. μετανοητός, quod deriv. a μετά et νοέω, cogito) qui nullam mentis mutationem (emendationem) admittit — καρδία, Rom. 2, 5.

Ἄμετρος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τὸ μέτρον, mensura) mensura carens, immodicus — εἰς τὰ ἄμετρα καυχᾶσθαι, (opp. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος) Vulg. in immensum gloriari, 2 Cor. 10, 13. (Sens. Minime glorior, quod evangelium in omnes terrarum plagas intulerim.)

Ἀμήν, (vox hebr. אָמֵן, Amen i. e. veritas) adverb. affirmandi et asseverandi: vere, profecto (i. q. ἀληθῶς, ἐπ' ἀληθείας), frequentatur in sermonibus Christi, Matth. 16, 28. (Marc. 8, 39. Luc. 9, 27. ἀληθῶς) Matth. 23, 36. (Luc. 11, 51.) Luc. 18, 17. 23, 43. — geminate, Joh. 1, 52. 3, 3. 5, 19. — ad calcem versus positum: ita fiat, ratum sit, Matth. 6, 13. (in verbis, quae in multis codd. verss. a Matthaei verbis absunt), — Rom. 1, 25. Gal. 1, 5. Eph. 3, 21. Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. Apoc. 22, 21. cf. Jerem. 11, 5. 28, 6. 1 Reg. 1, 30. — τὸ ἀμήν, 1 Cor. 14, 16. (cf. Num. 5, 22. Deut. 27, 15. seq. Jerem. 28, 6. Neh. 5, 13. 8, 6. Ps. 106, 48.) — ὁ ἀμήν, is, qui fidus est, Apoc. 3, 14. — τὸ ἀμήν, 2 Cor. 1, 20. (αἱ ἐπαγγελίαι τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ναί καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, i. e. fidissimae sunt.)

Ἀμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἡ μήτηρ) qui matrem non habet, orbus matre, — dic. Melchisedecus, quia eius mater non recensetur in genea-

logiis sacerdotum. (Cf. Philo de temulentia p. 248. ubi Σάῤῥαν dicit ἀμήτορα, quia eius matris mentio nulla facta sit.) Hebr. 7, 3. — v. suo loco: ἀπάτωρ.

Ἀμίαντος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et μιαντός, a v. μιαίνω, pollutus, maculatus) non pollutus, Immaculatus, Hebr. 13, 4. (ἡ κοίτη) 7, 26. (ἀρχιερεύς) Jac. 1, 27. (θρησκεία) — 1 Petr. 1, 4. (κληρονομία, scil. cum serto comparata.)

Ἀμιναδάβ, ὁ, (ex עַמִּי, populus meus, et נָדִיב, princeps) Aminadab, unus e maioribus Jesu Christi, filius Arami (1 Chron. 2, 10.), pater Nabasson, principis tribus Juda, Matth. 1, 4.

Ἄμμος, ου, ἡ, (Platon. Phaedr. p. 58. ed. Fischer. Vox Graecis usitatior: ψάμμος) arena, Matth. 7, 26. Rom. 9, 27. (Jes. 10, 22.) Hebr. 11, 12. (Gen. 22, 17.) Apoc. 12, 18. 20, 8.

Ἀμνός, οῦ, ὁ, agnus, Act. 8, 32. (Jes. 53, 7.) Joh. 1, 29. 36. 1 Petr. 1, 19.

Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, (a v. ἀμείβω — ομαι, alterno, respondeo, erwiedern, vox Homero frequentatissima; cf. ἀλοιφή ab ἀλείφω, στοιβή a στείβω) retributio (Suid. ἀνταπόδοσις) — ἀποδιδόναι ἀμοιβάς τινι, 1 Tim. 5, 4.

Ἄμπελος, ου, ἡ, vitis, Matth. 26, 29. (Marc. 14, 25. Luc. 22, 18.) Job. 15, 1. 4. 5. Apoc. 14, 18. 19.

Ἀμπελουργός, οῦ, ὁ, ἡ, (ex ἄμπελος et ἔργω) vinitor, Luc. 13, 7.

Ἀμπελών, ῶνος, ὁ, (ab ἄμπελος) vinea, Matth. 20, 1. 4. 7. 8. 21, 28. 33. (Marc. 12, 1. 9. Luc. 20, 9. 10. 13. 15.)

Ἀμπλίας, ου, ὁ, (nomen decurtat. ex integro latino Ampliatus, quod est in nonnullis codd.) Amplias, vir quidam Romanus et Christianus, Rom. 16, 8.

Ἀμύνω, f. υνῶ, (propulso, arceo aliquid ab aliquo. Hom. binc... τινί, opitulor alicui, v. Thucyd. 3, 67.) — Med. propulso a me — τινά, Aelian. V. H. 1, 13. — τινί, opitulor alicui contra hostem, defendo aliquem ab aliquo, Act. 7, 24.

Ἀμφιβάλλω, f. λῶ, (ex ἀμφί, circum, in utramque partem, et βάλλω) circumiacio, (v. c. vestem, Hom. Od. 14, 342.), utrinque huc illuc iacio — v. c. rete (τὸ ἀμφίβληστρον, cf. Habac. 1, 17.) Marc. 1, 16.

Ἀμφίβληστρον, ου, τό, (a v. ἀμφιβάλλω) rete piscatorium (quod vel antrorsum vel retrorsum vertitur, Herod. 1, 141. 2, 95.) Matth. 4, 18. (Marc. 1, 16.)

Ἀμφιέννυμι, f. έσω, (ex ἀμφί et ἕω s. ἕννυμι) induo, τινά, aliquem, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) — Pass. ἐν ἱματίοις, Matth. 11, 8. (Luc. 7, 25.) Med. induo aliquid, Matth. 6, 25. (Luc. 12, 22.) i. q. περιβάλλομαι, Matth. 6, 31.

Ἀμφίπολις, εως, ἡ, Amphipolis, urbs Macedoniae primaria, a Cimone condita ac nomen inde lucrata, quod Strymon (fluvius Thraciam terminans) eam circumfluit; olim ἐννέα ὁδοί nuncupata (Thuc. 1, 10.), hodie nomen ei est Jamboli, Act. 17, 1.

Ἄμφοδον, ου, τό, (ex ἀμφί et ὁδός, vox Graecis quoque usitata) compitum, Marc. 11, 4. (v. Wetsten. ad h. l.)

Ἀμφότεροι, αι, α, ambo, uterque, Matth. 9, 17. (Luc. 5, 38.) Act. 23, 8. Eph. 2, 14. 16. 18.

Ἀμώμητος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et μωμητός, descendens a μωμέω, quod deriv. a μῶμος), is, cui nulla macula adspersa est nec adspergi potest; non vituperabilis, 2 Petr. 3, 14.

Ἄμωμον, ου, τό, (i. e. sincerum) — in specie: Amomum, (i. e. frutex odoratus, folia habens albae vitis et semen uvarum racemis simile (Plin. H. N. 12, 13.) Apoc. 18, 13. (Videntur Veteres omne sincerum aroma *ἄμωμον* dixisse, ideoque hoc voc. etiam cum aliis aromatum nominibus composuisse, v. c. *ἄμωμον λιβάνιον*, thus sincerum, *κιννάμωμον* (i. e. *κίνναμον ἄμωμον*), *καρδάμωμον* (i. e. *κάρδαμον ἄμωμον*); v. Salmas. ad Solin. p. 482.

Ἄμωμος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et *μῶμος*, hebr. מוּם, macula) pr. maculae s. labis expers, v. c. *ἀμνός*, 1 Petr. 1, 19. (cf. Levit. 21, 17. 22, 21.) — Hebr. 9, 14. — metaph. sceleris purus, nullis vitiorum sordibus inquinatus, Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. Jud. v. 24. Apoc. 14, 5.

Ἀμών, ὁ, (אָמוֹן, verax, fidelis) Amon, rex Judae, filius Manasse, pater Josiae, Matth. 1, 10.

Ἀμώς, ὁ, (אָמוֹץ, robustus, fortis) filius Nahami, pater Mattathiae, Luc. 3, 25.

Ἄν, particula potentialis, respondens nostro: etwa, irgend. Legitur **1.**, in enunciationibus conditionatis, in apodosi. Adiicitur *a.*, *imperfecto*, Matth. 23, 30. (*οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοί*, participes haud essemus) Luc. 7, 39. (*ἐγίνωσκεν ἄν*, sciret, so würde er wissen) Joh. 5, 46. 8, 39. 42. 9, 41. 15, 19. 18, 36. 1 Cor. 11, 31. Gal. 1, 10. 3, 21. Hebr. 8, 4. 7. — *b.*, *aoristo* (ubi Latini utuntur coniunctivo plusquamperfecti), Matth. 11, 21. (Luc. 10, 13. *ἂν μετενόησαν*, poenitentiam egissent) 23. 12, 7. 24, 22. (nemo servatus esset) 43. (vigilasset.) Joh. 4, 10. (*ἂν ᾔτησας*, rogasses) 14, 2. (*εἶπον ἄν*, dixissem) 14, 28. (laetati essetis.) Act. 18, 14. Rom. 9, 29. (facti essemus) 1 Cor. 2, 8. Gal. 4, 15. (dedissetis.) — Matth. 25, 27. (*ἐκομισάμην ἄν*, lucratus essem, so würde ich zurückerhalten haben.) *c.*, *plusquamperfecto*, Joh. 11, 31. (*οὐκ ἂν ἐτεθνήκει*, morti non succubuisset) 1 Joh. 2, 19. (nobiscum mansissent) — compares cum his locis eos, ubi *τὸ ἄν* abest; Act. 26, 32. Rom. 7, 7. Joh. 15, 24. — *d.*, *optativo α.*, in sententiis *separatis*, posita aliqua conditione: ich würde, — Act. 8, 31. (*πῶς ἂν δυναίμην*, quomodo i. e. quanam conditione posita possem? wie sollte ich's können?) 26, 29. (*εὐξαίμην ἄν*, optarem) cf. Xenoph. Oecon. 11, 5. — *β.*, in sententiis subiunctis, in interrogationibus obliquis, quas auctor narrationis ex animo alterius profert, Luc. 1, 62. *ἐνένευον . . . τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν*) 6, 11. 9, 46. 18, 36. Act. 2, 12. 5, 24. 10, 17. 17, 18. 20. — *εἰ μήτι ἄν*, nisi forte, 1 Cor. 7, 5.

2., Occurrit cum pronominibus relativis vel adverbiis relativis et eandem vim habet, quam Latinorum illud: *cunque a.*, sequente *indicativo* — v. c. *ὅσος ἄν*, quantuscunque, pl. quotquot, Marc. 6, 56. (quotquot eum contrectabant) — *καθότι ἄν τις*, quantum quilibet, utcunque aliquis, Act. 2, 45. 4, 35. — *ὡς ἄν*, quomodocunque, 1 Cor. 12, 2. — *b.*, sequente *coniunctivo a.*, *praesentis*, ubi Latini temp. futuro utuntur et nos dicimus, mögen: *ὃς ἄν*, wer nur immer . . . mag, Matth. 16, 25. (Marc. 8, 35. Luc. 9, 24.) Marc. 4, 25. (Luc. 8, 18.) Luc. 10, 5. 8, 10. Rom. 9, 15. (Ex. 33, 19.) 16, 2. 1 Cor. 11, 27. Gal. 5, 17. 1 Joh. 2, 5. 3, 17. 5, 15. — *ὅσος ἄν*, Matth. 7, 12. 22, 9. — *ὅστις ἄν*, Joh. 2, 5. 1 Cor. 16, 2. Col. 3, 17. — *ὅπου ἄν*, quocunque, Luc. 9, 57. Jac. 3, 4. Apoc. 14, 4. — *ὁσάκις ἄν*, quotiescunque, 1 Cor. 11, 25. 26. — *ὡς ἄν*, utcunque,

2 Cor. 10, 9. (*ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς*, ne videar vos uteunque [quocunque modo fiat] perterrere.) — sed *ὡς ἄν*, 1 Thess. 2, 7. reddendum est: *tamquam si*. — *β*., *aoristi*, ubi Latini futuro exacto utuntur; *ὃς ἄν*, quisquis (si quis), Matth. 5, 21. 22. 31. 32. 10, 11. (Luc. 9, 4.) 26, 48. Marc. 3, 29. 35. 9, 40. 41. Luc. 9, 24. 20, 18. al. — (*πᾶς*) *ὅσος ἄν*, Matth. 21, 22. (Marc. 11, 23. 24.) 23, 3. Marc. 3, 28. 6, 11. (Luc. 9, 5.) Joh. 11, 22. 16, 13. Act. 2, 39. 3, 22. Apoc. 13, 15. — *ὅστις ἄν*, Matth. 10, 33. 12, 50. Joh. 14, 13. Act. 3, 23. al. — *ὅπου ἄν*, ubicunque, Marc. 9, 18. 14, 9. — *ἄχρις οὗ*, donec, usque dum, (quocunque tempore fiat), 1 Cor. 15, 25. — *ἕως ἄν*, Matth. 2, 13. 10, 11. (Marc. 6, 10.) 23. (Marc. 12, 36. Luc. 20, 43.) 24, 34. (Luc. 21, 32. Marc. vero 13, 30. *μέχρις οὗ*.) Luc. 9, 27. 1 Cor. 4, 5. Jac. 5, 7. al. — *ἡνίκα ἄν*, quandocunque, 2 Cor. 3, 16. — *ὡς ἄν*, ut primum, simulac. 1 Cor. 11, 34. Phil. 2, 23. — *ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ*, simulac venerit; ab eo tempore, cum venerit, Luc. 13, 25. — *ὅπως ἄν*, ut forte, ut si fieri possit, v. *ὅπως*.

3., *ἄν*, contr. ex *ἐάν*, *si*, sequente coni., semel legitur, Joh. 20, 23.

Ἀνά, **1.**, adverb. distributiv. cum nomine subst. vel numerali iunctum respondet nostro: je, je ein, je zwei, ectt. Adiungitur *a.*, subiecto in verbo latenti, ita ut dicatur unusquisque (vel singuli) unum, duo, tria etc. v. c. *ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον*, unum singuli acceperunt denarium, Matth. 20, 9. — Luc. 9, 3. (*μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν*, cf. Marc. 6, 9.) — Joh. 2, 6. (*χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο καὶ τρεῖς*, capientes singulae metretas binas, vel ternas), — 1 Cor. 14, 27. (*ἀνὰ μέρος*, i. e. unam singuli partem.) — *b.*, additur numeralibus sic, ut multitudo aequaliter distributa appareat, Luc. 10, 1. (*ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο*, misit illos binos, sic paarweise), Marc. 6, 40. (*ἔπεσον ἀνὰ πεντήκοντα*, quinquageni) ita *ἀνὰ ἑκατόν*, centeni — venerunt *ἀνὰ δύο*, i. e. bini. — *ἀνὰ εἷς ἕκαστος*, i. e. singulae, scil. portae, Apoc. 21, 21.

2., *ἀνὰ μέσον* (s. *ἀνάμεσον*) hebr. בְּתוֹךְ (in medio) et בֵּין (inter) inter — *διακρῖναι ἀνὰ μέσον*, 1 Cor. 6, 5. (1 Sam. 7, 10. Zach. 8, 8.) — Matth. 13, 25. Marc. 7, 31.

3., *Ἀνά* compositum cum verbis significat *a.*, *sursum*, v. *ἀναβαίνω*, *ἀναβιβάζω*, *ἀνακαθίζω*, *ἀνίστημι* al. — nostr. auf, *ἀναθάλλω*, *ἀνατέλλω*, *ἀνασταυρόω*, *ἀναζώννυμι*, *ἀναζητῶ*, *ἀναστενάζω*. *b.*, resp. nostro: *an*, *ἀνάπτω*, *ἀνατάσσομαι*, *ἀναπληρόω*, al. — *c.*, resp. lat. *re*, i. e. *α.*, iterum ab initio: *ἀναγεννάω*, *ἀναμιμνήσκω*, al. *β.*, retrorsum: *ἀναλύω*, *ἀνασκευάζω*, *ἀναδίδωμι*, *ἀναστρέφω*, *ἀνακλίνω*, reclino) *ἀναπίπτω* (cf. recumbo).

Ἀναβαθμός, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *ἀναβαίνω*) gradus, Act. 21, 35. 40.

Ἀναβαίνω, f. *βήσομαι* (aor. 2. *ἀνέβην* a *βίβημι*, imper. *ἀνάβα*, pro *ἀνάβηθι*, Apoc. 4, 1.). *ascendo* (in locum editiorem; oppon. *καταβαίνω*); *a.*, de hominibus et animal. — *aa.*, de *hom.* *ἀναβ. ἐπί* (in arborem), Luc. 19, 4. — *εἰς*, (v. c. montem conscendere, Matth. 5, 1. Marc. 3, 13. Luc. 9, 28. — (navem) Matth. 15, 39. Marc. 6, 51. Joh. 21, 3. (cf. infr. *ἐμβαίνω*.) — *εἰς τὴν αὐλήν*, Joh. 10, 1. — *εἰς τὸ ὑπερῷον*, Act. 1, 13. — *εἰς τ. οὐρανόν*, Joh. 3, 13. Rom. 10, 6. (Deut. 30, 12—14.) Eph. 4, 8—10. (Ps. 67, 19.) — *πρὸς τὸν πατέρα*, (de Christo), Joh. 14, 28. 20, 17. Apoc. 11, 12. — subintell. *εἰς τ.*

οὐραν. Joh. 1, 52. 6, 62. — ἀναβαίνειν (עָלָה) dicuntur iter facientes, qui loca editiora (v. c. Hierosolyma) petunt, Matth. 20, 17. 18. (Marc. 10, 32. 33. Luc. 18, 32.) — ἀναβ. simpliciter (de proficiscentibus Hierosolyma), Luc. 2, 4. Joh. 7, 8. 10. — εἰς τὸ ἱερόν, Luc. 18, 10. Joh. 7, 14. — *b.*, de rebus inanimatis: in altum surgere, se efferre (sicut nos dicimus: aufsteigen, ita Graeci ἀναβ.) v. c. de pisce adnatante, Matth. 17, 27. — de fumo, Apoc. 8. 4. 9, 2. 14, 1. 19, 3. — de plantis e terra procrescentibus (aufwachsen), Matth. 13, 7. Marc. 4, 7. 32. — cf. Theophrast. hist. plant. 8, 3; hebr. עָלָה, — ἀναβ. εἰς τ. καρδίαν, s. ἐν τῇ καρδίᾳ, animum subire (ex hebr.), Luc. 24, 38. Act. 7, 23. 10, 4. 1 Cor. 2, 9. (Jes. 64, 4.) Cf. Jerem. 3, 16. 19, 5. — ἀνέβη φάσις τῷ — nuntiatum est tribuno cohortis (in turri Antonia habitanti) Act. 21, 31. — *c.*, omisso termino ad quem: ἀναβ. ἐκ, ἀπό, Matth. 3, 16. (Marc. 1, 10.) Act. 8, 39. Apoc. 11, 7.

Ἀναβάλλω, f. βαλῶ, (in altum tollo, attollo. Xen. Cyr. 7, 1, 38.) — med. differo, procrastino. (Hom. Iliad. 2, 436. ἀμβαλλώμεθα ἔργον — Plat. Phaed. ἀναβάλλομαι εἰπεῖν) — τινά remoror aliquem, Act. 24, 22.

Ἀναβιβάζω, f. σω, (ex ἀνά et βιβάζω) adscendere facio (Gen. 32, 28. Ex. 17, 3. Xen. Cyr. 4, 2, 28. Herod. 3, 75.), Matth. 13, 48. εἰς αἰγιαλόν, subducere navem in littus (Xen. Hist. Gr. 1, 1, 2. πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις).

Ἀναβλέπω, f. ψω, *a.*, suspicio, Marc. 8, 24. 16, 4. Luc. 19, 5. 21, 1. Act. 22, 13. — *b.*, de videndi iterum facto initio: recuperavi visum, Matth. 11, 5. (Luc. 7, 22.) 20, 34. (Marc. 10, 52. Luc. 18, 43.) Marc. 8, 25. Joh. 9, 11. 18. Act. 9, 12. 17. 18. — *c.*, εἴς τινα, Act. 22, 13. εἰς τὸν οὐρανόν, Matth. 14, 19. (Marc. 6, 41.) Marc. 7, 34. suspicio in —

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, visus (recuperatus), Luc. 4, 19. (Jes. 61, 1. 2.)

Ἀναβοάω (ῶ), f. βοήσω, clamorem (vocem) tollo, Matth. 27, 46. (Luc. 23, 46. Marc. 15, 8. — sed pro ἀναβοήσας alii codd. offerunt ἀναβάς, Vulg. cum ascendisset.)

Ἀναβολή, ῆς, ἡ, (a v. ἀναβάλλω) *a.*, pr. proiectio in altum, Aufwurf (v. c. terra effossa). — *b.*, (e forma med.) dilatio, Aufschub, Act. 25, 17. (Herodian. 1, 17, 18. Thuc. 2, 42. apud Graec. etiam in usu est ἀνάβλησις, ἀμβολή.)

Ἀνάγαιον, ου, τό, (ex ἀνά et γῆ — scribitur etiam: ἀνώγαιον, Att. ἀνώγεον; Phrynichus scribi iubet ἀνάγειον, v. Lobeck ad Phryn. p. 297.) conclave in parte aedium superiori, coenaculum, Speisesaal, Marc. 14, 15. (Luc. 22, 12.)

Ἀναγγέλλω, f. λῶ, (aor. 2. pass. ἀνηγγέλην, Rom. 15, 21. 1 Petr. 1, 12.) *a.*, annuntio. — τί τινι, Act. 16, 38. 19, 18. 2 Cor. 7, 7. — sequente ὅτι, Joh. 5, 15. Act. 14, 27. — τὶ εἰς τόπον, πόλιν, al. Marc. 5, 14. (Luc. 8, 34.) — περί τινος, Rom. 15, 21. (Jes. 52, 15.) — *b.*, cognitum facio (alicui id, quod ipsum latet, aut quod absconditum est) — de Messia, Joh. 4, 25. — de paracleto spiritu div. Joh. 16, 13. 14. — opponitur sermonum involucris, Joh. 16, 25. et Act. 20, 20. 27. 1 Petr. 1, 12.

Ἀναγεννάω (ῶ), f. ήσω, regenero, denuo (ἄνωθεν) genero. In N. T.

sensu improprio et eminentiori: transformo, umschaffen, (cf. Jac. 1, 18. genuit nos verbo veritatis, ut essemus primitiae rerum ab ipso creatarum, i. e. vitae aeternae recuperandae nos idoneos reddidit.) 1 Petr. 1, 3. (regeneravit nos ad spem vivam scil. vitae immortalis). Cf. 2 Petr. 1, 4.

Ἀναγινώσκω, f. γνώσομαι, (aor. 2. ἀνέγνων, perf. pass. ἀνέγνωσμαι, aor. 1. pass. ἀνεγνώσθην) *a.*, internosco (Herodot. 7, 6. ἀπό). — *b.*, lego, Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14.) — τι, Joh. 19, 20. Act. 8, 28. 30. 23, 34. 2 Cor. 1, 13. Eph. 3, 4. — passiv., 2 Cor. 3, 2. (quae legitur ab omnibus) — sequente interrog. obliqua: . . τί ἐποίησε, Matth. 12, 3. (Marc. 2, 25. Sed Luc. 6, 3. τοῦτο, ὅ.) — ἐν τῇ βίβλῳ, Marc. 12, 26. — *c.*, absol. recito, praelego, Luc. 4, 16.

Ἀναγκάζω, f. σω, (ab ἀνάγκη) cogo, τινά τι ποιῆσαι, Matth. 14, 22. (Marc. 6, 45.) Luc. 14, 23. Act. 26, 11. Gal. 2, 14. — pass. Act. 28, 19. Gal. 2, 3. 6, 12. — τινά, simpliciter, 2 Cor. 12, 11.

Ἀναγκαῖος, αία, αῖον, (ab ἀνάγκη) *a.*, necessarius, quo carere non possis, 1 Cor. 12, 22. (τὰ μέλη) Tit. 3, 14. (χρείαι.) — *b.*, necessarius, i. e. naturae vel amicitiae vinculo cum aliquo coniunctus, — οἱ ἀναγκαῖοι φίλοι, necessarii amici, Act. 10, 24. — *c.*, ἀναγκαῖόν ἐστι seq. acc. c. inf., Act. 13, 46. Hebr. 8, 3. — ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι, necessarium duco, (2 Cor. 9, 5. Phil. 2, 25.) — comp. ἀναγκαιότερον, Phil. 1, 24.

Ἀναγκαστῶς, adv., (adi. ἀναγκαστός, coactus, et hoc ab ἀναγκάζω), coacte, 1 Petr. 5, 2. (opp. ἑκουσίως.)

Ἀνάγκη, ης, ἡ, 1., necessitas, κατ᾽ ἀνάγκην, necessario; opp. ἑκουσίως, Philem. v. 14. — ἐξ ἀνάγκης coacte, 2 Cor. 9, 7. (opp. ἐκ λύπης) — necessario, Hebr. 7, 12. — ἔχειν ἀνάγκην (opp. ἔχειν ἐξουσίαν), 1 Cor. 7, 37. — ἔχω ἀν. seq. inf., Luc. 14, 18. 23, 17. — ἡ ἀνάγκη μοι ἐπίκειται, 1 Cor. 9, 16. (officium mihi incumbit) — ἀνάγκη (i. q. ἀναγκαῖόν ἐστι) seq. inf. Rom. 13, 5. Hebr. 9, 16. 23. sic et Graeci, v. Lexica gr. — 2., calamitas, angustiae, Bedrängniss, Noth, i. q. θλίψις, Luc. 21, 23. 1 Cor. 7, 26. 1 Thess. 3, 7. — pl. ἐν ἀνάγκαις, 2 Cor. 6, 4. 13, 10.

Ἀναγνωρίζω, f. ίσω, recognosco. Semel legitur, Act. 7, 13. (ἀνεγνωρίσθη τοῖς ἀδελφοῖς. Gen. 45, 1. הִתְוַדַּע.) Plato de republ. ἀναγνωρίζειν τοὺς συγγενεῖς.

Ἀνάγνωσις, εως, ἡ, (a v. ἀναγνόω, ἀναγνῶμι) *a.*, agnitio. — *b.*, lectio — Act. 13, 15. 2 Cor. 3, 14. 1 Tim. 4, 13. (Nehem. 8, 8. מִקְרָא.)

Ἀνάγω, f. ἄξω, (aor. 2. ἀνήγαγον, inf. ἀναγαγεῖν), in locum altiorem duco s. fero (opp. κατάγω, v. Act. 9, 30.) — εἰς, Matth. 4, 1. (εἰς τὴν ἔρημον ἀνήχθη, scil. e depressiore Jordanis ripa.) Luc. 2, 22. 4, 5. 22, 66. Act. 16, 34. — ἀνάγ. ἐκ νεκρῶν, Rom. 10, 7. Hebr. 13, 20. — ἀνάγω τῷ λαῷ, e loco inferiori (carcere) educo et produco in conspectum populi, Act. 12, 4. — κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur ἀνάγεσθαι (pass.) navigantes, qui in altum mare feruntur (sic dicitur ἀγωγή, Justin. M. p. 371.), Luc. 8, 22. Act. 13, 13. 16, 11. 18, 21. al.

Ἀναδείκνυμι, f. δείξω, (ab obsol. δείκω, unde nostr. zeigen) — τινά, designo, Luc. 10, 1. Occurrit hoc verbum ap. Polyb. Diod. Sic. Herodian., sed in versione Alex. non legitur.) — τινί τι, indico, Act. 1, 24.

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, iuxta formulam: ἀναδεικνύναι τινί τι est: significatio, notatio, v. c. ἡ ἀνάδ. τῶν χρόνων, Sirac. 43, 7. — ostensio. Ex altera formula: ἀναδείκνυμί τινα est: designatio, Luc. 1, 80. (usque ad tempus, quo produceretur in conspectum populi Israëlitici.)

Ἀναδέχομαι, f. δέξομαι, suscipio, i. e. aliquem hospitio excipio, Act. 28, 7. — ὁ ἀναδεξάμενος τὰς ἐπαγγελίας (qui quasi lator factus est promissionum), Hebr. 11, 7.

Ἀναδίδωμι, f. δώσω, a., propr. sursum do. (Xen. Symp. 2, 8.) — b., trado (v. c. ἐπιστολήν, trado, i. e. do epistolam ei, cui destinata est), Act. 23, 33.

Ἀναζάω (ῶ), f. ήσω, a., revivisco. Ita ἀναζῆν dic. qui vel vere ἀπέθανε, ut Christus, Rom. 14, 9. vel quasi ἀπέθανε, ut filius ille perditus, Luc. 15, 24. 32. (ἀνέζησε, i. e. patri vivus restitutus est. cf. Rom. 11, 15.) — b., vivendi (metaph. vim exserendi) initium facio, aufleben, Rom. 7, 9.

Ἀναζητέω (ῶ), f. ήσω, exquiro (aufsuchen, cf. ἀνευρίσκω, auffinden), Luc. 2, 44. Act. 11, 25.

Ἀναζώννυμι, f. ώσω, succingo (aufgürten) — (Pass. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, Luc. 12, 35. et) Med. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας, 1 Petr. 1, 13. — utraque vox iis dicta, qui parati esse iubentur — metaphora petita ab Orientalibus, qui iter facturi aut opus aliquod aggressuri quas gestabant vestes laxas et ad imos usque pedes demissas colligare cinguloque coriaceo adstringere solebant.

Ἀναζωπυρέω (ῶ), f. ήσω (ex ἀνά et ζώπυρος — τὸ ζώπυρον id, quo ignis accenditur vel animatur, carbo candens, fomes, follis, flabellum, quo ignis sopitus excitatur) iterum, denuo accendo. Plerumque metaphor. dic. — animum, studium incendere, inflammare, ardorem excitare (ἵππον, equum instigare, Xen. de re equestr. 10, 8, 16. — φαντασίας, Marc. Anton. 7, 2. Cf. Plut. Vit. Pericl. c. 1. Vit. Pomp. c. 49. Plat. Charmid. p. 64.). — Ita quoque metaph. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα, 2 Tim. 1, 6. (Spiritus S. gratia cum igne comparatur ob efficaciam alacritatemque, quam hominum animis inspirat. Cf. 1 Thess. 5, 19.)

Ἀναθάλλω, f. λῶ, vel effloresco, vel refloresco, a., intransit. — propr. de herbis, plantis, floribus, de ramis arborum folia progerminantibus, cf. Hom. Il. 1, 236. refloresco, — b., trans. reflorescere s. revirescere facio, Ex. 17, 24. Sirac. 50, 11. — Metaph., Phil. 4, 10. (vehementer laetabar, quod tandem aliquando benevolentia vestra utiles mihi fructus iterum pepererit. Id quidem vobis erat in votis, sed haud favente tempestate.)

Distingue: ἀναθάλλω, βλαστάνω, ἐκφύω.

Ἀνάθεμα, τος, τό, (ab ἀνά et θέω s. τίθημι cf. formas: ἐπίθεμα, ἀφαίρεμα) 1., propr. res sursum posita, suspensa, vel, ut asservetur, reposita; speciat. donum in honorem Dei suspensum, donarium in honorem Numinis parieti vel columnae templi appensum. Graeci scribere solent ἀνάθημα. Sed ἀνάθεμα scriptoribus sacris idem est quod hebr. חֵרֶם, res Deo ea lege devota, ut perdatur aut ab omni hominum communione separetur, Levit. 28, 28. Deut.

7, 2. Num. 21, 1. Jos. 6, 17. Hinc in N. T. *a.*, exsecratio — *ἑαυτὸν ἀναθέματι ἀναθεματίζειν*, se Dei irae ac vindictae devovere, poenas sibi gravissimas imprecari, ni votum solvatur, Act. 23, 14. — *b.*, *λέγω ἀνάθεμά τινα*, me aliquem pro detestando et exsecratione digno habiturum esse declaro, 1 Cor. 12, 3. — *c.*, *ἀνάθεμα ἔστω*, abiectus et diris devotus sit, Gal. 1, 8. — (*εἶναι*) *ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ*, Hesych. *ἀκοινωνητόν*, (cf. *ἀφόρισμα*, Ex. 44, 29.), Rom. 9, 3. (gravissima quaevis ego tolerare vellem, dummodo meos fratres salvos praestare possem.)

Ἀναθεματίζω, f. *σω*, (ab *ἀνάθεμα*) *a.*, *τινά*, Deo vindici aliquem devoveo eique exitium paro, הַחֲרִים, Deut. 2, 34. Mich. 4, 13. — *b.*, *ἀναθ. ἐμαυτὸν*, exsecrationibus adhibitis me obstringo voto exsolvendo, Act. 23, 12. 14. (v. supr. *ἀνάθεμα.*); absol. dira mihi imprecor, ut miserrimus fiam, si mentiar, Marc. 14, 71.

Ἀναθεωρέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (apud *τοὺς ό* non occurrit, legitur vero ap. Lucian. Diod. Sic.) considero, Act. 17, 23. Hebr. 13, 7.

Ἀνάθημα, *τος*, *τό*, (v. supra *ἀνάθεμα*) donarium, quod Deo consecratum a parietibus templi suspenditur (Weihgeschenk — cf. *ἀνατίθεσθαι τοὺς στεφάνους τῇ Ἀρτέμιδι*, Xenoph. Ages. 1, 27. — *ἀνάθημα*, Joseph. de bello jud. 1, 2, 7. Antiq. 13, 8. 17, 6. 19, 6. — Plut. Alcib. 11. *ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν, ὡς οὐδένες ἄλλοι.* — Herodot. 1, 183. *τὸ μὲν δὴ ἱερὸν οὕτω κεκόσμηται· ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά.* — 2 Macc. 5, 16. 9, 16. 3 Macc. 3, 17.) Luc. 21, 5.

Ἀναίδεια, *ας*, *ἡ*, (ab adi. *ἀναιδής* — *ἡ αἰδώς*, pudor), impudentia (Unverschämtheit) — de homine importuno, a precibus non desistente, Luc. 11, 8.

Ἀναίρεσις, *εως*, *ἡ*, (a v. *ἀναιρέω*, quod v.) interfectio, caedes, Act. 8, 1. 22, 20. (Num. 11, 15. Judic. 15, 17.)

Ἀναιρέω (*ῶ*), f. *ήσω*, aor. 2. *ἀνεῖλον*, (vel *ἀνειλάμην*, ut Act. 2, 23. 7, 21. Jes. 38, 14. ad formam Graecitatis Macedon.) — *a.*, sursum tollo — Med. mihi tollo (infantem expositum. Aristoph. Nub. v. 531. Arrian. epict. 1, 23, 7. — apud Latin. tollere), Act. 7, 21. — *b.*, aboleo v. c. legem, Hebr. 10, 9. (opp. *ἵστημι*, stabilio.) — hominem (e medio tollo, occido), Matth. 2, 16. Luc. 22, 2. Act. 10, 39. 12, 2. 16, 27. — pass., Luc. 23, 32.

Ἀναίτιος, *ίου*, *ὁ*, *ἡ*, *a.*, indignus, c. genit. — *b.*, absol. culpae expers, inculpabilis, Matth. 12, 5. 7.

Ἀνακαθίζω, f. *ίσω*, (transit. erigo) — intransit. (i. q. *ἀνακαθίζομαι*, Plat. Phaedon. c. 3. ed. Fisch.), resideo, Luc. 7, 15.

Ἀνακαινίζω, f. *ίσω*, (ex *ἀνά* et *καινός*, q. v.), renovo, *τινὰ εἰς μετάνοιαν*, aliquem in pristinum restituo; eo, unde deflexit, revoco, ut se emendet, Hebr. 6, 6. (Alii h. l. sumunt pro intransitivo, ut et Vulg. renovari.)

Ἀνακαινόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (a *καινός*, novus, opp. *παλαιός*) renovo, reficio, 2 Cor. 4, 16. (opp. *διαφθείρω*) pass. v. Col. 3, 10. — v. *καινός*.

Distingue: *ἀνακαινόω*, *ἀνακαινίζω*, *ἀνανεόω*.

Ἀνακαίνωσις, *εως*, *ἡ*, (a v. *ἀνακαινόω*) renovatio, Rom. 12, 2. (*τοῦ*

νοός, mentis, animi.) Tit. 3, 5. i. q. παλιγγενεσία — ἀνακαίνωσις τοῦ πνεύματος ἁγίου, renovatio per Spirit. S. effecta.

Ἀνακαλύπτω, f. ψω, revelo (velamine retracto), hebr. גָּלָה, Job. 12, 22. Ps. 18, 15. — pass., 2 Cor. 3, 18. (ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, aperta facie.) 2 Cor. 3, 14. (non revelatum, quoniam in Christo evacuatur, i. e. tollitur.)

Ἀνακάμπτω, f. ψω, pr. recurvo, reflecto (v. infra κάμπτω) — intransit. (cf. supr. ἀνακαθίζω), reverto, revertor; absol., Hebr. 11, 15. — πρός τινα, Matth. 2, 12. Act. 18, 21. — ἐπί τινα, Luc. 10, 6. (vestra fausta apprecatio redibit ad vos, ut in vobis requiescat.)

Ἀνάκειμαι, f. είσομαι, accumbo, recumbo (dicitur accumbere is, qui mensae accumbit pransurus vel coenaturus), Matth. 26, 7. Marc. 16, 14. Luc. 22, 27. (opp. τῷ ἀνακειμένῳ ὁ διακονῶν.) — ἐν τῇ οἰκίᾳ τινός, Matth. 9, 10. Luc. 7, 37. Joh. 6, 11. — ἐν τῷ κόλπῳ τινός, Joh. 13, 23. — οἱ ἀνακείμενοι, convivae, Matth. 22, 10. 11. Joh. 13, 28. cf. Joh. 6, 11. — de iis, qui se reclinant cibum capturi (sich niederlegen), Matth. 26, 20. (ἀνέκειτο, i. q. ἀνέπεσε, Luc. 22, 14.)

Ἀνακεφαλαιόω (ῶ), f. ώσω, (ab ἀνά, re, et κεφάλαιον, quod vide suo loco) a., ad caput revoco, in summam subduco, summatim repeto, (apud Graecos: ἐν κεφαλαίῳ, ἐν κεφαλαίοις, s. ἐπὶ κεφαλαίου, summatim, capitulatim. — Thucyd. πολλὰ παρεὶς τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω, Aristot. λέγωμεν τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι.) — b., summatim comprehendo compendio, complector — pass. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, Rom. 13, 9. — med. τὰ πάντα ἀνακεφαλαιώσασθαι ἐν τῷ Χριστῷ, Eph. 1, 10. (colligere omnia, velut compendio constringere, in Christo. Sed videtur apostolus etymon respici voluisse atque verbo sensum subiecisse hunc: omnia ad Christum tamquam ad caput referre s. revocare.)

Ἀνακλίνω, f. νῶ, (pr. reclino, rückwärts anlehnen) a., τινά, Luc. 2, 7. (ἐν τῇ φάτνῃ.) — b., recumbere facio, Marc. 6, 39. Luc. 9, 15. (v. 14. κατακλίνατε. Sed ἀνέκλιναν ref. ad situm eorum, qui recubuerunt cibum capturi.) Luc. 12, 37. — Pass. (sign. med.), Matth. 14, 19. 8, 11. (ἀνακλιθήσονται, Luc. 13, 29.) — Luc. 7, 36. (ἀνεκλίθη.) Usi sunt hoc verbo etiam Graeci serioris aevi Lucian. Diod. Sic. Polyb. Synes. epist. 14.

Ἀνακόπτω, f. ψω, (ex ἀνά et κόπτω, findo, scindo, v. c. ligna) a., tundo. — b., ut προκόπτειν est progredi (quasi caesis lignis sibi viam aperire), ita ἀνακόπτειν signif. retardare, cursum inhibere, (Theophrast. Char. 25, 1.) — universe: impedire, τινά, seq. infinit., Gal. 5, 7. (τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε; Sed usus est auctor hoc verbo, quia praemiserat verbum: ἐτρέχετε — al. codd. ἐνέκοψε) v. ἐγκόπτω.

Ἀνακράζω, f. ξω, exclamo, clamorem tollo, Marc. 1, 23. 6, 49. Luc. 8, 28. 23, 18.

Ἀνακρίνω, f. νῶ, examino (dicitur ἀνακρίνειν iudex quaestionem habens) — a., absol., Luc. 23, 14. Act. 28, 18. — περί τινος (gen. rei) Act. 24, 8. — b., τινά, a., inquisitionem facio de aliquo, Act. 12, 19. 1 Cor. 4, 4. — pass. in quaestionem, s. sub examen vocari, Act. 4, 9. 1 Cor. 2, 14. 15. 9, 3.

— τί, μηδὲν ἀνακρίνοντες, nihil disquirentes (utrum caro idolo fuerit dedicata, necne), 1 Cor. 10, 25. 27. — β., discerno, pass., 1 Cor. 14, 24. (Vulg. diiudicatur ab omnibus; quod explicant: omnes mentem eius pernoscunt, flagitia, quae omnes alios latero putabat, ob oculos ei obiiciunt.)

Ἀνάκρισις, εως, ἡ, (a v. ἀνακρίνω) praevia inquisitio (interrogatio reorum, litis contestatio. Cf. Xenoph. Symp. 5, 2. εἰς ἀνάκρισίν σε πρῶτον τῆς δίκης καλοῦμαι), Act. 25, 26.

Ἀνακύπτω, f. ψω, (pr. sursum flecto) intrans. (Xenoph. de re equ. 7, 10. οἱ ὁ, Job. 10, 15. cf. verba supra commemorata: ἄγω, ἀνακαθίζω, ἀνακάμπτω) caput erigo (Vulg. sursum respicio), Luc. 13, 11. (Cf. v. 13. ἀνωρθώθη) 21, 28. (Vulg. respicio. Sed h. l. potius est: oculos tollo prospiciendi caussa; adiungitur enim: καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν) Joh. 8, 7. (Vulg. erexit se.)

Ἀναλαμβάνω, f. λήψομαι, suscipio, assumo, — suscipio, τινά vel τί, Act. 7, 43. Eph. 6, 13. (τὴν πανοπλίαν) 16. (τὸν θυρεόν.) subintell. εἰς τὸ πλοῖον, Act. 20, 13. 14. — assumo, Act. 23, 31. (eum, quem ducturus sum) 2 Tim. 4, 11. — εἰς τὸν οὐρανόν. Pass., Marc. 16, 19. (Luc. 24, 51. ἀνεφέρετο) Act. 1, 11. 10, 16. — subintell. εἰς τὸν οὐραν., Act. 1, 2. 22. 1 Tim. 3, 16.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, (a v. ἀναλαμβάνω) susceptio, assumtio — subintellecta formula: εἰς τὸν οὐρανόν, assumtio in coelum, Luc. 9, 51.

Ἀναλίσκω, f. λώσω, (ex ἀνά et ἁλίσκω) a., insumo (v. c. χρήματα. Hinc ἀναλώματα, sumtus, Xen. Mem. 3, 6, 6.) — b., consumo, absumo (Gen. 41, 30. Num. 14, 35. Jerem. 15, 7. Prov. 23, 28.) — de igne, Luc. 9, 54. — de altercantibus, quorum alter alterum perdit, Gal. 5, 15. — de Christo Antichristum interfecturo, 2 Thess. 2, 8.

Ἀναλογία, ας, ἡ, proportio — κατὰ τὴν ἀναλ. τῆς πίστεως, Rom. 12, 6. (Apostolus hortatur prophetas, ut loquantur ea, quae cum fidei ratione conveniant. v. Calmet. ad h. l. cf. tamen etiam verba: καθὼς ὁ θεὸς ἐμέτρησε τὴν πίστιν v. 3.)

Ἀναλογίζομαι, f. σομαι, pr. numeros confero — cum acc. et inf. reputo, Hebr. 12, 3.

Ἄναλος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἅλς, sal) insulsus, Marc. 9, 50. (ἐὰν . . . . ἄναλον γένηται, i. q. ἐὰν . . μωρανθῇ, Matth. 5, 13.)

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, (ἀναλύω) resolutio (v. c. textorum — Wiederauftrennen) — metaph. discessus, Aufbruch (Metaphora desumta videtur ab iis, qui funes resolvunt ad abitum parandum, cf. Hom. Od. 15, 548. v. ἀναλύω) 2 Tim. 4, 6. (ὁ καιρὸς τῆς ἀναλ.)

Ἀναλύω, f. ύσω, resolvo (v. c. fila texta) — Metaph. discedo ab hospitio, in quo nox acta est, cf. Sap. 2, 1. 2 Macc. 12, 7. Judith. 13, 1. aufbrechen (v. ἀνάλυσις), Luc. 12, 36. (ἐκ τῶν γάμων. Sic et Graeci: ἀναλῦσαι ἐκ συμποσίου, ἐκ μέθης — et: ἀπὸ τῆς πόλεως) — ἀναλύω per μετάληψιν s. transsumtionem (Quintil. 8, 6. p. 347. edit. Gernhard.): discedo e vita (Aelian: ἀνέλυσαν [e vita migrarunt] ὥςπεροῦν ἐκ συμποσίου. Cf. Lucret. lib. 3: cur non ut plenus vitae conviva recedis?), Phil. 1, 23. — Cf. καταλύειν, quod de devertentibus dicitur.

Ἀναμάρτητος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἁμάρτω, s. ἁμαρτέω) vel: qui non peccavit (2 Macc. 8, 4. νήπια) vel qui peccare nequit — Joh. 8, 7. (qui e vobis nihil peccavit s. purus peccati est. — Vocem habet Xen. Mem. 4, 2, 26.)

Ἀναμένω, f. νῶ, — τινά (locutio bene graeca. — Cf. lat. maneo aliquem) opperior aliquem (dum venerit — auwarten), 1 Thess. 1, 10.

Distingue: ἀναμένω, διαμένω, ἐμμένω, ἐπιμένω, καταμένω, παραμένω, περιμένω, προςμένω, ὑπομ.

Ἀναμιμνήσκω, f. μνήσω, (a v. μνάω τινά) admoneo aliquem — sequ. inf. ut hoc illudve faciat, 2 Tim. 1, 6. — τινά τι, in memoriam revoco alicui aliquid, 1 Cor. 4, 17. — Med. ἀναμιμνήσκομαί τι, mihi in memoriam revoco, recordor, 2 Cor. 7, 15. Hebr. 10, 32. — Aor. absol. Marc. 11, 21. — τινός (gen. rei), Matth. 26, 75. (Marc. 14, 72. h. l. praestantiores codd. habent genitivum; alii accus. — Luc. 22, 61. ὑπεμνήσθη c. gen.) — Cf. ὑπομιμνήσκω.

Ἀνάμνησις, εως, ἡ, (v. verb. praecedens) *a*., admonitio — *b*., recordatio — ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν, Hebr. 10, 3. (memoria peccatorum commissorum per illa sacrificia renovatur.) — εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, in mei memoriam, Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25. cf. Lev. 24, 7. Num. 10, 10.

Ἀνανεόω, (ῶ), f. εώσω, (a νέος, i. e. recens, i. q. ἀνανεάζω, einer Sache die frische Form eines iüngst Entstandenen, Neugebornen geben), restauro (Job. 33, 24.) — Med. ἀνανεοῦσθαι, renovari, Eph. 4, 23.

Distingue: ἀνανεόω, ἀνακαινόω, ἀνακαινίζω.

Ἀνανίας, α, ὁ, (חֲנַנְיָה a חָנַן gratiosus fuit et יָהּ) 1., Christianus quidam, Act. 5, 1—6. **2.**, Christian. quidam Damascenus, Act. 9, 10—18. 22, 12. **3.**, Nebedaei filius, Judaeorum pontifex maximus ab anno imperii Claudii 7. usque ad imperii Neronis initia, Act. 23, 2. 24, 1. (Jos. Ant. 20, 5, 2.)

Ἀνανήφω, f. νήψω, pr. ad sobrietatem redeo (ἐκ μέθης, quod ap. Graecos saepissime additum legitur) — metaph. ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος — ad sanam mentem redeo e laqueis diaboli, 2 Tim. 2, 26.

Ἀναντίῤῥητος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv., ἀντί, contra, et ῥητός a v. ῥέω, dico) vel: cui non contradictum est, vel: cui contradici nequit (in Alex. vers. V. T. non occurrit) — ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, cum his contradici non possit, Act. 16, 36.

Ἀναντιῤῥήτως, adv. sine contradictione, Act. 10, 29. (ἦλθον — nihil contradicens veni.)

Ἀνάξιος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἄξιος), indignus (τινός) — non aptus alicui rei, 1 Cor. 6, 2.

Ἀναξίως, adv., indigne, indigno modo, 1 Cor. 11, 27. 29.

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ, (a v. ἀναπαύω) requies. — ἔχειν ἀνάπαυσιν, Apoc. 14, 11. — ζητεῖν ἀνάπαυσιν, locum in quo requiescas, Matth. 12, 43. Luc. 11, 24.; his in locis etiam εὑρίσκειν ἀνάπ. — ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι λέγοντες, sine intermissione dicunt, Apoc. 4, 8. — requies, i. e. tempus respirandi novasque vires colligendi, Matth. 11, 29. cf. Jerem. 6, 16.

Ἀναπαύω, f. σω, (ab ἀνά et παύω, desinere facio) τινά, facio (sino)

aliquem intermittendo aliquo labore vires colligere, recreo, Matth. 11, 28. (ἀναπαύσω ὑμᾶς, onus vestrum allevabo) Philem. v. 20. (ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα, animum meum recrea) 1 Cor. 16, 18. — Pass. Philem. v. 7. . . . ἀπό τινος, 2 Cor. 7, 13. (ἀναπέπαυσται ἀπὸ πάντων ὑμῶν, i. e. ex intuitu et consideratione vestrum omnium recreatus est.) — Med. requiesco, Marc. 6, 31. (ὀλίγον.) 14, 41. (Matth. 26, 45.) Luc. 12, 19. Apoc. 6, 11. (χρόνον μικρόν.) . . . ἔκ τινος, Apoc. 14, 13. — ἐπί τινα, me demitto in aliquem (ut in eo requiescam), 1 Petr. 4, 14. (cf. Luc. 10, 6. Jes. 11, 2. נוּחַ עַל.)

Ἀναπείθω, f. σω, persuadeo; τινά τι ποιῆσαι, persuadeó alicui ut hoc illudve faciat (Xen. Mem. 3, 11, 10.) τινὰ σέβεσθαι τὸν θεόν, Act. 18, 13.

Ἀναπέμπω, f. ψω, remitto — τινά τινι, Luc. 23, 7. 11. 15. Philem. v. 11.

Ἀνάπηρος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀνά et πηρός — vox bene graeca) mutilus, laesus aliquo corporis membro, vel aliquo sensu orbatus, membris captus, Vulg. debilis, Luc. 14, 13. 21.

Ἀναπίπτω, f. πεσοῦμαι (ex ἀνά, re, supine, et πίπτω, quod v.) recumbo (supinus — Graeci elegantiores ἀναπεσεῖν eos dicunt, qui animum desponderunt). — Activ. ἀναπ. ἐπὶ τὴν γῆν, me humum prosterno, Matth. 15, 35. (Marc. 6, 40. 8, 6. h. l. ἐπὶ τῆς γῆς) Joh. 6, 10. — Speciat. dicuntur ἀναπεσεῖν qui mensae accumbunt (v. Athen. Deipnosoph. 1, 19. Lucian. c. 23. tom. 2. p. 590. ed. Reitz). — ἀνέπεσε, recubuit (coenaturus), Luc. 11, 37. 22, 14. — Joh. 13, 12. (ἀναπεσών.) — ἀνέπεσε ἐπὶ τὸ στῆθος, recubuit (in coena) ad (super) pectus . . ., Job. 21, 20. — Med. ἀνάπεσαι, recumbe, Luc. 14, 10. (alii codd. h. l. offerunt ἀνάπεσον) 17, 7.

Ἀναπληρόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἀνά, i. e. ad supremum usque, et πληρόω, plenum facio) adimpleo, addo quod ad iustum numerum deest. Cf. Hom. Il. 4, 170. μοῖραν βιότοιο ἀναπλῆσαι. — ἀναπλ. τὸ ὑστέρημα, 1 Cor. 16, 17. Phil. 2, 30. Col. 1, 24. — Cf. Platon. Symp. ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον scil. ἐστίν, ἀναπληρῶσαι. — Trop. ἀναπλ. τὸν νόμον, legi satisfacio, Gal. 6, 2. — Locutiones hebr.: εἰς τὸ ἀναπλ. τὰς ἁμαρτίας, ut adimpleant mensuram criminum suorum, 1 Thess. 2, 16. (cf. Ex. 23, 26.) — ἀναπληροῦται ἐν (nonnulli codd. hoc omittunt) αὐτοῖς ἡ προφητεία, i. e. de illis propriissimo sensu dici potest, quod vates de suis aequalibus pronuntiavit, Matth. 13, 14. — τὸν τόπον τινός (pr. obsidere locum alic. — phrasis Rabbinis frequentata מְלֹא מָקוֹם), inter congregatos eorum vice fungi, quibus erudiendorum locus assignatus est, 1 Cor. 14, 16.

Ἀναπολόγητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἀπολόγητος, et hoc ab ἀπολογοῦμαι) vel is, qui non defensus s. excusatus est, Rom. 1, 20. — vel is, qui defendi nequit, inexcusabilis, Rom. 2, 1.

Ἀναπτύσσω, f. ξω, (ex ἀνά, re . . et πτύσσω, convolvo) evolvo, aufrollen (erant Hebraeor. libri volumina — מְגִלּוֹת, Buchrollen — duobus baculis teretibus alligata et capulis instructa, ut et convolvi et evolvi possent), Luc. 4, 17. (Opp. πτύσσω, convolvo, v. 20.)

Ἀνάπτω, f. ψω, (v. ἅπτω) accendo, Luc. 12, 49. Act. 28, 2. Jac. 3, 6.

Ἀναρίθμητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἀριθμητός, numeratus) innumerabilis, Hebr. 11, 12.

Ἀνασείω, σω, pr. excutio, succutio; trop. ad seditionem commoveo (aufregen), Marc. 15, 11. Luc. 23, 5. — Polyb. Diod. Sic. al.

Ἀνασκευάζω, f. σω, (ἀνά et σκευάζω, a voc. σκεῦος) vas, instrumentum *a.*, (ap. Graecos v. c. Xen. Anab. 5, 10. 8.) vasa colligo in alium locum transferenda. — Med. ap. Graecos: vasa mea, i. e. supellectilem meam colligo, ut alio proficiscar. Xen. Cyrop. 8, 5, 4. ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος τὰ σκεύη.) — *b.*, videtur opponi τῷ κατασκευάζειν, quod sign. instruere: everto, destruo. — ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, qui mentes vestras everterent, Act. 15, 24.

Ἀνασπάω (ῶ), f. άσω, (ex ἀνά et σπάω — verbum bene Graecum) sursum traho, Luc. 14, 5. Act. 11, 10. (Habac. 1, 15.)

Ἀνάστασις, εως, ἡ, (ἀνίστημι) *a.*, surrectio (a sede, e situ), Luc. 2, 34. (opp. πτῶσις — iacet veluti lapis, quem alii apprehendent, ut enitantur, alii vero ei illidentes cadent. Cf. 1 Petr. 2, 4. seq. Jes. 8, 13. Joh. 9, 39.) — *b.*, *resurrectio e mortuis:* additur: νεκρῶν, Rom. 1, 4. (Todtenauferstehung) et ἡ . . ἐκ νεκρῶν, 1 Petr. 1, 3. de resurrectione Christi — sed Luc. 20, 35. Act. 4, 2.; de resurrectione mortuorum, quae aliis in locis significatur addito: τῶν νεκρῶν, Matth. 22, 31. (Marc. 12, 26.) Act. 17, 32. (ἀνάστασις νεκρῶν, ut 23, 6. 24, 16. 21. 26, 23. 1 Cor. 15, 12. 13. 21. Hebr. 6, 2.) 1 Cor. 15, 42. — ἀνάστασις simpliciter: resurrectio (Christi) e mortuis, Act. 1, 22. 2, 31. 4, 33. Rom. 6, 5. Phil. 3, 10. 1 Petr. 3, 21. — resurrectio (caeterorum mortuorum), Matth. 22, 23. (Marc. 12, 18. Luc. 20, 27.) Luc. 20, 33. Act. 17, 18. 23, 8. Joh. 11, 24. — Not. ἡ ἀνάστασις τῶν δικαίων, Luc. 14, 14. — δικαίων τε καὶ ἀδίκων, Act. 24, 15. — ἀνάστασις ζωῆς et ἀνάστασις κρίσεως, i. e. qua in vitam transitur, et quae secum fert miseriam aeternam, Joh. 5, 29. (Dan. 12, 2.) — ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή, i. e. ego auctor sum resurrectionis et vitae, Joh. 11, 25.; — resurrectio nonnullorum priscae aetatis hominum ante sepulturam a prophetis Elia et Elisa vitae restitutorum, Hebr. 11, 35. (1 Reg. 17, 21. 22. 2 Reg. 4, 34—37.)

Ἀναστατόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἀνά, et στατός, status, a, um; ἀνάστατος, i. e. vel is, qui e situ excitatus, vel is, qui sua sede pulsus est. Formulae ἀνάστατον ποιεῖν, γίγνεσθαι recurrunt apud Isocr. panegyr. c. 31. Aelian. V. H. 3, 43.), concito: τινά, Act. 17, 6. (οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες. Vulg. qui urbem [lege orbem] concitant.) — Gal. 5, 12. — tumultum concito, Act. 21, 38. (de tumultu h. l. commemorato cf. Jos. Antiq. 20, c. 6. de B. J. 2, c. 12.)

Ἀνασταυρόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἀνά et σταυρός, crux) cruci affigo, in crucem ago (cf. verba Graecorum similia: ἀνασκολοπίζω, ἀνασκινδυλεύω), Hebr. 6, 6.

Ἀναστενάζω, f. σω, (ex ἀνά, nostr. auf, et στενάζω) suspiro (etiam Graeci habent), Marc. 8, 12.

Ἀναστρέφω, f. ψω, (ex ἀνά, retro, et στρέφω, verto) *a.*, subverto

— τραπέζας, Job. 2, 15. — *b.*, intrans. reverto, revertor (cf. supr. ἀνακύπτω), Act. 5, 22. 15, 16. (Amos. 9, 11. ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω, i. e. ex usu hebr. שׁוּב: iterum aedificabo.) — Med. versor — ἐν, in loco, i. e. ambulo, huc illuc me converto, Matth. 17, 22. (nisi h. l. cum Origene legendum est: στρεφομένων εἰς γαλιλ. cf. Marc. 9, 30.) — Metaph. me gero (ut hebr. הָלַךְ). ... ἐν τῷ κόσμῳ, 2 Cor. 1, 12. — ἐν οἴκῳ θεοῦ, 1 Tim. 3, 15. — ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις, Eph. 2, 3. — ἐν φόβῳ, 1 Petr. 1, 17. — ἐν πλάνῃ, 2 Petr. 2, 18. — ἀναστρέφ. cum adv. οὕτως, Hebr. 10, 33. — καλῶς, Hebr. 13, 18.

Ἀναστροφή, ῆς, ἡ, (a v. ἀναστρέφω) *a.*, (ab activo) subversio, — *b.*, (a medio) pr.: ambulatio, metaph. vivendi ratio (Aufführung, ut ap. Polyb. et Arrian., 2 Macc. 5, 8.), Gal. 1, 13. Eph. 4, 22. 1 Tim. 4, 12. Hebr. 13, 7. 1 Petr. 1, 15. 18. (ἡ ματαία ἀν.) 1 Petr. 2, 12. (καλή ut Jac. 3, 13.) 3, 1. 2. (ἁγνή) 16. (ἀγαθή) 2 Petr. 2, 7. (ἡ ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφή.)

Ἀνατάσσομαι, f. ξομαι, (ex ἀνά, et τάσσω, ordino) — διήγησιν, narrationem contexo (aufreihen), Luc. 1, 1.

Ἀνατέλλω, f. τελῶ, (ex ἀνά, et τέλλω) *a.*, transit. exoriri facio (dicitur ἀνατέλλειν tellus, plantas progignens, cf. Gen. 3, 18. fluvius aliquid producens, Hom. Il. 5, 777.). — τὸν ἥλιον ἐπί τινα (cf. ἀνατολή), Matth. 5, 45. — *b.*, intrans. *orior* (aufgehen, de sole et astris ap. Aelian. Pausan. Stob. Antiquiores vero solem ἀνατέλλειν, astra autem ἐπιτέλλειν dixerunt, v. Lobeck. ad Phryn. p. 125.); ἀνατέλλειν dic. φῶς, Matth. 4, 16. (Jes. 42, 7.) ἥλιος, Matth. 13, 6. (Marc. 4, 6.) Marc. 16, 2. Jac. 1, 11. — νεφέλη ἀπὸ δυσμῶν, Luc. 12, 54. — φωσφόρος, 2 Petr. 1, 19. — Ἀνατέλλειν dicuntur etiam herbae (hervorsprossen). Hinc metaph.: ortum duco, Hebr. 7, 14. (de Jesu Chr. e tribu Juda ortum ducente vide catalogos a Matthaeo et Luca deductos, Matth. 1, 1—17. Luc. 3, 23—38.)

Ἀνατίθημι, f. θήσω, (ἀνά, ab initiis inde, et τίθημι.) Med. ἀνατίθεμαι, expono, enarro, — τινὶ τὰ κατά τινα, Act. 25, 14. — τινί τι, Gal. 2, 2. (Occurrit ap. Plutarch. Diog. Laërt. Artemid.)

Ἀνατολή, ῆς, ἡ, (v. ἀνατέλλω) *a.*, ortus solis et stellarum (etiam germen, surculus, צֶמַח, Zach. 3, 8. 6, 12.) — ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, lux e coelo oriunda et suos radios demittens, Vulg. Oriens ex alto, Luc. 1, 78. (sed ἐξ . . s. terminus a quo h. l. notatur ratio habita verbi ἐπεσκέψατο ἡμᾶς; sens. e coelo nos visitavit lux in coelo oborta. Construct. praegnans.) — *b.*, oriens, i. e. plaga orientalis, Matth. 2, 2. 9. (Arabia, Gen. 25, 6.) addito: ἡλίου, Apoc. 7, 2. (Jes. 11, 14.) — plural., Matth. 2, 1. 8, 11. (ἀπ' ἀνατολῶν κ. δυσμῶν, Luc. 13, 29. cf. Jes. 45, 6.) Matth. 24, 27. (aliter, Luc. 17, 24. Apoc. 21, 13. (ἀπὸ ἀνατολῶν, ἀπὸ δυσμῶν, a parte orientali, occidentali.) — adiecto: ἡλίου, Apoc. 16, 12. — Unde pluralis pro singulari? Nimirum Graeci respexerunt ad varias regiones sub diversis ortus aut occasus dimensionibus positas.

Ἀνατρέπω, f. ψω, (ἀνά et τρέπω, verto, cf. ἀναστρέφω) subverto — τήν τινων πίστιν, 2 Tim. 2, 18. (Diod. Sic. 1, 77. p. 88.) — οἴκους, familias, Tit. 1, 11.

4 *

Ἀνατρέφω, f. θρέψω, (ἀνά, sursum, et τρέφω, nutrio) enutrio, pass., Act. 7, 20. — educo, pass., Act. 22, 3. — Med. ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ, nutrivit eum sibi, Act. 7, 21.

Ἀναφαίνω, f. φανῶ, (ἀνά, nostr. auf, et φαίνω) ostendo. Pass. manifestor, Luc. 19, 11. — ἀναφανέντες τὴν Κύπρον, Cyprum conspicati (?), Act. 21, 3. (Alii codd. ἀναφάναντες, al. ἀναφανέντος τῆς Κύπρου.)

Ἀναφέρω, f. ἀνοίσω (ἀνά et φέρω — aor. 1. ἀνήνεγκα, aor. 2. ἀνήνεγκον) a., sursum fero, sursum duco — ἀνέφερεν αὐτοὺς εἰς ὄρος, duxit eos in montem, Matth. 17, 1. (Marc. 9, 2.) Pass. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν, Luc. 24, 51. — b., arae admoveo sacrificandi caussa (hebr. עָלָה, Hiph. הֶעֱלָה, Levit. 14, 20. Jes. 57, 6.) — . . θυσίας, Hebr. 7, 27. 13, 15. 1 Petr. 2, 5. — τὸν υἱόν (ἀνενέγκας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, quum arae imposuisset), Jac. 2, 21. — ἀνήνεγκε τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ξύλον, 1 Petr. 2, 24. — Dicitur sacerdos ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, Hebr. 9, 28. (Cf. Jes. 53, 12.)

Ἀναφωνέω (ῶ), f. ήσω, (ἀνά, auf, et φωνέω, ab adi. φωνός, vel subst. φωνή) alta voce clamo, Luc. 1, 42.

Ἀνάχυσις, εως, ἡ, (deriv. ab ἀνά, auf, et χέω. Strabo ἀνάχυσιν dici ait loca navium cava, per quae mare influat, ut in fundo resideat) colluvies. — Metaph. συντρέχειν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν (mirantur, quod vos non flagitiorum socios habent, quod ad ipsorum spectacula, conventus, festa, convivia non concurratis), 1 Petr. 4, 4.

Ἀναχωρέω (ῶ), f. ήσω, (ἀνά, retro, et χωρέω, a χῶρος) locum, spatium relinquo (Hom. addit ἄψ, Iliad. 10, 411. cf. ἀναχάζομαι, Iliad. 5, 600.) secedo. Dicuntur ἀναχωρεῖν plerumque qui metu perculsi alia loca petunt et hominum oculis se subducunt (entweichen), Matth. 2, 12. 13. 14. 22. 4, 12. 9, 24. 12, 15. (Marc. 3, 7.) 14, 13. 15, 21. 27, 5. — ἀναχ. εἰς, Joh. 6, 15. — ἀναχ. κατ' ἰδίαν, Act. 23, 19. — ἀναχωρέω, secedo, Act. 26, 31.

Ἀνάψυξις, εως, ἡ, (a v. ἀναψύχω, refrigero, Hom. Iliad. 10, 575.) refrigeratio, recreatio — ἀπὸ προσώπου (ex hebr. Ps. 27, 9. 31, 17.) cum venerint tempora refrigerii a facie domini, scil. ut participes fiatis beneficiorum a Deo promissorum, Act. 3, 20.

Ἀναψύχω, f. ξω, (ἀνά, ψύχω) recreo, τινά, 2 Tim. 1, 16.

Ἀνδραποδιστής, οῦ, ὁ, (a v. ἀνδραποδίζω et hoc a voc. ἀνδράποδον [ex ἀνήρ et πούς] mancipium, homo in bello captus et servituti mancipatus) a., mancipator, i. e. qui aliquem in servitutem redigit. — b., plagiarius sive servorum sive liberorum (olim quippe solebant furto abduci homines seu pueri ingenui et in servitutem venundari), 1 Tim. 1, 10. (Aristoph. Plut. 521.)

Ἀνδρέας, ου, ὁ, Andreas (nomen graec. derivat. a voc. ἀνήρ, ἀνδρός), frater Simonis Petri, Bethsaida in Galilaea oriundus (Joh. 1, 45.), Matth. 4, 18. (Marc. 1, 16. 29.) 10, 2. (Marc. 3, 18.) Marc. 13, 3. Luc. 6, 14. Joh. 1, 41. 45. 6, 8. 12, 22. Act. 1, 13.

Ἀνδρίζω, f. ίσω, (ab ἀνήρ, ἀνδρός) — τινά, virum s. fortem reddo (Xen. Oecon. 5, 4. cf. verb. graec. ἀδελφίζω). — Med. virum s. fortem me praesto (Jos. 1, 6. 9.) 1 Cor. 16, 13.

Ἀνδρόνικος, ου, ὁ. Andronicus (nomen graec. derivat. a voc. ἀνήρ, ἀνδρός, et νίκη, victoria), vir e Judaeo Christianus factus, consanguineus Pauli (una cum Paulo aliquando in vincula coniectus), Rom. 16, 7.

Ἀνδροφόνος, ου, ὁ, (ab ἀνήρ et obsoleto φένω, occido, unde φόνος et φονεύω) homicida, 1 Tim. 1, 9.

Ἀνέγκλητος, ου, ὁ, ἡ, (ex αν priv. et ἔγκλητος accusatus, a v. ἐγκαλέω, in ius voco) qui in jus non vocatus est aut vocari nequit, — inculpatus, 1 Cor. 1, 8. (notes h. l. voc. ἡμέρα de die iudicii dict.) Col. 1, 22. 1 Tim. 3, 10. Tit. 1, 6. 7.

Distingue: ἀνέγκλητος, ἄμεμπτος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος, ἀμώμητος.

Ἀνεκδιήγητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἐκδιηγέομαι) inenarrabilis (cui enarrando praedicandove verba vix sufficiunt) — δωρεά, 2 Cor. 9, 15.

Ἀνεκλάλητος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἐκλαλέω) ineffabilis (qui verbis comprehendi nequit) — χαρά, 1 Petr. 1, 8.

Ἀνέκλειπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἐκλείπω, deficio) inexhaustus (Diod. Sic. 1, 36. 4, 84.). — θησαυρός, Luc. 12, 33. (Sap. 7, 14. ἀνεκλιπής et 8, 18.)

Ἀνεκτός, οῦ, ὁ, ἡ, neutr. ὄν, (a v. ἀνέχομαι, tolero) tolerabilis, — ἀνεκτότερον, tolerabilius, Matth. 11, 22. 24. (Marc. 6, 11. Luc. 10, 12. 14.)

Ἀνελεήμων, ονος, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἐλεήμων, misericors) immisericors (quem non miseret miserorum), Rom. 1, 31.

Distingue: ἀνελεήμων, ἀνήμερος, ἀνίλεως, ἄστοργος, ἀσύνθετος, ἄσπονδος.

Ἀνεμίζω, f. σω, (ab ἄνεμος, ventus, cf. κλυδωνίζομαι) pr. ventum imitor, — pass. vento agitor, Jac. 1, 6. — Graeci non habent.

Ἄνεμος, ου, ὁ, ventus, Matth. 11, 7. 14, 24. 30. Jac. 3, 4. — περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, i. e. qui quavis doctrina, quam quis profert, quasi vento huc illuc iactantur, Eph. 4, 14. Jud. v. 12. — οἱ τέσσαρες ἄνεμοι, quatuor plagae coeli (ex hebr. Ez. 57, 9. 42. al.), Matth. 24, 31. (Marc. 13, 27.)

Ἀνένδεκτον, ου, τό, (ex ἀν priv. et ἐνδέχομαι) impossibile, Luc. 17, 1. (τοῦ μὴ ἐλθεῖν, fieri non potest quin, — cf. Matth. 18, 7. ἀνάγκη scil. ἐστίν, ἐλθεῖν).

Ἀνεξερεύνητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἐξ-ερευνάω) imperscrutabilis (neut. id, quod scrutanti non licet assequi. Apud Symmach. Prov. 25, 3. Jerem. 17, 9.), Rom. 11, 33.

Distingue: ἀνεξερεύνητος, ἀνεξιχνίαστος.

Ἀνεξίκακος, ου, ὁ, ἡ, (ex fut. verbi ἀνέχω vel ἀνέχομαι et κακός) malorum et iniuriarum impatiens (ἀνεξικακία, Sap. 2, 19. Plut. Pelop. 25.), 2 Tim. 2, 24.

Ἀνεξιχνίαστος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et ἐξιχνιάζω, s. ἐξιχνεύω, a voc. ἴχνιον, vestigium) is, cuius non indagari possunt vestigia, unaufspürbar. — impervestigabilis, πλοῦτος, Eph. 3, 8. — pl. αἱ ὁδοί, Rom. 11, 33. Cf. Job. 5, 9. 9, 10.

Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et passiv. verbi ἐπ-αισχύνω) qui pudore affici non potest. Vulg. inconfusibilis (qui nihil agit, cuius pudere illum queat) — ἐργάτης, 2 Tim. 2, 15.

Ἀνεπίληπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν priv. et passiv. verbi ἐπι-λαμβάνω, —

vox et Graecis cognita), non apprehensus, qui apprehendi nequit — trop. qui carpi non potest, qui nullum in agendo locum dat iustae reprehensionis, 1 Tim. 3, 2. 5, 7. 6, 14.

Ἀνέρχομαι, f. ἀνελεύσομαι, ascendo (?) εἰς τὸ ὄρος, Joh. 6, 3.; redeo (Homer. αὖθις ἀνέρχεσθαι), Gal. 1, 17. 18.

Ἄνεσις, εως, ἡ, (ἀνίημι, remitto, sc. aliquam rem intentam, v. c. arcum) remissio, relaxatio: vinculorum, Act. 24, 23. — οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ μὴ εὑρεῖν, non requiescere potui eo, quod non inveneram etc., 2 Cor. 2, 12. 7, 5.

Ἀνετάζω, f. σω, (ἐτάζω, quod tamen in forma simplici non extat; hoc vero ab adiectivo verbali ἐτός, ἡ όν, [i. e. id, quod vere est, ab ἔω s. εἰμί] descendente) — video an aliquid vere sit: inquiro, τινά, quaestionem habeo de aliquo v. c. flagris, Act. 22, 29. — Pass. v. 24.

Ἄνευ, praepos. regens genit., sine (Ex. 21, 11. 1 Sam. 6, 7. Jes. 55, 1.) ἄνευ τινός, inscio, invito aliquo, (Amos. 3, 5. Hom. Il. 15, 213. Od. 2, 372. Pind. Olymp. 9, 156.), Matth. 10, 29. — ἄνευ λόγου, i. e. absque ope verbi, quin necesse sit loqui, 1 Petr. 3, 1. 4, 9. — „ἄνευ et χωρίς differunt sic, quod χωρίς ad subiectum, quod ab obiecto seiunctum est, refertur, ἄνευ autem ad obiectum, quod a subiecto abesse cogitandum est.“ Tittmann. de Synon. in N. T. p. 94. — v. χωρίς.

Ἀνεύθετος, ου, ὁ, ἡ, (εὔθετος, bene positus, opportunus) non opportunus, Act. 27, 12. (λιμήν).

Ἀνευρίσκω, f. ήσω, (ἀνά et εὑρίσκω), invenio (auffinden), τινά, Luc. 2, 16. Act. 21, 4.

Ἀνέχω, f. ἕξω, (ἀνά, ἔχω, imperf. med. ἀνειχόμην s. ἠνειχόμην — aor. 2. ἠνεσχόμην). — a., altum teneo (Hom.). — b., retineo. Med. ἀνέχομαί τινός, (Hom. Od. 22, 423.) sustineo, fero aliquem, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 41.) Act. 18, 14. 2 Cor. 11, 1. 19. Eph. 4, 2. Col. 3, 13. 2 Thess. 1, 4. (ἐν ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε, i. e. ταύταις, ὧν ἀνέχεσθε), 2 Tim. 4, 3. Hebr. 13, 22. — Absol. 1 Cor. 4, 12.

Ἀνεψιός, οῦ, ὁ, consobrinus, Col. 4, 10.

Ἄνηθον, ου, τό, anethum (Dille, Anis), Matth. 23, 23. (cf. Luc. 11, 42.)

Ἀνήκω, f. ξω, (ἀνά et ἥκω) pertineo ad aliquid. Imperson. ὡς ἀνῆκεν, ut decet, Col. 3, 18. — τὸ ἀνῆκον, id, quod decet, convenit (v. infr. καθήκω), Eph. 5, 4.

Ἀνήμερος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀν et ἥμερος, ἔρα, ον, unde vox ἡ ἡμέρα [tempestas mitis] dies; cf. lat. mane i. e. mite, ut patet ex opposito: immanis) immitis, 2 Tim. 3, 3.

Ἀνήρ, ἀνδρός, ὁ, vir, i. e. a., mas, isque adultus, 2 Cor. 13, 11. (opp. νήπιος), Eph. 4, 13. Jac. 3, 2. — Matth. 14, 21. 15, 38. Luc. 1, 27. 8, 38. 9, 30. 22, 63. Act. 5, 36. 9, 38. 10, 5. 11, 3. 12. 13, 21. 17, 12. Marc. 6, 44. cf. Act. 4, 4. — ἀνήρ τις, Luc. 8, 27. Act. 5, 1. 10, 1. — ἀνήρ, i. q. ἀνήρ τις, Luc. 5, 12. 8, 41. 9, 38. 14, 8. 19, 2. Act. 6, 11. — ἀνήρ, angelus speciem viri referens, Act. 10, 30. — Voc. ἀνήρ consociat. cum nominibus adiectivis, Luc. 5, 8. (ἀνὴρ ἁμαρτωλός) 17, 13. (λεπροὶ ἄνδρες) 24, 19. (ἀν. προφήτης) Act. 3, 14. (ἄνδρα φονέα). Cf. Matth. 7, 24. 26. (Luc. 6, 48. 49.) Marc. 6, 20. —

consociat. cum nominibus gentilibus vel patronymicis: ἄνδρες Νινευῖται, Matth. 12, 41. (Luc. 11, 31. 32.) — ἀνὴρ Αἰθίοψ, Act. 8, 27. cf. 10, 28. 16, 9. 22, 3. — οἱ ἄνδρες (incolae) τοῦ τόπου ἐκείνου, Matth. 14, 35. — In allocutione: ἄνδρες γαλιλαῖοι, Act. 1, 11. cf. 2, 14. 22. 5, 35. — ἄνδρες ἀδελφοί, Act. 1, 16. 7, 1. 22, 1. 17, 22. 19, 35. 21, 28. 23, 6. 25, 24. — ἄνδρες! Act. 14, 15. 19. 25. 27, 10. 21. 25. — μακάριος ὁ ἀνήρ, beatus ille, qui etc. (ex hebr., v. Ps. 1, 1.) Rom. 4, 8. (Ps. 31, 1.) Jac. 1, 11. — *b.*, maritus (Hom. Iliad. 19, 291. Od. 24, 196. Herodot. 1, 148.) Marc. 10, 2. (sed Matth. 19, 3. ἄνθρωπος) 12. Luc. 1, 34. Joh. 4, 16—18. Act. 5, 9. 8, 12. (ἄνδρες τε κ. γυναῖκες) 22, 4. Rom. 7, 2. 3. 1 Cor. 7, 2. 4. 10. 11. 13. 14. 16. 39. 11, 3. 4. 7. — 9. 11. Gal. 4, 27. Eph. 5, 22. 23. — 25. 28. Col. 3, 18. 19. 1 Tim. 2, 8. 12. 3, 2. 12. 5, 9. 1 Petr. 3, 1. 5. 7. — Intelligitur Sponsus (v. Γυνή), Matth. 1, 16. (Hieron. ad h. l. „Recordare consuetudinis Scripturarum, quod sponsi viri, et sponsae vocantur uxores"), 2 Cor. 11, 2. Apoc. 21, 2.

Ἀνθίστημι, f. ἀντιστήσω (ἀντί, contra, et ἵστημι, pono.) *a.*, oppono. aor. 1. ἀντέστησα, me opposui, 2 Tim. 3, 8. — *b.*, perf., plusquamperf. et aor. 2. Activi tenent notionem *obsistendi, resistendi.* Ergo perf. activi ἀνθέστηκα, resisto, Rom. 9, 19. 13, 2. 2 Tim. 4, 15. — aor. 2. ἀντέστην, resisto. — τινί, Matth. 5, 39. Luc. 21, 15. Act. 6, 10. Gal. 2, 11. Eph. 6, 13. — Imperat. Jac. 4, 7. 1 Petr. 5, 9. — *c.*, med. obsisto, obnitor, 2 Tim. 3, 8. — Imperf. Act. 13, 8.

Ἀνθομολογέομαι, (οῦμαι) f. ήσομαι (ex ἀντί, vicissim, et ὁμολογέομαι [hebr. הוֹדָה, Ps. 79, 13. 57, 9. 75, 2. 2 Sam. 22, 50. 2 Chron. 20, 21. Ps. 45, 23. Job. 40, 9. al.] τινί, laudo, celebro,) vicissim (per antiphonias) laudo, Luc. 2, 38.

Ἄνθος, εος (ους) τό, flos, Jac. 1, 10. 11. 1 Petr. 1, 24.

Ἀνθρακιά, ᾶς, ἡ, (ab ἄνθραξ, carbo) strues, congeries carbonum, prunarum ardentium, Joh. 18, 18. 21, 9. (Hom. Iliad. 9, 213.)

Ἄνθραξ, κος, ὁ, carbo, Rom. 12, 20. (ἄνθραξ πυρός, ex hebr. carbo igneus. — ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος, proverbialis locutio ex Prov. 25, 22. Chrysostomus, Theodoret. interpretantur: gravissimum divini furoris pondus in ipsum provocabis.)

Ἀνθρωπάρεσκος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἄνθρωπος et ἄρεσκος, gratiosus, blandus, cf. graec. αὐτάρεσκος, Apoll. de coniunct. p. 504. Anecd. Bekk. p. 462.) is, qui hominibus studet ἀρέσκειν i. e. placere, gratus esse; qui hominum favorem captat, Eph. 6, 6. Col. 3, 22. (cf. Gal. 1, 10.)

Ἀνθρώπινος, η, ον, (ab ἄνθρωπος) humanus, a, um. Jac. 3, 7. (φύσις) 1 Petr. 2, 13. (κτίσις) 1 Cor. 10, 13. (πειρασμός.) — Opponitur rebus divinis adjecta defectus vel imbecillitatis notione, 1 Cor. 2, 4. (σοφία) 4, 3. (ἀνθρωπίνη ἡμέρα, dies iudicialis humana, i. e. iudicium humanum) — ἀνθρώπινον λέγω, Rom. 6, 19. (i. e. rem cum rebus humanis comparabo.)

Ἀνθρωποκτόνος, ον, ὁ, (ab ἄνθρωπος et κτόνος, a v. κτείνω, interficio, i. q. ἀνθρωποφόνος, quod v.) homicida, Joh. 8, 44. (cf. Sap. 2, 24.) 1 Joh. 3, 15.

Ἄνθρωπος, ου, ὁ, homo. *a.*, eo sensu, ut sexus uterque hoc nomine

comprehendatur, Matth. 4, 4. (Luc. 4, 4. Deut. 8, 3.) Joh. 16, 21. sexcenties occurrit. Nonnumquam opponitur Deo, Matth. 9, 8. (τοῖς ἀνθρώποις, i. q. ἀνθρώπῳ τινί) 10, 32. 19, 26. 17, 22. Marc. 10, 9. Luc. 2, 52. 18, 4. Act. 10, 26. 1 Cor. 3, 21. Gal. 1, 10. 12. Phil. 2, 7. 1 Tim. 2, 5. Hebr. 8, 2. 13, 6. 1 Petr. 2, 4. 4, 2. 2 Petr. 1, 21. — adjecta imbecillitatis notione, Act. 5, 4. Hebr. 2, 6. (Ps. 8, 4.) 7, 8. Jac. 5, 17.; — ὀνόματα ἀνθρώπων, nomina i. e. capita, Apoc. 11, 13. — In alloquio: Luc. 5, 20. 22, 58. — κατὰ τὸν ἄνθρωπον περιπατεῖν, mores vulgarium hominum sequi, 1 Cor. 3, 3. οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, non est hominum studiis et opinionibus accommodatum, Gal. 1, 11. — λέγειν κατὰ ἄνθρωπον, exemplo rem illustrare e rebus humanis petito, Gal. 3, 15. — λαλεῖν κατ' ἄνθρωπον, loqui ex ingenio humano, Rom. 3, 5. 1 Cor. 9, 8. — Trop. ὁ ἔσω et ὁ ἔξω ἄνθρωπος, homo interior et exterior, i. e. natura hominis spiritualis et animalis, Rom. 7, 22. 2 Cor. 4, 16. Eph. 3, 16. — Metaph. ὁ παλαιός et ὁ καινὸς ἄνθρωπος, vetus et novus homo; vetus, i. e. qui ante conversionem fuit; novus, i. e. per spiritum sanctum purgatus et emendatus, Rom. 6, 6. Eph. 2, 15. 4, 22. 24. Col. 3, 9. — ἄνθρωποι, Leute — et οἱ ἄνθρωποι, die Leute (homines), Matth. 5, 13. 16. 6, 5. 16. 18. 8, 27. 16, 13. Marc. 8, 27. Luc. 7, 31. — ὁ ἄνθρωπος, i. e. homo quisque, Matth. 15, 11. (Marc. 7, 15.) Joh. 2, 25. 7, 51. Rom. 7, 2. — *b*., ratione sexus habita: mas, 1 Cor. 7, 1. — *a*., ἄνθρωπος pro ἄνθρωπός τις, homo quidam, Matth. 9, 9. 21, 28. 22, 11. Marc. 12, 1. 5. i. q. τὶς simpliciter, Marc. 14, 13. Joh. 3, 1. (cf. Luc. 7, 36.) — legitur ἄνθρωπός τις, Matth. 18, 12. Luc. 10, 30. 14, 2. 16. 15, 11. 16, 1. 19. 19, 12. — τὶς ἄνθρωπος, Luc. 15, 4. — i. q. ὁ ἀνήρ, Matth. 26, 72. 74. Luc. 14, 30. 23, 6. 14. Joh. 1, 6. 11, 47. 18, 29. 19, 5. — β., vir adultus, μέτρον ἀνθρώπου, Apoc. 21, 17. — ἀριθμὸς ἀνθρώπου, Apoc. 13, 18. — πρόςωπα ἀνθρώπων, Apoc. 9, 7. — γ., addito praedicato muneris v. c. ἄνθρ. οἰκοδεσπότης, Matth. 13, 27. 45. 20, 1. 21, 33. — ἄνθρ. βασιλεύς, Matth. 18, 23. 22, 2. — ἄνθρ. ἀπόδημος, Marc. 13, 34. al. — addito nomine adiectivo qualitatis, v. c. ἄνθρ. αὐστηρός (ein harter Mann), Luc. 19, 22. (Matth. 25, 24. ἄνθρ. σκληρός) — Matth. 11, 19. (ἄνθρ. φάγος [Luc. 7, 31.] 13, 28. Tit. 3, 10.) ita et Graeci: ἄνθρωπος δοῦλος, κόλαξ etc.; — addito nomine gentili: ἄνθρ. Κυρηναῖος, Matth. 27, 32. (aliter Marc. 15, 21. et Luc. 23, 26. τινὸς Κυρηναίου) Act. 16, 37. 21, 39. 22, 25. 26. — Jactant id genus formulas Graeci. — In allocutione: Jac. 2, 20. (κενὲ ἄνθρωπε!) — δ., pater familias, Matth. 10, 36. — maritus, Matth. 19, 3. (Marc. 10, 2. ἀνδρί.) — ε., Formulae Hebraeorum loquendi consuetudinem imitantes: ἄνθρωπ. indefinite, ubi nos: man, 1 Cor. 4, 1. (Cf. 1 Sam. 9, 9.) — ἄνθρωπος, ἄνθρωπον . . . οὐ etc. nemo, neminem, v. c. ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, Joh. 5, 7. Gal. 2, 6. — ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας (der Sündenmann, v. sub v. ἁμαρτία), 2 Thess. 2, 3. ἄνθρ. τοῦ θεοῦ, homo Deo devotus (ut in V. T. prophetae Moyses, Samuel, David, Elias, Elisaeus), 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 3, 17. 2 Petr. 1, 21. — ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, homine natus, Hebr. 2, 6. (Ps. 8, 5.) — ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, homo, Matth. 12, 8. (Marc. 2, 28.) coll. v. 27. probatur exemplo Davidis, sabbatum propter hominem, non hominem propter sabbatum factum esse, v. Chrysost. hom. 11.) — permutatur pronomine personali, Marc. 8, 38. (Cf. Matth. 10, 33.) 29. (Matth. 16, 13. Hiero-

nymus Jesum se filium hominis nuncupare dicit modestiae causa: „ne iactanter de se loqui videretur“) Luc. 22, 69. (h. l. patet hunc titulum aliam vim habere atque alterum v. 70. ὁ υἱός τοῦ θεοῦ.) — Joh. 12, 34. (h. l. patet nomen illud: filius hominis, a pronomine personali differre. Ratio nominis ignoratur; sunt enim loca quae arguere videntur, Dominum sibi hoc nomen tribuisse ratione habita verborum Danielis 7, 13.), Matth. 24, 30. (Marc. 13, 26. Luc. 21, 17.) 26, 64. (Marc. 14, 62. Luc. 22, 69. Sed videtur Christus hoc nomine distinguere voluisse naturam suam humanam a natura sua divina, Joh. 5, 27. cf. Hebr. 2, 6. 11. 14. 17.

Ἀνθυπατεύω, f. σω, (ex ἀντί, pro, loco, vice alicuius, et ὑπατεύω, ago τὸν ὕπατον, summum, i. e. consulem; consulis munere fungor) proconsul sum, Act. 18, 12.

Ἀνθύπατος, ου, ὁ, proconsul, Act. 13, 7. 8. 12. 19, 38. (Diviserat Augustus imperator provincias Romanas in senatorias et caesareas. Illis qui praeerant, Proconsules; has qui administrabant, legati caesaris, πρεσβευταί, ἡγεμόνες, appellabantur. Illi iudicia exercebant et erat penes eos ius vitae ac necis.)

Ἀνίημι, f. ήσω, (a ἀνά et ἵημι) *a.*, remitto, relaxo (v. c. vincula), Act. 27, 40. (iuncturas laxare gubernaculorum.) — ἀνέθην, solutus sum, Act. 16, 26. — trop. ἀνίημι τὴν ἀπειλήν, mitto sive remitto minas, Eph. 6, 9. — *b.*, dimitto, loslassen, fahren lassen, Hebr. 13, 5. (Deut. 31, 6. te sustentabo — Vulgatus vero: te non deseram.)

Ἀνίλεως, ω, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ἵλεως, attice pro ἵλαος, misericors) pr. qui non parcit (cf. ἱλάσκω) — immisericors, Jac. 2, 13. (κρίσις) — v. supr. ἀνελεήμων.

Ἄνιπτος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et νιπτός, lotus) illotus, Matth. 15, 20. (Marc. 7, 2.) Hom. Iliad. 6, 266.

Ἀνίστημι, f. ἀναστήσω, (ἀνά et ἵστημι, imperat. aor. 2. ἀνάστηθι, Act. 9, 6. 34. 40. — et ἀνάστα ut Theocr. Soph. Eurip., Act. 12, 7. Eph. 5, 14.) *a.*, excito, surgere facio; i. e. *α.*, nasci jubeo; fut. ἀναστήσω, σπέρμα (ex hebr. הֵקִים et זֶרַע, i. e. nasci iubere prolem, Gen. 38, 8. al.), Matth. 22, 24. (Marc. 12, 19. Luc. 20, 28. Deut. 25, 5.) — *β.*, e mortuis s. ex inferis resuscito; ita aor. 1. ἀνέστησεν, Act. 2, 32. 9, 41. 13, 34. — fut., Joh. 6, 39. 40. 54. — *b.*, aor. 2. activi et medium: ἀνίσταμαι, *α.*, *surgo*. — *aa.*, de iacentibus in lecto, Marc. 1, 35. 5, 42. (Luc. 8, 55. 11, 7.) — Act. 9, 34. 40. — de dormientibus, trop., Eph. 5, 14. — *bb.*, de humi iacentibus, Marc. 9, 27. Luc. 17, 19. 22, 46. Act. 9, 6. — *cc.*, de sedentibus, Matth. 26, 62. (Marc. 14, 60.) Luc. 4, 16. (ἀνέστη ἀναγνῶναι) — *dd.*, de iis, qui sedem relinquunt, ut alio se conferant, Matth. 9, 9. (Marc. 2, 14.) Marc. 10, 50. Luc. 4, 38. 23, 1. — simulque de iis, qui se ad iter accingunt (sich aufmachen), Marc. 7, 24. 10, 1. Luc. 1, 39. 15, 18. 20. — Plerumque verbo eundi praemittitur participium ἀναστάς (s. ἐγερθείς) e ratione Hebraeorum; ita in locis modo allatis et sexcentis aliis, cf. Gen. 22, 3. וַיָּקָם, Marc. 10, 1. Act. 9, 39. 10, 20. 11, 20. al. — *dd.*, de mortuis (addito: ἐκ νεκρῶν), Matth. 17, 9. (Marc. 9, 9. 10.) Marc. 12, 25. Luc. 16, 31. 24, 46.

Joh. 20, 9. Act. 10, 41. — subauditur *ἐκ νεκρῶν*, Marc. 8, 31. 16, 9. Luc. 9, 8. 19. 24, 7. — ita simpliciter quoque fut. med. *ἀναστήσομαι*, Matth. 20, 19. (Marc. 10, 34.) Luc. 18, 33. Joh. 11, 23. 24. — *β.*, *existo, prodeo* (auftreten), *ἀνέστη βασιλεύς*, Act. 7, 18. cf. 5, 36. 37. — de iis, qui cum aliquo verba facturi vel disputaturi sunt, Act. 6, 9. Luc. 10, 25. — Med. *ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν*, Rom. 15, 12. — ... *ἀνίστασθαι ἱερέα*, quid opus erat ut sacerdos introduceretur (s. prodiret), Hebr. 7, 11. 15. cf. 3 Esr. 5, 40. et hebr. קוּם. — *ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει*, se sistent in iudicio. Vulg. surgent, Matth. 12, 41. Luc. 11, 32. — *γ.*, *ἀναστῆναι ἐπί τινα*, insurgere contra aliquem (קוּם עַל), Marc. 3, 26. — *ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός*, surge et erectus incede, Act. 14, 10. Cf. 26, 16.

Ἄννα, ης, ἡ, (ab hebr. חָנַן, gratiosus fuit; nomen mulierum, quod etiam inter Poenos celebratum fuit teste Virgilio Aeneid. 4, 9.) Anna, mulier prophetissa, filia Phanuel ex tribu Aser, Luc. 2, 36.

Ἄννας, (ap. Joseph. passim Ἄνανος, ab hebr. חָנַן, gratiosus fuit) Annas, pontifex max. Judaeorum (quem pontificatui praefecit Quirinus, Syriae praeses, postea vero imperante Tiberio hoc munere exuit Valerius Gratus, Judaeae procurator. Suffecit hic in Annae locum primum Ismaëlem, Phabaei filium, paullo post vero Eleazarum, Annae filium. Ab Eleazaro pontificatus proximo anno devenit ad Simeonem; a Simeone quum denique translatus esset ad Caipham, Annae generum, qui hoc munere functus est ab anno p. Chr. n. 26. ad annum usque 35. Annas in muneris administratione certas obtinuit partes sive quia vicarius [סְגָן, v. voc. *συνέδριον*] pontificis esset, sive quod multum apud generum auctoritate valeret), Luc. 3, 2. Joh. 18, 13. 24. Act. 4, 6.

Ἀνόητος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et *νοητός*, a *νοέω*, cogito, intelligo) insipidus, insipiens, Rom. 1, 14. (Opp. *σοφός*.) — *ἦμέν ποτε κ. ἡμεῖς ἀνόητοι*, Tit. 3, 3. — *ἐπιθυμίαι ἀνόητοι*, 1 Tim. 6, 9. — *ὦ ἀνόητοι*, Luc. 24, 25. Gal. 3, 1. 3. Cf. *ἀσύνετος*.

Ἄνοια, ας, ἡ, (*ἄνοος*, *ους*) amentia, stultitia, 2 Tim. 3, 9. — furor, insania, Luc. 6, 11.

Ἀνοίγω, f. ξω, (ex *ἀνά*, auf, et *οἴγω* s. *οἴγνυμι*, aperio, — aor. 1. *ἤνοιξα*, elegantius: *ἀνέῳξα*, — perf. 2. *ἀνέῳγα*, pateo, 1 Cor. 16, 9. usi sunt Graeci serioris aevi, Aelian., Lucian., Herodian. ad exprimendum id, quod antiquiores exprimere soliti sunt perfecto Pass. *ἀνέῳγμαι* et *ἠνέῳγμαι* [quod habes Apoc. 4, 1. 10, 8.]. — aor. 1. Pass. *ἀνεῴχθην* et *ἠνεῴχθην* [Apoc. 20, 12.]. — aor. 2. Pass. *ἠνοίγην* [ap. Seriores et Apoc. 11, 19. 15, 5.]. — fut. 2. Pass. *ἀνοιγήσομαι* [Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 10.]) *aperio* — *τοὺς θησαυρούς*, Matth. 2, 11. (Philostr. 47.) *τὴν θύραν*, Act. 5, 19. 23. 12, 10. 14. 16. 16, 26. 27. Apoc. 3, 8. 4, 1. — subauditur *τὴν θύραν: ἀνοίγειν* (*τινι*), Matth. 25, 11. (Luc. 13, 25.) Luc. 12, 36. Joh. 10, 3. Apoc. 3, 7. (Opp. *κλείω*.) v. 20. — pass. Matth. 7, 7. 8. (Luc. 11, 9. 10.) Metaph. Act. 14, 27. (*ἀνοίγ. τὴν θύραν πίστεως*. Cf. Ciceronis illud: aperire fores amicitiae.) 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. Col. 4, 3. v. *θύρα*

— ἀνοίγ. τὰ μνημεῖα, Matth. 27, 52. — τάφον, Rom. 3, 13. — φρέαρ, Apoc. 9, 2. Dicitur ἀνοίγεσθαι coelum (atque inde quidquam descendere), Matth. 3, 16. (Luc. 3, 21.) Joh. 1, 52. Act. 10, 11. Apoc. 19, 11. — ἀνοίγ. τὸ στόμα τινος, Matth. 17, 27. — τὴν σφραγῖδα (solvo sigillum), Apoc. 5, 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. — τὸ βιβλίον, evolvo librum, Apoc. 5, 2—5. 10, 2. 8. 20, 12. — τοὺς ὀφθαλμούς, cilia diduco, ut videam, Act. 9, 8. 40.

Not. formulae ad ingenium Hebr. efformatae: ἀνοίγειν τινι τὸ στόμα (τὴν γλῶσσαν) loquelam alicui reddere, Luc. 1, 64. (cf. Marc. 7, 35.) Num. 22, 18. — τοὺς ὀφθαλμούς, visum alicui restituere, Matth. 9, 30. 20, 33. Joh. 9, 10. 14. 17. 10, 21. 11, 37. trop. (oculos mentis), Act. 26, 18. cf. Gen. 3, 7. 21, 19. Num. 22, 31. — τὴν καρδίαν τινός, Act. 16, 14. — v. διανοίγω — cf. Hos. 2, 15. et 2 Macc. 1, 4. — ἀνοίγειν τὸ στόμα dicuntur ii, qui loquendi initium faciunt, Matth. 5, 2. 13, 35. Act. 8, 32. 35. 10, 34. 18, 14. cf. Ps. 78, 2. Jes. 53, 7. — τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, i. e. libere ad vos dixi, 2 Cor. 6, 11. — vid. ἄνοιξις. — ἀνοίγ. τὸ στ. εἰς βλασφημίας, Apoc. 13, 6.

Ἀνοικοδομέω, (ῶ), f. ήσω, (ἀνά, re, et οἰκοδομῶ) iterum aedifico, reaedifico, Act. 15, 16. (Amos 9, 11.)

Ἄνοιξις, εως, ἡ, (ἀνοίγω) apertio — τοῦ στόματος ἐν παῤῥησίᾳ, Eph. 6, 19. (Cf. Col. 4, 3. 4.)

Ἀνομία, ας, ἡ, (ἄνομος) a., conditio hominis, qui ἄνομος est, i. e. qui lege caret, vel legem contemnit, b., contemtio legis, iniquitas, Matth. 23, 28. 24, 12. Hebr. 1, 9. (opp. δικαιοσύνη) Rom. 1, 19. (consociatur cum ἀκαθαρσίᾳ) — οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, malefici, Matth. 7, 23. (Ps. 6, 9.) — ποιεῖν τὴν ἀνομίαν, Matth. 13, 41. 1 Joh. 3, 4. — ἀπὸ πάσης ἀνομίας (i. q. ἁμαρτίας), Tit. 2, 14. — pl. Rom. 4, 7. (Ps. 31, 1. 2.) — τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας, Vulg. mysterium iniquitatis, 2 Thess. 2, 4. (cf. v. 3. ἡ ἀποστασία — de vero sensu hujus loci non constat. Vide Commentarios.)

Ἄνομος, ον, ὁ, ἡ, a., is qui sine lege est, qui lege caret (scil. divinitus promulgata) ut homines gentiles (v. Rom. 2, 14.), 1 Cor. 9, 21. (opp. ἔννομος.) — b., maleficus, Marc. 15, 28. (Jes. 53, 12. Luc. 22, 37.) Act. 2, 23. — c., qui legi honesti non adsuescit, qui nulli legi se subiicit, immoriger, 1 Tim. 1, 9. (ἄνομοι καὶ ἀνυπότακτοι.) — ὁ ἄνομος (κατ' ἐξοχήν), 2 Thess. 2, 8. (i. q. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, v. 3. i. e. Anti-Christus.) — ἄνομα ἔργα, scelera, 2 Petr. 2, 8.

Ἀνόμως, adv. (ἄνομος) a., sine lege, i. e. ap. Graecos: sine ordine, unregelmässig; cf. Isocrat. Panegyr. p. 94. τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας). — b., in scriptis biblicis: sine lege divina, Rom. 2, 12. (ἀνόμως ἁμαρτάνειν — de gentilibus dict.)

Ἀνορθόω, (ῶ), f. ώσω, (ἀνά et ὀρθόω, ab ὀρθός, erectus, cui oppon. is, qui contractus atque incurvatus est.) a., erectum aliquem facio — pass. ἀνορθώθη, erecto esse coepit capite, Luc. 13, 13. (cf. v. 11. et 16.) — ἀνορθοῦν τὰς χεῖρας, extendere manus viribus ipsarum refectis, Hebr. 12, 12. — b., de aedificiis: erigo, reaedifico, Act. 15, 16. (Amos 9, 11. — cf. Xen. H. G. 4, 8, 12. Herodot. 1, 19.)

Ἀνόσιος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et ὅσιος, ία, ον, quod vide) impius —

i. e. qui pietatem in Deum violat (cf. Xen. Mem. 1, 1, 11. 1, 4, 19.) 1 Tim. 1, 9. (coniunct. cum βέβηλος, qui fas violat) 2 Tim. 3, 2. (coni. cum ἄστοργος.)

Ἀνοχή, ῆς, ἡ. *a.*, ab ἀνέχω, altum teneo, inhibeo: dilatio, inhibitio. — *b.*, ab ἀνέχομαί τινος: patientia — ἡ ἀνοχὴ τοῦ θεοῦ, indulgentia Dei, Rom. 2, 4. 3, 26.

Ἀνταγωνίζομαι, f. σομαι, (ἀντί, ἀγωνίζομαι, ab ἀγών, q. v.) πρός τινα, certo, pugno contra aliquem, Hebr. 12, 4.

Ἀντάλλαγμα, τος, τό, (ἀντί, loco, vicissim, ἄλλαγμα ab ἀλλάσσω, muto, permuto.) *a.*, id, quod mutuo datur vel datum est, Tausch. — *b.*, id, quod pretium alterius rei exaequat (cf. Sirac. 6, 15. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλ. i. e. nihil est, quod pro fideli amico mutuo dari possit). — Matth. 16, 26. (Marc. 8, 37.) cf. Hom. Iliad. 9, 401. οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον cett. — et τοὺς ὁ, Ruth. 4, 7. Job. 28, 15. Jerem. 15, 13.

Ἀνταναπληρόω, (ῶ), f. ώσω, (ἀντί, vicissim, pro aliquo, et ἀναπληρόω, quod v.), compleo aliquid pro aliquo — ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῆς θλίψεως τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, quae ipse Christus nondum perpessus est, ego pro eo (eius loco — ἀντί) doloribus carnis suppleo, Col. 1, 24. (monet S. Petrus in 1 Ep. 2, 21. Christum ardua tolerasse, ut exemplo suo nos invitaret ad vestigia sua relegenda. Atque ita merito asseri potest, superesse Christo aliquid agendum et aliquid, non quidam in se, sed in membris suis tolerandum. Vid. Calmet. ad h. l.) — Cf. Dion. Cass. 44. p. 175. ὅσον καθ' ἕκαστον αὐτῶν — ἐνέδει, τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τῶν ἄλλων συντελείας ἀνταναπληρωθῇ, h. e. ἀντ' ἐκείνων.

Ἀνταποδίδωμι, f. δώσω, (ἀντί, pro aliquo accepto, vicissim, et ἀποδίδωμι, reddo). — *a.*, sensu bono: rependo (ἀντὶ τοῦ προδοθέντος), Luc. 14, 14. Rom. 11, 35. 1 Thess. 3, 9. (εὐχαριστίαν, gratias.) — *b.*, sens. malo: de ultione, Hebr. 10, 30. (Deut. 32, 35.) Rom. 12, 19. 2 Thess. 1, 6. τί. — (οἱ ὁ, Jes. 63, 7. Ps. 103, 19.)

Ἀνταπόδομα, τος, τό, (v. ἀνταποδίδωμι) id, quod retributum est, retributio; *a.*, sensu bono, Luc. 14, 12. — *b.*, sensu malo, Rom. 11, 9. (Ps. 69, 23.)

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, retributio, Col. 3, 24.

Ἀνταποκρίνομαι, f. οῦμαι, (ἀντί, vicissim, contra, et ἀποκρίνομαι) πρός τι, ad (dictum) respondeo, Luc. 14, 6. — verba alicuius excipio quem refellam — ex hebr.: עָנָה, Job. 16, 8. 32, 12. — τῷ θεῷ, Rom. 9, 20.

Ἀντεῖπον, aor. 2. (ex ἀντί et εἶπον, q. v.) obloquebar (Xen. H. G. 1, 4, 8.), Luc. 21, 15. (iungitur cum v. ἀντιστῆναι), Act. 4, 14.

Ἀντέχομαι, f. ἀνθέξομαι, (pass. vel med. verbi ἀντέχω, ex ἀντί, contra, et ἔχω, teneo.) *a.*, τί, ante me (contra alium) teneo. (Hom.) — *b.*, τινός, ich halte mich an Etwas an; firmiter teneo, (Herodot. 7, 53. ἀντέχεσθαι εἰρήνης. Jerem. 56, 2. 4.) — τοῦ λόγου, Tit. 1, 9. — *b.*, trop. (cf. ἀντιλαμβάνομαί τινος) adhaereo alicui (curam eius gerens), Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13. Opp. καταφρονεῖν τινός. Cf. Herodot. 1, 134. ἀντέχεσθαι τῆς ἀρετῆς — Pind. Nem. 1, 50. Ἡρακλέως ἀντέχεσθαι, Herculi cultu adhaerere.) — curam ago, τῶν ἀσθενῶν, 1 Thess. 5, 14.

Ἀντί, (τινος) praepos. *a.*, loco (vice) alicuius, anstatt, βασιλεύειν, Matth. 2, 22. (Xen. Anab. 1, 1. 4. Gen. 36, 33. Levit. 16, 32.) 1 Cor. 11, 15. (ἀντὶ περιβολαίου, ut vices expleat περιβολαίου) Matth. 17, 27. (solvere pro aliquo, i. e. eius loco) Luc. 11, 11. Jac. 4, 15. (ἀντὶ τοῦ λέγειν, pro eo, ut dicatis, anstatt dass ihr sagen solltet.) — *b.*, pro (loco) für, um, gegen (cf. ἀντάλλαγμα), Matth. 6, 38. (ὀφθαλμὸς ἀντὶ ὀφθαλμοῦ.) — λύτρον ἀντί, Marc. 10, 45. 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 9. Hebr. 12, 16. — ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, Hebr. 12, 2. (Vulg. proposito [pro posito?] sibi gaudio, i. e. ut illam assequeretur. Estius. Cf. Hebr. 11, 25.) — χάριν ἀντὶ χάριτος, i. e. uberrimam gratiarum copiam, beneficiorum aliud post aliud. Cf. Theogn. v. 344. ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας), Joh. 1, 16. — *c.*, ἀντὶ τούτου, propterea, Eph. 5, 31. (Gen. 2, 23. עַל כֵּן [οἱ ὁ: ἕνεκεν τούτου, ut Matth. 19, 5. Marc. 10, 7.]. Sed ἀντί videtur exprimere: idcirco, i. e. huius rei ut memores simus.) — ἀνθ' ὧν, propterea quod (Eurip. Aeschyl. Herodot. Diod. Sic. Aelian. v. Hermann. ad Viger. p. 30. et 710.), dafür dass (תַּחַת אֲשֶׁר, 2 Reg. 22, 17. Ierem. 20, 19. Alias v. c. Deut. 21, 14. οἱ ὁ exprimunt per διότι), Luc. 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. 2 Thess. 2, 10. — Vulg. quoniam, Luc. 12, 3. — Ἀντί in compos. est loco (vice v. c. ἀνθύπατος), contra (v. c. ἀντεῖπον, ἀντιλέγω), ex adverso (v. c. ἀντιτάσσω), vicissim (v. c. ἀντικαλῶ, ἀντιμετρῶ).

Ἀντιβάλλω, f. βαλῶ, (ἀντί, contra, et βάλλω) vicissim iacio (Thuc. 7, 25.). — ἀντιβ. λόγους, sermones invicem serere, Luc. 24, 17.

Ἀντιδιατίθημι, f. θήσω, (ἀντί et διατίθ.). Med. animum dispono adversus, 2 Tim. 2, 25.

Ἀντίδικος, ου, ὁ, ἡ, (ἀντί, contra, et δίκη, lis, caussa) adversarius (in lite et iudicio), Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. 18, 3. 1 Petr. 5, 8. — (Habent etiam Graeci, ut Xenoph. et Demosth. — οἱ ὁ, 1 Sam. 2, 10. Jes. 41, 11. Jerem. 1, 4.)

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, (ab ἀντί, contra, et τίθημι, pono) oppositio, Hesychio i. q. ἀντιλογία, plural., 1 Tim. 6, 20.

Ἀντικαθίστημι, f. καταστήσω, (ex ἀντί, contra, adversus et καθίστημι, dispono [milites, aciem] adversus [hostem].) Aor. 2. obsisto, Hebr. 12, 4.

Ἀντικαλέω, (ῶ), f. ήσω, τινα, vicissim invito s. voco, Luc. 14, 12.

ἀπόλλυμαι, f. *ἀπολοῦμαι*, aor. 2. *ἀπωλόμην*, perf. 2. *ἀπόλωλα*, pereo) **1.**, *perdo*, **a.**, *τινά*, **a.**, interficio aliquem, Matth. 2, 13. 12, 14. (Marc. 3, 6.) 21, 41. (Marc. 12, 9. Luc. 20, 16.) 27, 20. Marc. 9, 22. 11, 18. Luc. 11, 51. Joh. 10, 10. — *β.*, perdo, s. perimo (opp. *σώζω*, servo, retten), Marc. 1, 24. (*ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς*, Luc. 4, 34.) Luc. 17, 27. Jac. 4, 12. Judae v. 5. *ἀπολ. εἰς γέενναν*, perimere deturbando in infernum (constructio praegnans), Matth. 10, 28. — *γ.*, perire facio aliquem, i. e. eo effectu lapsus occasionem ei praebeo, ut vitae aeternae iacturam faciat, Rom. 14, 15. — *b.*, *τί*, perdo aliquam rem, v. c. *τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν*, i. e. vanum reddo, i. q. *ἀθετῶ*, 1 Cor. 1, 17. (Jes. 29, 14.) — *c.*, Med. *perdor*, *pereo*, *a.*, *de hominibus: ἀπολλύμεθα!* Matth. 8, 25. (Marc. 4, 38. Luc. 8, 24.) Luc. 13, 3. 5. 33. Joh. 11, 58. 2 Petr. 3, 6. (cf. Luc. 17, 27.) 2 Cor. 4, 9. Judae v. 11. — *ἀπόλλυμαί τινι*, v. c. *λιμῷ*, fame pereo, Luc. 15, 17. — .. *ἔν τινι*, v. c. *ἐν μαχαίρᾳ*, gladio interficior, Matth. 26, 52. — Speciat. *ἀπόλλυσθαι*, perire dicuntur, qui vitae aeternae exsortes miseriae perpetuae tradentur, Matth. 18, 14. Job. 3, 15—17. (Oppon. *ζωὴν ἔχειν αἰώνιον.*) Rom. 2, 12. 1 Cor. 15, 18. 2 Petr. 3, 9. — Distinguuntur ergo *οἱ ἀπολλύμενοι* et *οἱ σωζόμενοι*, 2 Cor. 2, 15. 4, 3. 2 Thess. 2, 10. — *β.*, *de rebus:* perdi dicuntur utres, Matth. 9, 17. (Marc. 2, 22. Luc. 5, 57.), abscissum quodque membrum corporis, Matth. 5, 29. 30. et aliae res, quae in putredinem abeunt, Job. 6, 12. 27. — item coeli, Hebr. 1, 11. (opp. *διαμένειν*, Ps. 102, 27.) — decor florum, Jac. 1, 11. (Ps. 36, 36.)

2., perdo, i. e. *amitto* (opp. *εὑρίσκω*), *a.*, Activ. amitto v. c. drachmam, ovem, Luc. 15, 8. 9. — mercedem, Matth. 10, 42. Marc. 9, 41. 2 Joh. v. 8. — *ἀπολέσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν* dicitur is, qui aeternam in mortem labitur, Matth. 10, 39. 16, 25. 26. (Marc. 8, 35. Luc. 17, 33.) Loco formulae: *τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ* ponitur: *ἑαυτόν*, Luc. 9, 25. (cf. Job. 12, 25.) — *ἀπόλλυμί τινα*, Christus se dicit neminem amittere e numero eorum, quos ipsi dederit pater, Joh. 6, 39. 18, 9. — *b.*, *Med.* amittor, perdor . . *οὐ μὴ ἀπόληται ἐκ* — Luc. 21, 18. (cf. Act. 27, 34.) — *ἀπώλετο ἀπό*, Apoc. 18, 14. — *ἀπολωλώς*, *υῖα*, *ός*, perditus (amissus), Luc. 15, 4. (cf. Matth. 18, 12. ovis perdita, i. e. circumerrans.) — metaph., Luc. 19, 10. Joh. 10, 28. — *τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα τοῦ οἴκου Ἰσραήλ*, Matth. 10, 6. 15, 24. (cf. Jerem. 50, 6. Jes. 53, 6.)

Ἀπολλύων, *οντος*, (particip. praes. verbi *ἀπολλύω* s. *ἀπόλλυμι*) perditor, vastator, (v. *Ἀβαδδών*) Apoc. 9, 11.

Ἀπολλωνία, *ας*, *ἡ*, (urbs hoc nomine in honorem Apollinis ornata) Apollonia, urbs Macedoniae maritima, ab Amphipoli unius diei intervallo distans, amni Echedoro adiacens, Act. 17, 1.

Ἀπολλώς, *ώ*, *ὁ*, Apollos, Judaeus, genere Alexandrinus, eloquentia et scripturarum eruditione pollens, qui quum Christo Jesu nomen professus esset, religionis doctorem inter Christianos agebat, Act. 18, 24. 19, 1. 1 Cor. 1, 12. 3, 4—6. 22. 4, 6. 16, 12. Tit. 3, 13.

Ἀπολογέομαι (*οῦμαι*), f. *ήσομαι*, (aor. *ἀπελογήθην*, ab *ἀπόλογος*, et hoc a *λέγω* et *ἀπό*, dicens aliquid averto vel a me, vel ab alio) defendo me. — *ἐγὼ μέλλων ἀπολογεῖσθαι*, cum me sim defensurus, Act. 26, 2. — *ἀπολογούμενος*, se defendens, Rom. 2, 15. (opp. *κατηγορούμενος*.) — *ἀπολογηθῆναι*

(ne meditamini, quomodo vos defendatis), Luc. 21, 14. — ἀπελογεῖτο, se defendit, Act. 26, 2. — ἀπολογεῖσθαι περί τινος, de aliqua re, et ἐπί τινος, coram aliquo, Act. 26, 2. — ἀπολογοῦμαι, absol. ad me defendendum dico, Act. 25, 8. — addito: τί vel ταῦτα, Luc. 22, 11. (Xen. Mem. 4, 8, 4.) Act. 26, 24. — τὰ περὶ ἐμαυτοῦ, Act. 24, 10. (quae de me ad me defendendum dicenda sunt, prolaturus sum.) — τινί, ad aliquem meae defensionis caussa dico, Act. 19, 33. 2 Cor. 12, 19.

Ἀπολογία, ας, ἡ, (v. ἀπολογοῦμαι) defensio, 2 Cor. 7, 11. 2 Tim. 4, 16. — τινός, gen. obi., Phil. 1, 7. 16. — ἀπολ. τινι, defensio, quae satisfaciat alicui, 1 Cor. 9, 3. 1 Petr. 3, 15. — ἡ ἀπολ. ἡ πρός τινα, oratio, quae ab aliquo se defensuro ad aliquem habetur, Act. 22, 1. — περί τινος, de aliqua re, Act. 25, 16.

Ἀπολούω, f. ούσω, (a v. λόω, λοέω, contr. λούω, lavo, cf. nostr. Lauge) abluo, — Med. me abluo, 1 Cor. 6, 11. — τί, mihi abluo, τὰς ἁμαρτίας, Act. 22, 16.

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, (a v. ἀπολυτρόω) redemtio; **a.,** liberatio, quae fit soluto pretio, λύτρῳ, Eph. 1, 7. et Col. 1, 14. (ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρ. διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν s. παραπτωμάτων.) Hinc Christus ipse dicitur esse nostra redemtio, i. e. is, cui nostra redemtio debetur, 1 Cor. 1, 30. — ἡ ἀπολύτρ. τινος, genit. obi. — εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν .... παραβάσεων, ad redimendas, i. e. expiandas eas praevaricationes, quae .., Hebr. 9, 15. — ἀῤῥαβὼν .. εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, pars pretii in antecessum data [St. Hieron.] ad redimendam hereditatem, Eph. 1, 14. (hereditatem scil. filiis destinatam. Recte sensum expresserunt Version. Ante-Hieron. et al. lat. verbis: in redemtionem adoptionis. Cf. Gal. 4, 1.) Eph. 4, 30. — ἡ ἀπολ. τοῦ σώματος, redemtio corporis a servitute (mortis), Rom. 8, 23. (coll. v. 21.) — **b.,** liberatio, scil. a miseriis, Luc. 21, 28. Hebr. 11, 35.

Ἀπολύω, fut. ύσω, (ex v. λύω, solvo et ἀπό) **a.,** dimitto (non amplius detineo) τινά, aliquem, discedendi ei copiam facio, Matth. 14, 15. 22. (Marc. 6, 36. 45. Luc. 9, 12.) Act. 13, 3. Pass. 15, 30. — discedere aliquem iubeo (ut domum redeat nec diutius apud me commoretur), Luc. 8, 38. (Cf. Marc. 5, 19.) 14, 4. Matth. 15, 32. 39. (Marc. 8, 3. 9.) Act. 19, 40. 23, 22. — ἀπολύω τινα ἐν εἰρήνῃ (formula hebr. — mitto aliquem his verbis: πορεύου s. ὕπαγε εἰς εἰρήνην, s. ἐν εἰρήνῃ), dimitto aliquem, cuius precibus annuo (ne diutius eum expectare oporteat), Luc. 2, 29. — **b.,** liberum dimitto aliquem, α., accusatum: criminis absolvo ac liberum dimitto, Matth. 27, 15. 17. 21. 26. (Marc. 15, 6. 9. 11. 15. Luc. 23, 17. 18. 20. 25.) Joh. 19, 12. Act. 3, 13. — mitto aliquem, qui in ius vocatus criminis coargui nequit, Act. 4, 23. 5, 40. 17, 9. — β., captivum solutis vinculis discedere iubeo, Luc. 22, 68. Joh. 19, 10. Act. 26, 32. (ἀπολέλυσθαι, liber esse) 28, 18. Hebr. 13, 23. ἀπόλυσον solve vincula capto, ut liber discedat, Act. 16, 35. (h. l. etiam Pass. solvor.) — γ., debitorem, i. e. ius meum in debitorem non persequor, debitum ei remitto, Matth. 18, 27. Luc. 6, 37. (h. l. activ. et passiv.) — **c.,** de divortio: ἀπολ. τὴν γυναῖκα, uxorem dimitto, repudio, Matth. 5, 31. 32. 1, 19. (Opp. παραλαβεῖν

v. 20.) 19, 3. 7. 9. (Marc. 10, 2. 4. 11.) — Pass., Matth. 5, 32. 19, 9. — Med., Luc. 16, 18. — ἀπολύειν τὸν ἄνδρα, Marc. 10, 12. (Repudiandi facultatem viris tantum facit Moyses, Deut. 24, 1. non uxoribus.) — **d.,** Med. discedo, Act. 28, 25. (ἀπελύοντο, cf. Ex. 33, 11.) — ἀπό τινος πρός τινα, discedo ab aliquo et revertor ad — Act. 15, 33. cf. Tob. 3, 6. — **e.,** ἀπολύω τινα ἀπό τινος, solvo aliquem ab aliqua re veluti a vinculo, Luc. 13, 13. (ἀπολέλυσαι ἀπό . . libera es a.)

Disting. ἀπολύω, ἀποτάσσομαι, ἀπαλλάσσομαι.

Ἀπομάσσω, ττω, f. ξω, (ex μάσσω, massare, depsere, et ἀπό.) Med. abstergo (Polyb. Athen.) τὸν κονιορτὸν, Luc. 10, 11. (i. q. ἐκτινάσσω, Matth. 10, 14. et ἐκτινάσσομαι, med., Act. 13, 51.)

Ἀπονέμω, f. νεμῶ, (ex νέμω, partem assigno, et ἀπό, cf. ἀποδίδωμι) impertior (Polyb. Herodian. Lucian.), τινί τι, 1 Petr. 3, 7. (Sens. matrimonii libertatem moderate usurpate. Caeterum cf. 1 Thess. 4, 3.)

Ἀπονίπτω, f. ψω, (ex νίπτω, luo, et ἀπό. Graeci antiquiores: νίζω et ἀπονίζω) abluo. Med. mihi abluo. — τὰς χεῖρας, Matth. 27, 24. V. νίπτω.

Ἀποπίπτω, f. πεσοῦμαι, (v. πίπτω) ἀπό τινος, decido, delabor, Act. 9, 18.

Ἀποπλανάω (ῶ), f. ήσω, (πλανάω et ἀπό) τινα, seduco, Marc. 13, 22. (Matth. 24, 24. verbum simplex: πλανῆσαι.) — Pass. aberro: ἀπὸ τῆς πίστεως, 1 Tim. 6, 10.

Ἀποπλέω, f. εύσω, (v. πλέω) nave avehor, solvo, Act. 13, 4. 14, 26. 20, 15. 27, 1.

Ἀποπλύνω, f. υνῶ, (πλύνω, ἀπό) abluo. — τὰ δίκτυα, Luc. 5, 2. — οἱ ὁ, Exod. 16, 9. 1 Sam. 19, 24.

Ἀποπνίγω, f. ξω, (πνίγω et ἀπό) suffoco, — τί, Matth. 13, 7. — Pass. suffocor, Luc. 8, 33.

Ἀπορέω (ῶ), f. ήσω, (ex α priv. et πόρος a πείρω) sum ἄπορος, i. e. is, cui effugium non patet, qui consilii inops est. Med. inops consilii sum, 2 Cor. 4, 8. (h. l. distingue ἀπορεῖσθαι et ἐξαπορεῖσθαι [desperare]); ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν, Vulg. confundor in vobis, i. e. nescio, quomodo vos tractem, quo ad vos sermonis genere utar, acrine an leni), Gal. 4, 20. — ἀπορούμενος εἰς τὴν ζήτησιν τούτου, quum nihil certi haberem, ut hanc quaestionem inire possem, Act. 25, 20. — ἀποροῦμαι, περὶ τίνος τις λέγει, haesito, incertus sum, de quo quis loquatur (Thuc. 2, 20.), Joh. 13, 22.

Ἀπορία; ας, ἡ, (conditio eius, qui est ἄπορος) angustiae, e quibus non est effugii locus; inclusio, cui effugium praeclusum est (οἱ ὁ, Jes. 8, 22.), Luc. 21, 25. (iunguntur h. l. συνοχή ἀπορία.)

Ἀποῤῥίπτω, f. ψω, (ῥίπτω, ἀπό) abiicio, deiicio, — intrans. deiicio me, Act. 27, 43.

Ἀπορφανίζω, f. σω, (ex ἀπό et ὀρφανός, orbus) parente s. parentibus privo (Aeschyl. Eurip.), orbo. — Pass. ἀπό τινος, orbor aliquo, 1 Thess. 2, 17.

Ἀποσκευάζομαι, f. άσομαι, (σκευάζω, paro, apparo, a voc. σκεῦος, vas, instrumentum) sarcinas depono, vasa aufero, Act. 21, 15. (codd. habent:

ἀποσκευασάμενοι, meliores: ἐπισκευασάμενοι, postquam sarcinas nobis imposueramus.)

Ἀποσκίασμα, τος, τό, (σκιάζω, umbram spargo, a voc. σκιά, umbra, nostr. Schein, ut a στία nostr. Stein) umbra a re in rem sparsa, vestigium, Jac. 1, 17.

Ἀποσπάω (ῶ), f. άσω, (σπάω, ἀπό) abstraho — τὴν μάχαιραν, gladium distringo, Matth. 26, 51. — τινα ὀπίσω ἐμαυτοῦ (constr. hebr.) abstraho aliquem ad meas partes (ut me sequatur), Act. 20, 30. — Pass. (vi Med. instruct.) avellor, me avello, ἀπό τινος, Luc. 22, 41. Act. 21, 1.

Ἀποστασία, ας, ἡ, (a voc. ἀποστάτης, apostata, i. e. qui defecit. Graeci antiquiores: ἀπόστασις, v. Lobeck ad Phryn. p. 528.) defectio, 2 Thess. 2, 3. — ἀπό τινος, Act. 21, 21.

Ἀποστάσιον, ου, τό, (ἀποστάτης, ἀφίσταμαι) **a.**, repudium; — βιβλίον ἀποστασίου (סֵפֶר כְּרִיתוּת, Deut. 24, 1. 3.) libellus repudii, Matth. 19, 7. (Marc. 10, 4.) — **b.**, libellus repudii, Matth. 5, 31. (Formulam libelli exhibent Grotius et Ligtfootus in hor. hebr. ad h. l. cf. Selden. uxor hebr. p. 369.)

Ἀποστεγάζω, f. άσω, (στεγάζω, a voc. στέγη, tectum) detego, Marc. 2, 4. (cf. Luc. 5, 19. Tecta apud Palaestinenses in areae formam complanata erant domusque in exteriori pariete instruebantur scala, qua ascensus dabatur in tectum, quin opus esset intra domum subire, v. Matth. 24, 17. Marc. 13, 15. Domus illa, in qua Christus docuisse b. l. dicitur, unam tantum contignationem videtur habuisse. Tegulis igitur aliquot remotis ii, qui paralyticum portabant, hunc cum lecto ad Jesum demiserunt.)

Ἀποστέλλω, f. στελῶ, (ex στέλλω, statuo, nostr. stellen, et ἀπό) **a.**, *mitto*, ablego, τινά. — sexcentis in locis occurrit, ubi servi, legati, Jesu apostoli, angeli, et ipse Jesus (a Deo) mitti vel missi esse dicuntur, v. c. Matth. 10, 16. Marc. 6, 27. 9, 37. 13, 27. Luc. 1, 26. 7, 3. Joh. 5, 36. 20, 21. al. — τινα δεδεμένον, Job. 18, 24. cf. Act. 7, 35. 1 Joh. 4, 10. — Legitur Matth. 21, 33. et Marc. 12, 4. 5. verbum ἀποστέλλειν, apud Lucam vero in loco parallelo, Luc. 20, 11. 12. verbum πέμπειν. V. etiam Act. 10, 33. coll. v. 27. — ἀποστέλλω τι. Dicuntur mitti res, quas homines ablegati ad destinatum locum perferunt, Matth. 21, 3. (Marc. 11, 3.) Marc. 4, 29. Luc. 24, 49. Act. 10, 36. 13, 26. 18, 28. — Ἀποστέλλω τινα εἰς .. aliquem abire iubeo in .. Matth. 20, 2. Marc. 8, 26. Luc. 1, 26. Act. 7, 34. 10, 8. 19, 22. 2 Tim. 4, 12. Apoc. 5, 6. — Jesus dic. missus esse εἰς τὸν κόσμον, Job. 3, 17. 10, 36. 17, 18. 1 Joh. 4, 9. — ἀποστ. τινα εἰς .... inter, Matth. 15, 24. Luc. 11, 49. Act. 26, 17.) τινα ἔξω τῆς χώρας, Marc. 5, 10. — ἀποστ. τινα ὀπίσω τινος, .. post discessum alicuius, Luc. 19, 14. .. ἔμπροσθέν τινος, et: πρὸ προσώπου (לִפְנֵי) τινος, ante (ut praecedat) aliquem, Matth. 11, 10. Luc. 7, 27. (Marc. 1, 2. Luc. 10, 1.) — ἀποστ. τινά s. τί τινι, mitto aliquem s. aliquid alicui (cui praesto sit, vel qui eo utatur), Matth. 22, 16. Act. 13, 26. — .... πρός τινα, ad aliquem, Matth. 21, 34. 37. (Marc. 12, 2. 3. 6. 13. Luc. 20, 10.) Luc. 7, 8. 20. 13, 34. Act. 8, 14. 10, 21. 11, 11. 30. Job. 5, 33. 2 Cor. 11, 17. — ἀποστ. τινα λέγων, Matth. 22, 16. 27, 19. Joh. 11, 3.

Act. 13, 15. — . . . . ἐρωτῶν, Luc. 7, 3. — ἀπέστειλαν . . φωνοῦντες αὐτόν, Marc. 3, 31. — . . παρακαλοῦντες, Act. 9, 38. — ἀποστ. τι διὰ χειρός τινος (בְּיַד), Act. 11, 30.

Qua de caussa quis mittatur s. missus sit, indicatur addito infinitivo, Matth. 21, 34. 22, 3. Marc. 3, 14. Luc. 1, 19. 4, 18. (Jes. 61, 1.) 9, 2. 14, 17. Joh. 4, 38. 1 Cor. 1, 17. Apoc. 21, 6. — addita formula: εἴς τι, Hebr. 1, 14. Luc. 4, 43. — addito: ἵνα . ., Marc. 12, 13. (Luc. 20, 20.) Joh. 1, 19. 3, 17. 7, 32. 1 Joh. 4, 9. — Marc. 12, 2. (Luc. 20, 10.) Act. 16, 36. — ὅπως, Act. 9, 17. — addito accusat. c. inf., Act. 5, 21. — ἀποστέλλειν absque accusativo: Matth. 14, 35. 27, 19. Joh. 5, 33. 11, 3. Act. 5, 21. 13, 15. 16, 36. al. — ἀποστείλας ἀνεῖλε, Matth. 2, 16. — Marc. 6, 17. Act. 7, 14. Apoc. 1, 1. (Xen. Cyr. 3, 1, 6.) — Pass. ἀποστέλλομαι ὑπό τινος, Luc. 1, 26. Act. 10, 21. — — ἀπό τινος (e domo alicuius), Act. 10, 17. — παρά τινος, Joh. 1, 6.

b., *dimitto* (i. q. ἐξαποστέλλω) — τινὰ ἐν ἀφέσει, Luc. 4, 19. (Jes. 58, 6.) — τινὰ κενόν, Marc. 12, 3. (Luc. 20, 10.)

Ἀποστερέω (ῶ), f. ήσω, (στέρω, στερέω, s. στερίσκω, στερίζω, orbo, privo) fraudo, spolio (aliquem re illi debita v. c. depositum negando, commodatum retinendo). — absol., Marc. 10, 19. 1 Cor. 6, 8. — τινά, 1 Cor. 7, 5. (ne vos invicem fraudetis coniugali debito.) — τινά τινος, 1 Tim. 6, 5. — τι, fraudo (fraude subtraho) aliquid, Jac. 5, 4. (not. verba: ἀφ' ὑμῶν iungenda sunt cum κράζει.) Cf. ad h. l. Deut. 24, 15. Levit. 19, 13.

Ἀποστολή, ῆς, ἡ, (ab adi. verbali: ἀπόστολος) missio (ad propagandam doctrinam Christi suscepta) apostolatus, Act. 1, 25. Rom. 1, 5. (ἀποστολὴ εἰς) 1 Cor. 9, 2. Gal. 2, 8. (ἀποστολὴ τῆς περιτομῆς, i. e. εἰς τὴν περιτ. ad circumcisos.)

Ἀπόστολος, ου, ὁ, (a v. ἀποστέλλω) 1., legatus, nuntius (1 Reg. 14, 6.) Luc. 11, 49. Joh. 13, 16. (distinguuntur h. l. ὁ ἀπόστολος et ὁ πέμψας αὐτόν.) — ἀπόστ. τινος, — ἀπόστολοι τῶν ἐκκλησιῶν, viri probatae fidei, qui ad legationes obeundas praesto sunt coetibus singulis, 2 Cor. 8, 23. („Nuncupabantur legati apud Judaeos ii, qui decimas et alia Levitis debita ad ipsos deferebant v. Talmud. et Cod. Theodos. et Grotium ad h. l. et ad Matth. 10, 1. tum ii, quibus huiusmodi collectarum ad Patriarcham deferendarum provincia dabatur" Calmet. ad h. l.) cf. Phil. 2, 25. — Appellatur Jesus Christus ipse Apostolus (Dei Patris) quia laetum adventus sui nuntium allaturus (a Patre missus) venit (Joh. 9, 7. v. Theodoret. Theophylact.), Hebr. 3, 1. — 2., Speciat. *οἱ ἀπόστολοι:* duodecim discipuli Christi, quos ipse Dominus ad annuntiandum hominibus regnum Dei s. ad propagandam inter homines doctrinam de salute egredi in omnes terras iussit, Matth. 10, 1—4. 26, 14. Luc. 6, 13. 11, 49. Eph. 3, 5. His accensendus est Paulus, Act. 26, 12—20. 1 Cor. 1, 17. 9, 1. 15, 8. 2 Cor. 12, 11. Gal. 1, 1. 16. 2, 8. — Tribuitur apostoli nomen etiam Barnabae, Act. 14, 14. et aliis, Rom. 16, 7. — Distinguuntur apostoli ab aliis ecclesiarum doctoribus, 1 Cor. 12, 28. Eph. 4, 11. Mentio fit pseudoapostolorum, Apoc. 2, 2.

Ἀποστοματίζω, f. ίσω, (a voc. στόμα.) Utuntur Graeci phrasibus:

ἀποστοματίζειν τινι, i. e. recitare (tironi) quae memoria excipiantur (Plato Euthyd. p. 216. G. p. 217. A.) — τί, memoriter recitare (carmen, historiam. Plut. Thes.). Sed ἀποστ. τινα, Luc. 11, 53. videtur idem esse quod aliquem quaestionibus ita urgere, ut loqui cogatur sine meditatione; cf. interim graeca verba: ἀποστηθίζω, ἀποσχηδιάζω. Alii verbi sensum h. l. ita explicant: insistebant vehementer ei, et loquentem importune intercipiebant. Ita Erasm. Ludov. de Dieu.

Ἀποστρέφω, f. ψω, (ex στρέφω, verto, et ἀπό) averto, τινὰ vel τὶ ἀπό τινος, Rom. 11, 26. (Jes. 59, 29.) 2 Tim. 4, 4. — ἀποστρέφω τινα simpliciter: ad defectionem sollicito, Luc. 23, 14. — ἀπόστρεψον τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, converte gladium in locum suum, Matth. 26, 52. (1 Chron. 21, 27.) — intransit. me averto, Act. 3, 26. — Med., τινά, me averto ab aliquo, i. e. aversor aliquem, tergum ei obverto, Matth. 5, 42. (h. l. aor. 1. pass. vi medii instruct.) — desero aliquem, 2 Tim. 4, 15. Hebr. 12, 25. Tit. 1, 14.

Ἀποστυγέω (ῶ), f. ήσω, (στύγω et στυγέω, odio habeo) reformido (Herodot.), Rom. 12, 9.

Ἀποσυνάγωγος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀπό et συναγωγή, qu. v.) e synagoga (sacra Israëlitarum congregatione) exclusus. (Erat haec a conventibus sacris exclusio e genere anathematis minoris, niddui appellati) Joh. 9, 22. 12, 42. 16, 2. (vid. Vitringa de synag. vetere.)

Ἀποτάσσομαι, f. τάξομαι, (med. verbi ἀποτάσσω, ex τάσσω, ordino et ἀπό) τινί, **a.,** valedico alicui, Marc. 6, 46. Luc. 9, 61. (τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, iis, *qui* ad familiam meam pertinent, i. e. parentibus, fratribus, sororib. uxori etc. Hunc esse verum sensum, patet ex 1 [3] Reg. 19, 20.) Act. 18, 18. 21. 2 Cor. 2, 13. — Veteres Graeci formula ἀποτάσσεσθαί τινι sensu valedicendi non usi sunt, quippe qui hunc sensum exprimere consueverant phrasi: ἀσπάζεσθαί τινα, v. Phryn. ed. Lobeck. p. 23. 24. — **b.,** renuntio, Luc. 14, 33.

Ἀποτελέω (ῶ), f. έσω, (ex τέλω, s. τελέω, finio, et ἀπό) perficio. — Pass. ἀποτελεσθείς, consummatus — ἡ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, peccatum cum adultum est (cum ad pubertatem pervenit), Jac. 1, 15.

Ἀποτίθημι, f. θήσω, (v. τίθημι) depono. Med. ἀποτίθεμαι (τι) depono (aliquid) mihi, Act. 7, 58. — trop. de deponendis vitiis, Rom. 13, 12. Eph. 4, 22. 25. Col. 3, 8. Hebr. 12, 1. Jac. 1, 21. 1 Petr. 2, 1. (Ita Homer. quoque Iliad. 9, 523. μῆνιν ἀποῤῥίπτειν.)

Ἀποτινάσσω, f. ξω, (τινάσσω, quasso, et ἀπό) excutio, decutio (Eurip. Bacch. v. 253.). — τί, Luc. 9, 5. (v. ἀπομάσσω, ἐκτινάσσω) . . τί εἴς τι, Act. 28, 5.

Ἀποτίω, f. ίσω, (τίω s. τίνω, pendo, solvo, et ἀπό, cf. ἀποδίδωμι) rependo (Hom.) Philem. v. 19.

Ἀποτολμάω (ῶ), f. ήσω, (τολμάω, ἀπό) confidenter audeo (Diod. Sic. Plut. de pueror. educat. c. 18.) — ἀποτολμᾷ κ. λέγει, Rom. 10, 20. (Jes. 65, 2.)

Ἀποτομία, ας, ἡ, (a v. ἀπότομος, abscissus, abruptus, et hoc a verbo τέμνειν, v. post ἀποτόμως) acies (Schroffheit. Differt a voc. ἀποτομή, incisio, abscissio). Metaph. severitas, Rom. 11, 22. (opp. χρηστότης.)

Ἀποτόμως, adv., (a v. ἀπότομος, vid. ἀποτομία) abscisse, abrupte. — Metaph. acriter, severe. Hesych. σκληρῶς) — μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, ne vos durius tractem, 2 Cor. 13, 10. — ἀποτόμως ἐλέγχειν, Tit. 1, 13.

Ἀποτρέπω, f. ψω, (τρέπω, verto, ἀπό) averto. Med. ἀποτρέπομαι, me averto (mihi averto). — τινά, vito, 2 Tim. 3, 5.

Ἀπουσία, ας, ἡ, (a participio verbi ἄπειμι) absentia (opp. παρουσία), Phil. 2, 12.

Ἀποφέρω (aor. 1. ἀπήνεγκα) τινά, abduco aliquem, Marc. 15, 1. τινὰ εἰς, Luc. 16, 22. Ap. 17, 3. 21, 10. — perfero aliquo, 1 Cor. 16, 3.

Ἀποφεύγω, f. ξομαι, (φεύγω, fugio, ἀπό) aufugio (Xen.). — τινά, effugio aliquem, 2 Petr. 2, 18. — τί, 2 Petr. 2, 20. — τινός (ἀπέφυγον), fuga me salvum feci a, 2 Petr. 1, 4.

Ἀποφθέγγομαι, f. εγξομαι, (φθέγγομαι, sonum vel vocem edo, et ἀπό) proloquor, voces profero (Diog. Laërt. 1, 73. 79.), Act. 2, 4. — ῥήματα, Act. 26, 25. — τινί, Act. 2, 14.

Ἀποφορτίζομαι, f. ίσομαι, (medium verbi ἀποφορτίζω, v. φορτίζω) exonero me (vel mihi) τί, i. e. depono onus (Dion. Halic. Athen.), Act. 21, 3. (ἐκεῖσε pro: ἐκεῖ, in construct. praegn. Redde: eo navis onus suum erat transvectura ibique depositura.)

Ἀπόχρησις, εως, ἡ, (a v. ἀποχράομαι, — ex χράομαι, f. ήσομαι, utor, et ἀπό, abutor, verbrauchen) usus, abusus, Col. 2, 22. (verba: ἅ ἐστι .... τῇ ἀποχρήσει, suntne iungenda cum proxime sequentibus an seiungenda? Seiungunt plurimi sic enarrantes: quid decernitis [„noli tangere, gustare" quae tamen usu corrumpenda sunt] secundum placita ac decreta hominum? v. Calmet.)

Ἀποχωρέω (ῶ), f. ήσω, (χωρέω, et ἀπό) semoveo me, ἀπό τινος, Matth. 7, 23. (ἀποχωρεῖτε, Luc. 13, 27. ἀπόστητε) Luc. 9, 30. Act. 13, 13.

Ἀποχωρίζω, f. σω, (χωρίζω, ἀπό) separo, seiungo. Pass. ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη, Apoc. 6, 14. (Coelum ita vulgus sibi fingit ut ingentis voluminis membranam, quam Deus pro arbitrio evolvit convolvitque adeo, ut coelum, sol, luna et stellae recondantur.) — Med., Act. 15, 39. (aor. 1. p.)

Ἀποψύχω, f. ξω, (ex ψύχω, spiro, et ἀπό) animam exspiro, deliquium patior, paene exanimor (Hom.), Luc. 21, 26.

Ἄππιος φόρος, ου, ου, ὁ, forum Apii (nomen oppidi Italiae, quatuor fere milliaria a Roma distantis, ad viam Appiam siti; via Appia per portam Capenam Capuam, et hinc Brundusium usque ducebat atque inde Appiae nomen traxit, quod Appius, censor Romanus, saxis quadratis eam straverat), Act. 28, 15.

Ἀπρόςιτος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et προςιτός, is, ad quem accessus patet — a v. πρόςειμι, accedo) inaccessus, unzugänglich — φῶς ἀπρόςιτον, 1 Tim. 6, 16. (cf. Ps. 104, 2. Ez. 1, 27. 28. 8, 2.)

Ἀπρόςκοπος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et προςκοπός a v. προςκόπτω, offendo) is, qui non offensioni (aliis) est, 1 Cor. 10, 32. Phil. 1, 10. (cf. 2, 15.) — ἀπρόςκοπον συνείδησιν ἔχειν, i. e. συνείδησιν ἀνθρώπου ἀπροςκόπου, Act. 24, 16.

Ἅπτω, ἅψω, (cf. lat. apto, nestr. heften) 1., propr. necto, — (ut ἀνάπτω) accendo (Theophr. Thuc.) — λύχνον, Luc. 8, 16. 11, 33. 15, 8. 22, 55.

(sed Matth. 5, 15. *καίειν.*) — **2.**, Med. *ἅπτομαί τινος*, tango, attingo, Col. 2, 21. Matth. 8, 3. 17, 7. Marc. 3, 10. 7, 33. Luc. 22, 51. Joh. 20, 17. et in aliis loc. innumeris. — *ἅπτ. γυναικός*, tango (de re venerea, ut ap. Plat. de re publ. 8. p. 913. A. Plut. Alex. c. 21. — hebr. נָגַע, Gen. 20, 6. Prov. 6, 29. — lat. tangere, Terent. Heautontim. 4, 2, 15. — Horat. Serm. 1, 2, 54.) 1 Cor. 7, 1. — *ἅπτ.* emphatice dictum: non modo violenter tractare, sed ne tangere quidem, nostrates: (nicht) antasten, 1 Joh. 5, 18. (cf. נָגַע, Gen. 26, 11. Jos. 9, 19.)

Ἀπφία, ας, ἡ, Apphia (nomen prop. mulieris), Philem. v. 2.

Ἀπωθέομαι (*οῦμαι*), s. *ἀπώθομαι*, aor. 1. *ἀπωσάμην*, medium verbi *ἀπώθω* s. *ἀπωθέω*, ex *ὤθω* s. *ὠθέω*, trudo, et *ἀπό*) detrudo, wegstossen, Act. 7, 27. — trop. repudio, abiicio, verstossen, Rom. 11, 12. Act. 7, 39. 13, 46. 1 Tim. 1, 19.

Ἀπώλεια, ας, ἡ, (v. *ἀπόλλυμι*) — **a.,** perditio, Matth. 26, 8. (additur, Marc. 14, 4. *τοῦ μύρου*) 2 Petr. 3, 7. 16. damnatio, Act. 25, 16. — *ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας*, filius perditionis (ex hebr. v. *υἱός*), i. e. homo perditione dignus, intelligitur Judas proditor, Joh. 17, 12. sed (ex omnium patrum sententia) Antichristus, 2 Thess. 2, 3. — **b.,** pernicies, interitus, — *τὸ ἀργύριον σύν σοι εἴη εἰς ἀπώλειαν*, perdatur tecum tua pecunia, Act. 8, 20. („Est id imprecantis malum, sed hac tacita conditione: nisi resipueris.“ Calmet.) — *βυθίζειν τινα εἰς ὄλεθρον κ. ἀπώλειαν*, 1 Tim. 6, 9. — *αἱρέσεις ἀπωλείας*, sectae perniciosae, 2 Petr. 2, 1. 3. (*ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν*, qui in perniciem ruunt,) cf. 3, 16. — *ἀπώλεια* speciat. vitae aeternae iactura, miseria aeterna (interitus). Oppon. *ἡ ζωή*, Matth. 7, 13. — *ἡ σωτηρία*, Phil. 1, 28. 3, 19. — *ἡ περιποίησις ψυχῆς*, Hebr. 10, 39. — *ὑπάγειν εἰς ἀπώλ.*, Apoc. 17, 8. 11.

Ἄρα, 1., adverb. *concludendi:* igitur, sonach, **a.,** ***voci subiunctum***, v. c. *εὑρίσκω, γινώσκω, τίς ἄρα* etc. — *τίς ἄρα*, Matth. 18, 1. 19, 25. 24, 45. (Luc. 12, 42.) Marc. 4, 41. Luc. 1, 66. 8, 25. 22, 23. — *εἰ ἄρα* (Xen. Mem. 22, 2.), an igitur, ob denn nun auch, Marc. 11, 13. Act. 7, 1. 8, 22. — *εἴπερ ἄρα*, 1 Cor. 15, 15. — *οὐκ ἄρα*, Act. 21, 38. — *μή τι ἄρα*, 2 Cor. 1, 17. — *εὑρίσκω ἄρα*, Rom. 7, 21. — *γινώσκετε ἄρα*, Gal. 3, 7. — *οὐδὲν ἄρα*, Rom. 8, 1. — voci secundae subiunctum, 1 Cor. 15, 14. — **b.,** ***in enunciationis initio collocatum:*** atque ita, itaque, so ... denn; — *ἄρα μαρτυρεῖτε*, Luc. 11, 48. (Matth. 23, 31. *ὥστε μαρτυρεῖτε*), Rom. 10, 17. 1 Cor. 15, 18. 2 Cor. 7, 12. Gal. 4, 31. Hebr. 4, 9. — **c.,** *in apodosi:* ergo intelligitur, ergo sequitur, so ... ja, Matth. 12, 28. (Luc. 11, 20.) 2 Cor. 5, 15. Gal. 2, 21. 3, 29. 5, 11. — **d.,** *ἄραγε*, ergo certe, ergo utique, Matth. 7, 20. 17, 26. Act. 11, 18. 17, 27. — **e.,** *ἄρα οὖν*, itaque ergo, Rom. 5, 18. 7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. 18. 14, 12. 19. Gal. 6, 10. Eph. 2, 19. 1 Thess. 5, 6. 2 Thess. 2, 15.

2., *ἆρα*, num? particula *interrogandi*, eliciens responsionem negantem: *ἆρα εὑρήσει*, num inveniet? (i. e. non inveniet.) Luc. 18, 8. — Act. 8, 30. Gal. 2, 17. (Sed. h. l. scribendum videtur: *ἄρα.*)

Ἀρά, ᾶς, ἡ, imprecatio, exsecratio, dirae (Demosth. Polyb. Diod. Sic. Aelian.), Rom. 3, 14.

Ἀραβία, ας, ἡ, Arabia. (Peninsula ad partem australem Judaeae inter

mare rubrum et sinum Persicum sita [Jud. 6, 3. 1 Reg. 4, 30. 2 Chron. 7, 11. Jes. 11, 24. Jerem. 49, 28. Nehem. 2, 19.]. Dividitur in Arabiam desertam, hodie Beniah dictam, in qua urbs Mecca sita est; in Arab. felicem, quam hodie Iemen, i. e. dexteram nuncupant, et in Arab. Petraeam, ab urbe Petra hoc nomine appellatam. Hanc Petraeam Arabiam, partem Arabiae occidentalem Pauli aetate Aretas rex sub potestate habebat, qui et Damasco urbe potitus erat.) Gal. 1, 17. 4, 25.

Ἄραψ, ἄραβος, ὁ, Arabs, plur., Act. 2, 11.

Ἀργέω (ῶ), ήσω, (sum ἀργός, qu. v.) otior, cesso, 2 Petr. 2, 3. (quibus iudicium non cessat, i. e. quorum poena proxima est.)

Ἀργός, ή, (1 Tim. 5, 13.) όν, (contract. ex a priv. et ἔργον. cf. Hom. Iliad. 9, 320. ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ τε πολλὰ ἐοργώς. Rectius igitur Graeci antiquiores et Xenoph. ὁ, ἡ ἀργός dixerunt. Formam femin. ἀργή, quam senescens Graecitas adoptavit, iam expressam videmus apud Aristot. in Hist. Animal. 10, 27. 470. Sic et alia adiectiva composita Graeci seriores ad formam simplicium effinxerunt. Exempla attulit Lobeck. ad Phryn. p. 105. v. αὐτόματος.) 1., otiosus (Herodot.), Matth. 20, 3. 6. — 2., ignavus, piger, 1 Tim. 5, 13. — γαστέρες ἀργαί, ventres pigri, i. e. homines, qui inertes gulae indulgent (cf. Phil. 3, 19.), Tit. 1, 12. (versum, quem apostolus h. l. recitat, scripsisse dicitur Epimenides, poëta Cretensis, in libro περὶ χρησμῶν, de oraculis, v. Hieron. ad. h. l.) — trop. inutilis (v. c. arbor, ager, argentum al. homo) — ἀργός, ἄκαρπος εἴς τι, 2 Petr. 1, 8. — ῥῆμα ἀργόν, verbum inutile, Matth. 12, 36. (Recte h. l. interpretes inutile dici putant id, quod perniciosum est, quandoquidem et nos vocabulo: nichtsnützig, id notamus, quod noxium est et damnum affert. v. Chrysost. Theophyl. Euthym.)

Ἀργύρεος, (οῦς), έα (ᾶ), εον (οῦν), (a voc. ἄργυρος) argenteus, a, um, Act. 19, 24. 2 Tim. 2, 20. Apoc. 9, 20.

Ἀργύριον, ίου, τό, (a voc. ἄργυρος) **a.**, argentum, Matth. 10, 9. Act. 3, 16. 7, 16. 20, 33. 1 Petr. 1, 18. — pecunia, Matth. 25, 18. 27. (Luc. 19, 15. 23.) Marc. 14, 11. (Luc. 22, 5.) Luc. 9, 3. Act. 8, 20. — pl., Matth. 28, 15. — εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε, Vulg. invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium — v. μυριάς — nos: Funfzigtausend Silbers od. Silbergeld, Act. 19, 19. (Vulgatus igitur drachmas dici putat.) — **b.**, ἀργύριον, ein Silberstück, nummus argenteus, שֶׁקֶל, σίκλος, siclus, nummus, quo Judaei a Simonis, ipsorum principis, aetate (ab anno 141. ante Christum n.) utebantur, aequans τετράδραχμον Atticum, vel δίδραχμον Alexandrinum, Matth. 26, 15. 27, 3. 5. 6. 9. — v. στατήρ.

Ἀργυροκόπος, ου, ὁ, (ἄργυρος et κόπτω, tundo, cudo,) argenticusor, faber argentarius (Plut. de vitand. aere alien. c. 7.), Act. 19, 24.

Ἄργυρος, ου, ὁ, argentum, Matth. 10, 9. Act. 17, 29. — Meton. res argento confectae ad construenda aedificia, 1 Cor. 3, 12. — ornamenta argento confecta, Jac. 5, 3.

Ἄρειος πάγος, ου, ου, ὁ, Areopagus (collis Martius: locus eminentior in Athenarum urbe prope Martis templum situs, illo nomine appellatus, quo-

niam fabula erat, Martem, cum in stupro filiae Alcippes Neptuni filium Hallirrhothium occidisset, homicidii accusatum capitis causam coram duodecim Diis iudicibus dixisse ab eisque absolutum esse; Pausan. Att. 1, c. 28.) locus in quo iudicia habebantur, Areum iudicium, Tacit. Annal. 2, 55.; curia Martis, Juven. Sat. 9. v. 101. (Fundamenta aedificii, quo conveniebant Areopagitae, semicirculum exhibent constantem ex lapidibus mirae magnitudinis in vivo lapide excisis, in cuspidem desinentibus, quibus incumbit area centum quadraginta passibus circiter in longum porrecta, v. Spon. itinerar. Hoc tribunal erat vetustissimum. Solae olim causae de homicidio et caede ad illud deferebantur, at deinde Solonis lege summa quaeque ad illud translata sunt [v. Plutarch. in Solon. — Caeterum v. Aelian. V. H. 5, 15. Diog. Laërt. 3, 5, 515. Herodot. 8, 52.] et fama est, Areopagitas olim suos conventus habuisse noctu, ne ex reorum adspectu pietate aliqua vel miseratione tangerentur, atque ea, quae in iudicio acta fuissent, altissimo silentio pressisse. Pauli apostoli aevo quum de veteri Athenarum potentia plurimum decessisset, Areopago umbra duntaxat veteris gloriae et nominis superfuit, nihilo tamen secius summum id erat Athenarum tribunal eiusque iudices scientia et virtute suspiciebantur, ut Ciceronis aevo ipsi pariter Romani honori sibi ducerent inter Areopagitas ludices recenseri.) Act. 17, 19. 22.

Ἀρειοπαγίτης, ου, ὁ, (a v. *Ἄρειος πάγος*) in Areopago versans (cf. *πολίτης, ἐρημίτης, λιμνίτης*) — spec. Arei iudicii assessor, Act. 17, 34.

Ἀρέσκεια, ας, ἡ, (*ἀρέσκω*) ap. prof. studium blandientium (*τῶν ἀρεσκευόντων*) aliis placendi; in N. T. placendi studium honestor. hominum, Col. 1, 10.

Ἀρέσκω, f. *ἀρέσω,* aor. *ἤρεσα* (cf. *εὐαρεστέω*) — *τινί,* **a.,** placeo, 1 Thess. 2, 15. 4, 1. — Matth. 14, 6. (Marc. 6, 22.) Rom. 8, 7. 1 Cor. 7, 32—34. — *ἐνώπιόν τινος,* (ex hebr. cf. Gen. 34, 18. al.) Act. 6, 5. — **b.,** placere studeo, 1 Cor. 10, 33. Gal. 1, 10. 1 Thess. 2, 4. 15. — *ἀρέσκω ἐμαυτῷ,* mea commoda specto, Rom. 15, 1. 2. 3.

Ἀρεστός, ή, όν, (*ἀρέσκω,* s. *ἀρέω,* 3. perf. pass.) gratus, acceptus, *τινί: ἀρεστόν ἐστί τινι,* Act. 12, 3. — *τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ,* Joh. 8, 29. *τὰ ἀρ. ἐνώπιον αὐτοῦ* (ex hebr.), 1 Joh. 3, 22. v. *ἀρέσκω* — *οὐκ ἐστι ἀρεστόν* sequ. acc. c. inf., Act. 6, 2.

Ἀρέτας, α, ὁ, (אֲלְחַארַת, nomen commune plurimor. Arabiae regum) *Aretas*, rex Arabiae Petraeae (v. *Ἀραβία*), socer Herodis Antipae tetrarchae. (Antipas quum uxorem dimisisset, Aretas ob repudiatam filiam ei bellum intulit [ao. 37. p. Ch. n.] atque tanta contra eum fortuna conflixit, ut eius exercitum plane opprimeret [Jos. Ant. 18, 5.]. Quo facto Vitellius, Syriae Praeses, ab imperatore Tiberio Aretam bello petere iussus exercitum contra eum duxit, sed Tiberio interea mortuo copias ex itinere reduxit, iisque in hiberna dimissis Romam profectus est; post cuius discessum Aretas agrum Damascenum expugnavit atque Damasco urbi ethnarcham praefecit.) — 2 Cor. 11, 32.

Ἀρετή, ῆς, ἡ, (a. v. *ἀρέω* s. *ἀρέσκω, ἀρετός*) virtus, 2 Petr. 1, 5. — *τὶς ἀρετή,* aliqua virtus, Phil. 4, 8. — plur. 1 Petr. 2, 9. — *διὰ δόξης κ. ἀρετῆς,* gloria et maiestate, 2 Petr. 1, 3.

Ἀριθμέω, ῶ, f. *ήσω,* numero, Matth. 10, 30. (Luc. 12, 7.) Apoc. 7, 9.

Ἀριθμός, οῦ, ὁ, numerus, Act. 4, 4. Apoc. 13, 18. 20, 8. — ἐκ τ. ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα (ut lat. e numero), Luc. 22, 3. — τὸν ἀριθμὸν (numero) πεντακισχίλιοι, Joh. 6, 10.

Ἀριμαθαία, ας, ἡ, (hebr. רָמָה, locus excelsus) Arimathaea s. Arimathia. (Plures in Palaestina fuerunt huius nominis urbes, una in tribu Aser, alia in tribu Benjamin [Jos. 18, 25.], alia in tribu Naphthali, alia denique in tribu Ephraim, Rhamataim Sophim dicta, patria et sedes Samuelis, 1 Sam. 1, 1. [ῥαμαθία, 1 Macc. 11, 34. ῥαμαθά, Jos. Ant. 45, 11.] et hinc videtur fuisse Josephus ille, cuius mentio fit in locis N. T. hic adscribendis), Matth. 27, 57. (Marc. 15, 43. Luc. 23, 51.), Joh. 19, 38.

Ἀριστάω (ῶ), f. ήσω, (vid. ἄριστον) ientaculum capio (Xen. et Graeci antiquiores) Joh. 21, 12. 15. — coeno (e dialecto Alexandr.): παρά τινι, Luc. 11, 37.

Ἀρίσταρχος, ου, ὁ, (nom. propr. ex ἄριστος, optimus, et ἀρχός, princeps, dux) vir quidam Christianus, Macedo, Thessalonicensis, cum Paulo in captivitatem abductus, Act. 19, 29. 20, 4. 27, 2. Col. 4, 10. Philem. v. 24.

Ἀριστερός, ά, όν, sinister, laevus, Matth. 6, 3. Luc. 23, 33. 2 Cor. 6, 7.

Ἀριστόβουλος, ου, ὁ, (nom. prop. ex ἄριστος, optimus, et βουλή, consilium: qui optime consulit) Aristobulus, vir quidam Christianus, Rom. 16, 10.

Ἄριστον, ου, τό, (cohaeret cum voc. ἄρι, unde ἀρείων, ἄριστος, nostr. eher, erst, erz. Cf. lat. arista, nostr. ehren, Achre, v. ἄρχομαι, ἄρχων — ergo τὸ ἄριστον: cibus primus, i. e.) ientaculum. Sed serioribus Graecis ientaculum dicitur τὸ ἀκράτισμα, τὸ ἄριστον vero ex ipsorum loquendi consuetudine nominat prandium (δεῖπνον μεσημβρινόν) — ἄριστον ποιεῖν, prandium parare, Luc. 14, 12. — ἑτοιμάζειν, Matth. 22, 4. (ἡτοίμασα) v. δεῖπνον.

Ἀρκετός, ή, όν, (v. ἀρκέω) — sufficiens, τινί — ἀρκετὸς ἡμῖν ὁ χρόνος etc., 1 Petr. 4, 3. — ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, sufficiens quidquam est etc. (exempla praedicati neutrius cum subiecto masculini vel feminini generis consociati suppeditabunt grammaticorum libri), Matth. 6, 34. — ἀρκετόν ἐστι, seq. ἵνα, Matth. 10, 25. (cf. συμφέρει — seq. acc. c. inf., 1 Petr. 4, 3.

Ἀρκέω (ῶ), f. έσω, sufficio, — imperson. ἀρκεῖ τινι, sufficit alicui (Xenoph.) Matth. 25, 9. Joh. 14, 8. — ἀρκεῖ τίς τινι, 2 Cor. 12, 9. — ἄρτοι ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, Joh. 6, 7. — Med. ἀρκοῦμαί τινι, contentus sum cum aliqua re, Luc. 3, 14. 1 Tim. 6, 8. Hebr. 13, 5. — μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, 3 Joh. v. 10. (sed verba: ἐπὶ τούτοις, possunt etiam, divulsa ab ἀρκούμενος, iungi cum proxime sequentibus et reddi: insuper.)

Ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, s. ἄρκος, ου, ὁ, ἡ ursus, ursa, Apoc. 13, 2.

Ἅρμα, τος, τό, (a. v. ἄρω, apto) currus, Act. 8, 28. 29. 38. — currus bellicus, Apoc. 9, 9.

Ἀρμαγεδδόν, alia scriptura: ἀρμαγεδών, ἀρμαγεδδών, μαγεδών, ἑρμαγεδών. — (Nomen urbis, fortassis composit. ex הַר, mons, et מְגִדּוֹן s. מְגִדּוֹן, megiddo, οἱ ό: Μαγεδδώ, Jos. Ant. 8, 2. 9, 5. Μαγεδδώ et Μαγεδδών, Armageddon) Megiddo (Manassitarum urbs in planitie magna tribus Isaschar, duplici clade nobilis, Jud. 4, 16. 5, 19. 2 Reg. 9, 27. 23, 29. cf. Zach. 12, 11.), Apoc. 16, 16.

Ἁρμόζω, (att. ἁρμόττω), f. όσω, (a. v. ἁρμός, qu. v.) propr. apto, adapto (de architectis et fabris lignariis). — Apud Herodot., Heliod., Appian. al. ἁρμόζειν τινὶ τὴν θυγατέρα, desponsare alicui filiam. — ἁρμόσυνοι, ap. Lacedaemonios: magistratus, qui providerent, ut virgines castitatem servarent et maritis honestis nuberent. — Med. ἁρμόσασθαι τινά τινι, despondere, nuptui dare aliquam alicui, 2 Cor. 11, 2.

Ἁρμός, οῦ, ὁ, (a v. ἄρω, apto) iunctura, compages, Hebr. 4, 12.

Ἀρνέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (verbum depon.) 1., nego, **a.**, τὶ, (opp. ὁμολογῶ) ἠρνήσατο λέγων, Matth. 26, 70. 72. (Marc. 14, 68. 70. Luc. 22, 57. 58.) Job. 1, 20. — ἀρνοῦμαι εἰδέναι, nego me nosse, Tit. 1, 16. — ἀρν. seq. ὅτι . . οὐ, 1 Joh. 2, 22. — **b.**, ἀρνεῖσθαί τινα, negare aliquem, — Christum, i. e. negare, se addictum esse Christo tamquam Domino, magistro (opp. ὁμολογεῖν ἐν . .), Matth. 10, 32. (Luc. 12, 8.) — ἔμπροσθεν τινος, Matth. 10, 33. — ἐνώπιον τ., Luc. 12, 9. — partes Christi deserere (ob metum mortis vel persecutionum), 2 Tim. 2, 12. — Jesum Christum non agnoscere filium Dei, 1 Joh. 2, 22. 23. — vita factisque mentem a doctrina Christi alienam ostendere, Jud. v. 4. — ἀρνεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Apoc. 3, 8. — Vicissim Christus perfidos quosque se dicit negaturum esse, Matth. 10, 33. (Luc. 12, 9.) cf. 2 Tim. 2, 11. — **c.**, ἀρνεῖσθαί τι, renuntiare alicui, τὴν πίστιν, Apoc. 2, 13. 1 Tim. 5, 8. 2 Tim. 3, 5. — τὴν ἀσέβειαν, Tit. 2, 12. — ἀρνεῖσθαι ἑαυτόν, sua commoda non respicere, Luc. 9, 23. — a se deficere, 2 Tim. 2, 13. — **2.**, ἀρν. τινά vel τί, aliquem vel aliquid mihi oblatum repudio, verschmäben, Act. 3, 13. 14. Hebr. 11, 24. Act. 7, 35.

Ἀρνίον, ου, τό, (deminut. voc. ἀρνός) agnellus, agnus, Joh. 21, 25. Apoc. 5, 6.

Ἀρνός, τοῦ, τῆς, (genit. nominis obsoleti ἀρήν) agnus, pl. ἄρνες, Luc. 10, 3.

Ἀροτριάω (ῶ), f. άσω, (a v. ἄροτρον. Graeci antiquiores: ἀρόω) aro (habent Theophrast. de caussis plant. 4, 14. Appian. Punic. 1, 144.), Luc. 17, 7. 1 Cor. 9, 10.

Ἄροτρον, ου, τό, (a v. ἀρόω, aro) aratrum, Luc. 9, 62. (Videtur Christus alludere ad illud, quod Elia Elisaeum ad propheticum munus vocante contigit, 1 Reg. 19, 19. Elisaeus enim relicto statim aratro — festinans geminos boves mactat lignisque aratri coquit et Eliam sequitur. Cf. Phil. 3, 13. Calmet.)

Ἁρπαγή, ῆς, ἡ, (a v. ἁρπάζω, perf. 2.) rapina, Matth. 23, 25. (Luc. 11, 39.) τῶν ὑπαρχόντων, Hebr. 10, 34.

Ἁρπαγμός (Attici: ἁρπασμός), οῦ, ὁ, (a v. ἁρπάζω, perf. Pass. ἥρπαγμαι) rapina (Plut. de puer. educ.); οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, nihil a se inique usurpari censuit (Calmet. Alii: non rem sibi cupide arripiendam censuit; Chrysost. οὐχ ἥρπασε. Theophylact. οὐκ εἶχεν ἐξ ἁρπαγῆς, ἀλλὰ φυσικὸν αὐτοῦ ἀξίωμα τοῦτο ἐγίνωσκε), Phil. 2, 6.

Ἁρπάζω, f. άσω, (et άξω, Doric. Hom. Iliad. 2, 22. 310. ut aor. ἥρπαξε, Iliad. 3, 380. pro: ἥρπασε. Aor. 1. pass. ἡρπάσθην. aor. 2. pass. serioribus usitatus: ἡρπάγην. fut. 2. ἁρπαγήσομαι) rapio (quasi pro: harpio, cf. ἕρπω et ῥέπω, εἴρω et ῥέω), τινά vel τί, Joh. 10, 12. — aufero, Matth. 13, 19. 11, 12. (τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ βιασταί, ut Herodes et Pharis. spreta legis auctoritate

diripiunt. Nihilominus tamen legis auctoritas sustentabitur. Cf. Luc. 16, 16. et Calmet. ad locum Matthaei.) — apprehendo et celerrime abduco, τινά, Joh. 6, 15. Act. 8, 39. — ἁρπάζω ἐκ: τινὰ ἐκ μέσου τινων, rapio aliquem e turba, Act. 23, 10. — ἐκ τῆς χειρός τινος, ἐκ τοῦ πυρός, eripio, Joh. 11, 28. 29. Judae v. 23. — P. ἁρπάζομαι (rapior) πρός τινα, Apoc. 12, 5. ἕως τινος, 2 Cor. 12, 2. — εἰς ἀέρα, 1 Thess. 4, 17.

Ἅρπαξ, αγος, ὁ, (v. ἁρπάζω) rapax, Matth. 7, 15. — οἱ ἅρπαγες, vel ἅρπαγες ἄνθρωποι, latrones, 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 10. Luc. 18, 11.

Ἀῤῥαβών, ῶνος, ὁ, (vox aut ab Hebraeis aut a Phoenicibus efformata, v. עֵרָבוֹן, Gen. 38, 17. 18. quae ad Graecos et ab his ad Latinos transiit) arrhabo, i. e. pars pretii data in antecessum, ut totius pretii post solvendi fides fiat, Hieron. Angeld, Haftpfennig, Kaufschilling, 2 Cor. 1, 22. 5, 5. (i. e. τὸ πνεῦμα ὡς ἀῤῥαβῶνα) Eph. 1, 14. — v. ἀπαρχή. Cf. Rom. 8, 23.

Ἄῤῥαφος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et ῥάπτω, suo) non consutus, Joh. 19, 23.

Ἄῤῥην, ἄῤῥενος, ὁ, ἄῤῥεν, τό, item ἄρσην, ενος, ὁ, ἄρσεν, τό, mas, masculus, Matth. 19, 4. (Marc. 10, 6.) Luc. 2, 23. Apoc. 12, 5. 13.

Ἄῤῥητος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et obsol. verb. ῥέω) **a.**, id quod non dictum est. — **b.**, id, quod dicere nefas est, arcanum. Eurip. Hecub. v. 198. Diod. Sic. 2, 18. — ἄῤῥητα ῥήματα, Vulg. verba arcana, 2 Cor. 12, 4.

Ἄῤῥωστος, ου, ὁ, ἡ, (ex α priv. et ῥώννυμι, qu. v.) invalidus (qui robur virium amisit, languidus, aegrotus), Matth. 14, 14. Marc. 6, 5. 13. 16, 18. 1 Cor. 11, 30. (ἀσθενεῖς κ. ἄῤῥωστοι.)

Ἀρσενοκοίτης, ου, ὁ, (ab ἄῤῥην s. ἄρσην, mas et κοίτη, cubile) is, qui cum masculo concumbit, cinaedus (Diog. Laërt. 6, 65.), pl. 1 Cor. 6, 9. 1 Tim. 1, 10.

Ἀρτεμᾶς, ᾶ, ὁ, (a v. ἀρτεμής, incolumis, integer; nomen decurtatum ex Ἀρτεμίδωρος. Varro de lingua lat.) Artemas, vir quidam Christianus, Paulo apostolo amicus, Tit. 3, 12.

Ἄρτεμις, ιδος, et ιος, ἡ, Diana (Dea gentilium venationi et navigationi praesidens, Iovis ex Latona filia, soror Apollinis. Templum quod habuit Ephesi sibi exstructum ab Herostrato incensum, postea vero Alexandri M. temporibus restauratum est. Descripsit hoc templum Plin. H. N. 36. c. 14.), Act. 19, 24. 27. 28. 34. 35.

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, artemo, onis, parvus malus in extrema parte navis, cui vela minora suspenduntur, Act. 27, 40.

Ἄρτι, adv. temporis, **a.**, modo, so eben (cf. ἀρτιγέννητος). — **b.**, nunc, hoc temporis momento, Matth. 3, 15. 26, 53. Joh. 9, 19. 25. 13, 7. 33. 37. 16, 12. 31. 1 Cor. 13, 12. 16, 7. Gal. 1, 9. 10. 4, 20. 1 Thess. 3, 6. 1 Petr. 1, 6. 8. Apoc. 12, 10. — ἕως ἄρτι, usque nunc, Matth. 11, 12. Joh. 2, 10. 5, 17. 16, 24. 1 Cor. 4, 13. 8, 7. 15, 6. 2 Thess. 2, 7. 1 Joh. 2, 9. — ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας, 1 Cor. 4, 11.

Ἀρτιγέννητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἄρτι et γίνομαι) recens natus, 1 Petr. 2, 1.

Ἄρτιος, ου, ὁ, (a v. ἄρω, apto) perfectus, 2 Tim. 3, 17.

Ἄρτος, ου, ὁ, (a v. ἄρω, apto, compingo) panis. **a.**, universe, quoad

spectatur tamquam massa, quae hominibus alimento est, nulla formae ratione habita, Matth. 4, 4. (Luc. 4, 4. Deut. 8, 3.) 15, 26. (Marc. 7, 27.) 16, 11. 12. Marc. 6, 8. Luc. 7, 33. (ἄρτον ἐσθίειν, οἶνον πίνειν) 24, 30. Joh. 6, 31. 32. 34. 35. (ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, cf. v. 58, i. e. ὁ ζωοποιῶν, vivificans) 50, 51. 1 Cor. 10, 17. — τὸν ἄρτον ἐσθίειν, φαγεῖν, Hebraeis idem valet ac cibum capere mensae accumbere, prandere (אָכַל לֶחֶם, Gen. 4, 16. 24, 32. Jerem. 41, 1. 52, 33. 2 Sam. 9, 7.), Matth. 15, 2. (Marc. 7, 5.) Marc. 3, 20. Luc. 14, 1. 15. (cf. ad hunc l. Matth. 8, 11. [Luc. 13, 29.] Apoc. 19, 9.) Joh. 6, 23. Cf. ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγῷ, 2 Cor. 9, 10. (Jes. 50, 10.) — ἄρτον φαγεῖν (παρά τινι), Luc. 14, 1. — nutriri ab aliquo (sumtibus eius): ἄρτον φαγεῖν παρά τινος, 2 Thess. 3, 8. (victum ab aliquo paratum sumere) — τρώγειν τὸν ἄρτ. μετά τινος, Joh. 13, 18. (Ps. 41, 10.) Hinc pro Lucae 7, 33: ἄρτον ἐσθίειν, Matth. 11, 18. simpliciter: ἐσθίειν. — ἄρτον λαμβάνειν, cibum capere, Act. 27, 35. (alio sensu Matth. 26, 26. Marc. 14, 22.) — de phrasi: ἄρτον κλᾶσαι v. sub b.

b., panis in certam formam redactus (ein Brod, ein Brodkuchen). — Erant Hebraeorum panes placentae oblongae vel rotundae (Ex. 29, 23. Judic. 8, 5. 1 Sam. 2, 36.) digiti pollicis crassitudine et orbis s. disci magnitudine; quapropter eos non secare cultris, sed manibus frangere solebant. Formatos panes animo informes, ubi panes dicuntur numero plurali, vel singularis numerus de uno dicitur: Matth. 26, 26. (Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 10, 16. 11, 23. 27. 28.) Matth. 7, 9. (Luc. 11, 11.) Marc. 8, 14. Luc. 4, 3. — pl. Matth. 4, 3. 14, 18. 19. (15, 33. 34. 35. Marc. 6, 36. 37. 38. 41. 44. 8, 4. 5. 6. Luc. 9, 13. 16. Joh. 6, 5. 7. 9. 11. 13. 26.) Matth. 16, 7. 8. 9. 10. (Marc. 8, 16. 17. 19.) Marc. 7, 2. Luc. 15, 17. — οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως (לֶחֶם הַפָּנִים, Ex. 25, 30. Levit. 24, 1—9.). Vulg. panes propositionis; intelliguntur panes triticei duodecim, Deo sacri, ad numerum duodecim tribuum Israëliticarum singulis sabbatis offerendi, qui per septem dies in priori templi parte mensae impositi iacebant et pars redituum sacerdotum erant, Matth. 12, 4. (Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. Hebr. 9, 2.) (Dicuntur οἱ ἄρτοι τοῦ προσώπου scil. θεοῦ, Nehem. 10, 33. — οἱ ἄρτοι οἱ ἐνώπιοι, Ex. 25, 30. — οἱ ἄρτοι τῆς προφορᾶς, 1 Reg. 7, 48.) De formula: κλᾶσαι τὸν ἄρτον v. etiam sub v. κλάω.

Ἀρτύω (s. ἀρτύνω), f. ύσω, instruo, apparo, Hom. Iliad. 5, 303. — spec. de apparandis cibis: condio (unde τὸ ἄρτυμα, condimentum), τὶ ἔν τινι (ex hebr.) Marc. 9, 50. (Luc. 14, 34.) — τινί, Col. 4, 6.

Ἀρφαξάδ, ὁ, Arphaxad (אַרְפַּכְשַׁד) filius Semi (Gen. 10, 22. 24. 11, 10. 12.) Luc. 3, 36.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ex ἄρχι, qu. v. et ἄγγελος) archangelus, i. e. angelorum princeps, s. unus ex principibus et praefectis angelorum, Erzengel (Dan. 10, 13.) 1 Thess. 4, 16. Jud. v. 9.

Ἀρχαῖος, αία, αῖον, (a v. ἀρχή) vetus, priscus, Luc. 9, 8. 19. Act. 15, 7. 21. 21, 16. 2 Petr. 2, 5. — οἱ ἀρχαῖοι, Matth. 5, 21. 27. 33. — τὰ ἀρχαῖα, 2 Cor. 5, 17.

Ἀρχέλαος, ου, ὁ, (nom. graec. ab ἄρχω et λαός, is qui populo imperat) filius Herodis M. ex Malthace Samaritana, v. Ἡρώδης, Matth. 2, 22.

Ἀρχή, ῆς, ἡ, (a v. ἀρχός, dux, et hoc ab ἄρχω, ἄρχομαι, qu. v.) 1., *initium* (opp. τὸ τέλος). — **a.,** de omnium rerum initio, — meton. ἡ ἀρχὴ κ. τὸ τέλος, i. e. ὁ πρῶτος (de omnium rerum creatore) κ. ὁ ἔσχατος, Apoc. 1, 8. 21, 6. 22, 13. — ἐν ἀρχῇ, antequam mundus conderetur, Joh. 1, 1. (cf. Gen. 1, 1.) — ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, 1 Joh. 1, 1. — κατ' ἀρχάς, Hebr. 1, 10. (Ps. 101, 26.) — ἀπ' ἀρχῆς, inde ab humani generis initiis, Joh. 8, 44. — ante mundi initia, 2 Thess. 2, 12. (pro ἀπ' ἀρχῆς nonnulli codd. offerunt. ἀπαρχήν, quam lectionem expressit Vulgatus: quod elegerit vos Deus primitias, nisi legendum est: primitus.) — **b.,** sensu relativo: ἀπ' ἀρχῆς, Joh. 6, 65. (i. e. cum discipulos eligeret.) 15, 27. (i. e. ex quo cum discipulis versor) 1 Joh. 2, 7. 24. (ut primum christiana doctrina imbuti estis) 3, 11. ἐξ ἀρχῆς, Joh. 16, 5. (i. e. cum vos docendi initium facerem.) — ἐν ἀρχῇ, Act. 11, 15. (ab initio, i. e. cum fundaretur ecclesia.) — τὴν ἀρχήν, adverbii loco positum aut significat: primum, aut idem est, quod ὅλως (Herodot. 1, 9.) Joh. 8, 25. (Calmet. haec verba sic enarrat: iterum dico, quod praedixi: in peccato vestro moriemini. — Nonne, adscito v. 26. sensus ita exprimi potest: omnino quidquid vobis ex omnibus, quae vobis dicere meum est, dico, nil dico, nisi quod me dicere hominibus iussit pater?) — ἀρχὴν λαμβάνειν λαλεῖσθαι, primum tradi, Hebr. 2, 3. — **c.,** ἀρχή τινος, Matth. 24, 21. (Marc. 10, 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως.) — ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου, id, quo doctrinae de Messia initium factum est, Marc. 1, 1. — ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, Phil. 4, 15. — τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως .. βεβαίαν κατέχειν, i. e. τὴν ὑπόστασιν, quam ab initio habuistis, etc.) Hebr. 3, 14. — ἀρχὴ τῆς κτίσεως (cf. Col. 1, 15.), primogenitus omnis creaturae, Apoc. 3, 14. — τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ θεοῦ, prima elementa oraculor. Dei, Hebr. 5, 12. — ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγος (opp. ἡ τελειότης), ea doctrinae capita, a quibus initium capit tironum ad Christianam religionem institutio, Hebr. 6, 1. — ταύτην τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων .. ἐποίησε, i. q. τοῦτο πρῶτον σημεῖον .. Joh. 2, 11. Cf. 4, 54. — **2.**, extremitas — τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, quatuor laciniis ligatum (Ex. 27, 4.) Act. 10, 11. 11, 5. — **3.**, principatus, Luc. 20, 20. 1 Cor. 15, 24. Eph. 1, 21. Jud. v. 6. Col. 2, 10. — plur., Rom. 8, 38. Eph. 3, 10. Col. 1, 16. 2, 10. Tit. 3, 1. (Eurip. Xen. Thuc.)

Ἀρχηγός, οῦ, ὁ, (ab ἄγω, perf. 2. et ἄρχι, v. ἄρχω) dux, antesignanus, Act. 5, 31. — c. gen. τῆς ζωῆς, ad vitam, Act. 3, 15. — τῆς σωτηρίας, ad salutem, Hebr. 12, 2. — τῆς πίστ. ad fidem (opp. τελειωτής) 12, 2. (Herodian. 7, 1. 23. 1 Macc. 10, 47.)

Ἀρχι (affine voculae ἄρι et v. ἄρχω [v. supra ad ἄριστον]), syllaba inseparabilis, praefigi nominibus muneris vel dignitatis solita ad insigniendum eum, qui reliquis hoc munus gerentibus praefectus est, nostr. Ober-, Erz-. In compositione ante vocalem initialem ι suum ipsius ι abiicit.

Ἀρχιερατικός, ή, όν, (ἄρχι et ἱερατικός, sacerdotalis, ab ἱεράομαι) pontificius, Act. 4, 6.

Ἀρχιερεύς, έως, (ἄρχι, ἱερεύς) summus sacerdos, pontifex (כֹּהֵן הַגָּדוֹל).

De munere eius v. Hebr. 5, 1—4. 14. 7, 27. 9, 7. (Levit. 9, 3. 16, 6. 17.) Matth. 26, 3.

(summus pontifex praesidebat synedrio. Cf. Luc. 22, 5. 23, 3.) — ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, pontifex anni illius, Joh. 11, 49. (supremum sacerdotium ex legis instituto perpetuum homini esse debebat ac filius patrem excipere e posteris Aaronis. Sed hic ordo mutatus est Romanis et Herode ius in Pontifices usurpantibus, ut pro arbitrio crearent amoverentque, hoc tantum servato, ut e familiis sacerdotum. Vendebatur pontificatus et plerumque in paucos annos, haud raro quoque in unum tantum annum alicui tribuebatur. Jos. Ant. 15, 3. 2 Macc. 4, 7.) Luc. 3, 2. (Annas — v. hoc nomen suo loco — tunc temporis pontificatu spoliatus nomen dumtaxat pontificis gessit. Cf. Jos. Ant. 20, 9, 2.) Joh. 18, 13. — Act. 23, 5. (Paulus apost. ante septem vel octo dies Hierosolyma venerat; potuit ergo utique ignorare, quisnam tunc pontificatum gereret, cum iamdudum ordo successionis inter pontifices cessasset, nec quamdiu quis hoc munere functurus esset, certo constaret.) — Ubi plures simul commemorantur ἀρχιερεῖς intelligas vel familiarum sacerdotalium capita (1 Chron. 24, 5. 2 Chron. 35, 14. — v. voc. ἐφημερία, vel sacerdotum primores, vel eos, qui iam ipsi prioribus annis sacris praefuerant), Matth. 2, 4. 26, 3. (Marc. 14, 1. Luc. 22, 2.) Marc. 15, 10. Luc. 22, 52. 66. 23, 4. Joh. 11, 47. 12, 10. Act. 4, 6. 25, 2. 26, 12. — Cum summo pontifice comparatur Christus, Hebr. 4, 14. 15. 5, 1. 5. 10. 6, 20. 26. 27. 28. 8, 1. 3. 9, 11.

Ἀρχιποιμήν, ένος, ὁ, (ἄρχι, ποιμήν, qu. v.) pastorum princeps, de Christo capite ecclesiae invisibili, 1 Petr. 5, 4.

Ἄρχιππος, ου, ὁ, (nom. graec. ex ἄρχω et ἵππος) vir quidam Christianus, doctor Colossensium, Col. 4, 17. Philem. v. 2.

Ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, (ἄρχι, συναγωγή) Synagogae praefectus, ראשׁ הכנסת, ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς, Marc. 5, 22. 35. 36. 38. Luc. 8, 49. 13, 14. Act. 13, 15. 18, 8. 17.

Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, (ἄρχι, τέκτων, qu. v.) architectus, 1 Cor. 3, 10.

Ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, (ἄρχι, τελώνης, qu. v.) praefectus portitorum, Luc. 19, 2.

Ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, (ἄρχι, τρίκλινον) praefectus triclinii (i. q. τρικλινάρχης). — Συμποσιάρχου erat, mensas et lectulos collocare, cibos afferendos et removendos curare, fercula et vina praegustare; ἀρχιτρικλίνου (rectoris convivii) vero conviviorum apparatum, ministros atque ordinem dispensare, vinum haustu probare, numerum cyathorum unicuique praescribere (cf. Sirac. 32, 1.), Joh. 2, 8.

Ἄρχω, f. ξω, (cohaeret cum voc. ἄρι, nostr. eher, erz, quasi nostra lingua exprimi posset per: eherschen = herrschen. V. supr. ἄριστον.) 1., *Activum* — **a.**, princeps sum, Marc. 10, 42. — ὁ ἄρχων, princeps, Matth. 20, 25. (Marc. 10, 42.) Act. 4, 26. (Ps. 2, 2.) 23, 5. — οἱ ἄρχ. τοῦ αἰῶνος τούτου, 1 Cor. 2, 6. 8. — **b.**, ἄρχων, magistratus (urbis), iudex, Luc. 12, 58. (Matth. 5, 25. ὁ κριτής) Act. 7, 27. 35. 16, 19. Rom. 13, 3. — **c.**, ἄρχων, de Judaeor. proceribus, α., de assessoribus Synedrii, Luc. 23, 13. 35. 24, 20. Joh. 3, 1. 7, 26. 12, 42. Act. 3, 17. 4, 5. 8. (τοῦ λαοῦ) 13, 27. 14, 5. (Jos. Ant. 20, 1, 2.) — β., de praefectis synagogarum, Matth. 9, 18. (Luc. 8, 41. ἄρχων τῆς συνα-

γωγῆς — Marc. 5, 22. ἀρχισυνάγωγος) Luc. 18, 18. — γ., de diabolo: ἄρχων τῶν δαιμονίων, Matth. 9, 34. (12, 24. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15.) — ὁ ἄρχ. τοῦ κόσμου, Joh. 12, 31. 14, 30. 16, 11. — ὁ ἄρχ. τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος (ditionis tenebricosae), Eph. 2, 2.

2., *Med.* ἄρχομαι, incipio, initium facio **a.,** oppon. ἐκτελεῖν, Luc. 14, 30. **b.,** iunctum cum infinitivis nonnumquam πλεονάζειν videtur, sed numquam sua vi destituitur. Dicitur enim de eo, quod certo quodam tempore ***primum*** factum est, idque α., significatur verbis adiectis, e. g. ἀπὸ τότε, Matth. 4, 17. 16, 21. (Marc. 8, 31.) — τότε, Matth. 11, 20. 26, 74. (Marc. 14, 71.) Luc. 13, 26. 23, 30. — εἶτα, Joh. 13, 5. — ἀφ' οὗ . . (τότε), Luc. 13, 25. — praemissis genitivis absol., Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24. 38.) Luc. 11, 29. 12, 1. 14, 29. 19, 37. Act. 24, 2. — annexo aliquo participio, v. c. προςλαβόμενος ἤρξατο, Matth. 16, 22. (Marc. 8, 32.) 26, 37. (Marc. 14, 33.) Marc. 1, 45. 6, 55. 10, 32. 47. 11, 15. (Luc. 19, 45.) Luc. 7, 38. — Πάλιν ἤρξατο, Marc. 4, 1. Cf. 2 Cor. 3, 1. — Idem β., patet e contextu, id, quod coeptum esse dicitur, ante nondum factum esse indicante, Matth. 12, 1. 18, 24. 26, 22. Marc. 5, 20. 6, 2. 7. 8, 11. 31. 12, 1. (Luc. 20, 1.) Luc. 4, 21. 5, 21. 7, 15. 49. 9, 12. 11, 53. 12, 45. 13, 25. 14, 18. 29. 15, 24. 22, 23. 23, 2. Joh. 13, 5. Act. 1, 1. 2, 4. 11, 15. 18, 26. 24, 2. 27, 35. — μὴ ἄρξησθε λέγειν, ne periculum facite iactandi verba, Luc. 3, 8. 14, 30. (opp. ἐκτελέσαι.) — ἄρχ. iunct. cum infin. pass., Luc. 21, 28. — iunct. cum inf. vim infinitivi medii habente (ἔδει κηρυχθῆναι, oportuit eum praedicandam curare emendationem [cf. ὀφθήσομαί σοί τι, videndum tibi praebiturus sum, te videre faciam aliquid, Act. 26, 16.], ἀρξάμενον, i. e. ita ut initium faceret), Luc. 24, 47. — **c.,** ἄρχομαι (ποιεῖν τι) ἀπό τινος, Matth. 20, 8. Luc. 23, 5. (cf. 24, 47.) Joh. 8, 9. Act. 1, 22. 8, 35. 10, 37. 1 Petr. 4, 17. — **d.,** ἦν ἀρχόμενος τριάκοντα ἐτῶν, in eo erat, ut trigesimum annum inchoaret, Luc. 3, 23. (interpretes plerique haec verba enarrari iubent: trigesimum circiter annum agebat.) — ἀρξάμενος ἀπό . . ἕως, Act. 1, 22.

Ἄρωμα, τος, τό, (ab ἄρω, cf. ἀρτύω) odoramentum, aroma, Marc. 16, 1. Luc. 23, 56. 24, 1. Joh. 19, 14. (οἱ ὁ, 2 Reg. 20, 13. Cant. 4, 10. 16. Esth. 2, 12.)

Ἀσά, ὁ, (nom. hebr. s. syrochald. ab אָסָא, sanavit) rex Judae, fil. regis Abiae (1 Reg. 15, 8.) Matth. 1, 7.

Ἀσάλευτος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σάλευτος, a σαλεύω, fluctuo, nutare facio. — σάλος, fluctuatio maris; σάλασσα Doric. et Aeol. pro Attico: θάλασσα) immobilis, immotus, Act. 27, 41. — trop. (βασίλεια), Hebr. 12, 28.

Ἄσβεστος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σβέω s. σβέννυμι) inextinctus, non exstinguendus; — πῦρ, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.) Marc. 9, 43. 45.

Ἀσέβεια, ας, ἡ, (v. ἀσεβής) impietas (ap. Graecos de contemtu Deor. dic.), Rom. 1, 18. 2 Tim. 2, 16. Tit. 2, 12. — pl., Rom. 11, 26. (Jes. 59, 20.) Jud. v. 15. 18.

Ἀσεβέω (ῶ), f. ήσω, (i. e. sum ἀσεβής) impius sum, impie ago, 2 Petr. 2, 6. — ἀσεβεῖν ἔργα ἀσεβείας, Jud. v. 15.

Ἀσεβής, ὁ, ἡ, ές, τό, έος (οῦς), (α priv. et σέβομαι, revereor) impius, Rom. 4, 5. 5, 6. 1 Tim. 1, 9. 1 Petr. 4, 18. 2 Petr. 2, 5. 3, 7. Jud. v. 4. 15.

Ἀσέλγεια, ας, ἡ, (indoles hominis, qui est ἀσελγής) intemperantia, Marc. 7, 22. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 2 Petr. 2, 7. Jud. v. 4. — pl., Rom. 13, 13. 1 Petr. 4, 3. 2 Petr. 2, 18.

Ἄσημος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et σῆμα, signum) non signatus, ignotus, ignobilis, Act. 21, 39.

Ἀσήρ, ὁ, (nom. hebr. ab אָשֵׁר, beatus) Aser (filius octavus Jacobi patriarchae ex Silpa, ancilla Leae, susceptus, Gen. 30, 13. Num. 26, 44.) Luc. 2, 36. Apoc. 7, 6.

Ἀσθένεια, ας, ἡ, (a v. ἀσθενής, qu. v.) *imbecillitas, infirmitas* (opp. δύναμις, ῥώμη, Xen. Mem. 4, 2, 32.), Rom. 6, 19. 1 Cor. 2, 3. 15, 43. (cf. 2 Cor. 13, 4.) 2 Cor. 11, 30. 12, 5. 9. Gal. 4, 13. — ἀσθένεια spec. *defectus virium, morbus*, Joh. 11, 4. — languor, paralysis, Luc. 13, 11. 12. (coll. v. 13.) Joh. 5, 5. — pl. aegritudines, Matth. 8, 17. (Jes. 53, 4.) Luc. 5, 15. 8, 2. Act. 28, 9. 1 Tim. 5, 23. angores, afflictiones, Rom. 8, 26. 2 Cor. 12, 5. 10. — de animo: Oecumen. „ἀσθένειαν τὴν ἁμαρτίαν καλεῖ," Hebr. 5, 2. 7, 28.

Ἀσθενέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἀσθενής, qu. v.) **a.,** *impotens, infirmus sum*; α., ὁ νόμος ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, lex impotens erat per carnem, i. e. vires, quibus concupiscentia coërceretur, largiri non potuit, Rom. 8, 3. — Careo viribus ad aliquid constanter tenendum necessariis; hinc: ἀσθενῶ τῇ πίστει (infirma sum fiducia), Rom. 4, 19. (coll. v. 20.) — ἀσθενοῦντες τῇ πίστει dicuntur etiam superstitiosi, quorum animis facile iniiciuntur scrupuli, quos eis eximere non possunt, Rom. 14, 1. 2. (coll. v. 21.) 1 Cor. 8, 9. 11. — β., ἀσθενῶ, animo timido sum, animum despondi (opp. τολμᾷν), 2 Cor. 11, 21. 13, 3. (οὐκ ἀσθενεῖ εἰς ὑμᾶς, Christus, per me loquens, non solum vobis per literas minitatur, sed δυνατεῖ ἐν ὑμῖν, inter vos vim suam exferet.) — γ., fatigatus sum, 2 Cor. 11, 29. — **b.,** *aegroto*, Matth. 25, 36. Joh. 4, 46. 11, 1. 3. 6. Act. 9, 37. Phil. 2, 26. 27. Jac. 5, 14. — οἱ ἀσθενοῦντες, Matth. 10, 8. Marc. 6, 56. (Matth. 14, 35. οἱ κακῶς ἔχοντες) Luc. 7, 10. (opp. ὑγιαίνειν) 9, 2. Joh. 5, 3. 7. 6, 2. Act. 19, 12. 20, 35.

Ἀσθένημα, ατος, τό, (ἀσθενέω) pl. imbecillitates, Rom. 15, 1. (βαστάζειν.)

Ἀσθενής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et σθένος, robur) **a.,** *imbecillis* α., adiectum nomini subst. — σάρξ, Matth. 26, 41. (Marc. 14, 38.) Gal. 4, 9. — Comparat. ἀσθενέστερον, v. c. μέλος, membrum minus valens, 1 Cor. 12, 22. — σκεῦος, instrument. infirmius, 1 Petr. 3, 7. — β., additum pronomini, 1 Cor. 4, 10. (oppon. ἰσχυρός.) — γ., τὸ αὐτῆς ἀσθενές, i. q. ἡ αὐτῆς ἀσθένεια, Hebr. 7, 18. (cf. Rom. 8, 3.) — τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου, ea, quae ad res arduas efficiendas hominibus ineptissima videntur (opp. τὰ ἰσχυρά), 1 Cor. 1, 27. et v. 25. (τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ, illud, quo Deus tamquam instrumento utitur, tametsi hominibus videatur imbecille, plus valet, quam id, quod inter homines vi ac potentia pollet.) — **b.,** invalidus, aegrotus, — ἀσθενὴς ἄνθρωπος, Act. 4, 9. — Matth. 25, 39. 43. 44. — pl. οἱ ἀσθενεῖς, Luc. 10, 9. Act. 5, 15. 16.

1 Cor. 11, 30. (ἀσθενεῖς κ. ἄῤῥωστοι.) — **c.**, sensu morali: ἀσθενεῖς, Christiani, qui nesciunt, quam late pateat libertas Christiana. συνείδησις ἀσθενής, conscientia, quae cura ancipiti distrahitur, 1 Cor. 8, 7—10. 9, 22. 1 Thess. 5, 14.

Ἀσία, ας, ἡ, Asia (Asia in Actis apost. commemorata: Asia minor inter pontum Euxinum et mare Cyprium, complectens Phrygiam, Ciliciam, Pamphiliam, Cariam, Lyciam, Joniam, Lydiam, Aeoliam, Mysiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Galatiam, Pisidiam), Act. 2, 9. 6, 9. 19, 10. 20, 4.

Ἀσιανός, οῦ, ὁ, Asia oriundus, Asianus, Asiaticus, Act. 20, 4.

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, (propr. Asiae praefectus) Asiarcha. Erant Asiarchae gentilium Asiae pontifices, honoris gratia delecti, ut privatis sumtibus ludos publicos et sollennes celebrarent. Scilicet initio cuiusque anni vel sub aequinoctium auctumnale in singulis Asiae confoederatae urbibus e civium honestissimorum et opulentissimorum numero eligebatur aliquis, qui ad ludos publicos huius anni celebrandos opes praeberet iisque praeesse posset. Quod quum factum esset, in aliqua urbe primaria (v. c. Ephesi, Smyrnae al.) concilium commune (κοινόν) congregabatur, cui quaeque civitas nomen viri a se designati per legatum indicaret. Ex his designatis concilium decem eligebat, ad Proconsulem mittendos, e quibus Proconsul unum Asiarchae muneri praeficeret. Atque ita Proconsul uni tantum ludorum sacrorumque administrandorum curam mandabat, Act. 19, 31. (Plures h. l. commemorantur Asiarchae, etsi unum tantum annus quisque habebat. Itaque aut illi decem, qui Proconsuli commendati fuerant, aut ii intelligendi sunt, quibus munere administrato mansisset nomen.)

Ἀσιτία, ας, ἡ, (v. ἄσιτος) Vulg. ieiunatio — πολλή (de diuturna inedia), Act. 27, 21.

Ἄσιτος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et σῖτος, frumentum) impastus, ieiunus, Act. 27, 33.

Ἀσκέω (ῶ), f. ήσω, (pr. exerceo) cum infinit.: laboro (studeo. Xen. Mem. 2, 1, 6. Ages. 2, 4.), Act. 24, 16.

Ἀσκός, οῦ, ὁ, uter, utris (Hom. Herodot. Xenoph. οἱ ὁ, Gen. 21, 14. 1 Sam. 16, 20. 25, 18. 2 Sam. 16, 1. Jos. 9, 5. 13. Job. 32, 19.) Matth. 9, 17. (Marc. 2, 22. Luc. 5, 37.)

Ἀσμένως, adv., (adi. ἄσμενος. De vocis radice nihil constat; ἥδομαι [Etymol. M.] daturum esset ἡσμένως) libenter, Act. 2, 41. 21, 17.

Ἄσοφος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et σοφός) insipiens (opp. σοφός), Eph. 5, 15.

Ἀσπάζομαι, f. σομαι, (α intensiv. et σπάω, cf. σπαίρω, ἀσπαίρω, et σπαρίζω, ἀσπαρίζω) pr. ad me traho. Hinc: osculor, saluto, τινά, sive **a.**, eum, quem convenio, Matth. 5, 47. 10, 12. (Luc. 10, 5. λέγω· εἰρήνη σοι) Marc. 9, 15. 15, 18. Luc. 1, 40. Act. 18, 22. 21, 7. 19. 25, 13. — et cui valedico, Act. 20, 1. 21, 6. — sive **b.**, eum, quem in via offendo, Luc. 10, 4. — sive **c.**, eum, quem per literas valere iubeo, Rom. 16, 3. 5—23. 1 Cor. 16, 19. 20. 2 Cor. 13, 12. Phil. 4, 21. Col. 4, 10—12. 14. 15. 1 Thess. 5, 26. 1 Tim. 4, 19. 21. Tit. 3, 15. Philem. v. 25. 1 Petr. 5, 13. al. — ἀσπάζ. ἐν φιλήματι (hebr. pro dativo simplici), Rom. 16, 16. 2 Cor. 13, 12.

Ἀσπασμός, οῦ, ὁ, (ἀσπάζομαι) salutatio, eaque vel ore prolata,

Matth. 23, 7. Luc. 1, 29. 41. 44. 11, 43. 20, 46. — vel scripta, 1 Cor. 16, 21. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17.

Ἄσπιλος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et σπῖλος s. σπίλος, labes, macula) immaculatus — ἀμνὸς ἄμωμος κ. ἄσπιλος, 1 Petr. 1, 19. cf. 2 Petr. 3, 14. — τηρῆσαι τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, i. q. ἀσπίλως κ. ἀνεπιλήπτως, 1 Tim. 6, 14. — ἄσπιλος ἀπό τ., Jac. 1, 27.

Ἀσπίς, ίδος, ἡ, aspis (idis), i. e. serpens parvus, cuius morsus lethalis et immedicabilis est (nisi statim partes hoc morsu ictae amputantur, Plin. 8, 23.), Rom. 3, 13. (Ps. 140, 3.)

Ἄσπονδος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et σπονδή, a v. σπένδω, libatio) pr. foederis vel induciarum expers (Thuc. Demosth. Phil.), implacabilis, Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3.

Ἀσσάριον, ίου, τό, (deminut. vocis: ἄς. Aiunt, Dores et Siculos αἶς, et Tarentinos ἄς, id, quod Latini retinuerunt, dixisse pro εἷς, unus. Judaei quoque hanc vocem adoptarunt scribentes אִיסָר.) Assarium (decima pars drachmae), Matth. 10, 29. (Luc. 12, 6.)

Ἆσσον, adv., (comparativus neutr. gen. augens positivum: ἄγχι, prope) propius (Hom.), Act. 27, 3.

Ἄσσος, ου, ἡ, Assus (urbs maritima Mysiae [Strab.] vel Troadis [Plin. H. N. 2, 98.] ad mare Aegeum sita. Iter maritimum Troade Asson longe maius erat mari, quam terra, cum promontorium in mare excurrens circumeundum esset), Act. 20, 13. 14.

Ἀστατέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἄστατος, ex α priv. et στατός, stabilis, ab ἵστημι) instabilis, circumvagus sum, oberro, 1 Cor. 4, 11.

Ἀστεῖος, ον, ὁ, ἡ, (ἄστυ, urbs) **a.**, urbanus (ὁ ἐν ἄστει διατρίβων. Etym. M.) **b.**, qui est politis moribus (opp. ἄγροικος), pulcher, venustus, — ἀστεῖος θεῷ, Vulg. Deo gratus, Act. 7, 20. (Legitur ἀστεῖος, Ex. 2, 2. Huic h. l. additum est: θεῷ, quod plurimi interpr. pro circumscriptione superlativi: pulcherrimus, venustissimus, habent.)

Ἀστήρ, έρος, ὁ, stella, Matth. 2, 7. 9. 10. — pl., Matth. 24, 29. (Marc. 13, 25. Jes. 13, 10. Dan. 8, 10.) Apoc. 6, 13. 8, 12. 12, 1. 4. — ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ, stella, quae eum (scil. Messiam) natum arguit, Matth. 2, 2. — ἀστὴρ ὁ πρωϊνός, stella matutina, Apoc. 2, 28. (Job. 3, 9.) 22, 16. (cf. Luc. 1, 78. 79.) — ἀστέρες πλανῆται, stellae erraticae (i. e. homines leves inconstantesque), Jud. v. 13.

Ἀστήρικτος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et στηρικτός, a v. στηρίζω) non fixus, non suffultus, 2 Petr. 2, 14. 3, 16.

Ἄστοργος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et στοργή, amor in necessarios) amoris expers, Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3.

Ἀστοχέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἄστοχος, — α priv. et στόχος, scopus) τινός, ab aliquo aberro, 1 Tim. 1, 6. — περί τινα, 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18.

Ἀστραπή, ῆς, ἡ, (a v. ἀστράπτω, fulguro) fulgur, Matth. 24, 27. (Luc. 17, 24.) 28, 3. Luc. 10, 18. pl. Apoc. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. — splendor, Luc. 11, 36.

Ἀστράπτω, f. ψω, (forma serior: στράπτω) fulguro (Hom. Iliad. 9, 237. al.), Luc. 17, 24. — splendeo, Luc. 24, 4. (cf. 9, 29. ἐξαστράπτω.)

Ἄστρον, ου, τό, astrum. i. q. ὁ ἀστήρ, stella, Luc. 21, 25. Act. 7, 43. 27, 20. Hebr. 11, 12.

Ἀσύγκριτος, ου, ὁ, (nom. graec. a v. συγκρίνω, comparo. incomparabilis) Asyncritus (homo quidam Romanus), Rom. 16, 14.

Ἀσύμφωνος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et σύμφωνος ex σύν et φωνή) dissonans, dissonus, Act. 28, 25. (πρὸς ἀλλήλους.)

Ἀσύνετος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et συνετός, intelligens, a v. συνίημι) non intelligens, Matth. 15, 16. (Marc. 7. 18.) — insipiens, Rom. 1, 31. 10, 19. — καρδία, Rom. 1, 21.

Ἀσύνθετος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et συνθετός, compositus, a v. συντίθημι) Vulg. incompositus (Theophylact. perfidus, cf. Jerem. 3. 7. 8. 10. [Al. qui pacem non init], unverträglich), Rom. 1, 31.

Ἀσφάλεια, ας, ἡ, (v. ἀσφαλής) securitas (opp. κίνδυνος, Xen. Mem. 3, 12, 7.), 1 Thess. 5, 3. (εἰρήνη κ. ἀσφάλεια.) — μετὰ πάσης ἀσφαλείας, Vulg. cum omni diligentia, Act. 5, 23. — bona fides, Zuverlässigkeit, certitudo (Al. firmitas), Luc. 1, 4.

Ἀσφαλής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et σφάλλω, fallo) firmus (cui insisti, cui confidi potest). — ἄγκυρα, Hebr. 6, 19. — τὸ ἀσφαλές, id, quod certum est, Act. 21, 34. 22, 30. 25, 26. — tutum, Phil. 3, 1.

Ἀσφαλίζω, f. σω, (ab ἀσφαλής) pr. firmum reddo. — τὸν τάφον, munio, ne laedi possit; pass., Matth. 27, 64. — Med. munio (mihi), Matth. 27, 65. 66. — τινὰ εἰς τὸ ξύλον, firmiter impingo in . . (Vulg. stringere ligno), Act. 16, 24.

Ἀσφαλῶς, adv., (a voc. ἀσφαλής) firmiter, secure, Marc. 14, 44. Act. 16, 23. — certo (γινώσκ.), Act. 2, 36.

Ἀσχημονέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἀσχήμων, deformis, ut v. c. calvus ἀσχημονεῖ τὴν κεφαλήν, Aelian. V. H. 11, 4.) inhoneste ago (turpe lucrum quaerens), 1 Cor. 13, 5. — εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ (super) τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει. Vulg. si quis autem turpem (hoc interpretantur: crudelem) se videri existimat super virginem. (Obstat vero τό· ἐπί. Videtur verbum ἀσχημ. h. l. impersonaliter dici: si quis turpe quidquam virgini impositum iri putat.) 1 Cor. 7, 36.

Ἀσχημοσύνη, ης, ἡ, (a voc. ἀσχήμων) **a.**, turpitudo, Rom. 1, 27. — **b.**, pudenda (עֶרְוָה, Ex. 28, 42. Deut. 23, 14. al.), Apoc. 16, 15.

Ἀσχήμων, ονος, ὁ, ἡ, (α priv. et ἔσχημαι, 1. perf. pass. verbi σχέω, derivati illius ab ἔσχον. Cf. ἐλεήμων, οἰκτίρμων, ἀφράδμων) indecorus (opp. εὐσχήμων), 1 Cor. 12, 23.

Ἀσωτία, ας, ἡ, (ab adi. ἄσωτος) luxuria, Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. 1 Petr. 4, 4. (Polyb. Herodian.)

Ἀσώτως, adv., (ab adi. ἄσωτος ex α priv. et σόω s. σώζω, qui servari non potest) luxuriose, Luc. 15, 13.

Ἀτακτέω (ῶ), f. ήσω, (sum ἄτακτος. Xen. Cyr.) negligo muneris officia, 2 Thess. 3, 7. (coll. v. 11.)

Ἄτακτος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et τακτός a τάσσω, in ordine pono) is, qui ordinem non servat, spec. qui muneris officia negligit, 1 Thess. 5, 14. (coll. 2 Thess. 3, 6 — 8.)

Ἀτάκτως, adv. (ab adi. ἄτακτος) neglecto ordine, neglectis muneris officiis, 2 Thess. 3, 6. 11.

Ἄτεκνος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et τέκνον, i. q. ἄπαις) improles, Luc. 20, 28 — 30. (Matth. 22, 24. μὴ ἔχων τέκνα.)

Ἀτενίζω, f. ίσω, (ab ἀτενής, ex α intens. et τείνω, intentus) fixis oculis aliquem intueor, oculos defigo in aliquem — τινί, Luc. 4, 20. 22, 56. Act. 3, 12. 10, 4. 14, 9. 23, 1. — εἴς τινα, Act. 1, 10. 3, 4. 6, 15. 7, 35. 11, 6. 13, 9. 2 Cor. 3, 7. 13.

Ἄτερ, praep. sine, absque, τινός (Hom.), Luc. 22, 6. 35.

Ἀτιμάζω, f. σω, (ab ἄτιμος: ἄτιμον facio) ignominia afficio, Luc. 20, 11. Joh. 8, 49. Act. 5, 41. Rom. 1, 24. 2, 23. Jac. 2, 6.

Ἀτιμάω, v. ἀτιμόω.

Ἀτιμία, ας, ἡ, (ἄτιμος) dedecus, turpitudo. — ignominia (opp. τιμή, δόξα), Rom. 1, 26. 9, 21. 1 Cor. 11, 14. 15, 43. 2 Cor. 6, 8. 11, 21. 2 Tim. 2, 20.

Ἄτιμος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et τιμή) honoris expers, contemtus, Matth. 13, 57. (Marc. 6, 4. Pro eo Luc. 4, 24. δεκτός.) 1 Cor. 4, 10. (opp. ἔνδοξος.) Comparat. minoris pretii, vilior, 1 Cor. 12, 23.

Ἀτιμόω (ῶ), f. ώσω, (reddo aliquem ἄτιμον — ἀτιμοῦσθαι Graecis ii dicuntur qui iure standi in foro privantur, Xen. de rep. Athen. 1, 14. Demosth. p. 548. 8.) contumelia afficio. Pass. ἠτιμωμένος, Marc. 12, 4. (Alii codd. ἠτιμημένον, ab ἀτιμάω.)

Ἀτμίς, ίδος, ἡ, vapor, Act. 2, 19. Jac. 4, 14.

Ἄτομος, ον, ὁ, ἡ, (ex α priv. et τέμνω) is, qui dissecari nequit, individuus; temporis punctum. — ἐν ἀτόμῳ, subito, 1 Cor. 15, 52.

Ἄτοπος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et τόπος) ον, τό, id, quod non est loci — ἄτοποι, homines importuni, 2 Thess. 3, 2. — neutr. ἄτοπον (Xen. Mem. 2, 3, 15. ἄτοπα λέγειν. Plut. φαῦλα κ. ἄτοπα), malum (reprobatu dignum), Luc. 23, 41. (πράσσειν); incommodum, Act. 28, 6. (εἰς αὐτὸν γίνεται, eum invadit.)

Ἀττάλεια, ας, ἡ, Attalia (urbs Pamphyliae maritima, Lyciae finibus proxima, condita ab Attalo Philadelpho, Pergami rege, a quo et nomen sortita est. Destructa est, et haud procul ab eius loco urbs alia condita, cui hodie nomen est Anthali), Act. 14, 25.

Αὐγάζω, f. σω, (v. αὐγή) intueor (ap. Hom.), τί, 2 Cor. 4, 4. (adeo excaecavit eorum mentes, ut non valeant oculis intueri [oculos convertere in] splendorem.) Al. construunt: ὁ φωτισμὸς αὐγάζει, splendor [eis] *affulget*. Sed verba: εἰς τὸ μὴ postulant, ut μὴ αὐγάσαι ii cogitentur, quorum mentes excaecatae sint.)

Αὐγή, ῆς, ἡ, splendor — subintell. τῆς ἡμέρας, diluculum, Act. 20, 11.

Αὔγουστος, ον, ὁ, (nomen derivat. a voc. αὐγή — πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα κ. τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προςαγορεύεται. Dio Cass. lib. 53.)

Augustus (cognomen Julii Caesaris Octaviani, primi Romanorum imperatoris. Natus erat anno u. c. 691. Cicerone et Antonio Coss. patre Caio Octavio, matre Atia. Mater eius filia fuit sororis C. J. Caesaris, qui eum in filium adoptavit et a quo Julii nomen accepit. Consul creatus est anno aetatis 20. Imperio potitus post pugnam Actiacam, qua devicerat M. Antonium, regnavit inde a primo consulatu annos 56. a pugna Actiaca annos 44. dies 13. Obiit enim d. 19. Aug. anni ab u. c. 767. anno aetat. 76. — v. Sueton. Dio Cass. Tacit. Vellej. Paterc.), Luc. 2, 1.

Αὐθάδης, ου, ὁ, ἡ, (ex αὐτός et ἅδω s. ἁνδάνω, placeo, qui sibi ipsi placet) arrogans, Tit. 1, 7. 2 Petr. 2, 10.

Αὐθαίρετος, ον, ὁ, ἡ, (αὐτός, αἱρέομαι) voluntarius, paratus, sponte (aliquid faciens), 2 Cor. 8, 3. 17.

Αὐθεντέω (ῶ), f. ήσω, (sum αὐθέντης, i. e. αὐτοέντης, ex αὐτός et τὰ ἔντεα, arma, — qui sua manu vel alios, vel se ipsum perimit, Thuc. 3, 58.) dominor in aliquem, guberno aliquem, τινός, 1 Tim. 2, 12.

Αὐλέω (ῶ), f. ήσω, (αὔω, spiro. — αὐλός, tibia) tibia cano, Matth. 11, 17. (Luc. 7, 32.) 1 Cor. 14, 7.

Αὐλή, ῆς, ἡ, (ἄω, αὔω, spiro, v. supr. ἀήρ.) — **1.**, (Hom.) cubile, stabulum, spec. caula, Hürde, Joh. 10, 1. 16. — **2.**, aula, (locus ante aedes apertus vacuusque, ventis expositus. — διαπνεύμενος τόπος αὐλὴ λέγεται. Athen. Deipnos. 5, 2.). Distinguitur aedium aula *exterior*, i. e. subdialis, palatii aedificiis cincta, s. προαύλιον, et aula *interior*, s. αὐλή, atrium, i. e. spatium vacuum sub domus primo solario, s. sub prima contignatione. Hoc intell., Marc. 14, 54. 66. (Matth. 26, 58. 69. Luc. 22, 55.) Joh. 18, 15. — Matth. 26, 3. Luc. 11, 21. — Atrium *templi*, i. e. spatium extra templum, muris quidem cinctum, sed non tectum, Apoc. 11, 2.

Αὐλητής, οῦ, ὁ, (αὐλέω) tibicen, Matth. 9, 23. Apoc. 18, 22.

Αὐλίζομαι, f. ίσομαι, (v. αὐλή) pernoctor, — ἐν τόπῳ τ., Matth. 21, 17. — εἰς τόπον τ. pernoctandi caussa me in locum aliquem confero, Luc. 21, 37. (cf. κατοικεῖν εἰς . .)

Αὐλός, οῦ, ὁ, (ἄω, αὔω) tibia, 1 Cor. 14, 7.

Αὐξάνω s. αὔξω, f. ήσω, (ap. Hom. ἀέξω) — **a.**, transit. crescere facio, 1 Cor. 3, 6. 7. 2 Cor. 9, 10. Col. 2, 19. (crescere faciet augmentum Dei. Cf. Eph. 4, 15. 16.) — Pass. cresco, Matth. 13, 32. 2 Cor. 10, 15. Col. 1, 10. 1 Petr. 2, 2. — **b.**, intrans. cresco, de plantis, Matth. 6, 28. (Luc. 12, 27.) Marc. 4, 8. Luc. 13, 19. — de infantibus: Luc. 1, 80. 2, 40. Eph. 4, 15. — Trop. de aedificiis, Eph. 2, 21. — de incrementis coetus fidelium, Act. 6, 7. 12, 24. 19, 20. — de doctore, cuius discipuli in maiorem numerum augentur, Joh. 3, 30. (oppon. ἐλαττοῦσθαι.)

Αὔξησις, εως, ἡ, (αὔξω) incrementum, Eph. 4, 16. (τοῦ σώματος) Col. 2, 19. (ἡ . . τοῦ θεοῦ, incrementum Deo dignum.)

Αὔριον, adv., (αὔρα, aura matutina, a v. αὔω, spiro) cras, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) Luc. 13, 32. — ἡ αὔριον, scil. ἡμέρα, crastinus dies, Matth. 6, 34. Luc. 10, 35. (verba: ἐπὶ τὴν αὔρ. construenda sunt cum ἐκβαλών,

quippe reddenda: in crastinum diem, i. e. ut provideretur crastino diei.) Act. 4, 5. Jac. 4, 14.

Αὐστηρός, ά, όν, (αὔω, exsicco) austerus (Polyb. Diog. Laërt.), Luc. 19, 21. 22. (Matth. 25, 24. habet: σκληρός.)

Αὐτάρκεια, ας, ἡ, (αὐτάρκης) sufficientia, 2 Cor. 9, 8. — modestia rebus necessariis contenta, 1 Tim. 6, 6.

Αὐτάρκης, εος (ους), ὁ, ἡ, (αὐτός, ἀρκέω) contentus, Phil. 4, 11.

Αὐτοκατάκριτος, ον, ὁ, ἡ, (αὐτός et κατακρίνω) proprio iudicio condemnatus, Tit. 3, 11.

Αὐτόματος, ον, ὁ, ἡ, et ος, η, ον, (ex αὐτός et μάω, verbo obsoleto, cui affine esse vid. lat. verb. moveo) motu proprio actus, sponte (agens), (cf. αὐθαίρετος) Marc. 4, 28. Act. 12, 10. (cf. Hom. Iliad. 2, 408.)

Αὐτόπτης, ου, ὁ, ἡ, (αὐτός, ὄπτω, cf. αὐτήκοος) qui suis ipse oculis videt, testis oculatus (Xen.), Luc. 1, 2. (cf. ἐπόπτης.)

Αὐτός, ή, ό, pronomen personale tertiae personae **1.**, ***inservit tertiae personae notandae*** (et latine nonnumquam exprimitur per flexiones pronominis: *is, ea, id*), ***a.***, ubi tertia persona non per ipsum verbum significatur, sed separatim notanda est, v. c. ἐλθόντος αὐτοῦ (quum venisset), ἐλθόντων αὐτῶν, (quum venissent.) — εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν (αὐτοὺς) ἀναπολόγητον (ἀναπολογήτους). — ἤκουσα αὐτοῦ λαλοῦντος, audivi eum loqui (loquentem.) — εἶδον αὐτοὺς βασανιζομένους. — ἀνέχομαι αὐτοῦ, δίδωμι αὐτῷ, ἀγαπῶ αὐτόν etc. ***b.***, ubi tertia persona cum praepositionibus consocianda est, v. c. παρ' αὐτοῦ (αὐτῶν), σὺν αὐτῷ (αὐτοῖς), ab eo, cum eo etc. — ***c.***, ubi nomen subst. vel adi. iungitur cum genitivo vel dat. 3. personae, v. c. ὁ πατὴρ αὐτοῦ (αὐτῶν) pater eius (eorum), ἀγαπητὸς αὐτῷ, αὐτοῖς, carus ei, eis etc. — Hic vero praeterea in stylo N. T. observare licet haec: *α.*, scribere solent N. Testamenti scriptores etiam sic: καταβάντι αὐτῷ — ἠκολούθησεν αὐτῷ, pro: καταβάντι αὐτῷ ἠκολούθησεν, Matth. 8, 1. cf. 4, 16. (Jes. 60, 2.) 5, 1. 8, 23. 28. 9, 28. 25, 29. al. Marc. 5, 2. 9, 28. Luc. 19, 26. Act. 7, 21. Joh. 15, 2. Apoc. 2, 7. 26. 3, 12. 21. 6, 4. (Exempla e Graecor. scriptis suppeditat Wineri grammat. N. T.) — *β.*, pronomini relat. ὅς, ἥ, ὅ, associant pronomen αὐτός, v. c. ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς, Marc. 7, 25. cf. Act. 15, 17. 1 Petr. 2, 24. (Jes. 53, 5.) Apoc. 3, 8. 7, 2. 13, 12. 17, 9. v. τοὺς ὁ, Gen. 1, 11. 6, 17. 13, 15. 19, 29. Jes. 9. 5. — E Graecis cf. Callim. Epigr. 44. ὧν ὁ μὲν αὐτῶν; e Latinis: Cic. Acad. 2, 25, 79. „quod ne id facere posses.“ — *γ.*, ἀνακόλουθα: Matth. 12, 36. Luc. 8, 18. Joh. 17, 2. Apoc. 2, 26. — *δ.*, praecedens pronom. relat. ὅς sequi iubent αὐτός, quamquam expectares οὗτος, Matth. 12, 50. (Marc. 3, 35.) 26, 48. (Marc. 14, 44.) Luc. 20, 18. — *ε.*, ponunt αὐτός et plur. αὐτοί ubi subiectum vel subiecta non indicata sunt, sed ante posito aliquo nomine continentur. Exempla habeto haec: Joh. 8, 44. (in voc. ψεύστης continetur ψεῦδος, ad quod ref. αὐτοῦ) Rom. 2, 26. — Marc. 1, 44. (Matth. 8, 4. Luc. 5, 14. μηδενί, αὐτοῖς) 1, 39. (Matth. 4, 23. Luc. 4, 15.) Act. 8, 5. 12, 21. 20, 2. Rom. 2, 26. 2 Cor. 2, 13. (coll. v. 12.) Eph. 5, 12. (σκότος, αὐτοί) 3 Joh. v. 9. al. Nec in script. graec. istiusmodi exempla desunt. — *ζ.*, saepius pronomen αὐτός repetunt, quamquam ad diversas personas vel res referendum est, Marc.

8, 22. 9, 27. 28. 1 Joh. 3, 24. nec satis perspicuum est, ad quod nomen referatur, Joh. 6, 33. 11, 16. 14, 23. Adde: Marc. 2, 17. 19. 3, 2. 20. 5, 8. 6, 6. 10, 13. Cf. Hom. Iliad. 19, 303.

2., *αὐτός* vim habet *restrictivam*, ubi subiecto, in verbo latenti, additur. Reddas: *ipse*, v. c. *αὐτοὶ ἠκούσαμεν*, ipsi audivimus, Luc. 22, 71. Cf. Joh. 2, 25. 4, 42. 9, 21. Matth. 1, 21. 5, 4—9. 15, 12. Marc. 1. 8. 3, 13. 6, 45. 7, 36. Luc. 1, 22. 6, 11. 36. 9, 36. 10, 1. 24, 35. 36. Act. 2. 34. 16, 37. 17, 25. 18, 15. al. Loci enim sunt innumeri. — Additur *καί*, v. c. *ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ*, Matth. 27, 57. Cf. Matth. 20, 10. 25, 17. 44. Marc. 15, 43. Luc. 1, 30. 4, 11. 14, 12. 16, 28. 23, 51. Joh. 4, 45. 17, 19. 21. Act. 2, 22. 8, 13. 15, 27. 16, 28. 21, 24. Gal. 2, 17. Hebr. 5, 2. 13, 3. 1 Joh. 2, 6. — *Αὐτός* additum *pronomini personali*, eique nunc praepositum (*αὐτὸς ἐγώ*), ut Luc. 24, 39. (alii codd. *ἐγώ αὐτός εἰμι*, al. *ἐγώ εἰμι αὐτός*) Joh. 3, 28. Act. 24, 15. 20. 25, 25. Eph. 6, 22. Rom. 9, 17. 2 Cor. 7, 11. Phil. 1, 6. 1 Thess. 4, 9. 2 Petr. 1, 5. Rom. 9, 3. 15, 14. 1 Thess. 4, 9. — nunc postpositum (e. g. *ὑμεῖς αὐτοί*), Marc. 6, 31. Act. 10, 26. (*κἀγὼ αὐτός*) 20, 30. 1 Cor. 5, 13. 7, 35. 11, 13. — praemissum *nomini proprio*: *αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς*, *ὁ Ἰωάννης*, Matth. 3, 4. Marc. 6, 17. 12, 36. (Luc. 20, 42.) 37. Luc. 3, 23. 24, 15. 36. Joh. 4, 44. Hebr. 11, 11. — item nomini appellativo: *αὐτὸς ὁ πατήρ*, *αὐτὴ ἡ κτίσις*, cet. Joh. 16, 27. Rom. 8, 21. Luc. 10, 21. 13, 31. 20, 19. 1 Cor. 11, 14. 2 Cor. 11, 14. 1 Thess. 4, 16. 5, 23. Hebr. 9, 23. Apoc. 11, 11. — vel postpositum: (*καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτισε*), Joh. 4, 2. cf. 14, 11. Gal. 6, 13. — Accusat. (*αὐτόν*, *αὐτούς*) nonnumquam ita collocatur, ut in eo agnoscenda sit vis restrictiva (ipsum, ipsos): *αὐτὸν ἐρωτήσατε*, Joh. 9, 21. Luc. 24, 24. Gal. 4, 17. — *αὐτός* in *epanorthosi*, ubi subiectum iam indicatum accuratius distinguitur, v. c. ... *ἐπείνασεν, αὐτὸς κ. οἱ μετ' αὐτοῦ*, Marc. 2, 25. (Matth. 12, 3. Luc. 6, 3. cf. Joh. 2, 12. 4, 53. Act. 7, 15. 8, 38. 16, 31. 33. et Gen. 2, 25. 3, 8. 6, 18. 7, 1. 13, 1. 17, 9. 24, 54. al. Exempla e profanis script. affert Winer grammat. N. T. His adde: Marc. 4, 27. Luc. 15, 14. 1 Cor. 3, 15. — Not. In evangeliis *αὐτός* saepenumero sic dicitur, quasi per se intelligatur, sermonem esse de Domino (Jesu), Marc. 2, 25. 4, 38. Luc. 5, 16. 17. 6, 20. 8, 54. 9, 51. 10, 38. 11, 17. 28. Cf. Pythagoreorum illud: *αὐτὸς ἔφα*. — vid. etiam Hebr. 13, 5. (*αὐτός*, i. e. Deus, *εἴρηκε*.)

Neutr. *αὐτοῦ*, ibi, Matth. 16, 36. (Marc. 14, 32. *ὧδε*.) Act. 15. 34. 18, 19. 21, 4.

3., *ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό*, idem, eadem, idem, h. e. **a.**, idem, quem modo dixi. — *τὸ αὐτό*, id, quod a modo commemoratis non differt, Matth. 5, 46. (Luc. 6, 33.) 27, 44. — cum nomine iunctum: *τὸν αὐτὸν λόγον*, Matth. 26, 44. (Marc. 14, 39.) Luc. 6, 38. Phil. 1, 30. al. *τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων*, 1 Petr. 5, 9. — **b.**, *ὁ αὐτός*, *α.*, absol. unus idemque, Hebr. 1, 12. 13, 8. (immutabilis.) — *τὸ αὐτὸ λέγειν*, unam (eandemque) profiteri sententiam. 1 Cor. 1, 10. — *ἕν ἐστι κ. τὸ αὐτό τινι*, 1 Cor. 11, 5. — *ἐπὶ τὸ αὐτό* (*συνάγεσθαι*), hebr. יַחַד, una, simul (sed hoc nonnumquam est: ut in unum, in unam societatem coëant. Cf. Ps. 2, 2. 37, 38. Exod. 26, 24. 1 Reg. 13, 18.), Matth. 22, 34.

Act. 2, 1. 3, 1. 14, 1. Luc. 17, 35. 1 Cor. 11, 20. — Aelian. V. H. 14, 8. Herodot. 7, 106. — β., cum nomine iunctum: ἵνα ἦτε κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ κ. ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, 1 Cor. 1, 10. — τὸ αὐτὸ πνεῦμα, 1 Cor. 12, 4. 8. 9. 11.

4., Αὑτοῦ (i. q. ἑαυτοῦ), ῆς, οῦ, sui (Dat. αὑτῷ, ῇ, ῷ, sibi etc.) pron. reciprocum, s. *reflexivum*: τὴν ἅλωνα αὑτοῦ, aream suam, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.) Cf. Matth. 23, 4. Marc. 15, 29. Luc. 5, 15. 7, 3. 9, 51. 14, 27. Act. 15, 26. Eph. 1, 9. — δι' ἑαυτοῦ, per se, Rom. 14, 14. — τοὺς ὄντας αὑτοῦ, suos, 2 Tim. 2, 19. Scilicet reflectitur haec tertiae pers. expressio ad subiectum illius verbi, a quo pendet, ita ut subiectum se ad se ipsum referre fingatur. Not. Variat saepissime scriptura in codicibus et editionibus, aliis αὐτοῦ etc. aliis αὑτοῦ etc. offerentibus. Wetstenius, Birchius, Griesbach. al. constanter αὑτοῦ, Bengelius vero, Matthaeius, al. αὐτοῦ solent exhibere; ita Matth. 3, 4. τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ (Griesb.) et αὐτοῦ (Matthaeius), περὶ τὴν ὀσφὺν αὑτοῦ, Griesb. αὐτοῦ, Matthaeius. Hoc vero loco auctor, si scripsit αὑτοῦ, cogitandus est sibi eum, ad quem illud pronomen referendum est, veluti *tertiam* personam, de qua narraret, ex adverso posuisse. Et haec re vera ratio est, cur scriptores N. T. (et Graeci quoque) multis in locis pronomen αὐτός pro reflexivo αὑτοῦ etc. posuisse censendi sint. Recte igitur tenentur flexiones pronominis αὐτός ut in illo loco, ita et in hisce: Matth. 3, 16. (et Marc. 1, 10. lege: ἐπ' αὐτόν, licet leges grammaticae requirant: ἐφ' ἑαυτόν) 22, 45. Marc. 12, 19. (legunt: ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, vel αὑτοῦ, utrumque recte.) Joh. 4, 40. (παρ' αὐτοῖς) 47. (ἵνα ἰάσηται αὐτοῦ [pro: αὑτοῦ] τὸν υἱόν) 13, 11. Act. 19, 4. Hebr. 11, 21. (. . τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, al. αὑτοῦ; utrumque recte.) Reflexivum vero pronomen teneatur Marc. 15, 29. (τὰς κεφαλὰς αὑτῶν) 4, 5. 7, 33. (τοὺς δακτύλους αὑτοῦ) 9. 8.

Αὐτόφωρον, ου, τό, (αὐτός et φώρ, fur, φωρά, furtum.) — ἐπ' αὐτοφώρῳ (s. ἐπαυτοφώρῳ) pr. in ipso furto; proverbialiter: in ipso scelere (über der That), Joh. 8, 4. (Habent Aelian. Plutarch. Sextus Empir.)

Αὐτόχειρ, ος, ὁ, (ex αὐτός et χείρ. Cf. ἀδικόχειρ, μακρόχειρ) propr. is, qui sua manu aliquid patrat: αὐτόχειρες ἐῤῥίψαμεν, nostris manibus proiecimus, Act. 27, 19. (Vulg. suis manibus proiecerunt; legit: ἐῤῥίψαν.)

Αὐχμηρός, ά, όν, (αὐχμέω, torreo, squaleo; cf. αὐστηρός) caliginosus, 2 Petr. 1. 19.

Ἀφαιρέω (ῶ), f. ήσω, fut. 2. ἀφελῶ, aor. 2. ἀφεῖλον, (ex ἀπό et αἱρέω) tollo, aufero, — τί, — τὸ ὄνειδος, ignominiam, Luc. 1, 25. (Gen. 30, 23.), τὸ ὠτίον, aurem abscindo. Matth. 26, 51. (Marc. 14, 47. Luc. 22, 50.) — τὰς ἁμαρτίας, tollo peccata, Hebr. 10, 4. — Med. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, cum abstulero i. e. delevero illorum peccata, Rom. 11, 27. (Jes. 27, 9. cf. Jerem. 31, 34.) — τὶ ἀπό τινος (Sext. Emp. adv. phys. 1, 280.). Pass. οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, Luc. 10, 46. (cf. 19, 26.) — Med. aufero. ἀπό τ., Luc. 16, 3. Apoc. 22, 19.

Ἀφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et φαίνω, aor. 2. Pass. ἐφάνην) invisibilis, inconspicuus (opp. φανερός, Xen. Mem. 1, 1, 2.), ἐνώπιόν τινος (constr. hebr.), Hebr. 4, 13.

Ἀφανίζω, f. σω, (i. e. reddo ἀφανές.) **a.**, evanescere facio, — Pass. evanesco, Jac. 4. 14. — **b.**, nitore privo, deturpo. — τὸ πρόςωπον, Matth. 6, 16. — corrumpo, θησαυρούς, Matth. 6, 19. 20. (Luc. 12, 33. διαφθείρει.) — Pass. pallore obducor, obstupesco, Act. 13, 41. (Hab. 1, 5.)

Ἀφανισμός, οῦ, ὁ, (ἀφανίζω) abolitio, interitus (vox antiquioribus incognita; legitur ap. Diod. Sic. 15, 48.), Hebr. 8, 13.

Ἄφαντος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et φαίνομαι) non amplius conspiciendus. — ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, disparuit ex illor. conspectu, Luc. 24, 31.

Ἀφεδρών, ῶνος, ὁ, (ex ἀπό et ἕδρα, sedes s. a voc. ἄφεδρα, vox aevi Macedonici, v. Sturz. de dial. Mac. p. 150.) latrina, cloaca, Matth. 15, 17. (Marc. 7, 19.)

Ἀφειδία, ας, ἡ, (a v. ἀφειδής, non parcens, ex α priv. et φείδομαι, parco) severitas, quae non parcit; ἀφειδία σώματος (cf. ἀφειδεῖν σώματος, Lucian. Anachars.), severitas, quae corpori non parcit, Col. 2, 23.

Ἀφελότης, ητος, ἡ, (a voc. ἄφελος, planus. Ap. Graec. elegantiores: ἀφέλεια a voc. ἀφελής) simplicitas (quae ornatu caret), Act. 2, 46.

Ἄφεσις, εως, ἡ, (ἀφίημι.) 1., dimissio (e carcere), Luc. 4, 19. (Jes. 61, 1. 2.) 2., ἄφεσις ἁμαρτιῶν, remissio peccatorum, Matth. 26, 28. Marc. 1, 4. Luc. 1, 77. 3, 3. 24, 47. Act. 2, 38. 5, 31. Hebr. 10, 18. — ἔχειν ἄφεσιν ἁμ., Marc. 3, 29. Eph. 1, 7. (Col. 1, 14.) — λαμβάνειν, Act. 10, 43. — ἄφεσις simpliciter: Hebr. 9, 22. — Apud Diod. Sic. ἄφεσις τιμωρίας, ἐγκλημάτων.

Ἀφή, ῆς, ἡ, (ἅπτω, necto, apto) iunctura, Eph. 4, 16. — pl. ἁφαὶ κ. σύνδεσμοι, Col. 2, 19.

Ἀφθαρσία, ας, ἡ, (a voc. ἄφθαρτος, qu. v.) incorruptibilitas (Vulg. incorruptio), Rom. 2, 7. — ζωὴ κ. ἀφθ., 2 Tim. 1, 10. — Oppon. ἡ φθορά, 1 Cor. 15, 42. 50. — Opp. τὸ θνητόν, v. 54. — ἐν ἀφθαρσίᾳ (ἀγαπᾷν, amplecti Christum amore numquam languescente), Eph. 6, 24.

Ἄφθαρτος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et φθείρω, corrumpo, 3. perf. pass.) incorruptus, incorruptibilis (opp. φθαρτός), Rom. 1, 23. 1 Cor. 9, 23. 15, 52. 1 Tim. 1, 17. 1 Petr. 1, 4. — Neutr. τὸ ἄφθ. τινος, 1 Petr. 3, 4.

Ἀφθορία, ας, ἡ, (ἄφθορος, incorruptibilis, ex α priv. et φθείρω), integritas, Tit. 2, 7. (al. codd. ἀδιαφθορία.)

Ἀφίημι, ἥσω, (et ἀφέω, ἀφεῖς, Apoc. 2, 20. sive ἀφίω, imperf. ἤφιον, Marc. 1, 34. 11, 16. perf. ἀφῆκα — ἀφέωνται, pro ἀφεῖνται, Matth. 9, 2. 5. [Marc. 2, 5. 9. Luc. 5, 20. 23.] Luc. 7, 47. 48. 1 Joh. 2, 12. — ex ἀπό et ἵημι.) **a.**, *dimitto*, — τινά (oppon. παραλαμβάνω). — Pass., Matth. 24, 40. 41. (Luc. 17, 34. 35. 36. — admittetur alter [assumetur?], alter reiicietur [deseretur?]. Enarrant alii: elabetur alter, alter capietur; at παραλαμβάνειν nec umquam, nec usquam est: capere.) — ἀφ. τὸ πνεῦμα, Matth. 27, 50. (Marc. 15, 37. ἐξέπνευσε — Gen. 35. 18. ἀφιέναι τὴν ψυχήν.) — dimitto *debita* (oppon. κρατεῖν), Joh. 20, 21. — τὸ δάνειον, Matth. 18, 27. — τὴν ὀφειλήν (Aelian. V. H. 14, 24.), Matth. 18, 32. — τὰ ὀφειλήματα, Matth. 6, 12. (Luc. 11, 4. τὰς ἁμαρτίας), τὰ παραπτώματα, Matth. 6, 14. 15. Marc. 11, 25. 26. — τὰς ἁμαρτίας, Matth. 9, 2. 5. (Marc. 2, 5. 7. Luc. 5, 20. 21.) Matth. 12, 31. 32. (Marc. 3, 28. Luc. 12, 10.) Rom. 4, 7. (Ps. 32, 1. 2.) 1 Joh.

1, 9. — οἱ ὁ, Ps. 32, 5. Jes. 22, 14. 55, 7. — *simpliciter:* ἀφιέναι τινί, condonare alicui, Matth. 12, 32. 18, 21. 35. (Luc. 17, 4.) Marc. 4, 12. 11, 25. 26. Luc. 11, 4. 12, 16. 23, 34. — Pass., Act. 8, 22. Jac. 5, 15. — dimitto (*non teneo*) τὴν ἀγάπην (τὴν πρώτην), Apoc. 2, 4.

b., *relinquo*, Matth. 4, 22. (Marc. 1, 20.) 13, 36. (Marc. 4, 30.) 18, 12. (Luc. 15, 4. καταλείπει) 26, 44. Marc. 8, 13. (Matth. 16, 4. καταλιπών) 13, 34. Joh. 4, 3. 16, 28. — τὰ ἐμαυτοῦ, opes, facultates, domum, Matth. 4, 19. (Marc. 1, 18. Luc. 5, 11.) 19, 27. 29. (Marc. 10, 28. 29. Luc. 18, 28. 29.) — desisto ab aliquo, Matth. 4, 11. (cf. Luc. 4, 13.) — de *morbis* ab aegroto desistentibus: ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός, Matth. 8, 15. (Marc. 1, 31. Luc. 4, 39. Joh. 4, 52.) — relinquo, i. e. *non mecum absporto*, non mecum sumo s. duco, Matth. 5, 24. Joh. 4, 28. — de *discedente e vita:* superstitem relinquo, ἀφ. τέκνα, γυναῖκα, Matth. 25. 28. (Marc. 12, 20. 22. Luc. 20, 31. καταλείπω.) — *salvum* (intactum) *relinquo*, übriglassen, Matth. 24, 2. (Marc. 13, 2. Luc. 21, 6.) — *desero* aliquem (contra fas), Matth. 26, 56. (Marc. 14, 50.) Joh. 10, 12. 1 Cor. 7, 11—13. — ἀφίημί τινα, relinquo: cum accus. praedicati: — ἀμάρτυρον, Act. 14, 17. — ἡμιθανῆ, Luc. 10, 30. — μόνον, Joh. 8, 29. 16, 32. — ὀρφανόν, Joh. 14, 28. — ἔρημον, Matth. 23, 38. (Luc. 13, 35.)

c., *sino*, *permitto*, i. q. ἐάω, (opp. κωλύω, prohibeo) α., sequente inf., Matth. 13, 30. 19, 14. (Marc. 10, 14. Luc. 18, 16.) Marc. 1, 34. (Luc. 4, 41. οὐκ εἴα λαλεῖν) Joh. 11, 44. 18, 8. — infinit. aor., Matth. 19, 14. 23, 14. (Luc. 11, 52.) Marc. 5, 37. (Luc. 8, 5.) 7, 12. 27. Luc. 9, 60. (Matth. 8, 22.) 12, 39. (Matth. 24, 43. οὐκ ἂν εἴασε) Apoc. 2, 20. 11, 9. — β., absque inf., Matth. 3, 15. (bis) Marc. 5, 19. 11, 6. 14. 6. Luc. 13, 8. Joh. 12, 7. 13, 48. Act. 14, 7. — γ., ἀφίημί τινί τι, concedo alicui aliquid, Matth. 5, 40. (Luc. 6, 29. μὴ κωλύσῃς.) — δ., seq. ἵνα, Matth. 11, 16. — ε., sequente simplici coniunctivo (Arrian. dissert. Epict. 1, 9. ἄφες δείξωμεν, 3, 12. ἄφες ἴδω), Matth. 7, 4. (Luc. 6, 42.) 27, 49. (Marc. 15, 36.) — **d.,** omitto, τι, Luc. 11, 42.

Ἀφικνέομαι (οἶμαι), f. ἀφίξομαι, (ἀπό, ἵκω, ἱκνέομαι. Cf. ἔχω, ἴσχω, ἰσχνέομαι) pervenio — εἰς, Rom. 16, 19.

Ἀφιλάγαθος, οῦ, ὁ, ἡ, (α priv. et φιλάγαθος ex φίλος et ἀγαθός) boni bonorumque hominum inimicus, 2 Tim. 3, 3.

Ἀφιλάργυρος, ου, ὁ, ἡ, (α priv. et φιλάργυρος ex φίλος et ἄργυρος) non amans pecuniae, non avarus, 1 Tim. 3, 3. — ἀφιλ. ὁ τρόπος (scil. ἔστω), vitam agamus sine avaritia, Hebr. 13, 5.

Ἄφιξις, εως, ἡ, (v. ἀφικνέομαι) **a.,** adventus (apud script. graec.) **b.,** in N. T. abitus, discessus, Act. 20, 29.

Ἀφίστημι, f. ἀποστήσω, (ἀπό et ἵστημι) **a.,** absistere facio (praes. imperf. fut. aor. 1. act.), ἀφίστησι λαὸν ὀπίσω αὐτοῦ, avertit . . post se (i. e. ut se suasque partes sequatur. Constructio praegnans), Act. 5, 37. — **b.,** desisto ab aliquo (perf. plusqu. aor. 2. act.) ἀπό τινος, Luc. 4, 13. 13, 27. Act. 5, 38. 22, 29. 2 Cor. 12, 8. 2 Tim. 2, 19. (ἀπὸ ἀδικίας etc. alludit hic locus ad Num. 16, 26. Jes. 32, 11. cf. Sirac. 7, 2.) — discedo ab alicuius latere, Act. 12, 10. — desino agere, rem habere, versari cum aliquo, Act. 15, 38. 19, 9.; ἀπὸ θεοῦ, deficio, Hebr. 3, 12. — **c.,** Med. ἀφίσταμαί τινος, deficio

ab aliquo, 1 Tim. 4, 1. — ἀπό τ. me abstineo ab aliquo, Luc. 2, 37. (cf. Levit. 10, 7.) 1 Tim. 6, 5. — absol. deficio, Luc. 8, 13.

Ἄφνω (i. q. ἄφνως), adv., (v. ἐξαίφνης, ἐξάπινα) repente, Act. 2, 2. 16, 26. 28, 6.

Ἀφόβως, adv., (ἄφοβος, α priv. et φόβος) sine metu, secure, Luc. 1, 74. 1 Cor. 16, 10. (ἀφόβως γενέσθαι πρός τινα. Cf. Hom. Iliad. 3, 95.) Phil. 1, 14. Jud. v. 12.

Ἀφομοιόω (ῶ), f. ώσω, (ἀπό, ὅμοιος. Cf. ἀπογλυκαίνω, ἀποδενδρῶ, nostr. versüssen, versilbern,) similem reddo (verähnlichen) τινά τινι. Pass., Hebr. 7, 3.

Ἀφοράω (ῶ), f. ἀπόψομαι, (perf. ἀφεώρακα) — εἴς τινα (cf. ἀποβλέπω) oculos (ab aliis rebus averto et) converto in aliquem, Hebr. 12, 2.

Ἀφορίζω, f. ίσω, fut. att. ἀφοριῶ, Matth. 13, 49. (ἀπό et ὁρίζω, i. e. ὅρον facio, — distermino) **a.**, separo, τινά, Act. 19, 9. — ἐμαυτόν, Gal. 2, 12. — τινὰ (ἐκ μέσου τινῶν. hebr.), Matth. 13, 49. — τινὰ ἀπό τινος, Matth. 25, 32. — τινὰ εἴς τι, seligo aliquem ad aliquid (peragendum), Act. 13, 2. Rom. 1, 1. Gal. 1, 15. cf. Levit. 20, 26. — **b.**, secludo aliquem ut infamia notatum (cf. ἀποσυνάγωγος, ἀνάθεμα), Luc. 6, 22. (Jes. 66, 5.) — **c.**, aor. 1. Pass. signif. med. ἀφορίσθητε, separate vos, 2 Cor. 6, 17.

Ἀφορμή, ῆς, ἡ, (ἀπό, ὁρμή, qu. v.) v. de vi et usu huius vocab. Viger. p. 81. ed. Hermann. et Phryn. p. 223. edit. Lobeck. — inceptio; id, quo studium excitatur; pl. ἀφορμὰς εἰς τὸν βίον καταλείπειν τινί, Xen. Mem. 3, 12, 4. — occasio, incitamentum — λαμβάνω ἀφορμήν, materiam sumo, excitor, Rom. 7, 8. 11. — ἀφορμήν τινος (alicuius rei) δίδωμι τινι, materiam rei praebeo alicui, 2 Cor. 5, 12. 1 Tim. 5, 14. — εἰς ἀφορμὴν τινι, Gal. 5, 13. (modo ne libertatem convertite in materiam, quae nutrimento sit carni.) — ἐκκόπτω τὴν ἀφορμὴν τινος, praescindo materiam (gloriandi), 2 Cor. 11, 12. — θέλω ἀφορμήν, 2 Cor. 11, 12.

Ἀφρίζω, f. σω, (v. ἀφρός) spumo, Marc. 9, 18. 20.

Ἀφρός, οῦ, ὁ, spuma, Luc. 9, 39.

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, (a v. ἄφρων, cf. ἐλεήμων, ἐλεημοσύνη) insipientia (quae solet esse comes iactantiae), 2 Cor. 11, 1. 17. 21. Cf. 2 Cor. 12, 6. — ὑπερηφανία, ἀφροσύνη, Marc. 7, 22.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, (α priv. et φρήν. cf. εὔφρων, σώφρων) stultus, Luc. 11, 40. 12, 20. Rom. 2, 20. 1 Cor. 15, 36. 2 Cor. 11, 16. — (opp. φρόνιμος, v. 19.) 6. 11. Eph. 5, 17. 1 Petr. 2, 15.

Ἀφυπνόω (ῶ), f. ώσω, (ἄφυπνος, i. e. ap. profan. expergefactus, ergo ἀφυπνόω ap. prof.: vel excito e somno, vel intrans. expergefio, i. q. ἀφυπνίζομαι, ἐξυπνίζομαι); in N. T.: obdormio (quod veteres Graeci expresserunt per: καθυπνόω, v. Lob. ad Phryn. p. 224.), Luc. 8, 23.

Ἄφωνος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et φωνή) **a.**, vocis (sermonis) expers, mutus, 1 Cor. 12, 2. (εἴδωλα cf. Ps. 115, 5.) 2 Petr. 2, 16. — οὐδὲν . . ἄφωνον, nullum est linguarum genus, quod non voces exprimat, 1 Cor. 14, 10. — **b.**, qui ne sonum quidem edit, — ἀμνός, Act. 8, 32. (Jes. 53, 7.)

Ἄχαζ, ὁ, (אָחָז, i. e. quem apprehendit Dominus, θεόδεκτος) Achas (rex Judae, filius Jothami, 2 Reg. 15, 38. 16. 1. Jes. 1, 1.), Matth. 1, 9.

Ἀχαΐα, ας, ἡ, Achaia, **a.**, sensu *angustiori:* provincia in Peloponneso s. Morea, regione Graeciae versus septentrionem sita, cuius metropolis Corinthus erat. (Sub Augusto provincia erat proconsularis; Tiberius eam cum Macedonia fecit provinciam Caesareanam, Claudius vero utramque senatui reddidit. Sueton. vit. Claud. c. 25.) Act. 18. 12. 1 Cor. 16, 15. 2 Cor. 1, 1.

b., sensu *latiori:* Peloponnesus et Graecia (omnes regiones inter Peloponnesum et Thessaliam interceptae simul cum Macedonia. v. Ἑλλάς. Cf. Cellar. Notit. Orbis antiqu. tom. 1. Polyb. 2, 38.), Act. 19, 21. Rom. 15, 26. 2 Cor. 11, 10. 1 Thess. 1, 7. 8.

Ἀχαϊκός, οῦ, ὁ, Achaicus (vir quidam Christianus), 1 Cor. 16, 17.

Ἀχάριστος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et χαρίζομαι) ingratus (cf. Xen. Mem. 2, 1. 1—3.). Luc. 6, 35. 2 Tim. 3, 2.

Ἀχείμ, ὁ, (nom. hebr.), Achim (filius Sadoci cuiusdam, unus e maioribus Christi), Matth. 1, 14.

Ἀχειροποίητος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et χειροποίητος ex χείρ et ποιέω) manibus non factus, Marc. 14, 58. 2 Cor. 5, 1. Col. 2, 11.

Ἀχλύς, ύος, ἡ, (Suid. ἀχλύς· σκότος, ὁμίχλη, ζόφος, ἀμβλυωπία. Hom. Od. 7, 41. Plut. vit. Alex. M. c. 45.) Act. 13, 11.

Ἀχρεῖος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et χρεῖος, utilis) inutilis, qui nihil praestat (Xen. Mem. 1, 2, 54. ἀχρεῖον κ. ἀνωφελές), de servo (ut ap. Platon. in Alcibiade: τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον), Matth. 25, 30. (Luc. 17, 10.)

Ἀχρειόω (ῶ), f. ώσω, (v. ἀχρεῖος) inutilem reddo. — Pass. inutilis fio, Rom. 3, 12. (Ps. 14, 3.)

Ἄχρηστος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et χρηστός, habilis, utilis, a v. χράομαι, χρήσομαι, utor) inutilis, cuius nullus usus est; (oppon. εὔχρηστος) — de servo: Philem. v. 11.

Ἄχρι et ἄχρις, (sive sequatur vocalis, sive non) adverb. nonnumquam praepositionis et coniunctionis vices gerens (observante Eustathio formatum ex μέχρι, abiecta litera μ), **a.**, construct. c. gen.: *α.*, *usque ad* — ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης, Act. 2, 29. 3, 21. 23, 1. 26, 22. 2 Cor. 3, 14. (ἄχρι τῆς σήμερον.) — Cf. Matth. 28, 15. μέχρι τῆς σήμερον. — ἄχρι ἧς ἡμέρας, Luc. 1, 20. 17, 27. (Matth. 24, 38. Act. 1, 2.) ἄχρις αὐγῆς, Act. 20, 11. Rom. 8, 22. 1 Cor. 4, 11. Phil. 1, 6. — ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, Act. 22, 22. — ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ, Act. 11, 5. Cf. eodem modo ad spatium relatum, Act. 13, 6. 18, 15. 20, 4. 2 Cor. 10, 13. 14. Apoc. 14, 20. 18, 5. — Rom. 1, 13. (ἄχρι τοῦ δεῦρο) 5, 13. (ἄχρι νόμου. At v. 14. ἀπὸ . . μέχρι Μωϋσέως) Gal. 4, 2. (ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός) Hebr. 4, 12. 16, 11. (ἄχρι τέλους) et Apoc. 2, 26. — ἄχρι θανάτου, Act. 22, 4. Apoc. 2, 10. 12, 11. (cf. Phil. 2, 14. 30.) — ἀπὸ . . ἄχρι, Phil. 1, 5. — *β.*, ἄχρι καιροῦ, per aliquod tempus, satis diu (legitur ap. Philon. etiam ἄχρι παντός), Luc. 4, 13. Act. 13, 11. (Sed videtur haec formula dicere: usque ad *certum* tempus.) — ἄχρι ἡμερῶν πέντε, post quinque dies, Act. 20, 6. (Sed exactius formula exprimitur sic: usque ad diem

quintum. Cf. Luc. 3, 23. ἦν ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, quod dictum pro: ἔτους τριακοστοῦ.) — γ., ἄχρις οὗ, sequente verbo, dum: ἄχρις οὗ καλεῖται, dum, quamdiu aiunt: hodie, Hebr. 3, 13. (cf. Joh. 9, 4. ἕως ἡμέρα ἐστίν, et 12, 35. 36.) — usque dum, donec, — ἄχρις οὗ ἀνέστη, Act. 7, 18. — 27, 33. (cf. ἕως ἔστη, Matth. 2, 9.) — sequens **coniunctivus aoristi** vim habet futuri exacti, — ἄχρις οὗ εἰςέλθῃ, donec intraverit, Rom. 11, 25. 1 Cor. 11, 26. Gal. 3, 19. 4, 19. Apoc. 7, 3. 20, 3. 5. — ἄχρις οὗ ἄν seq. coni. aor. (bis wann auch immer), 1 Cor. 15, 25. Apoc. 2, 25. — **δ.,** ἄχρι (pro: ἄχρις οὗ) ἄχρι πληρωθῶσι, Luc. 21, 24. Apoc. 15, 8.

Ἄχυρον, ου, τό, palea, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17.)

Ἀψευδής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (α priv. et ψεῦδος) mendacii expers, verax, Tit. 1, 2.

Ἄψινθος, ου, ὁ, Absinthus (nomen stellae), Apoc. 8, 11. — ἡ ἄψ. ibid. absinthium.

Ἄψυχος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et ψυχή) exanimis. — τὰ ἄψυχα, 1 Cor. 14, 7.

B.

Βαάλ, ὁ, (v. τοὺς ὁ, Num. 22, 41. 1 Sam. 16, 31.) et ἡ, (Zeph. 1, 4. Hos. 2, 8.) nomen indeclinabile (hebr. בַּעַל, dominus) Baal (idolum quoddam Phoenicior. et Cananaitar., Solem repraesentans, Assyrior. בֵּל [per contractionem vocis Baal], Dan. 14, 5. Jerem. 50, 2. 51, 44. Cf. Herodot. 1, 183. Diod. Sic. 2, 8. Διὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. Templum Beli Babylonici destruxit Xerxes), Rom. 11, 4. (τῇ Βαάλ.)

Βαβυλών, ῶνος, ἡ, (ab hebr. בָּלַל, confudit, Gen. 11, 9.) Babylon (urbs olim amplissima ad Euphratem sita, sedes regum Babyloniorum. Expugnaverat eam olim Cyrus, v. Xen. Cyr. 7, 5, 15. 26—30. Herodot. 1, 191. portas murosque eius diruit Darius Hystaspis. Condidit in eius vicinia Seleucus Nicanor novam urbem, Seleuciam dictam, qua magis magisque efflorescente, illa nitorem opesque perdidit. Plin. H. N. 6, 26. Curt. 5, 1. — De Babylonis reliquiis hodieque superstitibus exposuit Anglus: James Rich in: memoirs of the ruine of Babylon, Lond. 1818.), Matth. 1. 11. 12. 17. Act. 7, 43. — Nomen Babylonis transfertur ad Romam, 1 Petr. 5, 13. (v. Papias ap. Euseb. H. E. 1, 15. Oecumen. al.) Apoc. 14, 8. 16, 19. 17, 5. 18, 2. 10. 21.

Βαθμός, οῦ, ὁ, (forma ionica, v. Lobeck. ad Phryn. p. 324. Habent Appian. Artemidor. Lucian. Plut. Strabo. Cf. ἀναβαθμός, ap. Aelian. H. A. 6, 61. 11, 31. Dion. Cass. 65, 21. 68, 5. et forma attica: βασμός, οῦ, Pausan. Callixen. Athen. a verbo obsoleto βάω, βάζω, i. e. βαίνω) gradus, 1 Tim. 3, 13.

Βάθος, εος (ους), τό, (a verb. obs. βάω, βάζω. Cf. βαθύς, εῖα, ύ, βάσσων) profunditas, altitudo. — Opp. ὕψωμα, Rom. 8, 39. — Opp. ὕψος, Eph. 3, 18. — βάθος γῆς, solum profundum, Matth. 13, 5. (Marc. 4, 5.) — βάθος πλούτου, Rom. 11, 33. (o altas divitias sapientiae et scientiae Dei!) — ἡ κατὰ βάθος πτωχεία, altissima paupertas, 2 Cor. 8, 2. — τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, arcana Dei consilia, 1 Cor. 2, 10. — τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ (al. codd.

τὰ βαθέα τ. Σ. a βαθύς, qu. v.) Apoc. 2, 24. (Sens. „qui non cognoverunt illorum haereticorum prava dogmata, quae illi [abusive] altitudines vocant, sunt scilicet altitudines Satanae.“ Vid. Calmet. ad h. l.)

Βαθύνω, f. υνῶ, (a v. βαθύς, qu. v. Cf. ταχύνω, παχύνω, εὐθύνω, al.) profundum facio (excavando), Luc. 6, 48.

Βαθύς, εῖα, ύ, profundus, — τὸ φρέαρ, Joh. 4, 11. — ὕπνος, sopor altus (Aelian. V. H. 9, 13.), Act. 20, 9. — ὄρθρου βαθέος, primo diluculo, Luc. 24, 1. — τὰ βαθέα τοῦ Σατανᾶ, e lectione nonnullor. Codd. Apoc. 2, 24. v. sub voc. βάθος.

Βαΐον, ου, τό, (aiunt, esse vocabulum Aegyptiacum, Levit. 23, 40. 1 Macc. 13, 51.) ramus palmae — pl. Joh. 12, 13.

Βαλαάμ, ὁ, (nom. propr. ab hebr. בָּלַע, absorpsit, et עָם, populus, absorptio, i. e. victor populi, i. q. Νικόλαος) Balaam, s. Bileam (praestigiator et somniorum interpres, filius Beoris, ex Mesopotamiae urbe Petora oriundus, a quo Balacus, Moabitarum rex, data pecunia impetrare studuit, ut Israëlitas devoveret, Num. 22, 5. Deut. 23, 4. Jos. 24, 9.), 2 Petr. 2, 15. Apoc. 2, 14. (comparantur h. l. cum eo, qui Balaco suasit, ut puellas in castra Israelitarum mittens illos ad impudica primum, tum ad idola pelliceret, doctores illi, qui libertatem Christianam defendentes licentiam libidinibus et corruptis moribus dabant).

Βαλάκ, ὁ, (בָּלָק) Balac (rex Moabitarum, Num. 22, 2. 23, 7. 24, 10.), Apoc. 2, 14.

Βαλάντιον, ου, τό, crumena, sacculus (Aristoph. Ran. 772. Xen. Symp. 4, 2. οἱ ὁ, Job. 14, 7. Prov. 1, 4.), Luc. 10, 4. 12, 33. 22, 35. 36.

Βάλλω, f. βαλῶ, perf. βέβληκα, pro: βεβάληκα, (cf. κέκληκα, τέτμηκα, τέθνηκα) iacio. — **a.**, βάλλω τι, s. τινά — βάλλω κλῆρον, sortem mitto (s. emitto, e iactata urna; mittunt sortem οἱ λαγχάνοντες, v. λαγχάνω), Matth. 27, 35. (Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24. cf. Ps. 22, 19.) v. Plut. apophth. reg. Mor. 2. ψῆφον βάλλειν. — βάλλω τινὰ ῥαπίσμασι, alapas alicui infligo, palma caedo aliquem, Marc. 14, 65. — **b.**, βάλλω τι (τινά) εἰς.. — κονιορτὸν εἰς τὸν ἀέρα, Act. 22, 23. — *abiicio*, τὸν χόρτον εἰς κλίβανον, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) deiicio, πῦρ εἰς τὴν γῆν, Apoc. 8, 7. 12, 4. 9. 13. 14, 19. ..εἰς τὴν θάλασσαν, Marc. 9, 42. Apoc. 8, 8. 18, 21. cf. 19, 20. 20, 3. 10. 14. 15. — .. κόκκον εἰς τὸν κῆπον, Luc. 13, 19. — .. ἀργύριον εἰς τὸν κορβανᾶν (immitto), Matth. 27, 6. — .. χαλκὸν vel δῶρα εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, Marc. 12, 41. 43. (Luc. 21, 1. 4.) 44. (Luc. 21, 3. cf. Joh. 12, 6.) — insero: τὸν δάκτυλον εἰς τὰ ὦτά τινος, Marc. 7, 33. Joh. 20, 25. 27. — τὴν μάχαιραν εἰς τὴν θήκην, Joh. 18, 11. — χαλινοὺς εἰς τὸ στόμα (frena in ora mittere), Jac. 3, 3. — demitto: τινὰ εἰς τὴν κολυμβήθραν, Job. 5, 7. — (mitto) ἀμφίβληστρον, ἄγκιστρον εἰς τ. θάλασσαν, Matth. 4, 18. 17, 27. — τὶ εἰς τὴν καρδίαν τινός (suggero), Joh. 13, 2. (βάλλειν τι ἐν θυμῷ τινος, Hom. Od. 1, 201. — βάλλ. εἰς νοῦν τινι, Plut. Timol. c. 3. Pindar. Olymp. 13, 21.) — βάλλειν τινὰ εἰς κλίνην (proiicio), de morbis aliquem invadentibus, Apoc. 2, 22. — τινὰ εἰς φυλακήν (*coniicio* aliquem in vincula), Matth. 5, 25. (Luc. 12, 58.) 18, 30. Luc. 23, 19. 25. Joh. 3, 24. Apoc. 2, 19. Act. 16, 23. 24, 37. — βάλλω ἐμαυτόν

(proiicio me) *εἰς τὴν θάλασσαν*, Joh. 21, 7. — Matth. 21, 21. (Marc. 11, 28.) — res fluidas: *infundo*, *οἶνον εἰς ἀσκούς*, Matth. 9, 17. (Luc. 5, 37.) Marc. 2, 22. (Luc. 5, 38.) Joh. 13, 5. — **c.**, *βάλλω τι ἐπί..* — *ἐπὶ τὴν γῆν* (*μάχαιραν*, *εἰρήνην*), Matth. 10, 34. (Luc. 12, 51.) — *βάλλω λίθους ἐπί τινα*, Joh. 8, 7. 59. — *χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλήν*, Apoc. 18, 19. — *ἐπί τινος*: *μύρον* (unguento perfundere aliquem), Matth. 26, 12. (cf. Marc. 14, 3.) — *σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς* (semen spargere), Marc. 4, 26. — Pass. *βέβλημαι ἐπὶ κλίνης*, morbo correptus iaceo in lecto, Matth. 9, 2. Marc. 7, 30. Luc. 16, 20. (omisso *ἐπὶ κλίνης*, Matth. 8, 6. 14.) — **d.**, *βάλλω τι* (*τινὰ*) *ἔμπροσθεν* s. *ἐνώπιόν τινος* (depono, demitto), Apoc. 4, 10. (coronas) 2, 14. (*σκάνδαλον*, offendiculum ponere alicui.) — *μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* (proiicio alicui), Matth. 7, 6. — **e.**, *βάλλω τί τινι* (proiicio alicui — panem canibus), Matth. 15, 26. (Marc. 7, 27.) — depono argentum apud nummularios, Matth. 25, 27. (Luc. 19, 23. *διδόναι ἐπὶ τὴν τράπεζαν*.) — **f.**, *βάλλω τι* (*τινὰ*) *ἔξω*, *κάτω*. — *ἔξω* (eiicio), Matth. 5, 13. 13, 48. Luc. 14, 35. Joh. 15, 6. — (expello). 1 Joh. 4, 18. — Cf. *ἐκβάλλω*. — *κάτω*, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 9.) — **g.**, *βάλλω τινὰ ἀπό τινος*, depello, v. c. daemones, Marc. 16, 10. (coll. Luc. 8, 2.) — *τὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ*, abiicio, Matth. 5, 29. 30. 18, 8. — ..*ἔκ τινος* (v. c. aquam ex ore), eiicio, Apoc. 12, 15. 16. — **h.**, *βάλλω τι περί τι*, sterno circum, Luc. 13, 8. — **i.**, *βάλλω κατά τινος* (de vento) irruo contra aliquem, Act. 27, 14.

Βαπτίζω, f. *σω*, (*βάφω*, *βαπτός*, tinctus.) — **1.**, submergo, immergo. (Polyb. 3, 72. Diod. Sic. 1, 36. Strabo lib. 12, p. 391. 14, p. 458. ed. Casaub.) — **2.**, in N. T. **a.**, Med. *βαπτίζομαι*, me lavo (2 Reg. 5, 14. Judith. 12, 7. Sirac. 31, vel 34, 27.), Marc. 7, 4. Luc. 11, 38. — *βαπτίζεσθαι βάπτισμα*, Marc. 10, 38. 39. (S. potestisne subire lotiones, quae quibusque mecum mensae accumbentibus subeundae sunt? Metaph. de laboribus exantlandis.) Luc. 12, 50. (Videtur eo alludi, quod sacerdotes, antequam victimas et sacrificia incenderent, loti esse debebant. — Priusquam ego ignem accendam, aquis me submergi oportet.) — **b.**, de ritu solenni lotionis primum a Joanne (baptista) instituto, quo populus ad poenitentiam et remissionem peccatorum comparabatur, v. *βάπτισμα*, *βαπτισμός*. Et *α.*, ad ***Joannis*** quidem baptisma verbum *βαπτίζειν* refertur locis hisce: — *βαπτίζω*, absol. baptismum administro, Marc. 1, 4. Joh. 1, 25. 28. 3, 23. 10, 40. — *ὁ βαπτίζων*, i. q. *ὁ βαπτιστής*, Marc. 6, 14. — *βαπτίζειν βάπτισμα*, Act. 19, 4. — *ἐν ὕδατι* (hebr. pro simplici dat.) ope aquae, Matth. 3, 11. (Marc. 1, 8. — sed Luc. 3, 16. *ὕδατι*, ut Act. 1, 5. 11, 16.) Joh. 1, 33. — *βαπτίζω τινά*, Matth. 3, 11. (Marc. 1, 8. Luc. 3, 16.) — Pass. Luc. 3, 21. Joh. 1, 23. — *βαπτίζομαι ὑπό τ.*, Matth. 3, 13. 14. Luc. 3, 7. 7, 30. — *ἐβαπτίζοντο* (*ὑπ' αὐτοῦ*) *ἐν τῷ Ἰορδάνῃ*, Matth. 3, 6. (Marc. 1, 5.) .. *εἰς τὸν Ἰορδάνην*, Marc. 5, 9. — *βαπτισθεὶς τὸ βάπτισμά τινος*, Luc. 7, 30. — *βαπτισθῆναι εἴς τι*, *εἰς βάπτισμά τι*, Act. 19, 3. (cuinam baptismo vos tradidistis?) — *β.*, ad ***Christi*** baptisma idem verbum refertur in locis deinceps notatis hisce: — *βαπτίζω*, simpliciter dictum (baptismum administro), Joh. 3, 22. 26. 4, 1. 2. 1 Cor. 1, 17. — Pass., Act. 8, 36. 10, 47. 16, 33. 18, 8. — *βαπτίζω τινά*, 1 Cor. 1, 16. — *βαπτίζ. τινὰ εἰς τὸ ὄνομά τινος*, Matth. 28, 19. (Vulg. reddit: in nomine, h. e. nomine et auctoritate [Patris, Filii et Spiritus Sancti].) Cf. 1 Cor.

1, 14. 15. — βαπτίζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, Act. 2, 38. (Vulg. in nomine Jesu Christi. Hic locus non pugnat cum l. Matth. 28, 19. Vult enim intelligi sanctus apostolus baptismum a Jesu Christo institutum, qui a baptismo Joannis differret, v. Calmet. ad h. l.) .. εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, Act. 8, 16. 19, 5. (Vulg. in nomine ..) .. ἐν τῷ ὀνόμ. τοῦ κυρίου, Act. 10, 48. — εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, Rom. 6, 3. — εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, ut cum eo moreremur, peccatis scil. et vitae novitate resurgeremus (cf. Col. 2, 12.), Rom. 6, 3. cf. Gal. 3, 27. — ἐν ἑνὶ πνεύματι εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, per unum Spiritum S. in baptismo regenerati novisque viribus instructi in unum coaluimus corpus, 1 Cor. 12, 13. —. Med. imperat. βάπτισαι κ. ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου (Vulg. baptizare et ablue), sinas tibi impertiri baptismum et ablui tua peccata, Act. 22, 16. — Formulae a baptismi ritu petitae et verbum baptizandi comparationis caussa in usum vertentes: βαπτίζειν πνεύματι ἁγίῳ, Marc. 1, 8. (quem is, scil. Christus conferet baptismum, largitio erit spiritus sancti) Joh. 1, 33. Act. 1, 5. 11, 16. — .. ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, Matth. 3, 11. et Luc. 3, 16. (πυρί. Plerique interpretes hanc vocem illustrari putant eo, quod Act. 2, 3. narratur, Spiritum S. assumta forma igneae linguae in apostolos delapsum esse; alii vero πῦρ illud intelligunt, quod homines perditos consumturum est, quia statim sequantur verba: τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, Matth. 3, 12. Luc. 3, 17.) — εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο, se baptizandos dederunt in Mosen, i. e. ut Mosen ducem sequerentur, 1 Cor. 10, 2. — .. ἐν τῇ νεφέλῃ κ. ἐν τῇ θαλάσσῃ, per nubem et mare, 1 Cor. 10, 3. (spectat igitur Apostolus transitum Israëlitarum per mare tamquam imaginem s. figuram baptismi Christiani.) — οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, qui se baptizandos tradunt (Pass. h. l. vim habet Medii) pro mortuis, vel mortuorum causa, 1 Cor. 15, 29. (Varias huius loci interpretationes recensuit Calmetus in Dissertatt. ad N. T. tom. III. edit. Mansi, Dissert. de baptismate pro mortuis. At videtur Apostolus hoc sibi velle: si Christus non resurrexit spesque resurrectionis futurae omnino inanis est, nonne stulte agunt quicunque mortuorum causa, i. e. spe in mortuis [in Christo scilicet] collocata, baptismum suscipiunt?)

Βάπτισμα, τος, τό, (a v. βαπτίζω, 1. perf. pass.) — **a.**, immersio, lotio, lustratio — βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, metaph. de calamitatum perpessione, v. supr. βαπτίζω (caeterum, cf. phrases: μέμψιν δικαίαν μέμφομαι, Aristoph. Plut. 10. — τόλμημα τολμᾶν, Plut. 419. — δεινότατον ἔργον ἐργάσασθαι, Lucian. Gall. ab initio, et formulas sub voc. ἀγάπη, ἀγών, αἰχμαλωτεύω, κρίσις, φόβος, χαρά allatas), Marc. 10, 38. 39. Luc. 12, 50. — **b.**, sacra lotio eorum, qui Christo nomen daturi sunt (καθαρισμός, Joh. 3, 25.), Eph. 4, 5. Col. 2, 12. 1 Petr. 3, 21. — κηρύσσειν τὸ βάπτισμα, Act. 10, 37. 13, 24. — βάπτισμά τινος, a., Ἰωάννου, Matth. 21, 25. (Marc. 11, 30. Luc. 20, 4.) Act. 1, 22. 18, 25. 19, 3. — .... βάπτισμα μετανοίας (εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν), „baptismum poenitentiae (quasi candidatum remissionis et sanctificationis in Christo subsecuturae." Tertull.), Marc. 1, 4. (Luc. 3, 3.) Act. 13, 24. 19, 4.

Βαπτισμός, οῦ, ὁ, (βαπτίζω) lotio, purgatio, ablutio — .. ξεστῶν κ. ποτηρίων, Marc. 7, 8. — pl. de lotionibus leviticis, Hebr. 9, 10. — de lotio-

nibus in ecclesia Christi frequentatis (baptismo, lotione pedum advenis praestari solita, al.), Hebr. 6, 2. (construe: καταβαλλόμενοι θεμέλιον διδαχῆς [περὶ] βαπτισμῶν.)

Βαπτιστής, οῦ, ὁ, (βαπτίζω, 3. perf. pass.) baptista (qui ritum baptismi administrat), Matth. 3, 1. 11. 11. 12. Marc. 6, 24. 25. 8, 28. Luc. 7, 20. 28. 33. 9, 19.

Βάπτω, f. ψω, **a.**, immergo, — τὸ ψωμίον, Joh. 13, 26. — tingo, — τί τινος, Luc. 16, 24. (cf. λούεσθαι ποταμοῖο, Hom. Iliad. 5, 5. al.) — **b.**, tingo (färben), τινί, v. c. ἱμάτιον αἵματι, Apoc. 19, 13.

Βαραββᾶς, ὁ, (nom. propr. ex בַּר, filius, et אַב s. אַבָּא, pater, filius patris) Barabbas, latro, Matth. 27, 16. 17. 20. 26. (Marc. 15, 7. 11. 15. Luc. 23, 18. Joh. 18, 40.)

Βαράκ, ὁ, (nom. propr. בָּרָק, fulgur) Barac (filius Abinoami, dux Israëlitarum, Judic. 4, 6. 8.) Hebr. 11, 32.

Βαραχίας, ὁ, (hebr. בֶּרֶכְיָהוּ) Barachias (nomen ei fuit Jojadae, 2 Chron. 24, 20.), Matth. 23, 35. (Luc. 11, 51.)

Βάρβαρος, ον, ὁ, ἡ, (vocab. ὀνοματοπεποιημένον ad loquelam eius notandam et risui exponendam, qui vel rauco loquendi genere, vel peregrina utitur lingua, quasi idem semper repetat: bar, bar) is, qui utitur lingua peregrina s. exotica (cf. Ovid. Trist. 5, 10, 37. „barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.“ Graecis barbari sunt Non-Graeci, Latinis Non-Latini), 1 Cor. 14, 11. — Non-Graecus, Rom. 1, 14. — Non-Romanus, Act. 28, 2. 4. — Non-Judaeus, Col. 3, 11.

Βαρέω, ῶ, f. ήσω, onero, gravo, degravo. — Pass. gravor, 2 Cor. 5, 4. (βαρούμενοι, dum gravamur, scil. mole corporis) 1 Tim. 5, 16. (ne gravetur, scil. superfluis sumtibus.) ἐβαρήθημεν, 2 Cor. 1, 8. (scil. doloribus corporis.) — βεβαρημένος — ἦσαν βεβαρημένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν (somno graves), Matth. 26, 43. (Marc. 14, 40.) — ἔν τινι, hebr. pro simplici dat. (ut οἴνῳ βεβαρηότες, Hom. Od. 19, 122. — τῇ νόσῳ, Diod. Sic. 4, 38.) μήποτε .. βαρηθῶσιν ἐν κραιπάλῃ, crapula, Luc. 21, 34. Cf. βαρύνω.

Βαρέως, adv. (a v. βαρύς) difficulter, ἀκούω, Matth. 13, 15. et Act. 28, 27. (Jes. 6, 10.)

Βαρθολομαῖος, ου, ὁ, (hebr. בַּר תַּלְמַי, i. e. filius Tolmai) Bartholomaeus, unus e duodecim discipulis Christi, Matth. 10, 3. (Marc. 3, 18. Luc. 6, 14.) Act. 1, 13.

Βαριησοῦς, ὁ, (ex בַּר, filius, et יֵשׁוּעַ, Jesus) Bar-Jesus, pseudopropheta quidam, Act. 13, 6.

Βαρ-Ἰωνᾶς, ᾶ, ὁ, (ex בַּר filius, et יוֹנָה, Jonas) Bar-Jonas (cognomen Petri apostoli), Matth. 16, 17.

Βαρνάβας, α, ὁ, (ex בַּר, filius, et נְבָא, παράκλησις, solatium) Barnabas (cognomen Josae, genere Levitae, patria Cyprii, qui erat comes Pauli), Act. 4, 36. 9, 27. cap. 11. 12, 25. cap. 13 — 15. 1 Cor. 9, 6. Gal. 2, 1. 9. 13. Col. 4, 10.

Βάρος, εος, ους, τό, **a.**, pondus (Oppon. *τὸ ἐλαφρόν*), 2 Cor. 4, 17. (*τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως*, i. q. *ἡ ἐλαφρὰ θλίψις ἡ παραυτίκα*, et *τὸ αἰώνιον βάρος δόξης*, i. q. *ἡ βαρεῖα δόξα ἡ αἰώνιος*. Enarra igitur: leves brevesque aerumnae, quibus hisce in terris vexamur, ponderosam nobis aeternamque pariunt gloriam.) — **b.**, onus — *ἐπιτιθέναι τινί·* (Xenoph.), Act. 15, 28. — *βάλλειν ἐπί τινα*, Apoc. 2, 24. — *βαστάζειν τὸ βάρ. τινός*, Gal. 6, 2. — *τὸ βάρ. τῆς ἡμέρας*, ferre laborem diei, Matth. 20, 12. — *ἐν βάρει εἶναι*, oneri esse (v. c. poscenda alimonia), 1 Thess. 2, 7. (alii sic explicant: quamquam supercilio et auctoritate in vos uti poteramus tamquam magistri et apostoli, tamen facti sumus parvuli. Attamen primum pro voc. *νήπιοι* praestantiores codd. exhibent: *ἤπιοι*, i. e. benigni; deinde cf. locos 2 Cor. 11, 9. 1 Thess. 2, 9.)

Βαρσαβᾶς, ᾶ, ὁ, (ex בַּר filius et שָׁבַע iuravit.) Barsabas cognomen **a.**, Josephi cuiusdam, Act. 1, 23. — **b.**, Judae cuiusd., Act. 15, 22.

Βαρτίμαιος, ου, ὁ, (i. e. bar, filius Timaei.) Bartimaeus, Marc. 10, 46.

Βαρύνω, f. *νῶ*, aor. 1. pass. *ἐβαρύνθην*, gravo, *μήποτε βαρυνθῶσιν* (alia lectio *βαρηθῶσιν*, v. *βαρέω*), Luc. 21, 34. (*Βαρύνω* habet Diod. Sic. 4, 38.)

Βαρύς, εῖα, ύ, **a.**, gravis, i. e. onerosus, 1 Joh. 5, 3. (cf. Matth. 11, 30.) — **b.**, gravis, i. e. severus, — *αἱ ἐπιστολαὶ* (Pauli ap.) *βαρεῖαι κ. ἰσχυραί*, 2 Cor. 10, 10. — **c.**, *βαρύ*, id, quod magni momenti est. — *βαρέα αἰτιώματα*, gravia crimina, Act. 25, 7. — *τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου*, graviora praecepta legis, Matth. 23, 23. — **d.**, violentus, qui non parcit, v. c. *λύκος*, Act. 20, 29. (cf. Hom. Iliad. 1, 89. Aelian. V. H. 1, 34.)

Βαρύτιμος, ου, ὁ, ἡ, (ex *βαρύς* et *τιμή*) pretiosus, Matth. 26, 7. (Occurrit ap. Heliodor.)

Βασανίζω, f. *σω*, (a voc. *βάσανος*, qu. v.) propr. lapidem Lydium adhibeo metallis explorandis; — *τινά*, torqueo aliquem (tormentis adhibitis). — Trop. Pass. vexor, laboro, Marc. 6, 48. — *βασανίζω*, doloribus gravibus vexo, torqueo, Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. (Luc. 8, 28.) Apoc. 11, 10. — *τινά τινι* (dat. instrum.), 2 Petr. 2, 8. — Pass. Matth. 8, 6. Apoc. 9, 5. 20, 10. — (*ὠδίνουσα κ.*) *βασανιζομένη*, Apoc. 12, 2. (de partus doloribus Anthol. graec. 2. p. 205. ed. Jacobs.) cf. *ὀδυνῶμαι*, Luc. 16, 24. — de re inanimata: *τὸ πλοῖον ἦν βασανιζόμενον* (vexabatur) *ὑπὸ τῶν κυμάτων*, Matth. 14, 24.

Βασανισμός, οῦ, ὁ, (a v. *βασανίζω*) **a.**, exploratio per lapidem Lydium aut per tormenta. — **b.**, cruciatus, — *βασαν. καὶ πένθος*, Apoc. 18, 7. — *ὁ βασαν. τινος*, cruciatus, quo quis vexatur, Apoc. 18, 10. 15. 14, 11. — cruciatus eius, qui alium quendam cruciat, Apoc. 9, 5.

Βασανιστής, οῦ, ὁ, ἡ, (a v. *βασανίζω*) **a.**, tortor, tortor quaestionarius. — **b.**, ergastuli custos, carceris praefectus, i. q. *δεσμοφύλαξ*, Act. 16, 23. — *βασανιστήριον*, i. q. carcer ap. Symmachum (Jerem. 20, 2.) plur., Matth. 18, 34.

Βάσανος, ου, ἡ, (cf. *ἡ ψῆφος*) **a.**, lapis Lydius, quo metalla explorantur (Prüfstein). — **b.**, tormentum, i. e. *α.*, propr. instrumentum torquendi; *β.*, trop. cruciatus. — *ὁ τόπος τῆς βασάνου*, i. e. infernus, Luc. 16, 28. —

pl. ἐν βασάνοις ὑπάρχειν, doloribus cruciari, Luc. 16, 23. — (de morbis gravioribus) συνέχεσθαι βασάνοις, torminibus comprimi, Matth. 4, 24.

Βασιλεία, ας, ἡ, (vox affinis verbo: βασιλεύω, et nomini: βασιλεύς. Differunt ἡ βασιλεία et ἡ βασίλεια, quemadmodum differunt: ἡ ἱερεία et ἡ ἱέρεια, ἡ πρυτανεία et ἡ πρυτάνεια.) **a.,** imperium (regis), potestas regia (θρόνος), Luc. 1, 33. 19, 12. 15. 22, 29. (cf. Matth. 19, 28.) 1 Cor. 15, 24. Joh. 18, 36. Apoc. 17, 12. — i. q. δόξα (Marc. 10, 37.), Matth. 20, 21. — ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασ., ornatu regio amictum venire, Matth. 16, 28. (cf. Marc. 9, 1.) Luc. 23, 42. — ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν, ἱερεῖς, ornavit nos dignitate regum, fecit (constituit) nos sacerdotes, Apoc. 1, 6. (Ex. 19, 6. 1 Petr. 2, 9.) 5, 10. — **b.,** regnum, i. e. terra regis imperio subiecta, Apoc. 16, 10. — τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας, Marc. 6, 23. — plur., Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5.) Hebr. 11, 33. — **c.,** regnum, i. q. res publica, quae certis legibus regitur et ordine continetur, Matth. 12, 25. (Marc. 3, 24. Luc. 11, 17.) — **d.,** formula in primis celebrata: ἡ βασιλ. τοῦ θεοῦ, ἡ βασιλ. τῶν οὐρανῶν, regnum Dei, regnum coeleste. (Not. Formula: ἡ βασ. τῶν οὐρ. lectoribus N. T. in solo evang. Matthaei occurrit, et ibi quidem in locis hisce: Matth. 3, 2. 4, 17. 5, 3. 10. 19. 20. 7, 21. 8, 11. 10, 7. 11, 12. 13, 11. 24. 31. 33. 44. 47. 52. 16, 19. 18, 1. 3. 4. 23. 19, 12. 20, 1. 22, 2. 23, 13. 25, 1.) — α., ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, imperium Dei omnipotentis. (Cf. Dan. 3, 100. 4, 31. ἐξουσία, et 6, 26. κυρεία, — 37, 2. ὁ βασιλεὺς τοῦ οὐρανοῦ.) Apoc. 12, 10. (ἡ δύναμις κ. ἡ βασιλ. κ. ἡ ἐξουσία.) Matth. 6, 10. et Luc. 11, 2. (utinam res omnes creatae intellectu pollentes imperium tuum agnoscant tuaeque providentiae decretis humillime pareant. Theophylact.) — Si ego diabolum expello vi divina, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασ. τοῦ θεοῦ, ad vos pervenit regnum Dei, i. e. conspicuum se vobis reddit imperium Dei, Matth. 12, 28. (Luc. 11, 20. Alii enarrant: si . . . vi divina, patet Messiam iam adesse.) — Verbis ultimis Orationis Dominicae (Matth. 6, 13.) in multis codd. et editionibus graecis annexa haec reperitur doxologia: ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. quoniam tuum est regnum et potentia et gloria in saecula. Amen. βασιλεία etiam in his verbis est imperium. (Leguntur ista verba etiam in Constitutt. Apost., Opere imperfecto in Matthaeum, S. Chrysostomo, antiquis Graecorum liturgiis, et Syriaca Gothicaque versionibus. At nullus vetus evangeliorum codex apud Latinos et Graecos ea praebet, et videntur e liturgicis libris in Matthaei textum irrepsisse. Quare merito cum edit. Complut. Erasmo, Camerario, Grotio, Millio, Wetsten., Griesb. omittuntur.) — β., Regnum Dei s. regnum coeleste, i. e. vita (felicitas) aeterna, — εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασ. τοῦ θεοῦ, i. q. σωθῆναι, Matth. 19, 23. 24. (coll. v. 25.) et Marc. 10, 23. 24. (coll. v. 26.) et Luc. 18, 24. 25. (coll. v. 26.) seu εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, Matth. 19, 17. — Cf. κληρονομεῖν τὴν βασ., Matth. 25, 34. (et v. 46. ἀπελθεῖν εἰς ζωὴν αἰώνιον.) Eadem vox vim habet in locis hisce: Matth. 5, 3. 10. (cf. v. 12. ἐν τοῖς οὐρανοῖς) 19. (ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασ. τῶν οὐραν., i. e. regno coelor. excludetur, cf. v. 20. Chrysost. Theophylact. — Opp. μέγας κληθήσεται ἐν τ. β. v. 19. i. e. particeps futurus est vitae aeternae.) 20, 1. (cf. v. 16. ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.) Marc. 12, 34. (prope abes a regno

Dei, i. e. si tu illud mandatum, quod summum recte dicis, exequeris, vita aeterna potieris. Cf. pericopam Luc. 10, 25—28.) Luc. 12, 31. (Matth. 6, 33.) 2 Thess. 1, 5. 2 Tim. 4, 18. (*σώσει με εἰς τὴν βασ. αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον.*) Hebr. 12, 28. (coll. v. 22—24.) Comparatur regnum coeleste cum convivio, Matth. 8, 11. 12. (Luc. 13, 29.) Formula: *εἰςελθεῖν εἰς τ. β.* legitur Matth. 5, 20. 7, 21. 18, 3. 19, 23. 24. (Marc. 10, 23. Luc. 18, 24.) 23, 13. (14.) Marc. 10, 15. (Luc. 18, 17.) — i. q. *ἰδεῖν τὴν β. τ. θ.*, Joh. 3, 3. — *κληρονομεῖν τὴν βασ. τ. θ.*, Matth. 25, 34. 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. Gal. 5, 21. — Sed ut homines ad vitam aeternam adspirare possent, Deus filium suum in mundum ablegavit (Joh. 3, 16.), qui conderet ecclesiam. Hic quum munus suum salutare administratum venisset, acclamari hominibus potuit: *ἤγγικε ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν* s. *τοῦ θεοῦ*, i. e. Messias adest, parabitur vobis aeterna felicitas, Matth. 3, 2. (ad *μετανοεῖτε* cf. Act. 3, 26. 11, 18.) 4, 17. (Marc. 1, 15.) — *κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασ. τ. θεοῦ*, Marc. 1, 14. — *κηρύσσειν τὴν βασ. τ. θ.*, Luc. 8, 1. 9. 2. Act. 20, 25. 28, 31. — *εὐαγγελίζεσθαι τὴν βασ. τ. θ.*, Luc. 4, 43. 8, 1. cf. 16, 16. (*ἡ βασ. τοῦ θ. εὐαγγελίζεται.*) — *διαγγέλλειν τὴν βασ. τ. θ.*, Luc. 9, 60. — *εὐαγγελίζεσθαι τὰ περὶ τῆς βασιλείας τ. θεοῦ κ. τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ*, Act. 8, 12. cf. Act. 19, 8. — v. *εὐαγγέλιον* et *εὐαγγελίζομαι*. — *ὁ λόγος τῆς βασιλ.*, Matth. 13, 19. — Erant inter Judaeos homines pii, qui regnum Dei, i. e. adventum *Messiae* desiderarent, Luc. 2, 30. (*τὸ σωτήριόν σου*, coll. v. 26. *τὸν Χριστὸν κυρίου.*) 2, 25. (*προςδέχεσθαι παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ.*) cf. v. 38. (*προςδ. λύτρωσιν.*) coll. 23, 51. (*προςδ. τὴν βασ. τ. θεοῦ.*) Confertur annunciatio regni divini cum invitatione ad convivium, qood rex quidam suo filio parasset, Matth. 22, 2—14. Luc. 14, 16—24. — Spernunt hanc invitationem ii, qui poenitentiam agere mentemque mutare nolunt; quamquam regno divino, i. e. felicitati aeternae, omnes opes terrae posthabendae sunt. Vid. parabolas Matth. 13, 44—46. (de margarita et de thesauro recondito.) Ex quo Joannes auctoritate legis divinae Judaeos ad emendandos mores cohortatus est (ex eo ipso tempore), *ἡ βασιλεία τῶν οὐραν. βιάζεται*, vim patitur, i. e. vexantur et iniuriis afficiuntur ii, qui hominum animos ad vitam aeternam consequendam praeparare student, Matth. 11, 12. (Luc. 16, 16. *πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται*, omnis in illud regnum irruit, ipsum oppugnaturus. — „Toto hoc capite Christus legem veterem cum nova comparat [cf. Matth. 5, 17. seq. et Luc. 16, 17.] damnatque saevitiam, qua vexatus est Praecursor et contemtum, quo Judaeae urbes sua ipsius verba reiecere." v. Calmet-Mansi ad Matth. l. c.) — Dicuntur Pharisaei *κλείειν τὴν βασ. τῶν οὐρ. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, h. e. viam ad salutem s. in coelum praecludere hominibus (legis sanctitatem perniciosis interpretationibus corrumpendo eiusque praecepta nefarie violando, v. Chrysost.) Matth. 23, 13. („S. Chrysost. Euthym. Theophylact. Auctor Operis imperfecti in Matthaeum, Graeci codices typis vulgati et manu exarati plerique hunc versum 13. post vers. 14. transferunt, alii praeponunt, prorsus omittunt alii. Non legunt Origenes et S. Hieronymus, et apud Canonem Eusebii tribuitur Lucae, Luc. 11, 52.: quamobrem sit coniecturae locus, illum e Luca in Matthaeum fuisse translatum." Calmet.) Apud Lucam (11, 52.) legitur: *ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως.* — Minitatur Jesus

legis peritis et Pharisaeis: *ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τ. θεοῦ* etc. auferetur a vobis regnum Dei et dabitur genti, quae fructus (*αὐτῆς*, i. e.) eo dignos profert. Matth. 21, 43. (i. e. vobis quidem prae caeteris parata erat regni coelestis felicitas, instar vineae vobis elocatae; sed cum fructus dure recusaveritis, genti non-judaeae illa felicitas sive ius facultasque ad eam adspirandi concedetur — nimirum per me ipsum, cui tamquam Messiae cultum et obsequium praestabit.) Idem alibi sic exprimitur: *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας* (promissionum heredes, electus populus [cf. Rom. 9, 4.]) *ἐκβληθήσονται*, eiicientur (e loco convivii [cf. Matth. 22, 13.]), Matth. 8, 12. vel: fores ipsis ingressuris claudentur, Luc. 13, 25—29. (cf. Matth. 7, 22. 23.) Matth. 25, 10—12. et *οἱ πρῶτοι ἔσονται ἔσχατοι*, Luc. 13, 30. Matth. 19, 30. 20, 16.

γ., Judaei animo informaverant regni terreni imaginem, et regni quidem, quod ipsis Judaeis opes splendidissimas, perennes voluptates, dominium in omnes gentes praestaret; hoc regnum aetate Christi prope adfuturum opinabantur, Luc. 19, 11. (*διὰ δοκεῖν αὐτοὺς, ὅτι .. μέλλει ἡ βασ. τ. θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.*) Marc. 11, 10. (*.. ἡ ἐρχομένη ἡ βασ. τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ.*) Hinc Pharisaeorum quaestio: *πότε ἔρχεται ἡ βασ. τ. θεοῦ;* Luc. 17, 20. — Et apostolos quoque usque ad primam pentecostes diem spes Judaeis communis tenebat, v. Act. 1, 6. (*εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;*) Quare Dominus necessarium duxit, *τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τ. θεοῦ*, i. e. naturam eius reconditam, quae semini animis inserendo et sponte crescenti comparari posset, parabolis adumbrare, Marc. 4, 11. (pluralem: *τὰ μυστήρια*, habent Matth. 13, 11. et Luc. 8, 10. i. e. res regni div. secretae.) Dicitur regnum coeleste sua fata habere in his terris; dicitur incrementa capere et amplificari, cum numerus eorum hominum augetur, qui se *vita aeterna* dignos reddunt (cf. Act. 13, 46.), h. e. qui evangelio fidem habent et vitae sanctimoniae student. Ut vero numerus illorum hominum augeatur, doctrinam evangelicam propagat ecclesia, Col. 4, 11. (*συνεργοὶ εἰς τὴν βασ. τ. θεοῦ.*) Matth. 19, 12. (*οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασ. τῶν οὐρ.*) Quare vaticinia, quae Christus de futuris edidit regni divini incrementis, et parabolae hoc argumentum involventes simul spectant *ecclesiam*. Eius generis sunt parabolae de *sinapi*, Matth. 13, 31. 32. (Marc. 4, 31. 32.) de *fermento*, Matth. 13, 33. (Luc. 13, 21.) et de *semine sponte crescente*, Marc. 4, 26—29. Et formula quidem: *ὡμοιώθη ἡ βασ. τῶν οὐρ.* (Matth. 13, 24. 31. 33. 44. 45. 47. [18, 23. 22, 2. 25, 1.] cf. 20, 1. Marc. 4, 26. 30. Luc. 13, 18. 21.) (*τινί*) significat: In iis, quae in his terris hominum ad felicitatem aeternam adducendorum caussa instituuntur, eadem fere ratio servatur, ac si etc. — in Sachen der ewigen Seligkeit verhält sich's so, wie wenn etc.

δ., Regnum Dei vocatur regnum *Christi*, quippe qui a patre suo missus est, ut hominibus ad aeternam felicitatem adspirantibus (docendo, moriendo etc.) aditum istius felicitatis pararet, et qui potestatem vitam aeternam probis suis discipulis largiendi habet (Matth. 28, 18.), Matth. 13, 41. (*ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.*) Coloss. 1, 13. 2 Petr. 1, 11. Apoc. 1, 9. (12, 10.) — Christus se Petro traditurum esse pollicetur *τὰς κλεῖς τῆς βασ. τῶν οὐρ.*, Matth. 16, 19. (cf. Jes. 22, 22. Apoc. 3, 7.) idque verbis, quae hunc sensum fundunt: curam et provinciam

rebus coeli in his terris consulendi tibi ego ita committo, ut quaecunque vel iusseris, vel vetueris in hac terra, rata sint in coelo. — Christus olim revertetur, ut mortuos in vitam revocet; ut omnibus ac singulis hominibus ius dicat; ut piis (*τοῖς υἱοῖς τῆς βασιλείας*, Matth. 13, 38.) vitam aeternam largiatur, improbis vero aeterna decernat supplicia, Matth. 25, 31—46. 7, 22. 23. Et haec futura sunt *ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος* (s. *τοῦ αἰῶνος τούτου*), Matth. 13, 39. 40. 49. *τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν, ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασ. τοῦ πατρὸς αὐτῶν*, Matth. 13, 43. (cf. Dan. 12, 3.) cf. Matth. 16, 27. Marc. 8, 38. 10, 30. (*ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον*.) Vid. Hebr. 6, 5. 2 Petr. 3, 13. Eapropter regnum div. nonnumquam parabolis sic adumbratur, ut tempore *τῆς παρουσίας* Christi — v. voc. *παρουσία* — post habitum iudicium extremum et factam piorum ab impiis secretionem illud ipsum regnum et gloria Christi manifestatum iri intelligatur, Matth. 13, 24—30. 36—43. 47—50. 20, 1—16. 22, 1—14. 25, 14—30. 31—46.

ε., Ut igitur verbo dicamus: regnum Dei est status gloriosus eorum, qui in coelis cum Christo regnant et aeterna felicitate perfruuntur. — Christus precandi formulae, quam discipulis praescripsit, haec verba interseruit: *ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου*, Matth. 6, 10. (Luc. 11, 2. — quae verba nonnulli interpretes hoc sibi velle existimant: recipe nos quamprimum iu aeterna tabernacula, ut vita nullis discriminibus obnoxia gaudeamus. Sed *βασιλεία* in hac precationis formula videtur idem esse, quod *ἐξουσία, κυριεία*, i. e. imperium. V. supra sub *α*.) — *γραμματεὺς εἰς τὴν βασιλείαν* (al. codd. *τῇ βασιλείᾳ*) *τῶν οὐρ. μαθητευθείς*, doctor, qui mente penetravit rationes regni coelestis, i. e. qui scit, quae sit vera vitae aeternae adipiscendae ratio, Matth. 13, 52. — Interrogatus Christus, quando regnum Dei venturum sit, *οὐκ ἔρχεται*, inquit, *μετὰ παρατηρήσεως*, i. e. ita, ut eius appropinquatio oculis observari possit, Luc. 17, 20 et 21. (sens. neque dici poterit: quaerite Messiam hic illicve; etenim iam intra vos, in media vestra civitate versatur ultor et legum Dei vindex, v. Calmet ad h. l. Cf. Matth. 24, 26—28.) — v. *ἡμέρα*. — Christus dicit, nonnullos aequalium conspecturos esse *τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασ. αὐτοῦ*, Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. *τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει*, cf. Luc. 9, 27.) Haec verba recentiores interpr. referunt ad excidium Hierosolymor. quod gloriam Christi conspicuam redditurum sit. Vid. Tillemont sur S. Jean l'évangeliste, art. 11. not. 17. 18. Cf. Matth. 24, 34. (Marc. 13, 30. Luc. 21, 32.) Verba vero Matth. 24, 29—31. et Marc. 13, 26. 27. Luc. 21, 27. de iudicio supremo dicta putant. Nimirum Dominum de adventu suo disserentem iis, quae de opprimendis Iudaeis dixerit, nonnulla intermiscuisse arbitrantur, quae unice iudicium supremum spectent. V. Calmet. ad Matth. 24, 30. — His locis denique addimus verba: *οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασ. τ. θεοῦ βρῶσις κ. πόσις*, Rom. 14. 17. (Non libertas illa, quam nobis in cibi ac potus usu concedimus, signum est civium regni coelestis. sed iustitia, concordia et mentis hilaritas Spiritu S. excitata.) Cf. 1 Cor. 4, 20. (*οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασ. τ. θ. ἀλλ' ἐν δυνάμει*.)

Βασίλειος, *ὁ, ἡ*, regius, regalis. — *ἱεράτευμα*, 1 Petr. 2, 9. — *τὸ βασίλειον*, arx regia, pl., Luc. 7, 25. (Matth. 11, 8. *οἱ οἶκοι τῶν βασιλέων*.)

Βασιλεύς, έως, ὁ, rex, Hebr. 11, 27. Apoc. 19, 18. — Hoc nomen tribuitur Deo, Matth. 5, 35. 1 Tim. 1, 17. Apoc. 19, 16. — Jesu Messiae, Matth. 21. 5. (Zach. 9, 9.) 27, 37. Joh. 1, 50. 18, 37. Apoc. 17, 14. — imperatori Romano, 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 2, 17. — Herodi regi, Matth. 2, 1. 3. — Herodi Antipae tetrarchae, Matth. 14, 9. (Marc. 6, 25. 26.) — Herodi Agrippae, Act. 12, 1. — geniorum malorum principi, Apoc. 9, 11. — civibus regni divini, Apoc. (1, 6.) 5, 10. — οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, Act. 4, 26. Apoc. 6, 15. 17, 2. 18, 3. 19, 19.

Βασιλεύω, f. σω, (sum βασιλεύς) rex sum, 1 Tim. 6, 15. — regno, Rom. 5, 17. Apoc. 5, 10. 11, 15. 20, 4. 6. 22, 5. — regem me praesto, Apoc. 11, 17. — ἐβασίλευσα, regnare coepi, 1 Cor. 4, 8. — trop. dominium exerceo, Rom. 5, 14. 17. 21. 6, 12. — ἐπί τινα, Luc. 1, 33. 19, 14. 27. Rom. 5, 14. — ἐπί τινος, Matth. 2, 22. (de eo, qui alicui terrae praeest, quamvis nomen regis non gerat.) Apoc. 5, 10.

Βασιλικός, ή, όν, minister regius, aulicus, Joh. 4, 46. 49. — ἡ χώρα ἡ βασιλική, Act. 12, 20. — Met. regalis, palmarius, — νόμος, Jac. 2, 8. (Xen. Symp. 1, 8.)

Βασίλισσα, ης, ἡ, (Aristot. Palaeph. Polyb. Xen. Reprobat hanc formam Phrynichus, praeferens ei alteras: βασιλὶς et βασίλεια) regina, Matth. 12, 42. (Luc. 11, 31.) Act. 8, 27. Apoc. 18, 7.

Βάσις, εως, ἡ, (βάω, βαίνω) planta pedis, (Sap. 13, 19.) pl., Act. 3, 7.

Βασκαίνω, f. ανῶ, (a φάεσι καίνειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς κτείνειν, διὰ τοῦ βλέμματος φθείρειν, Schol. ad Aristoph. Plut.) τινά (Attice: τινί, v. Phryn. p. 462. ed. Lobeck.) fascino aliquem (bezaubern, verblenden), Gal. 3, 1.

Βαστάζω, f. σω, (βάω, inusit. βαστός) τί, **a.**, gesto, fero, porto (v. c. vas), Marc. 14, 13. (Luc. 22, 10.) Matth. 3, 11. 20, 12. Luc. 7, 14. 10, 4. 14, 27. Joh. 12, 6. 19, 17. Act. 15, 10. Rom. 11, 18. Gal. 6, 2. 5. 17. Apoc. 17, 7. — Pass., Act. 3, 2. 21, 35. — **b.**, patienter fero (alicuius imbecillitates, vitia etc.), Rom. 15, 1. Apoc. 2, 2. 3. — **c.**, in me suscipio, Matth. 8, 17. (Jes. 53, 4.) Joh. 16, 12. — **d.**, perfero, Gal. 5, 10. — **e.**, tollo (aufheben), Joh. 10, 31. — Constr. βαστάζω τι ἐνώπιόν τινος, (hebr.) porto aliquid ad aliquem, Act. 9, 15.

Βάτος, ου, ὁ et ἡ, (Moeris: ὁ βάτος ἀττικῶς, ἡ βάτος ἑλληνικῶς. Illud legitur Ex. 3, 2. [3, 4.] hoc Deut. 33, 16.) rubus, sentis. — ὁ (?), Marc. 12, 26. (ἡ, Luc. 20, 37.)

Βάτος, ου, ὁ, (hebr. בַּת) batus (genus mensurae liquidorum apud Judaeos, capientis sextarios 72.), Luc. 16, 6.

Βάτραχος, ου, ὁ, rana, Apoc. 16, 13.

Βαττολογέω (ῶ), f. ήσω, (videtur esse verbum e genere τῶν ὀνοματοπεποιημένων, ut gr. βατταρίζειν, βαμβαίνειν, βάρβαρος, et lat. garrio, al.) balbutio, idem sexcenties repetere, Matth. 6, 7.

Βδέλυγμα, τος, τό, (βδελύσσομαι, qu. v.) id, quod ob foetorem abominationi est, res tetra, abominatio. — βδέλ. ἐνώπιον θεοῦ, Luc. 16, 15. —

πᾶν (κοινὸν κ.) ποιοῦν βδέλυγμα, quicquid scelera committit, i. e. homines scelesti, Apoc. 21, 27. — *τὸ βδέλυγμα* (i. e. idolum, שִׁקּוּץ, Ez. 20, 7. cf. 1 Reg. 11, 5. 2 Reg. 23, 13.) — *τῆς ἐρημώσεως* (שִׁקּוּץ שֹׁמֵם, Dan. 12, 11. cf. 11, 31.), i. e. idolum vastatoris, Matth. 24, 15. (Marc. 13, 14. — „Usurpat Christus eadem verba, quae Daniel [12, 11.] et scriptor libri 1. Maccabaeorum [1 Macc. 1, 57.] interpretantur de profanatione templi per Antiochum Epiphanem [qui statuam Jovis Olympii in altari holocaustorum collocari iusserat]. Cf. etiam 2 Thess. 2, 4. At quid in Hierosolymorum obsidione per Romanos *βδελύγματος* illius loco habendum sit, inter interpretes non constat.“ V. Calmet. ad Matth. 24, 15. Hic suam his verbis declarat sententiam: Nobis persuasum est, vastationem h. l. dici caedes et rapinas, quibus ante obsidionem urbis *Zelotae* templum polluerunt, Joseph. de B. J. 4, 3, 12. — Lucas tamen in loco parallelo Luc. 21, 20. haec habet: *ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ.*) — *ἡ μήτηρ τῶν βδελυγμάτων* dicitur urbs idololatriae dedita, Apoc. 17, 4. 5.

Βδελυκτός, ή, όν, (a *βδελύσσομαι*) abominabilis, abominandus, Tit. 1, 16.

Βδελύσσομαι, f. *ξομαι*, med. (ab inusitato *βδέλυς*, et hoc a *βδέω*, foetorem e ventre emitto, fiesten) aversor, abominor (ob foetorem, Aristoph. Plut. 700.) *τί*. — *τὰ εἴδωλα*, Rom. 2, 22. — *οἱ ἐβδελυγμένοι*, qui se polluerunt idolorum cultu, Apoc. 21, 8.

Βέβαιος, αία, ον, (*βάω, βαίνω*, propr. qui certam basin habet) stabilis, firmus. — *ἄγκυρα*, Hebr. 6, 19. — *διαθήκη*, Hebr. 9, 17. — *ἐπαγγελία*, Rom. 4, 16. — *ἐλπίς*, 2 Cor. 1, 7. — *παῤῥησία*, Hebr. 3, 6. 14. — *λόγος*, Hebr. 2, 2. — *τὴν κλῆσιν βεβαίαν ποιεῖσθαι*, 2 Petr. 1, 10. — *ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον*, sermonem propheticum (prophetarum oracula) magis (voce coelitus delata) confirmatum habemus, 2 Petr. 1, 19.

Βεβαιόω (ῶ), f. *ώσω*, (a voc. *βέβαιος*) confirmo, certum facio, *τί*. — *τὰς ἐπαγγελίας*, Rom. 15, 8. — *τινά*, 1 Cor. 1, 8. — *τὶ διά τινος*, Marc. 16, 20. — Pass. *τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ἡμῖν*, 1 Cor. 1, 6. — Constr. *ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστόν* (constructio praegnans), qui nos firmiter infigit Christo, 2 Cor. 1, 21. — *ἡ σωτηρία, ἥτις . . εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη* (constr. praegnans) salus, quae . . in nos confirmata est, i. e. sic confirmata, ut ad nos perveniret, Hebr. 2, 3. — *βεβαιοῦσθαί τινι* (dat. instrum.), Hebr. 13, 9. — *βεβαιοῦσθαι ἐν τῇ πίστει*, Col. 2, 7.

Βεβαίωσις, εως, ἡ, (a v. *βεβαιόω*) confirmatio, Phil. 1, 7. — *εἰς βεβαίωσιν*, ut res rata sit, Hebr. 6, 16.

Βέβηλος, ου, ὁ, ἡ, (a v. *βάω, βαίνω*) locus, quem calcare cuilibet fas est, calcari solitus, tritus. Hinc: profanus. — *βέβηλος*, qui rem sacram [ut Esavus ius primogeniti], contemnit, Hebr. 12, 16. — *οἱ βέβηλοι*, Vulg. contaminati (sceleribus), 1 Tim. 1, 9. — *βέβηλοι μῦθοι*, superstitiosae fabulae, 1 Tim. 4, 7. — *κενοφωνίαι*, 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16.

Βεβηλόω (ῶ), f. *ώσω*, (ab adj. *βέβηλος*) profano, violo, v. c. *τὸ σάββατον*, Matth. 12, 5. (h. l. *καταχρηστικῶς* dictum pro: id facere, quo sabbatum violari creditur.) — *τὸ ἱερόν*, Act. 24, 6.

Βεελζεβούβ, (בַּעַל זְבוּב, i. e. Dominus muscarum, numen Ecronitarum, 2 Reg. 1, 2.) Beelzebub, Matth. 10, 25. 12, 24. 27. (Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 18. 19. (Not. Ita scriptum nomen exhibent Hieron. et nonnulli codd. graeci. At alii codd. graeci habent: *Βεελζεβούλ*, בַּעַל זְבוּל, dominus stercoris; — quod nomen qui Judaei in *τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων* principem transferre potuerint, facile perspicitur. V. Lightfoot. hor. hebr. ad Matth. 12, 24.)

Βελίαλ, ὁ, (hebr. בְּלִיַּעַל, malitia, nequitia, 1 Sam. 25, 25. 30, 22. al.) Belial, cognomen Satanae (al. codd. optimae notae: *βελίαρ*, ut etiam scriptum nomen reperitur in testamento 12 patriarcharum), 2 Cor. 6, 15.

Βελόνη, ης, ἡ, (a voc. *βέλος*, qu. v.) cuspis hastae — acus, Luc. 18, 25.

Βέλος, εος, τό, (a voc. *βάλλω*) telum, iaculum, sagitta, Eph. 6, 16.

Βελτίων, ονος, d, ἡ, melior, *βέλτιον*, melius — *βέλτιον*, adv. melius (quam ego), 2 Tim. 1, 18.

Βενιαμίν, ὁ, (בֶּן יָמִין, filius dexterae, Gen. 35, 18 seq.) Beniamin (filius Jacobi duodecimus ex Rahele, Gen. 35, 18. 46, 19. Ex. 1, 3. Num. 26, 41.) — *φυλὴ Βενιαμίν*, tribus Beniaminitica, Act. 13, 21. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Apoc. 7, 8.

Βερνίκη, ης, ἡ, (pro: *Βερενίκη*) Bernice (filia Herodis Agrippae maioris. Nupsit ea patruo suo Herodi, Chalcidis regi; deinde post huius obitum Polemoni, regi Ciliciae. Hunc mox deseruit et ad fratrem Agrippam, quocum prius vidua in incestu vixisse dicebatur, rediit Jos. Ant. 20, 7, 1 et 2. Tacit. Hist. 2, 2 et 81. Suet. Tit. 7.), Act. 25, 13. 23. 26, 30.

Βέροια, ας, ἡ, (s. *Βέῤῥοια*) Beroea (urbs Macedonica prope Pellam, ad Bermium montem sita, post Irenopolis, hodie Boor appellata), Act. 17, 10.

Βεροιαῖος, α, ον, (v. *Βέροια*) Beroensis, Act. 20, 4.

Βηθαβαρά, ᾶς, ἡ, (בֵּית עֲבָרָה, locus traiectionis, i. e. locus, ubi traiicitur) Joh. 1, 28. (Alii codd. habent *Βηθανία*, quam lectionem Origenes fatetur sua aetate fuisse communem ac tenent verss. Syr. Arab. Pers. Copt. Origenes tamen, Theophylact. Suidas tuentur lectionem Bethabara. Origenes nimirum auctor est, rudera vici cuiusdam Bethabarae iuxta Jordanem ostendi.)

Βηθανία, ας, ἡ, (בֵּית חִינֵי, domus s. locus dactylorum, Dattelhausen) Bethania (oppidum vel vicus ultra montem oliveti situs, 15 stadiis ab Hierosolymis distans), Matth. 21, 17. Marc. 11, 1. Luc. 19, 29. Joh. 11, 1. 18.

Βηθεσδά, ᾶς, ἡ, (בֵּית חֶסְדָּא, domus misericordiae, i. e. nosodochium, aedificium excipiendis curandisque aegrotis destinatum) Bethesda. (Non longe distabat a templo Hierosolymitano thermis s. aquis medicatis superstructum. Eusebius in locis hebr. tradit, piscinam illam aquis maxime rubentibus infectam mansisse etiam aetate sua, servato colore, quem olim ex lotione victimarum contraxerat.) Joh. 5, 2. (Vulgata habet: *Bethsaida*, i. e. domus piscatus; eandem lection. sequuntur verss. Copt. et Aethiop. Tertull. Theophylact.) V. voc. *προβατική*.

Βηθλεέμ, ἡ, (בֵּית לֶחֶם, domus panis) Bethlehem (oppidum, situm in tribu Juda et nomen nactum a fertilitate soli), Matth. 2, 1. 5. Luc. 2, 4. Joh. 7, 42.

Βηθσαϊδά, ᾶς, ἡ, (בֵּית צֵידָה, locus venationis s. piscationis) Bethsaida (oppidum in ripa lacus Genesaretbici occidentali situm, Petri, Andreae et Philippi patria), Joh. 1, 45. Matth. 11, 21. (h. l. Βηθσαϊδάν non est accusat. sed terminatio chaldaica) Luc. 10, 13. Marc. 6, 45. (Luc. 9, 10.) Alterius illius Bethsaidae, quam Josephus in Gaulanitide inferiori in orientali lacus Genesarethici ripa sitam esse perhibet, quamque a Philippo tetrarcha restauratam, incolis auctam et in honorem Juliae, Augusti imperatoris filiae, Julias appellatam esse narrat, in N. T. nullum certum vestigium reperitur. Certe quae in N. T. commemoratur Bethsaida, ubivis eius mentio recurrit, unus idemque locus est.

Βηθφαγή, ῆς, ἡ, (בֵּית פַּגֵּא, domus ficuum) Bethphage (villa vel vicus, ad montem olivarum situs), Matth. 21, 1. (Marc. 11, 1. Luc. 19, 29.)

Βῆμα, τος, τό, (βάω, βίβημι) **a.**, gressus, passus, (Xen. Cyr. 7, 5, 6.) — οὐδὲ βῆμα ποδός, ne latum quidem pedem, Act. 7, 5. (Deut. 2, 5.) — **b.**, suggestus, i. e. α., tribunal. (Habebantur iudicia in provinciis sub dio, sedente magistratu in tribunali, quod positum erat in loco editiore, tesseris marmoreis strato, Herodian. 2, 10, 2. Dionys. Halic. 12. 30. v. voc. λιθόστρωτον, et γαββαθά.) καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ β. — Matth. 27, 19. Job. 19, 13. (Fuit Pilati tribunal ante praetorium sub dio constitutum. Joseph. B. J. 2, 9, 3.) Act. 25, 6. 17. — ἄγειν τινὰ ἐπὶ τὸ βῆμα, Act. 18, 12. — ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, Act. 25, 10. (coll. v. 11.) — tribunal Christi, Rom. 14, 10. 2 Cor. 5, 10. — β., suggestus, throni speciem referens, in theatro Caesareensi ab Herode M. exstructus, unde spectabat ludos et verba faciebat pro concione, Act. 12, 21. (2 Macc. 13, 26. Nehem. 8, 4.)

Βήρυλλος, ου, ὁ, ἡ, (s. βηρίλλιος, βηρύλλιος, βηρύλλιον) beryllus (gemma coloris viridis languidioris, nascens apud Indos, Plin. H. N. 37, 5. Ex. 28, 20. 39, 1.) Apoc. 21, 20.

Βία, ας, ἡ, vis, violentia, — μετὰ βίας, violenter, Act. 5, 26. 24, 7. (μετὰ πολλῆς βίας) — ἡ βία τινός (impetus v. c. venti, fluctuum), Act. 21, 35. 27, 41.

Βιάζω, f. σω, (a voc. βία) vi utor, vim adhibeo. — τινά, vi corripio aliquem, vim infero alicui, — ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βιάζεται, regnum Dei vi corripitur (ut Joannes, eius praeco, vi correptus et in carcerem coniectus est), Matth. 11. 12. (v. sub voc. βασιλεία.) — βιάζεσθαι (med.) εἴς τινα, s. τί, irruere in aliquem vel aliquid (cf. βιάζεσθαι εἰς τὴν παρεμβολήν, Polyb. 1, 74, 5. — . . εἰς τὰ πεδία, Arrian. de Venat. 7, 2. — . . εἰς τὴν ἀρχήν, Appian. B. C. I. p. 695. — . . εἰς τὸ στρατόπεδον, Plut. Vit. Othon. c. 12.) Luc. 16, 16. (v. de loci sensu sub voc. βασιλεία. „Quisque ut libidinibus indulgere possit, in eam [sc. βασιλείαν] irruit, eam oppugnaturus et destructurus; at legis divinae stabit auctoritas, quamvis moechi cum Herode obnitantur.“ Cf. Luc. 16, 18. et v. 29.)

Βίαιος, α, ον, (a voc. βία) impetuosus, vehemens — βιαία πνοή, Act. 2, 2.

Βιαστής, οῦ, ὁ, (a voc. βιάζω) is, qui vim infert, violentus. — pl. Matth. 11, 12.

Βιβλαρίδιον, ου, τό, (deminutivum nominis βιβλάριον, quod est deminutivum nominis βίβλος) Apoc. 10, 2. 8. 9. 10.

Βιβλίον, ου, τό, (deminut. nominis βίβλος) libellus, volumen, Joh. 20, 30. — γράφειν βιβλ., Joh. 21, 25. — τὸ βιβλ., liber legis (thorah), Hebr. 9, 19. — κεφαλὶς βιβλίου, Hebr. 10, 7. — τὸ βιβλ. Ἡσαίου τοῦ προφήτου, volumen vaticiniorum Jesaiae, Luc. 4, 17. 20. — βιβλίον ζωῆς, catalogus eorum, qui participes vitae aeternae futuri sunt, (Ex. 32, 32. 33. Ps. 69, 29.) Apoc. 13, 8. 17, 8. 20, 12. 21, 27. — βιβλ. εἱλισσόμενον, Apoc. 6, 14. v. ἀναπτύσσω et γράφω.

Βίβλος, ου, ἡ, (s. ἡ βύβλος, planta, cui nomen papyrus [Theophrast. hist. plant. 4, 9.], e cuius libro charta confici consueverat) liber scriptus, volumen, — ἡ βίβλος Μωϋσέως, Marc. 12, 26. — ἡ βίβλος λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, Luc. 3, 4. — catalogus (ex usu hebraici: סֵפֶר, Gen. 5, 1. Neh. 7, 5.) Matth. 1, 1. — pl. Act. 19, 19.

Βιβρώσκω, (s. βρώσκω, a v. βρώω — unde nostr. Brot, item: fressen) f. ώσω, comedo — οἱ βεβρωκότες, Joh. 6, 13.

Βιθυνία, ας, ἡ, Bithynia (provincia Asiae minoris, Ponto adiacens Euxino, Propontidi, Phrygiae, Mysiae et Paphlagoniae) Act. 16, 7. 1 Petr. 1, 1.

Βίος, ου, ὁ, **a.,** vita — ἡσύχιον βίον διάγειν, 1 Tim. 2, 2. — τοῦ βίου αἱ ἡδοναί, Luc. 8, 14. cf. 1 Joh. 2, 16. (ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου.) — ὁ χρόνος, 1 Petr. 4, 3. — τὰ τοῦ βίου, 2 Tim. 2, 4. — **b.,** id, unde vivitur, opes, facultates, Marc. 12, 44. (Luc. 8, 43.) Luc. 15, 12. 30. 21, 4. 1 Joh. 3, 17. (Hom. Iliad. 6, 14. ἀφνειὸς βιότοιο.)

Βιόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. βίος) vivo, vitam ago, 1 Petr. 4, 2. (Xen. Mem. 4, 8, 2.) (N. Distingue: ζάω, i. e. spiritum duco et moveor, et βιόω, i. e. vitam transigo.)

Βίωσις, εως, ἡ, (a v. βιόω) vivendi et agendi ratio, Act. 26, 4.

Βιωτικός, ή, όν, ad vitam et res huius vitae pertinens (Aristot. Diod. Artemid. Philo in Vit. Mos. 3, 677. χρεῖαι βιωτικαί, v. Lobeck. ad Phryn. p. 355.) — αἱ μέριμναι βιωτικαί, Luc. 21, 34. — βιωτικὰ κριτήρια, lites de rebus huius vitae, 1 Cor. 6, 3. 4.

Βλαβερός, ά, όν, (a v. βλάπτω, obsolet. βλάβω, unde aor. 2. pass. ἐβλάβην, et nomina: ἡ βλάβη, τὸ βλάβος, damnum, detrimentum) noxius (oppon. ὠφέλιμος, Xen. Mem. 1, 5, 3.) — ἐπιθυμίαι βλαβεραί, 1 Tim. 6, 9.

Βλάπτω, f. ψω, laedo, — τινά, Marc. 16, 18. Luc. 4, 35.

Βλαστάνω, (s. βλαστέω [a βλάστω, aor. ἔβλαστον] s. βλαστάω [a voc. ἡ βλάστη, germen, frons, dis]) f. ήσω, **a.,** intrans. progermino, frondesco, Matth. 13, 26. (ὁ χόρτος) Marc. 4. 27. (ὁ σπόρος) — ἡ ῥάβδος ἡ βλαστήσασα (Graeci vett. solo usi sunt aor. ἔβλαστον), Hebr. 9, 4. — **b.,** transit. produco (Aeschyl. fragm. p. 619.) — ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς, Jac. 5, 18.

Βλάστος, *ου*, *ὁ*, (*βλαστός*, germen producens) Blastus (praefectus cubiculo Herodis regis), Act. 12, 20.

Βλασφημέω (ῶ), f. *ήσω* (h. e. sum *βλάσφημος*, qu. v.) convicior, (v. tamen sub voc. *βλασφημία*) blasphemo, **a.**, *absol.* convicia evomo, Act. 13, 45. 18, 6. 26, 11. 1 Petr. 4, 4. — *κατ' ἐξοχήν:* de verbis numinis maiestatem laedentibus, Matth. 9, 3. 26, 65. — *βλασφημίας*, *βλασφημεῖν*, Marc. 3, 28. — **b.**, *constr. a.*, *βλασφ. τινά*, Matth. 27, 39. (Marc. 15, 29. Luc. 23, 39.) Tit. 3, 2. 1 Cor. 4, 13. Rom. 3, 8. — *τὸν θεόν*, Act. 19, 37. Apoc. 16, 11. 21. — *δόξας*, 2 Petr. 2, 10. et Judae v. 8. — *τὸ ὄνομά τινος*, Rom. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. Jac. 2, 7. 1 Petr. 4, 14. (opp. *δοξάζειν*.) Apoc. 13, 6. 16, 9. — *τὸν λόγον τ. θεοῦ*, Tit. 2, 5. — *τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας*, 2 Petr. 2, 2. — *μὴ βλασφημείσθω* (cavete, ne blasphemetur) *ὑμῶν τὸ ἀγαθόν*, Rom. 14, 16. — *β.*, *βλασφ. εἴς τινα* (ita Graeci quoque), Marc. 3, 29. (Luc. 12, 10.) Luc. 22, 65. — *ἔν τινι*, 2 Petr. 2, 12. (explica: *ἐν τούτοις βλασφημοῦντες, ἃ ἀγνοοῦσι.*) — *γ.*, pass. *βλασφημεῖσθαι ὑπέρ τινος*, 1 Cor. 10, 30. (quid blasphemor [i. e. cur efficiam, ut blasphemer] propter id, propter quod [pro quo] gratias ago? cur efficiam, ut caeteri me voracitatis aut profani cultus arguant?)

Βλασφημία, *ας*, *ἡ*, (a v. *βλάσφημος*, qu. v.) vox contumeliosa (speciatim de contumeliose dictis, quibus persona veneratione digna in contemtum adducitur), Matth. 12, 31. 26, 65. Marc. 7, 22. 14, 64. Joh. 10, 33. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Apoc. 2, 9. — pl. Matth. 15, 19. Marc. 2, 7. 3, 28. Luc. 5, 21. 1 Tim. 6, 4. — *βλασφημία τινός*, gen. obi. *ἡ βλασφ. τοῦ πνεύματος*, Matth. 12, 31. (cf. Marc. 3, 29.) — *εἰς βλασφ. πρὸς τὸν θεόν*, Apoc. 13, 6. — *κρίσις βλασφημίας*, Jud. v. 9. (i. e. *κρίσις βλάσφημος*, ut legitur 2 Petr. 2, 11.) — *ὀνόματα βλασφημίας*, i. e. *βλάσφημα*, Apoc. 13, 1. 17, 3.

Βλάσφημος, *ον*, *ὁ*, *ἡ*, (a voc. *βλάξ*, piger, stolidus, et *φήμη*, fama) contumeliosus. — de homine: 1 Tim. 1, 13. — pl. 2 Tim. 3, 2. — *λαλεῖν ῥήματα βλάσφημα εἴς τινα*, Act. 6, 11. — *φέρειν κρίσιν βλάσφημον*, (Vulg. ferre execrabile iudicium) blasphemiarum poenam ferre, 2 Petr. 2, 11. (12.)

Βλέμμα, *τος*, *τό*, (a v. *βλέπω*, perf. pass. *βέβλεμμαι*) visus, adspectus, — *βλέμματι κ. ἀκοῇ*, iis, quae videbat audiebatque, 2 Petr. 2, 8.

Βλέπω, f. *ψω*, video (cerno), — **a.**, *absol.* visu (videndi facultate) gaudeo, Matth. 12, 22. 15, 31. Joh. 9, 7. 19. 21. 25. Act. 9, 9. Apoc. 3, 18. — permutatur verbo *ἰδεῖν*, Matth. 13, 16. coll. v. 15. (Marc. 4, 12. *ἵνα βλέποντες βλέπωσι κ. μὴ ἴδωσι*, i. e. ut oculis apertis videant quidem, sed nihil cernant, cf. Matth. 13, 13. Rom. 11, 8. Act. 28, 27.) — oppon. *τυφλός εἰμι*, Joh. 9, 39. 41. — *βλέπειν δι' ἐσόπτρου*, 1 Cor. 13, 12. — *βλέπετε*, attendite, Marc. 13, 23. 33. — **b.**, *constr.* — *α.*, *βλέπω τινά* vel *τί*, — **ℵ.**, video (oculis conspicio) aliquem vel aliquid, — *τὸ βλέπειν*, visus, Luc. 7, 21. — *τί: ἃ βλέπετε*, Matth. 11, 4. (Luc. 7, 22. *ἃ εἴδετε*) 13, 17. (Luc. 10, 24.) Act. 2, 33. Apoc. 1, 11. — Adde: Matth. 24, 2. (Marc. 13, 2. at Luc. 21, 6. *ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε.*) — Matth. 7, 3. (Luc. 6, 41.) Marc. 8, 23. Luc. 8, 16. (*τὸ φῶς*) 11, 33. (*τὸ φέγγος*) Act. 8, 6. (*σημεῖα*) 12, 9. (*ὅραμα*) Apoc. 11, 9. 16, 15. Col. 2, 5. — supple: *αὐτό*, Matth. 6. 4. 6. 18. (*ὁ βλέπων*, scil. *αὐτό*) Act. 1, 9. (*βλεπόντων* [*αὐτὸ*] *αὐτῶν*). — *βλέπειν τὸ πρόςωπόν τινος* dicitur is, cui aditus ad aliquem patet, (2 Reg. 25, 19.

Jerem. 52, 25. Esth. 1, 14.) Matth. 18, 10. — τινά: Luc. 7, 44. Act. 9, 8. Apoc. 1, 12. (τὴν φωνήν, i. e. eum, qui vocem ediderat.) — Pass. Rom. 8, 24. — τὰ βλεπόμενα, 2 Cor. 4, 18. Hebr. 11, 1. 3. 7. — ב., βλέπω τι (τινά), i. q. ἐμβλέπω, oculos coniicio in, — in Augenschein nehmen, Matth. 5, 28. („qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, i. e. hoc fine et animo attenderit, ut eam concupiscat.“ St. August. ad h. l. Opp. III. p. 128. ed. Benedict.) — βιβλίον (inspicio), Apoc. 5, 3. 4. — βλέπω τι, respicio aliquid, — βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ὅτι etc., 1 Cor. 1, 26. 10, 18. 2 Cor. 10, 7. Phil. 3, 2. Col. 4, 17.

β., *sequente acc. cum participio:* video (conspicio), Matth. 14, 30. (βλέπων τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν scil. ὄντα) 15, 31. Marc. 5, 31. 8, 24. Joh. 1, 29. 5, 19. 20, 1. 5. 21, 9. 20. Act. 4, 14. Rom. 7, 23. Hebr. 2, 9. — ὑπὲρ ὃ βλέπει με ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ, ultra id, quod me videt agere aut quod ex me audit, 2 Cor. 12, 6. (Sens. nolo quisquam me aliunde aestimet, quam ex ipsis, quae me videt facientem aut docentem audit.) — γ., seq. ὅτι, video, intelligo, animadverto, 2 Cor. 7, 8. Hebr. 3, 19. Jac. 2, 22. Apoc. 17, 8. — δ., βλέπω εἴς τινα (τι), oculos converto in aliquem (aliquid) — εἰς τὰ ὀπίσω, retrospicio, Luc. 9, 62. — ἔβλεπον εἰς ἀλλήλους, se invicem adspexerunt, Joh. 13, 22. — βλέψον εἰς ἡμᾶς, Act. 3, 4. — ita etiam Graeci (Xenoph.). — βλέπω εἰς πρόςωπόν τινος, (ex hebr.) partium studio ducor, Matth. 22, 16. (Marc. 12, 14.) — ε., βλέπειν κατὰ χώραν τινά dicitur locus versus regionem aliquam situs, Act. 27, 12. (LXX. Ezech. 11, 1. 40, 22. 23. 32.) Graeci quoque (Xen. al.) βλέπειν πρός.. — ζ., seq. ἵνα, provideo, curo — βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μή etc., cavete ne, 2 Joh. v. 8. — βλέπετε, ἵνα, curate, ut etc., 1 Cor. 16, 10. — βλέπετε, μή (seq. conjunct.), videte, cavete, ne etc., Matth. 24, 4. (Marc. 13, 5. Luc. 21, 8.) Act. 13. 40. 1 Cor. 8, 9. 10, 12. Gal. 5, 15. Hebr. 12, 25. — βλέπετε μήποτε ἔσται, Hebr. 3, 12. — η., βλέπετε ἀπό (τῆς ζύμης), cavete vobis a — Marc. 8, 15. 12, 38. (Matth. 16, 6. et Luc. 20, 46. προςέχετε ἀπό.) hebr. . . מִן, (φυλάττεσθαι ἀπὸ etiam Graeci dicunt, v. Xen. 1, 4, 7. 2, 3, 9.). — ϑ., seq. interrogat. indir. βλέπετε, τί vel πῶς etc., Marc. 4, 24. Luc. 8, 18. 1 Cor. 3, 10. Eph. 5, 15.

Βλητέος, *έα*, *έον*, (adi. verbale a βάλλω, perf. pass. βέβλημαι, unde βλητός). Neutr. βλητέον sc. ἐστὶ fundere (nos) oportet. seq. acc. τὸν οἶνον, Marc. 2, 22. (Luc. 5, 39.)

Βοανεργές, (hebr. בְּנֵי רֶגֶשׁ, בְּ pronuntiatum: boa, quemadmodum hebraic. Nebhyim [prophetae] pronuntiari s. potius corrumpi consueverat in Noabhyim, v. Lightfoot. hor. hebr. ad Marc. 3, 17.) filii tonitru, Marc. 3, 17. (Ps. 64, 3. cf. Luc. 9, 54.)

Βοάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. ἡ βοή) *clamo*, vociferor (cf. κράζω, ἀνακράζω, κραυγάζω) — de clamore laetantium (Xen. Cyr.): Gal. 4, 27. (Jes. 54, 1.) — de clamore dolentium, Act. 8, 7. (additur h. l. φωνῇ μεγάλῃ.) — *intenta voce aliquid dico* — φωνὴ βοῶντος, (Jes. 40, 3.) Matth. 3, 3. (Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Joh. 1, 23.) — ἐβόησε λέγων, Luc. 18, 38. (Marc. 10, 47. 48. et Matth. 20, 30. 31. utuntur verbo κράζειν.) Act. 17, 6. 21, 34. — βοᾶν πρός τινα, (ex hebr. e. g. Os. 7, 14.) opem et auxilium alicuius imploro, Luc. 18, 7.

Βοή, ῆς, ἡ, clamor, Jac. 5, 4.

Βοήθεια, ας, ἡ, (v. βοηθέω) auxilium — εἰς εὔκαιρον βοήθειαν, Hebr. 4, 16. (nos: zur rechtzeitigen Hülfe.) — pl. adminicula, βοηθείαις ἐχρῶντο, Act. 27, 17. (intelligunţur h. l. instrumenta, quibus nautae usi sunt, ut naufragium impedirent, v. c. funes, unci etc.)

Βοηθέω (ῶ), f. ήσω, (ex voc. βοή, clamor, et verbo θέω, curro = ad clamorem accurro) auxilium (opem) fero, — τινί, Matth. 15, 25. (βοήθει μοι) Marc. 9, 22. (βοήθησον ἡμῖν) 24. (βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ) Act. 16, 9. (βοήθησον ἡμῖν) 21, 28. (βοηθεῖτε). — 2 Cor. 6, 2. (Jes. 49, 8.) Hebr. 2, 18. Apoc. 12, 16.

Βοηθός, οῦ, ὁ, auxiliator, Hebr. 13, 6. (Ps. 117, 6.)

Βόθυνος, ου, ὁ, (videtur descendere ab obsoleto verbo βόθω, unde lat. fodo) fovea, scrobs, Matth. 12, 11. 15, 14. Luc. 6, 39.

Βολή, ῆς, ἡ, (βάλλω, perf. 2.) iactus — ὡσεὶ λίθου βολήν, quantum est iactus lapidis (de termino brevi spatio distante), Luc. 22, 41.

Βολίζω, f. σω, (a voc. βολίς, quod est **a.**, iaculum, v. βολίς, — **b.**, bolis, i. e. perpendiculum nauticum, quo nautae maris altitudinem explorant) bolidem (perpendiculum nauticum) submitto, Act. 27, 28.

Βολίς, ίδος, (βάλλω) telum, iaculum, — ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, Hebr. 12, 20. (ex Ex. 19, 13. — Sed versio Vulg. et complures graeci libri haec verba non habent; uncinis inclusit Tittmann. cf. Mill. Griesb.)

Βοόζ, ὁ, (בֹּעַז, i. e. בּוֹ, in illo, scil. domino, עֹז, robur) Booz s. Boas (filius Salmae, Ruth. 2, 1. 1 Chron. 2, 11.), Matth. 1, 5. Luc. 3, 32.

Βόρβορος, ου, ὁ, (Habent voc. Demosth. Plut. de gen. Socr. c. 10. Arrian. Epictet. 4, 11. οἱ ὁ Jerem. 38, 6. Etym. M. ἡ ἐκ τῆς τροφῆς γενεθεῖσα ὕλη. — Hinc lat. furfur) stercus, coenum, 2 Petr. 2, 22.

Βοῤῥᾶς, ᾶ, ὁ, (s. Βορέας, έου, ion. Βορέης, contr. Βορῆς, έω) **a.**, boreas, aquilo, Nord-Nordost, (Gen. 13, 14. Num. 2, 25.) — **b.**, plaga septentrionalis, (Aelian. V. H. 12, 61.) Luc. 13, 29. Apoc. 21, 13.

Βόσκω, f. ήσω, (pasco, alo, Hom. Odyss.) pasco (in pascua duco, τὰ ἀρνία, τὰ πρόβατα), Luc. 15, 15. Joh. 21, 15. 17. — Pass. βόσκομαι, pascor, Matth. 8, 30. (Marc. 5, 11. Luc. 8, 32.) Not. distingue βόσκω et ποιμαίνω.

Βόσορ, ὁ, (בְּעוֹר, οἱ ὁ Βεώρ, Num. 22, 5. 31, 8. Deut. 23, 4.) Bosor (pater Bileami), 2 Petr. 2, 15.

Βοτάνη, ης, ἡ, (a v. βόω, βόσκω) herba (notissimum cuivis nostratium est vocab. Botanik, Kraeuterkunde), Hebr. 6, 7. (— Gen. 40, 10.) —

Βότρυς, υος, ὁ, racemus, uva, (Gen. 40, 10.) Apoc. 14, 18.

Βουλεύω, f. σω, (a voc. βουλῆς [contract. ex βουλήεις] genit. βουλήιος, Thuc. 3, 70., sum senator, a consiliis, senatoris munere fungor, Xen. Mem. 1, 1, 18. Anab. 2, 5, 16.) consilium do, (Jes. 23, 8.) — Med. βουλεύομαι, mecum delibero, **a.**, seq. εἰ, an, Luc. 14, 31. (Xen. Mem. 3, 6, 8.) — **b.**, seq. ἵνα, Joh. 12, 10. (ἐβουλεύσαντο, consilia inierunt, consultaverunt.) —

c., seq. infin. consilium capio, Act. 5, 33. (*ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς*, consilium ceperunt eos e medio tollendi.) Act. 15, 37. (alii codd. exhibent *ἐβουλεύετο*, al. *ἐβούλετο* cum Vulg.) 27, 39. — **d.,** . . *τί*, animo volvo aliquid, (Xen. Mem. 1, 4. 7.) 2 Cor. 1, 17. (variat lectio, aliis codd. *βουλευόμενος*, aliis *βουλόμενος* offerentibus; cum his facit Vulg.)

Βουλευτής, οῦ, ὁ, (a v. *βουλεύω*) senator, is, qui est a consiliis, (Xen. Thuc.) — assessor synedrii magni, Marc. 15, 43. (Luc. 23, 50.)

Βουλή, ῆς, ἡ, (a v. *βούλομαι*) consilium, Act. 4, 28. (*ὅσα ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι.*) cf. 2, 23. (*ὡρισμένῃ βουλῇ κ. προγνώσει τοῦ θεοῦ.*) 20, 27. (*πᾶσαν τὴν βουλὴν τ. θεοῦ*, consilium Dei de salute hominum — omnia, quae ad hoc consilium pertinent.) — *τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς*, Hebr. 6, 17. — Distinguitur *ἡ βουλή* a *τῇ πράξει*, Luc. 23, 51. — et a *τῷ ἔργῳ*, Act. 5, 38. (*ἡ βουλὴ αὕτη*, hoc consilium, dieser Plan, *ἢ τὸ ἔργον τοῦτο*, hoc inceptum.) — Distinguuntur *βουλή* et *θέλημα*, Eph. 1, 11. (*ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος.*) — v. *βούλομαι*. — Plur. consilia, *αἱ βουλαὶ τῶν καρδιῶν*, (ex hebr.) 1 Cor. 4, 5. — Constr. *ἡ βουλὴ τ. θεοῦ εἴς τινα*, consilium, quod in aliquem tendit, i. e. quod vult acceptari ab aliquo, Luc. 7, 30. (spreverant consilium Dei eo tendens, ut per Joannem in viam salutis ducerentur — *εἰς* non est contra, sed: in.) — *ἔθεντο βουλήν*, constituerunt (apud animum) seq. infin., Act. 27, 12. — *τῶν στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα* — Act. 27, 42.

Βούλημα, τος, τό, (a v. *βούλομαι*, perf. *βεβούλημαι*, quamquam dici consuevit *βέβουλα*) propositum, inceptum (id, quod quis molitur), Act. 27, 43. (*ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος.*) — decretum, Rom. 9, 19. (*τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;*).

Βούλομαι, f. *ήσομαι*, (2 praes. *βούλει*, Luc. 22, 42. attice pro: *βούλῃ* — imperf. *ἐβουλόμην* [attice: *ἠβουλόμην*], aor. 1. *ἐβουλήθην*, Jac. 4, 4. et *ἠβουλήθην*, 2 Joh. v. 12.) *volo* (differunt verba *βούλομαι* et *θέλω*: *βούλεσθαι* dic. is, qui re deliberata et eo, quod melius visum est, electo aliquid vult; *τὸ θέλειν* vero ex affectu prodit — v. *θέλω*), *καθὼς βούλεται*, ut vult, pro arbitrio suo, 1 Cor. 12, 11. — **a.,** *iunct. cum infinit.* (Willens sein, etwas zu thun) — Matth. 1, 19. (*ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν*, coll. v. 20. *ἐνθυμεῖσθαι.*) 11, 27. (Luc. 10, 22.) Marc. 15, 15. Luc. 22, 42. (*εἰ βούλει παρενεγκεῖν*, si vis transferre; deest apodosis: *καλόν ἐστι* — aposiopesis frequentata.) Act. 5, 28. 12, 4. 17, 20. 18, 27. 19, 30. 22, 30. 23, 28. 25, 20. 27, 43. 28, 18. (*ἐβούλοντο*) 2 Cor. 1, 15. (*ἐβουλόμην*, volebam, constitueram) 1 Tim. 6, 9. (quibus propositum est divitias sibi comparare.) Hebr. 6, 17. Jac. 4, 4. 2 Joh. v. 12. — *ἐβουλόμην*, vellem, Act. 25, 22. (at Philem. v. 13. *ἐβουλόμην* nec est: vellem, nec volueram, sed constitueram.) — subauditur infinit., 3 Joh. v. 10. — *μετάγεται* [*ἐκεῖνο*] *ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ* [*μετάγεσθαι*] *βούληται*, Jac. 3, 4. — *οὐ βούλομαι*, Act. 18, 15. — **b.,** *seq. acc. c. infin.*, Phil. 1, 12. (*γινώσκειν ὑμᾶς βούλομαι*) 1 Tim. 2, 8. 5, 14. Tit. 3, 8. 2 Petr. 3, 9. Judae v. 5. — **c.,** *adiecto coniunctivo Aor.*: *βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω;* estne voluntas vestra, ut etc., Joh. 18, 39. — **d.,** *βουληθεὶς ἀπεκύησε*, propria voluntate (libera benignitate) nos genuit, Jac. 1, 18.

Βουνός, οῦ, ὁ, (a v. βῶ? adscendo?) clivus, tumulus, (De hac voce graeca Valkenarius ad Herodot. 4, 351. annotavit haec: βουνός, vox Cyrenaicis usitata; a Doriensibus in Sicilia vocem transsumsisse videtur Aeschylus; a Cyrenaicis accipere potuerunt Alexandrini. Recentiores Graeci quivis colles et tumulos βουνοὺς dixerunt et μαστούς, Aetoli veteres βωμούς.) Luc. 3, 5. (Jes. 40, 4.) 23, 30. (Os. 10, 8.)

Βοῦς, βοός, ὁ, ἡ, bos, vacca, Luc. 13, 15. 14, 5. 19.

Βραβεῖον, ου, τό, (a voc. βράβης, s. βραβεύς. Est autem βραβεύς, s. βραβευτὴς arbiter et moderator certaminis, qui victori praemium [id, quod latinistae cum Tertulliano brabium s. bravium vocant] decernit.) brabium (pretium certaminis), 1 Cor. 9, 24. (λαμβάνω) Phil. 3, 14. (ἐν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον, ut assequar τὸ βραβ. — auf das βραβ. hin.)

Βραβεύω, f. σω, (sum βραβεύς) palmam tribuo; — ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ (al. τοῦ θεοῦ) βραβευέτω [Vulg. exultet] ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, Col. 3, 15. (Sanctum apostolum pretium certaminis in mente habuisse, testatur etiam verbum καλεῖν „εἰς ἣν ἐκλήθητε“ — καλεῖν ad certamen invitare. Caeterum cf. 1 Cor. 7, 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ θεός, et Sap. 10, 12.)

Βραδύνω, f. υνῶ, (ab adi. βραδύς, εῖα, ύ, tardus) tardo, cunctor (Aelian. Herodian.), 1 Tim. 3, 15. — οὐ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας (zögert nicht mit der Verheissung. Cf. formulam reminisci alicuius rei, et id genus alias.), 2 Petr. 3, 9.

Βραδυπλοέω, f. ήσω, (ab adi. verbali βραδύπλοος, conflato ex βραδύς et πλέω) tarde navigo, Act. 27, 7.

Βραδύς, εῖα, ύ, tardus — βραδὺς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν (locutio hebr.), is, qui aegre ac sero demum adducitur, ut credat, Luc. 24, 25. — βραδὺς εἴς τι, (cf. σοφός, ἀκέραιος εἴς τι, Rom. 16, 19.) Jac. 1, 19.

Βραδύτης, ητος, ἡ, (Xen. a voc. βραδύς) tarditas, cunctatio, 2 Petr. 3, 9.

Βραχίων, ονος, ὁ, brachium — Dei (ex hebr. loquendi ratione) vis, potentia Dei, Luc. 1, 51. (Deut. 4, 34. 5, 15. Ps. 107, 14.) Joh. 12, 38. (Jes. 53, 1.) Act. 13, 17. (Ex. 6, 6.)

Βραχύς, εῖα, ύ, brevis — ἵνα ἕκαστος βραχύ τι λάβῃ, ut capiat quisque exiguum quid, Joh. 6, 7. — διὰ βραχέων, paucis (sc. verbis), Hebr. 13, 22. — Neutr. βραχύ, pro adverbio: **a.**, de spatio: parum, paullulum, Act. 27, 28. (διαστήσαντες, — ita Graeci quoque, Xenoph. Thuc. al.) — **b.**, de tempore: βραχύ τι, paullisper, Act. 5, 34. — ad tempus exiguum, Hebr. 2, 7. (minorem eum, sc. Christum, angelis fecisti — Ps. 8, 5—7. — ad breve tempus, i. e. per illud tempus, quo τὰ παθήματα v. 10. tulit et mortem perpessus est, v. 9.) — μετὰ βραχύ, paullo post, Luc. 22, 58.

Βρέφος, εος (ους), τό, infans, — dicitur **a.**, de embryone (foetu), Luc. 1, 41. (Hom. Iliad. 23, 205. Xen. Mem. 2, 2, 5.) — **b.**, de infante recens nato, Luc. 2, 12. 16. Act. 7, 19. — ἀρτιγέννητα βρέφη, 1 Petr. 2, 2. — **c.**, de puero (i. q. τὸ παιδίον), Luc. 18, 15. (Matth. 19, 13. Marc. 10, 13.) — ἀπὸ βρέφους, a teneris inde, 2 Tim. 3, 15.

Βρέχω, f. ξω, **a.**, madefacio, humecto, — τοὺς πόδας τοῖς δάκρυσι, (cf. Ps. 6, 7.) Luc. 7, 38. — **b.**, pluo (Graeci antiquiores usi sunt verbo ὕειν,

et pluviam dixerunt ὑετόν, non βροχήν. Voces: βρέχω et βροχὴ e sermone poëtico serius in vulgarem abierunt. V. Lobeck. ad Phryn. p. 291.). — α., impers. — προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι (v. τοῦ, sub ὁ, ἡ, τό). Jac. 5, 17. — cum accus.: pluit ignem et sulphur, Luc. 17, 29. (Ex. 9, 23.) — β., transit.: pluere facio (pluviam fundo), ὁ θεὸς βρέχει ἐπί τινα (cf. ἀνατέλλω), Matth. 5, 45. — ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετός, Apoc. 11, 6.

Βροντή, ῆς, ἡ, tonitru, Marc. 3, 17. Joh. 12, 29. Apoc. 6, 1. — Plur.. Apoc. 4, 5.

Βροχή, ῆς, ἡ, (a v. βρέχω, qu. v.) pluvia, Matth. 7, 25. 27.

Βρόχος, ου, ὁ, laqueus, βρόχον ἐπιβάλλειν τινί, illaqueare aliquem, laqueum iniicere alicui, 1 Cor. 7, 35. (i. e. officium alicui iniungere, quod iustum libertatis usum impedit.)

Βρυγμός, οῦ, ὁ, (a v. βρύχω, qu. v.) stridor, — ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, stridor dentium (signum furoris et indomitae indignationis), Matth. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28.

Βρύχω, f. ξω, (significatu differt, a βρύκω, mandere) strideo — βρύχω τοὺς ὀδόντας ἐπί τινα, frendeo dentibus in aliquem, (οἱ ὁ Job. 16, 9. Ps. 35, 16.) Act. 7, 54.

Βρύω, f. σω, (succis abundo, ebullio — Xen. de Venat. 5, 12. ἡ γῆ βρύει) — transit.: scatere facio (cf. βρεχω) ἡ πηγὴ βρύει τὸ γλυκὺ κ. τὸ πικρόν, Jac. 3, 11.

Βρῶμα, τος, τό, (a perf. pass. verbi βρόω s. βιβρώσκω) id, quod comeditur, cibus, — ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα, mihi id cibi deputatum est, ut, Joh. 4, 34. Rom. 14, 15. 20. 1 Cor. 8, 8. 13. — βρῶμα opposit. τῷ γάλακτι, omnino significat στερεὰν τροφήν, 1 Cor. 3, 2. (cf. Hebr. 5, 12.) — βρῶμα πνευματικόν, cibus divinitus per miraculum datus (manna, Ps. 77, 25. Sap. 16, 20.), qui praesignificabat panem eucharisticum (cf. Joh. 6, 51. 58. Philo de Profugis p. 470.), 1 Cor. 10, 3. — Plur. Matth. 14. 15. (Marc. 7, 19. Luc. 9, 13.) Luc. 3, 11. 1 Cor. 6, 13. 1 Tim. 4. 3. Hebr. 9, 9. (βρώμασι κ. πόμασι) 13, 9.

Βρώσιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a v. βρόω s. βιβρώσκω. Insignem habet sermo graecus adiectivorum ita efformatorum copiam; cf. ἀρνήσιμος, βάσιμος, βοηθήσιμος, ἐγέρσιμος, γελάσιμος, ne plura addamus.) is, qui comedi potest, edulis, esculentus, essbar, — ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; Luc. 24, 41.

Βρῶσις, εως, ἡ, (a v. βρόω s. βιβρώσκω) **α.**, de actu τοῦ βιβρώσκειν, α., *esus*, (actus edendi, Speisegenuss) — ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν (μὴ τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλά etc.) peragite (efficite) esum, qui in perpetuum satiat, non eum, quem sequitur fames, Joh. 6, 27. (ἐργάζεσθαι non est: quaerere. sed formula: ἐργάζ. τὴν βρῶσιν, comparanda est cum formulis: ἐργάζεσθαι τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν, al. — ἣν ὑμῖν δώσει, quem vobis praebiturus est etc.) — (ἡ βασιλ. τ. θεοῦ οὐκ ἔστι) βρῶσις κ. πόσις, Rom. 14, 17. (de sensu huius loci vide sub voc. βασιλεία.) Col. 2, 16. — 2 Cor. 9, 10. (ἄρτον εἰς βρῶσιν) — ἡ βρῶσις τῶν εἰδωλοθύτων, 1 Cor. 8, 4. — β., *erosio*, Zernagung. — σὴς κ. βρῶσις, (Euthym. Zigab. βρῶσις· ἡ σῆψις κ. φθίσις καὶ καθ' ἑαυτὴν τοιαύτη διαφθορά.) Matth. 6, 19. 20. (βρῶσις, Vulgat. aerugo.) — **b.**, de eo, quod comeditur: cibus — βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, Joh. 4. 32. 6, 55.

Βρώσκω, f. *ώσω*, (a v. *βρόω*) comedo, — *τοῖς βεβρωκόσι*, Joh. 6, 13.

Βυθίζω, f. *ίσω*, (a voc. *βυθός*, qu. v.) demergo, — *τινὰ εἰς* ... 1 Tim. 6, 9. — pass. *βυθίζομαι*, mergor, Luc. 5, 7.

Βυθός, (i. q. *βυσσός*, v. s. v. *βάθος*) *οῦ*, *ὁ*, fundus (Xen. Oecon. 19, 11.), mare altum (Aelian. Artemid. Diod. Sic. — *οἱ ὁ* Ex. 15, 5.), 2 Cor. 11, 25.

Βυρσεύς, *έως*, *ὁ*, (a voc. *βύρσα*, cutis detracta, corium) coriarius, der Gerber, Act. 9, 43. 10, 6. 32.

Βύσσινος, *η*, *ον*, (a voc. *βύσσος*, qu. v.) hyssinus, e hysso confectus, — neutr. *τὸ βύσσινον*, vestis byssina (*οἱ ὁ* Gen. 41, 42. 1 Chron. 15, 27. — Diod. Sic. 1, 85.), Apoc. 18, 12. 16. 19, 8. 14.

Βύσσος, *ου*, *η*, (hebr. בּוּץ, 1 Chron. 15, 27. 2 Chron. 2, 14. 5, 12. Esth. 1, 6. 8, 15. Ez. 27, 16. Mentio eius igitur non fit, nisi in libris hebraici codicis iunioribus. Synonyma ipsi sunt בַּד, i. e. linum tenue albi coloris, et שֵׁשׁ, sericum. Amhigunt interpretes, utrum lini an serici quaedam species hoc nomine appellata fuerit. Sed sicut dicit Pollux in Onom. 7. c. 17. sect. 75. est byssus species lini Aegyptiaci albi [Apoc. 19, 14.], tenuissimi ac mollissimi.) Luc. 16, 19. Apoc. 18, 12.

Βωμός, *οῦ*, *ὁ*, (v. supra *βουνός*) locus editus, בָּמָה, — speciat. ara, altare (Xen. Mem. 1, 1. 2. Thuc. 4, 98.), Act. 17 23.

Γ.

Γαββαθᾶ, (s. *Γαβαθά*) *ἡ*, (hebr. גִּבְעָה, collis, syrochald. גַּבְּעָתָא, in statu emphatico) Gabbatha, Joh. 19, 13. (Additur h. l. interpretatio: *λιθόστρωτον*, vid. hanc vocem suo loco.

Γαβριήλ, *ὁ*, (ex גֶּבֶר, fortis, et אֵל, Deus) Gabriel, princeps quidam angelorum, archangelus (Dan. 8, 16. 9, 21.), Luc. 1, 19. 26.

Γάγγραινα, *ης*, (a v. *γράω*, s. *γραίνω*, corrodo, simile vocab. *φαγέδαινα*) cancer. (Genus morbi perniciosissimum; sanguis paullatim in tabum vertitur omnemque humorum congeriem vitiat. Ea pars, ex qua tabum manat, sensim corrumpitur, finitimasque partes sanas inficit. Gangraenae genus, cuius certa curatio nondum inventa est.) 2 Tim. 2, 17. (Cancro comparatur haereticorum doctrina.)

Γάδ, *ὁ*, (גָּד, turma, Gen. 13, 11.) Gad (filius Jacobi septimus ex Zilpa, ancilla Leae), Apoc. 7, 5.

Γαδαρηνός, *ή*, *όν*, (a nomine urhis Gadarae. Gadara erat metropolis Peraeae [Joseph. B. J. 4, 8, 3.], littori orientali lacus Genesarethici adiacens, 60 stadiis a Tiberiade distans [Joseph. Vit. p. 1025.], a gentilihus maxime habitata) Gadarenus. — *ἡ χώρα τῶν Γαδαρηνῶν* (i. e. Gadaris), Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. (Variat in utroque loco lectio; in nonnullis enim codd. scriptum legitur *Γερασηνῶν*, quod tenet etiam Vulgatus. Gerasam ac Gadaram distinguunt Origen.

in Joann. et Plin. 5, 15. Et Gerasa quidem, ut tabula geographica monstrat, adeo a mari Galilaeo remota est, ut ne fines quidem eius urbis illud tetigisse probabile sit. Praeferenda ig. lectio: *Γαδαρηνῶν*. Neque Gadara ad ripam lacus Genesar. sita erat; at b. l. non agitur de urbe, sed de eius ditione, quae utique ad maris Galiliaei ripam usque pertinere potuit. — In loco parallelo: Matth. 8, 28. pleraque subsidia *Γεργεσηνῶν* offerunt; quae lectio etiam in locos Marci Lucaeque modo allatos irrepsit. Nititur haec lectio auctoritate Origenis. Testatur Orig. [in commentar. in Joann.] plerosque codd. exhibuisse: *Γερασηνῶν*, paucos: *Γαδαρηνῶν*. Ipse vero neutram lectionem dicit aptam esse. „Gerasa, inquit, urbs est Arabiae, neque mare, neque stagnum in propinquo habens; quoniam vero in paucis exemplaribus invenimus „in regionem Gadarenorum" etiam ad hoc dicendum est. Gadara quidem urbs est Judaeae, circa quam celeberrima balnea sunt; haudquaquam vero in ea est stagnum vel mare praecipitiis adiacens. At *Gergesa*, a qua Gergesaei, urbs est antiqua iuxta stagnum, quod nunc Tiberiadis vocamus, iuxta quam rupes est stagno adiacens, e qua ostenditur, porcos a daemonibus in praeceps delatos fuisse." Coniectura igitur usus est Origenes.)

Γάζα, ης, ἡ, (vox Persica, a Graecis et Latinis recepta, quae significat aerarium regium, thesaurum, v. Diod. Sic. 17, 64. Curt. 3, 12, 17. — οἱ ὁ Esth. 3, 9.) aerarium publicum, Act. 8, 27.

Γάζα, ης, ἡ, (hebr. עַזָּה, i. e. robusta, cf. עֲמֹרָה, γομόῤῥα) Gaza (urbs Philistaeorum versus fines terrae Israeliticae australes [Gen. 10, 9.]. Raphiam inter et Ascalonem in colle sita [Joseph. B. J. 5, 14.], viginti stadiis a mari et undecim milliaribus ab Hierosolymis distans. Erat munita et muro cincta [Arian. de expedit. Alex. 2, 27.]. Praesidium quum haberet Persicum, Alexander M. post obsidionem quinque mensium eam expugnavit, nec tamen delevit [Plutarch. Alex. c. 25. Curt. 4, 6.]. Restitutam eam [in loco aliquo inferiori] postea anno 96. ante Christ. Alexander, Jannaeus dictus, rex Judaeorum, per unum annum obsidione pressit ac captam deinde diruit [Joseph. Ant. 13, 21. cf. 1 Macc. 11, 61. 13, 43. 44.]; dirutam aliquot annis post instauravit Gabinius [Joseph. l. c. 14, 10.]. Denique Augustus imperator eam donavit Herodi M. quo mortuo Syriae [Joseph. Antiq. 15, 13.] adiecta est.), Act. 8, 26. (*αὕτη* — non referri ad *Γάζαν*, sed ad *ὁδός*, recte statuerunt St. Chrysost. Oecumen. aliique. Suasit angelus Philippo, ut ingrederetur *viam* desertam, vacuam, solitariam, quippe in qua deprehendere posset hominem lectioni sacri codicis vacantem, v. 30.)

Γαζοφυλάκιον, ου, τό, (ex voc. *γάζα*, thesaurus et *φυλακή*, i. q. *θησαυροφυλάκιον*, thesauri reconditorium, locus, ubi aurum argentumque servatur) aerarium sacrum, s. locus, servando auro argentoque templi destinatus (v. Ligtfoot ad Marc. 12, 41.) Dic. ***a.,*** de tredecim illis (cistis s.) cippis in atrio mulierum (prope fores) positis, in quibus nummi in templi usum et pauperum sustentationem vel sponte oblati, vel a Judaeis quotannis pendendi condi consueverant (Rabbinis dicebantur שׁוֹפָרוֹת, quoniam tubarum speciem referebant), Marc. 12, 41. 43. Luc. 21, 1. — ***b.,*** locus, in quo et illi cippi, et

alia cimelia templi (vasa aurea et argentea) asservabantur (Neh. 13, 7. 10, 37. — Joseph. B. J. 6, 7, 2), i. e. atrium mulierum, Joh. 8, 20.

Γάϊος, ου, ὁ, Gagus s. Caius, ***a.***, vir Christianus Derbensis, Act. 20, 4. — ***b.***, vir Christianus, Macedo, Act. 19, 29. — ***c.***, vir Christianus Corinthius, Pauli, cum Corinthi versaretur, hospes, Rom. 16, 23. et 1 Cor. 1, 14. (Sunt, qui putent, hunc eundem esse, quem loco secundo, sub lit. b. posuimus.) — ***d.***, vir quidam Christianus, 3 Joh. v. 1. (dici h. l. putant plerique [Beda, Ambrosiast., Ado, Ligtfoot.] Caium Macedonem s. Corinthium, — num sub a et b commemoratos nolunt distingui. — Aliis obversatur Caius Derbensis. v. lit. a.)

Γάλα, λακτος, τό, lac, 1 Cor. 9, 7. — 3, 2. *γάλα ὑμᾶς ἐπότισα*, lac vobis bibendum dedi, i. e. faciliora intellectu vobis tradidi, cf. Hebr. 5, 12. — *τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα*, 1 Petr. 2, 2. (locus obscurior. Sensus videtur esse: sicut infantes recens nati avidi sunt lactis puri sincerique, ita et vos, qui evangelio nuper nati estis et Dei benignitatem gustastis, solere decet simplicitatem, innocentiam, lenitatem, et has virtutes imbibere, ut per eas, quasi per lac mentis, viribus augeamini. — Ab hac loci interpretatione non absunt, quae ad h. l. annotavit Calmet.)

Γαλάτης, ου, Galata, incola Galatiae, Gal. 3, 1.

Γαλατία, ας, ἡ, Galatia, Gallograecia (regio Asiae minoris, confinis Paphlagoniae, Ponto, Cappadociae, Phrygiae, Lycaoniae et Bithyniae. Nomen traxit a populis, quibusdam Galliae, quos Strabo et Plinius Tlistoboios, Tectosages [v. Caes. Bell. Gall. 6, 22.], et Trocmos vocant; qui populi, relicta patria, in Thraciam immigrarunt; tum tertio ante Christum saeculo, Leonnorio et Lutario ducibus, in Asiam traiecerunt, et postquam hic diu circumvagati erant, tandem regionem inter Sangarium Thymbridemque et Halyn fluvios sitam occuparunt et connubiis sese cum Graecis miscuerunt. Imperante Augusto Gallograecia s. Galatia in provinciae Romanae formam redacta est Ao. 26. ante Chr. Vid. Liv. 37, 8. 38, 16. 18. Eutrop. 7, 5. Migravit eo mercaturae causa magnus numerus Judaeorum, Jos. Ant. 16, 16.), 1 Cor. 16, 1. Gal. 1, 2. 2 Tim. 4, 10. 1 Petr. 1, 1.

Γαλατικός, ή, όν, Galaticus (ad Galatiam pertinens), Act. 16, 6. 18, 23.

Γαλήνη, ης, ἡ, (adj. ὁ, ἡ *γαληνός*, serenus, hilaris) serenitas, tranquillitas maris (Hom. Od. 7, 319. — Xen.), Matth. 8, 26. Marc. 4, 39. Luc. 8, 24.

Γαλιλαία, ας, ἡ, (גָּלִיל, 1 Reg. 9, 11. et גְּלִילָה, 2 Reg. 15, 29. orbis, Kreis. Hinc adj. *γαλιλαῖος*, qu. v. — *ἡ γαλιλαία*, sc. *γῆ*.) Galilaea (nomen regionis Palaestinae septentrionalis, a Syrorum finibus inter Jordanem fluvium et mare mediterraneum ultra lacum Genesareth productae, et in Galilaeam superiorem et inferiorem, divisae. Superior Galilaea [*ἡ ἄνω Γαλιλαία*] a finibus Tyriorum et Sidoniorum incipit et usque ad Jordanis fontes procurrit; inferior [*ἡ κάτω Γαλιλαία*] magis plana et depressa illa, terras tribuum Issachar et Zabulon et partem Nephthali eam, quae ad mare Galilaeum sita erat, complectebatur. V. Joseph. B. J. 3, 3. Erat Galilaea regio fertilissima, incolis abundans, oppida vicosque 404 continens. Urbes primarias Josephus Tiberiadem, Sepphoridem et Gabaram appellat. In N. T. celebrantur Nazareth, Cana, Capharnaum.), Marc. 1, 9.

Luc. 2, 30. 4, 14. 8, 26. 23, 6. Joh. 4, 43. 46. 54. 6, 1. 7, 1. 41. 52. 12, 21. — Act. 13, 37. al. — ἡ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, Matth. 4, 15. (Jes. 9, 1. et 1 Macc. 5, 15. γαλιλαία ἀλλοφύλων, i. e. tractus, qui et vicinos habet et intra suos fines continet multos gentiles, cf. 1 Reg. 9, 11. Jes. 20, 7. 21, 32. Quapropter Galilaei Judaeis contemtui habebantur, Matth. 26, 69. Joh. 1, 46. 7, 52.)

Γαλιλαῖος, αία, αῖον, Galilaeus, incola terrae, quae Galilaea vocatur, Joh. 4, 45. Matth. 26, 69. (Marc. 14, 70. verba: καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει, versio Vulgata non expressit, at agnoscit ea Matth. 26, 73. Aiunt Rabbini, Galilaeos quasdam literas, maxime Gutturales putide et parum distincte pronuntiasse. — Luc. 22, 59.) Luc. 13, 1. 2. (Res, cuius hic mentio fit, ignoratur. Fortasse isti Galilaei sectatores erant Judae Gaulonitae, nefas esse dicentis, tributa externis pendere. — Theophyl. Euthym. Act. 5, 37.) 23, 6.

Γαλλίων, ωνος, ὁ, Gallio (proconsul Romanus Achaiae, frater natu maior L. Annaei Senecae philosophi. Primum eius nomen fuit M. Annaeus Novatus, sed per adoptionem adlectus in familiam Julii Gallionis, sub Tiberio exulis, nomen L. Junii Gallionis adsciverat. Vir erat ingenio miti et suavi [Senec. lib. 4. nat. qu. Tacit. Annal. 15.]. Ad illum Seneca frater librum de ira scripsit. Fortunarum et exitii fraterni ex aequo socius fuit: utrumque enim Nero interfecit.), Act. 18, 12. 14. 17.

Γαμαλιήλ, ὁ, (גַּמְלִיאֵל, i. e. retributio s. praemium Dei, Num. 1, 10. 2, 20.) Gamaliel (doctor Pharisaeus, filius R. Simeonis, nepos Hillelis, qui praefuisse synedrio ultimis Tiberii, Caii et primis Claudii annis et obiisse 18 annis ante excidium urbis dicitur), Act. 5, 34. 22, 3.

Γαμέω, (ῶ) f. ήσω, (a v. γήμω s. γάμω, aor. 1. ἔγημα, 1 Cor. 7, 28. Luc. 14, 20., aor. 2. ἔγαμον. Hinc γαμέω cum suis temporibus. Aor. 1. ἐγάμησα, aor. l. pass. ἐγαμήθην.) — **a.**, *Act. α.*, uxorem duco, τινά (γυναῖκα) ἔγημα (Xen. Mem. 1, 1, 8.), Luc. 14, 20. — aor. 1. ἐγάμησα (Graecis antiquioribus, Atticis, hoc significabat: desponsavi mihi aliquam. Ubi exprimendum erat: uxorem duxi, scribebant: ἐγάμεσα per ε, s. ἔγημα), Matth. 5, 32. 19, 5. (Marc. 10, 11. Luc. 16, 18.) Marc. 6, 17. — absque casu: γαμέω (oppon. ἐκγαμίζομαι), Matth. 22, 30. (Marc. 12, 25. Luc. 20, 34. 35.) 24, 38. (Luc. 17, 27. ἐγάμουν) — (ἐγάμησα) Matth. 19, 10. 22, 25. — β., de feminis: in matrimonium me do; absque casu: (γαμεῖν) 1 Tim. 5, 11. 14. — 1 Cor. 7, 28. (ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος) v. 34. (ἡ γαμήσασα, opp. ἄγαμος). — γ., loci, ubi verb. activ. absque casu de utriusque sexus hominibus promiscue dicitur: 1 Cor. 7, 9. 36. 1 Tim. 4, 3. — **b.**, *Pass.* γαμοῦμαί τινι, nubo alicui; — aor. 1. ἐγαμήθην (hac forma Attici veteres exprimebant: desponsatam me sibi habere voluit aliquis. Quod est: nupsi, id exprimebant per: ἐγαμέθην, et ἐγημάμην. Quare τὸ· γαμηθῆναι, de ea, quae nupsit, dictum, reiiciunt Atticistae, quamquam legitur ap. Philon. Plut. Lucian. Apollod.), Marc. 10, 12. 1 Cor. 7, 39.

Γαμίζω, f. σω, (i. q. γαμίσκω, a voc. γάμος) nuptui do, colloco filiam, 1 Cor. 7, 38. (Matth. 22, 30.) cf. ἐκγαμίζω.

Γάμος, ου, ὁ, **a.**, nuptiae, s. festum nuptiale, Joh. 2, 1. 2. Apoc. 10, 7. (i. q. v. 9. τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου, cf. Gen. 29, 22. 1 Macc. 10, 58.

Tob. 9, 19. — Xen. Venat. 1, 8.) Matth. 22, 8.; locus epuli, Matth. 22, 10. 25, 10. — Plur. ποιεῖν γάμους τινί, coenam nuptialem, sive convivium quodcunque solemne instruere alicui, Matth. 22, 2. (Luc. 12, 36.) Luc. 14, 8.; — **b.**, coniugium, matrimonium, Hebr. 13, 4. (Diod. Sic. 2, 5.)

Γάρ, coniunctio caussalis, post primam, vel secundam enunciationum vocem collocari solita: *nam*, *enim*. Affert rationem, cur sint dicta ea, quae (verbis proxime antecedentibus) dicta sunt. Locus ei datur, cum universe dictis vel iudicatis ea subiunguntur, quibus illa dicta iudicatave aut comprobantur, aut explicantur. Nihil itaque ista particula tritius. v. Matth. 2, 5. 7, 8. 25. 13, 12. 15. 15, 14. al. Et quae de eius usu e N. T. scriptis enotari possunt notatu digna, ea potius methodum orationis concinnandae (rhetoricam), quam significatum particulae lexicalem spectant. Seligamus pauca **a.**, Solent scriptores sacri verbis, adhortationis vim habentibus (et imperativis), alterum annectere orationis membrum, quod particula γάρ distinguitur, Matth. 1, 20. (μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν ... σοῦ· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννεθέν cet.) 3, 9. 6, 7. 8. 20. et 21. (Luc. 12, 34.) 7, 1. et 2. 7. et 8. 9, 10. 24. 26. 10, 10. 16. 15, 11. 19, 14. (Marc. 10, 14. Luc. 18, 16.) 23, 3. 25, 35. Marc. 4, 25. 6, 36. 9, 39. 13, 9. Luc. 1, 30. (Phil. 3, 18. Col. 3, 3.) 2, 10. 6, 23. 32—34. 7, 6. 27. 9, 14. 28. 30. 10, 7. 12, 34. 14, 24. 16, 2. 17, 24. 18, 16. 19, 5. 21, 8. 23, 34. Joh. 7, 4. — Act. 2, 15. (14.) 9, 11. 16, 28. 18, 15. 19, 40. 20, 29. 22, 26. 23, 11. 17. 21. 26, 16. 27, 25. 34. 28, 22. — Rom. 11, 1. 12, 20. 13, 1. 3. et 4. 10. et 11. 14, 16. et 17. 15, 2. et 3. 16, 18. — 1 Cor. 1, 10. 11. 7, 14. 22. 8, 10. 10, 25. 14, 2. 14. 16, 10. 11. — 2 Cor. 5, 21. 9, 1. 10, 8. 11. et 12. 17. et 18. — Gal. 4, 30. 5, 14. 6, 9. 17. — Eph. 5, 6. 7. 9. 12. 6, 1. — Phil. 2, 5. 12. 13. 3, 18. Col. 3, 20. — 1 Thess. 5, 6. 7. 18. — 1 Tim. 3, 13. 4, 15. (cf. 2 Petr. 1, 10. Rom. 12, 20.) 5, 4. 11. — 2 Tim. 2, 7. 16. 3, 6. 4, 3. 6. 10. 11. (Tit. 1, 7. 10.) Tit. 3, 9. Philem. v. 22. (cf. v. 7.) Hebr. 4, 2. 15. (coll. 5, 1.) 10, 26. 31. 12, 6. 17. 18. (coll. v. 14. 15.) Jac. 1, 6. 13. 20. 2, 13. 1 Petr. 2, 19. 2 Petr. 1, 8. — 2 Joh. v. 11. Apoc. 3, 2. 22, 10. — **b.**, Ubi oratio forma induitur quaestionis, simul additur quaestionis confirmatio ita, ut interserere ante particulam caussalem possis verba: „iure hoc quaeritur;“ nam etc. Matth. 2, 2. (ποῦ ἐστιν ὁ τεχτεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; [iure hoc quaerimus] εἴδομεν γὰρ etc.) 9, 5. (ἱνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρά —; [iure ita quaero] nam utrum facilius est, etc.) 12, 34. 15, 2. 26, 1. 10. — Marc. 4, 22. 12, 23. (Luc. 20, 33.) — Luc. 1, 18. 6, 32. — Act. 17, 19. et 20. 21, 13. — Rom. 4, 1. et 2. 14, 10. 1 Cor. 1, 21. 15, 29. 2 Cor. 2, 17. 6, 16. Gal. 1, 10. 2 Petr. 3, 4. 6, 32. — **c.**, Annectunt dictis Nostri enunciationes caussales appendicis loco et illustrationis caussa (nachträgliche Erklärungen = „nämlich“): Matth. 3, 3. 4, 18. (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς, Marc. 1, 16.) 9, 21. (Marc. 5, 28.) 14, 3. 4. (Marc. 6, 17. 18.) 19, 22. (Marc. 10, 22. Luc. 18, 23.) — Marc. 2, 15. 3, 10. 5, 8. (Luc. 8, 29.) 42. 6, 50. 52. 9, 6. 34. 12, 12. (Luc. 20, 19.) 14, 40. 15, 10. 16, 4. — Luc. 8, 40. 9, 14. 23, 12. — Joh. 3, 24. 4, 8. 9. 7, 5. 39. 13, 11. 19, 31. 36. 20, 9. — Act. 4, 3. 8, 16. 13, 8. 18, 3. 18. 28. 19, 24. 32. 20, 1. — nonnumquam formant eiusdem particulae ope enunciationes parenthesium speciem referentes, Marc. 6, 14. (φανερὸν γὰρ ... αὐτοῦ) 48. —

Rom. 7, 1. 11, 13. 14. 1 Cor. 15, 52. 16, 5. 2 Cor. 5, 7. Gal. 2, 8. 3, 13. Hebr. 7, 11. 2 Petr. 2, 8. Apoc. 19, 8. 10. — **d.,** Saepius particulam caussalem ita adhibent, ut ex enunciatione proxime praecedente aliquam repetant vocem, Matth. 6, 34. (— εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον, etc.) 11, 29. 30. (ἄρατε τὸν ζυγόν μου. ὁ γὰρ ζυγός μου etc.) 7, 7. et 8. (αἰτεῖτε etc. — πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν: cf. Luc. 11, 9. 10.) 18, 7. (Οὐαὶ .. ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν .. τὰ σκάνδαλα) — Luc. 12, 11. 12. (μὴ μεριμνᾶτε, πῶς .. εἴπητε· τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα ... ἃ δεῖ εἰπεῖν) Joh. 6, 32. et 33. (ὁ πατήρ μου δίδωσι ὑμῖν τὸν ἄρτον — ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ θεοῦ etc.) 12, 47. (ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω) 16, 7. (.. ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω etc.) — Act. 4, 26. et 27. (οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ... συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας etc.) — Rom. 2, 1. (πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις etc.) 8, 12. 13. 24. 11, 23. 13, 8. 14, 1. 3. 15, 26. et 27. 1 Cor. 1, 17. et 18. (ὁ σταυρὸς τ. Χριστοῦ· ὁ λόγος γὰρ ὁ τ. σταυροῦ) 2, 8. (ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν) v. 10. 3, 3. (ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε· ὅπου γὰρ ... οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;) 3, 10—12. (θεμέλιον τέθεικα ... θεμέλιον γὰρ ἄλλον, cet.) 17. (ναός) 4, 19. 20. (τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ .. ἀλλ' ἐν δυνάμει) 10, 4. (.. ἔπιον· ἔπιον γάρ ..) 16, 5. Adde: 2 Cor. 3, 6. Gal. 5, 17. Eph. 5, 13. cf. etiam 1 Cor. 11, 25. et 26. Phil. 2, 27. — **e.,** Nonnumquam scriptores S. ad particulam caussalem *transsiliunt*, ac desiderantur sententiae intermediae, quae nexum huius particulae cum antecedentibus declarent. Quare interpreti cavendum, ne filum orationis perdat, praesertim ubi ista particula in enuntiationibus contiguis bis terve repetitur. Cuius rei exempla habes in locis hisce: (γάρ bis legitur:) Marc. 6, 52. 9, 6. Luc. 8, 29. 20, 36. Joh. 3, 16. 17. 34. 5, 46. 8, 42. — Act. 2, 15. 4, 34. Rom. 3, 22. 23. 4, 15. 6, 14. 8, 2. et 3. 14. et 15. 13, 4. 14, 17. 18. 15, 3. et 4. 27. 16, 18. et 19. — 1 Cor. 1, 18. et 19. 2, 10. et 11. 19. 4, 15. 11, 5. et 6. 18. et 19. 12, 13. et 14. 15, 21. et 22. — 2 Cor. 1, 12. et 13. 19. et 20. 3, 10. et 11. 10, 3. et 4. 14. 11, 2. 19. et 20. 12, 14. — Gal. 1, 10. 2, 18. et 19. 3, 26. et 27. — Phil. 2, 20. et 21. 1 Thess. 4, 2. — Hebr. 2, 10. et 11. 9, 16. et 17. 12, 17. — Jac. 2, 10. 11. — 1 Petr. 2, 19. et 20. — (γάρ ter et saepius iteratum:) Matth. 16, 25—27. (Marc. 8, 35—38. Luc. 9, 25. 26.) 26, 10—12. Joh. 5, 20—22. — Act. 26, 26. — Rom. 1, 16—18. 15, 3—4. (quater) 2, 1. 11—13. 4, 13—15. 5, 6. et 7. (de sensu loci v. sub voc. ἀγαθός) 16. et 17. 6, 5—7. 14. 19. et 20. 7, 14. et 15. 18. et 19. 8, 2. et 3. 5—7. 10, 2—4. 10—13. 11, 23—25. 29—32. 14, 7—9. — 1 Cor. 1, 17—19. 3, 2—4. 9, 13—17. 11, 7—9. — 2 Cor. 1, 19. 20. 3, 9—11. 7, 8—11. — Gal. 3, 26. 27. — 1 Thess. 2, 9. — Hebr. 2, 12—14. 17—19. 5, 12. et 13. 7, 16—19. 9, 16. 17. 12, 17. 18. — Ita coniunctio caussalis saepius repetita deprehenditur etiam in Graecorum scriptis. — **f.,** utuntur libri sacri N. T. coniunctione γάρ, ubi loci V. T. allegantur, Matth. 4, 6. (γέγραπται γάρ) 26, 31. (Marc. 14, 27. ὅτι γέγραπται) Luc. 4, 10. Act. 1, 20. 23, 5. Rom. 12, 19. 14, 11. 1 Cor. 1, 19. (cf. 9, 9.) Gal. 4, 22. 27. — οὕτω γὰρ γέγραπται, Matth. 2, 5. — Act. 2, 25. (Δαβὶδ γὰρ λέγει) 3, 22. (Μωϋσῆς μὲν γὰρ εἶπε) cf. Rom. 4, 3. 10, 16. Act. 13, 47. (οὕτω γάρ

ἐντέταλται ἡμῖν ὁ κύριος) — λέγει γὰρ ἡ γραφή, Rom. 9, 17. 1 Tim. 5, 18. 2 Cor. 6, 2. Hebr. 4, 4. 7, 17. (μαρτυρεῖ γάρ.)

g., Coniunct. γάρ nonnumquam vim explicativam habet ut Latinorum: *scilicet*, Matth. 1, 18. Luc. 9, 44. Act. 24, 5. — **h.,** Γάρ in oratione respondentium cum pronominibus vel adverbiis interrogativis consociatum saepius sententiam e contextu elici iubet, quam confirmet — (Pilatus respondet:) τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Matth. 27, 23. (Particula γάρ refertur ad postulati supplicii recusationem, quae verbis non diserte expressa est, hac mente: non ego eum in crucem agam; *nam* quid mali fecit? i. e. nullum facinus patravit. Ita recte explicuerunt Maldonatus aliique. cf. Marc. 15, 14. Luc. 23, 22.) — (Aethiops respondet:) πῶς γὰρ ἂν δυναίμην . . .; Act. 8, 31. (i. e. non intelligo; *nam* quomodo possim . . .) — Ita quoque elliptice, ut ita dicam, ponitur γάρ, consociatum cum adverbiis negandi: οὐ γάρ, i. e. nullo modo, minime vero! (Hoc non faciam; nam fieri non potest.) Act. 16, 37. — (Nonnulli respondere coeperunt:) μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; i. e. non est Messias; num *enim* . . .?) Joh. 7, 41. — μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε; i. e. Hoc non decet; nonne enim domos habetis? 1 Cor. 11, 22. — γάρ cum imperativo: ἀναλογίσασθε γάρ, i. e. recogitare enim vos decet, quod vos recogitare volo, etc. Hebr. 12, 3. (nonnulli codd. pro γάρ offerunt οὖν, ex interpretamento.) — μὴ γάρ, cum imperat. Jac. 1, 7. 1 Petr. 4, 15. — **i.,** Καὶ γάρ, α., nam etiam (καὶ γὰρ ἐγώ, nam ego quoque) Matth. 8, 9. (Luc. 7, 8.) 26, 73. (Marc. 14, 70. Luc. 22, 59.) 15, 27. (Marc. 7, 28.) Marc. 10, 45. Luc. 6, 32. 33. 34. 11, 4. Joh. 4, 45. (καὶ αὐτοὶ γάρ) Rom. 11, 1. 15, 3. 16, 2. 2 Cor. 2, 10. 3, 10. 13, 4. (καὶ γὰρ εἰ . . nam etiamsi . .) 1 Thess. 3, 4. (καὶ γὰρ ὅτε) 4, 10. (καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτό, nam facitis id etiam . .) cf. 2 Cor. 2, 9. (εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα) Act. 17, 28. (τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.) — β., etenim, Act. 19, 40. 1 Cor. 5, 7. 2 Cor. 5, 2. 4. — **k.,** Quod *situm* particulae attinet, eam nonnumquam post duas voces collocatam videmus, α., post praepositionem et casum cum ea coniunctum, v. c. ἐκ σοῦ γάρ, Matth. 2, 6. — εἰς τοῦτο γάρ, Marc. 1, 38. 2 Cor. 2, 9. 1 Tim. 4, 10. — πρὸς ἀλλήλους γάρ, Marc. 9, 34. — κατὰ ταῦτα γάρ, Luc. 6, 23. 26. — ἐν ᾧ γάρ, Rom. 2, 1. — πρὸ τοῦ γάρ, Gal. 2, 12. — διὰ ταῦτα γάρ, Eph. 5, 6. — β., post nomen eiusque articulum — τοὺς πτωχοὺς γάρ, Matth. 26, 11. Joh. 12, 8. — ὁ λόγος γάρ, 1 Cor. 1, 18. — γ., post particulam et nomen — ὡς παγὶς γάρ, Luc. 21, 35. — δ., post vocem, quae secum habet μέν. — ὅτι μὲν γάρ, Act. 4, 16. — Δαβὶδ μεν γάρ, Act. 13, 36. — Σαδδουκαῖοι μεν γάρ, Act. 23, 8. — Adde: Rom. 2, 25. 3, 2. 1 Cor. 5, 3. 11, 7. 2 Cor. 9, 1. 11, 4. Hebr. 7, 18. 20. 8, 4. 12, 10. — ε., post verbum et negationem — οὐ δυνάμεθα γάρ, Act. 4, 20.

Γαστήρ, ἐρος, (per syncop. γαστρός) ἡ, (alvus, Xen. Mem. 1, 3, 6.) **a.,** uterus, Luc. 1, 31. — ἐν γαστρὶ ἔχειν (notissima Graecorum locutio; οἱ ὁ, Gen. 16, 4.) gravidam esse, Matth. 1, 23. 24, 19. (Marc. 13, 17. Luc. 21, 23.) 1 Thess. 5, 3. — ἔκ τινος, Matth. 1, 18. — **b.,** ventriculus (Xen. Cyrop. 1, 2, 8.), Tit. 1, 12. (γαστέρες ἀργοί — versiculus Epimenidis, poëtae Cretensis, qui floruit saeculo 6. ante Chr. nat. et librum scripsisse περὶ χρησμῶν fertur. Hieron. ad h. l.)

Γέ, particula enclitica, certe, quidem, forte, wenigstens, eben, etwa. Adiungitur **a.**, praepositionibus, v. c. *διάγε*, Luc. 11, 8. 18, 5. — **b.**, pronomini relat. *ὅς γε*, Rom. 8, 32. — **c.**, coniunctionibus, v. c. *ἀλλάγε*, Luc. 24, 21. 1 Cor. 9, 2. — *εἴγε*, 2 Cor. 5, 3. Gal. 3, 4. Eph. 3, 2. Col. 1, 23. — *εἰ δὲ μήγε*, (vid. hanc formulam sub compos. c. *Εἰ*.) Matth. 6, 1. 9, 17. (Luc. 6, 36. 37.) 2 Cor. 11, 16. — *ἄραγε*, Matth. 17, 26. Act. 11, 18. 17, 27. — *καίγε*, Luc. 19, 42. Act. 2, 18. — *καιτοίγε* (quamquam), Joh. 4, 2. Act. 14, 17. 17, 27. — *μὲν οὖνγε*, quin imo, Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. Phil. 3, 8. — *μητίγε*, quanto magis, 1 Cor. 6, 3.

Γεδεών, *ῶνος*, (גִּדְעוֹן, excindens, destruens, a. v. גָּדַע, excidit, destruxit) Gideon (dux et princeps Israëlitarum, Joasi filius, qui Israëlitas a potestate Midianitarum liberavit, etiam Jerubaal dictus, Judic. c. 6—8.), Hebr. 11, 32.

Γέεννα, *ης*, *ἡ*, (ex גֵּי בֶן־הִנֹּם, i. e. vallis filii lamentationis; vocabulum scil. הִנֹּם transpositione literarum factum e voc. נֹהַם, quod signif. lamentationem. v. Hilleri Onomast. Nomen vallis prope Hierosolyma ad torrentem Kidron sitae, quod a lamentatione filiorum, brachiis ignitis Molochi, idoli imaginem tauri referentis, tradendorum traxit, Jos. 15, 8. 18, 6. 2 Chron. 28, 3. 33, 6. Jerem. 7, 32. 2 Reg. 23, 10. — גֵּיא הִנֹּם, Neh. 11, 30. Postquam nefandus ille Molochi cultus a Josia rege abrogatus erat [2 Reg. 23, 10.], Judaei locum istum ita abominati sunt, ut eo non solum omnes sordes eiicerent, sed etiam cadavera animalium et hominum supplicio ultimo affectorum corpora proiicerent. Et quum ad cadavera consumenda continuis opus esset ignibus, factum est, ut et ille locus diceretur *γέεννα τοῦ πυρός*, et eius nomine etiam infernus, i. e. locus, ubi impii homines post fata aeternas poenas luent, appellaretur.) Gehenna, ignis infernalis, Matth. 5, 22. 10, 28. (Luc. 12, 5.) 29. 30. 18, 8. 9. (Marc. 9, 43. 45. 47. cf. Jes. 66, 24.) Jac. 3, 6.

Γεθσημανῆ s. *γεθσημανεῖ*, (a voc. גַּת, torcular, et שְׁמָנָא, oleum) Gethsemane (nomen *χωρίον*, i. e. agri, ad radicem montis oliveti ultra torrentem Kidron siti), Matth. 26, 36. Marc. 14, 32.

Γείτων, *ονος*, *ὁ*, *ἡ*, vicinus (Xen. Mem. 2, 2, 12.). Plur. Luc. 14, 12. 15, 6. 9. Joh. 9, 8.

Γελάω, (*ῶ*) f. *άσω*, (Att. *άσομαι*) rideo, Luc. 6, 21. (opp. *κλαίω*. Ergo est i. q. *χαίρω*, Joh. 16, 20.) 25.

Γέλως, *ωτος*, *ὁ*, (cf. Graec. voc. *ἔρως*) risus (Xen.), Jac. 4, 9.

Γεμίζω, f. *σω*, (a voc. *γέμος*, i. e. moles navi imposita, i. q. *ὁ γόμος*) repleo, — pass. *γεμίζομαι*, repleor, Marc. 4, 37. Luc. 14, 23. — *γεμίζω τί τινος*, impleo aliquid aliqua re, Marc. 15, 36. (Matth. 27, 48. legitur *πλέω*) Joh. 2, 7. (*γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος*) Joh. 6, 13. — Pass. Apoc. 15, 8. — *γεμίζω τι ἀπό τινος*, (hebr. מִלֵּא מִן, Ex. 16, 32. Jes. 51, 34.) Luc. 15, 16. — .. *τὶ ἔκ τινος*, Apoc. 8, 5. V. *γέμω*.

Γέμω, f. *ῶ*, plenus, refertus sum, **a.**, *τινός*, aliqua re, Matth. 23, 27. Luc. 11, 39. Rom. 3, 14. Apoc. 4, 6. 8. 15, 7. 17, 3. 4. 21, 9. — **b.**, *ἔκ τινος*, Matth. 23, 25.

Γενεά, *ᾶς*, *ἡ*, (a v. *γένω*, *γίνομαι* — ap. Graec. procreatio, nativitas. Xen. Cyr. 1, 2. 8. Hom. Il. 2, 107.) **a.**, procreatio, — pl. *αἱ γενεαί*, Vulg. generationes, i. e. propagatio generis per filios et filiorum filios continuata, (hebr. תּוֹלְדוֹת) Matth. 1, 17. — **b.**, vitae spatium, quod quis emetitur, die Lebenszeit, aevum, Act. 13, 36. — *φρονιμώτεροί εἰσιν εἰς τὴν γενεὰν αὐτῶν*, maiori diligentia (prudentia) suo aevo, i. e. suae terrestri vitae prospiciunt, quam ... Luc. 16, 8. — **c.**, homines contemporanei eiusdem generis sive qualitatis, *ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς*, Phil. 2, 15. (Jerem. 8, 3.) Act. 2, 42. Hebr. 3, 10. — *ὦ γενεὰ ἄπιστος κ. διεστραμμένη*, (Gen. 35, 5.) Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 41.) — **d.**, aevum, das Menschenalter — *οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη*, Matth. 24, 34. (Marc. 13, 30. Luc. 21, 32.) cf. Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1.) — **e.**, aetas, das Zeitalter, die Zeitgenossenschaft, (homines aliqua aetate simul viventes) — *τίνι ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην;* Matth. 11, 16. (i. e. *τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης*, Luc. 7, 31.) 12, 39. 41. 42. 45. (Luc. 11, 29. 31. 32.) 16, 4. (Marc. 8, 12.) 23, 36. (Luc. 11, 50. 51.) Marc. 8, 38. — **f.**, pl. *γενεαί*, saecula, aetates, tempora (דּוֹר) — *εἰς γενεὰς γενεῶν*, (דּוֹר דּוֹרִים, Ps. 72, 5. 102, 25.) Luc. 1, 50. — *εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων*, Eph. 3, 21. — *ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς*, Act. 14, 16. — *ἐκ γενεῶν ἀρχαίων*, Act. 15, 21. — Eph. 3, 5. — **g.**, posteritas, soboles, — *τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* (Jes. 53, 7.) Act. 8, 33. (*γενέα* h. l. ab aliis de divina, ab aliis de humana Christi generatione explicatur. Ratione vero habita vocabuli hebr. דּוֹר poteris forsitan intelligere *τῶν τέκνων* Christi, i. e. sectatorum et asseclarum, quos sua aetate habebat et deinceps omnibus temporibus habiturus est, infinitum numerum.)

Γενεαλογέω, (*ῶ*) *ήσω*, (a voc. *γενεαλόγος*, conflato e *γενεά* et *λέγω*) genus et origines familiarum recenseo — *ὁ γενεαλογούμενος ἔκ τινων*, is, cuius genus deduciter a, — Hebr. 7, 6.

Γενεαλογία, *ας*, *ἡ*, generis s. stemmatum recensio. Hoc nomine significari quoque possunt superstitiosae observationes circumstantiarum in nativitate hominis cuiusdam occurrentium (Nativitätenstellen); sive etiam genealogiae spiritualium virtutum divinarum, i. e. Aeonum, quas Cabbalistae et Gnostici excogitarunt. — Pl. 1 Tim. 1, 4. Tit. 3, 9.

Γενέσια, *ίων*, *τά*, (adi. *γενέσιος*, a voc. *γένεσις*. Neutrum pl. significat festum, ut *τὰ ἀσκώλια*, *ἕρματα*, *ἀλῶα*, *ἐπαύλια*, al.) natalitia, festum diei natalis (Alciphron 3, epist. 18 et 35. Dio Cass. 47, 18. Jos. Ant. 12, 4, 7.). — Apud veteres Graecos *γενέθλια* (Xen. Cyrop. 1, 3. 10.), s. *γενέθλιοι ἡμέραι* —; *τὰ γενέσια* antiquioribus Graecis erant feriae denicales, Todtenfeier (v. Lobeck. ad Phryn. p. 103.), Matth. 14, 6. (Marc. 6, 21.)

Γένεσις, *εως*, *ἡ*, (a v. *γένω*, *γίνομαι*) **a.**, generatio (Xen. de republ. Laced. 2. 1.), nativitas, Judith. 12, 19. — *παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέσεώς μου*, magis, quam omni tempore, ex quo vivere coepi, — Luc. 1, 14. —

Jac. 1, 23. (*πρόσωπον τῆς γενέσεως*, forma nativa; — opponitur speciei sponte fucatae, quam quis ad speculum componit, ut se ipse decipiat.) — *ὁ τρόχος τῆς γενέσεως*, rota vitae, i. e. quae simul cum origine cursum suum auspicatur, Jac. 3, 6. **b.**, origo (Abstammung) — *βίβλος γενέσεώς τινος*, recensio (catalogus) maiorum alicuius.

Γενετή, ῆς, ἡ, (adi. obsolet. *γενετός, ή όν*, ortus, a, um) nativitas (Latini serioris aevi: genitus, us), — *ἐκ γενετῆς*, a natalibus inde (Diod. Sic. 1, 24. Hom. Il. 24, 535.), Joh. 9, 1.

Γεννάω, (ῶ) ήσω, (aor. 1. ἐγέννησα, genui, att. ἐγεννησάμην) gigno (de viris: procreo) **a.**, *Activ. τινά*, *α.*, sensu proprio: א., de viris, Matth. 1, 1—16. Act. 7, 8. 29. — *γεννάω τινὰ ἔκ τινος*, suscipio ex .. (Palaeph. fab. 45.) Matth. 1, 3. 5. 6. — ב., de feminis: pario, Luc. 1, 13. 57. 23, 29. Joh. 16, 21. — *β.*, sensu metaphor. *γεννάω τινὰ διὰ τοῦ εὐαγγελίου*, compotem aliquem per doctrinam evangelicam facio novae vitae, ita ut mihi instar filii, et ego ipsi sim instar patris, 1 Cor. 4, 15. Philem. v. 10. — *γ.*, de Deo patre, filium generante — sensu hyperphysico (Ps. 2, 7.), Act. 3, 13. Hebr. 1, 5. 5, 5. — *δ.*, trop. (per tropum lexicologicum) ut latinum *pariendi* verbum: ex me oriri facio, — *γεννῶσι μάχας*, pariunt rixas, 2 Tim. 2, 23. — **b.**, *Pass. γεννῶμαι*, nascor, *α.*, sensu *propr. τὸ γεννώμενον*, quod nascitur, Luc. 1, 35. — *τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν*, quod in ea (not. *ἐν* non est: per) natum est, Matth. 1, 20. („Haec verba non probant utique, ut quidam arbitrati sunt, corpus Jesu Christi totum simul in sinu Matris creatum fuisse, sed potius, Mariam veram extitisse Jesu Christi matrem, fingendoque corpori eius mortali materiam suffecisse, ut non aliter ac reliqua infantium corpora corpus Jesu paullatim in sinu matris compingeretur." Calmet. ad h. l.) Matth. 2, 4. (*ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται*, ubi Messias nascatur) — *ἐγεννήθην:* Matth. 2, 1. 26, 24. (Marc. 14, 21.) Hebr. 11, 23. — Constr. א., *γεννῶμαι* (*ἐγεννήθην, γεγέννημαι*) *ἀπό τινος* (profectum esse, ortum ducere *a* quadam matre), Hebr. 11, 12. — ב., .. *ἔκ τινος*, Matth. 1, 16. Gal. 4, 23. — *ἐξ αἱμάτων, ἐκ θελήματος σαρκός, ἀνδρός*, Joh. 1, 13. — *ἐκ τῆς σαρκός*, Joh. 3, 6. — ג., *ἔν τινι* (dat. loci), Matth. 2, 1. Act. 22, 3. — (*τῇ διαλέκτῳ*) *ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν*, Act. 2, 8. — ד., cum adi. praedicati: *γεγέννημαι τυφλός*, Joh. 9, 2. 19. 32. 34. — .. *Ῥωμαῖος*, Act. 22, 28. (coll. v. 26.) — *οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω*, Matth. 19, 12. — ה., .. *εἴς τι*, ad aliquid natus sum, Joh. 18, 37. 2 Petr. 2, 12. — *β.*, sensu *metaphor.*, *γεννηθῆναι ἄνωθεν*, denuo nasci (dilogia), Joh. 3, 3. 7. — .. *ἐκ θεοῦ*, Joh. 1, 13. 1 Joh. 2, 29. 3, 9. 4, 7. 5, 1. 4. 18. (cf. *σπέρμα*, 1 Joh. 3, 9.) — *γεννηθ. ἐκ τοῦ πνεύματος*, Joh. 3, 8. — .. *ἐξ ὕδατος κ. πνεύματος*, Joh. 3, 5. — Cf. *ἀναγεννάω*.

Γέννημα, τος, τό, (a perf. pass. verbi *γεννάω*) **a.**, id, quod natum s. procreatum est, suboles, progenies, de progenie animantium; — *γεννήματα ἐχιδνῶν*, viperarum progenies, Natterbrut, Matth. 3, 7. (Luc. 3, 7.) 12, 34. 23, 33. — **b.**, fructus (i. q. *καρπός*) arborum et agrorum. (Eo sensu antiquiores Graeci non dixerunt, sed Polybius, Diod. Sic. et seriores). — *τὸ γέννημα τῆς ἀμπέλου*, Matth. 26, 29. (Marc. 14, 25. Luc. 22, 18.) — pl. de agrorum

proventibus, Luc. 12, 18. — *τὰ γεννήματα τῆς διακοσύνης ὑμῶν*, 2 Cor. 9, 10. — *οἱ ὁ* Os. 10, 13.

Γεννησαρέτ, *ἡ*, (גְּנֵיסַר s. גְּנוֹסַר, Targum Chald. ad Num. 34, 11. Jos. 13, 27. 12, 3. — Joseph. Ant. 13, 19. 18, 3. — B. J. 2, 25. 3, 17. *γεννησάρ*; nomen in V. T. obvium: יָם כִּנֶּרֶת, Num. 34, 11. Jos. 13, 27., s. כִּנֲּרוֹת, Jos. 12, 3. — Fuit autem Chinneret urbs [v. Deut. 3, 17.] sita ad mare Galilaeum iuxta illum locum, ubi Jordanes fluvius influit) Gennesareth. — (Regionem ad mare Galilaeam Joseph. in B. J. 3, 10. pulcherrimam ac fertilissimam descripsit.) *ἡ γῆ γεννησαρέτ*, Matth. 14, 34. (cod. D. *γεννήσαρ* ut et Marc. 6, 53.) — *ἡ λίμνη γεννησαρέτ*, Luc. 5, 1. — *γ. λίμνη* — (Lacum Joseph. l. c. laudat §. 7.) vocatur etiam *ἡ θάλασσα τῆς γαλιλαίας*, Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. — *ἡ θαλ. τῆς Τιβεριάδος*, Joh. 6, 1. 21, 1.

Γέννησις, *εως*, *ἡ*, (a v. *γεννάω*, qu. v.) procreatio, nativitas, lectio nonnullor. codd. Matth. 1, 18. et Luc. 1, 14. (sed praestat utroque loco altera lectio: *γένεσις*.)

Γεννητός, *ή*, *όν*, (adi. verbale a v. *γεννάω*, *γεγέννημαι*) genitus, natus. — *γεννητοὶ γυναικῶν* (Job. 14, 1. 15, 14.) Matth. 11, 11. Luc. 7, 28.

Γένος, *εος* (*ους*), *τό*, (a v. *γενω*, *γίγνομαι* s. *γίνομαι*) **a.**, progenies, proles, Apoc. 22, 16. — **b.**, genus, *τῷ γένει*, genere, von Geburt, der Abstammung nach, — *συροφοινίκισσα τῷ γενει*, Marc. 7, 26. (al. codd. *συροφοίνισσα*. Al. *σύρα*, *φοινικίσσα*. — In loco parall. Matth. 15, 22. legitur: *γυνὴ Χαναναία*.) Act. 4, 36. 18, 2. (in omnibus his l. *τὸ γένος* refertur ad terram, quam quis babet patriam.) — **c.**, gens (v. c. Israëlitica), Act. 7, 19. — Gal. 1, 14. (*ὑπὲρ τοὺς συνηλικιώτας ἐν τῶ γένει μου*) Phil. 3, 5. (*ἐκ γένους Ἰσραήλ*) — *κίνδυνοι ἐκ τοῦ γένους*, i. e. *ἐκ τῶν συγγενῶν* (Rom. 9, 3.), 2 Cor. 11, 26. — *τοῦ* (i. e. *αὐτοῦ*, Jovis) *γὰρ καὶ γένος ἐσμεν*, ipsius enim et genus sumus, Act. 17, 28. (laudat St. Paulus hic Aratum, civem suum, quippe Cilicem. — *γένος* h. l. non quidem signif. progeniem; at innuit naturae similitudinem, ut ex argumentatione apostoli patet.) — **d.**, familia, Act. 7, 13. — *γένος ἀρχιερατικόν*, Act. 4, 6. — *γένος Ἀβραάμ*, Act. 13, 26. — . . *ἐκλεκτὸν*, 1 Petr. 2, 9. — **e.**, genus, Gattung, Art, Matth. 13, 47. 17, 21. Marc. 9, 29. 1 Cor. 12, 10. 28.

Γερασηνός, *οῦ*, *ὁ*, Gerasenus, ad Gerasam urbem pertinens, Marc. 5, 1. Vid. *Γαδαρηνός*.

Γεργεσηνός, *ή*, *όν*, Gergesenus, ad urbem Gergesam pertinens. Sed v. *Γαδαρηνός*.

Γερουσία, *ας*, *ἡ*, (adi. *γερούσιος*, *ία*, *ιον*, a *γέρων*, qu. v.) senatus, concilium seniorum (Dio Cass. Plut. — *ἡ δε Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται*); — de Judaeorum magno synedrio sive de senioribus singularum tribuum (Judith. 4, 6. 15, 10. 1 Macc. 1, 10. 4, 44.) Act. 5, 21.

Γέρων, *οντος*, *ὁ*, senex, Joh. 3, 4.

Γεύω, f. *σω*, *τινά*, gustare facio alterum, gustandum praebeo alteri. — Med. *γεύομαι*, **a.**, absol. cibum capio, Act. 10, 10. 20, 11. (2 Sam. 14, 24. 30. 45.) — **b.**, *τί*, sapio, saporem exploro; absol. *γευσάμενος*, Matth. 27, 34. — *τὸ ὕδωρ*, Joh. 2, 9. — *τὸ ῥῆμα τ. θεοῦ*, Hebr. 6, 5. (Herodot. 2, 14.) —

c., *τινός*, *α.*, sapore alicuius rei afficior, saporem alic. rei percipio, fruor aliqua re, — v. c. *τοῦ δείπνου*, Luc. 14, 24. — trop. experior, *τοῦ θανάτου*, (טָעַם מִיתָה, Talmud. Beresch. Rab. v. Buxtorf. lex. talmud.) Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) Joh. 8, 51. 52. Hebr. 2, 9. — *τῆς δωρεᾶς*, Hebr. 6, 4. — *β.*, comedo (aliquantum) — *μηδενός*, nihil cibi capere, Act. 23, 14. Col. 2, 21. (Aelian. V. Hist. 1, 8. Hist. An. 16, 37. *γεύσασθαι ὑείων.*) — **d.,** seq. *ὅτι*, 1 Petr. 2, 3. (Ps. 33, 9.)

Γεωργέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ab adi. verbali parasyntheto *γεωργός*, ex *γῆ* et *ἔργω*) agriculturam exerceo, agrum colo — *ἡ γῆ γεωργεῖται*, ager colitur, Hebr. 6, 7.

Γεώργιον, *ου*, *τό*, arvum, ager cultus, 1 Cor. 3, 9.

Γεωργός, *οῦ*, *ὁ*, (ex *γῆ* et *ἔργω*) agricola, qui vel agrum colit, 2 Tim. 2, 6. Jac. 5, 7. — vel vineam, Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. Luc. 20, 9. — (*γεωργεῖν* de cultu vineae Plut. Eutyphr. c. 4.) — trop. Joh. 15, 1.

Γῆ, *ῆς*, *ἡ*, (contr. ex *γέα*, poët. *γαῖα* s. *γαίη*, a verbo obsol. *γάω*, unde *γίγνομαι*) terra, i. e. **a.,** ***tellus*** (terra arabilis, Erdreich), Matth. 13, 5. 8. 23. Marc. 4, 5. 8. 20. 26. 28. 31. Luc. 8, 8. 15. 13, 7. 14, 35. Joh. 12, 24. Hebr. 6, 7. Jac. 5, 7. Apoc. 14, 16. — **b.,** ***humus***, der Erdboden, *πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν* (cf. *ἔπεσον χαμαί*, Joh. 18, 6.), Matth. 10, 29. (cf. Luc. 12, 6.) 15, 35. (Marc. 8, 6.) 25, 18. 25. 27, 51. Marc. 9, 19. 14, 35. (cf. Matth. 26, 39. Luc. 22, 41. 44.) Luc. 6, 49. 24, 5. Joh. 8, 6. 8. Act. 9, 4. 8. — **c.,** ***terra continens***, das Festland, Marc. 4, 1. 6, 47. Luc. 5, 3. 11. 8, 27. Joh. 6, 21. 21, 8. 9. 11. Act. 10, 12. 11, 6. 17, 26. 27, 44. Apoc. 5, 13. 7, 3. 9, 3. 4. 10, 2. 11, 6. 12, 4. 16. — **d.,** ***terra coelo opposita***, der Erdplanet, — Matth. 5, 35. 6, 10. 19. 16, 19. et 18, 18. 9, 6. (Marc. 2, 10. Luc. 5, 14.) 23, 35. 24, 35. (coelum et terra, i. e. tota rerum universitas, cf. Gen. 1, 1.) — Marc. 13, 31. Luc. 21, 33. (Matth. 5, 18.) Luc. 2, 14. 21, 25. 35. Joh. 12, 32. Act. 2, 19. Eph. 1, 10. Col. 1, 16. Hebr. 11, 13. 2 Petr. 3, 5. 7. 10. 13. Apoc. 5, 3. 9, 1. 10, 6. 12, 4. 9. 13, 13. 21, 1. — *τὰ ἄνω*, *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, Col. 3, 2. 5. — *ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν*, Joh. 3, 30. (coll. v. 31. 32. Joh. 3, 12.) — **e.,** ***terra habitata***, orbis terrarum, Act. 1, 8. Apoc. 1, 5. 3, 10. — *αἴρειν ζωήν τινος ἀπὸ τῆς γῆς*, Act. 8, 33. 22, 22. — *τὸ ἅλας τῆς γῆς* (*ὑμεῖς ἐστε*), vos hominibus terram incolentibus estis instar salis, Matth. 5, 13. — Ita omnino in terra agi dicuntur, quae ab hominibus et inter homines aguntur, v. e. g. *ἐπὶ τὴν γῆν*, inter homines, Luc. 12, 49. 51. 18, 8. Joh. 17, 4. Apoc. 6, 4. 8. 10. 15. 8, 13. 11, 9. 10. 13, 8. 14, 3. 6. 10. 19. 16, 2. 13. al. — **f.,** terra, i. e. ***regio***, das Land, i. e. *α.*, *κατ' ἐξοχήν:* terra Canaanitica, — *κληρονομεῖν τὴν γῆν* (terram promissam, i. e. felicitatem aeternam), Matth. 5, 5. (Ps. 36, 9. 11.) 27, 45. (Marc. 15, 33. Luc. 23, 44.) Luc. 4, 25. 21, 23. Act. 4, 26. (coll. v. 27. Ps. 2, 2.) Rom. 9, 28. (Jes. 10, 22 seq.) Eph. 6, 3. (Ex. 20, 12.) Jac. 5, 17. — *β.*, addito gentis nomine: *γῆ Ἰσραήλ*, Matth. 2, 20. 21. — *Ἰούδα*, Matth. 2, 6. (alii codd. *γῆ Ἰουδαίας*. Perperam dicunt: *γῆ* idem h. l. est, quod *πόλις*.) — .. *Νεφθαλείμ*, Matth. 4, 15. (Jes. 9, 1.) — .. *Σοδόμων κ. Γομόῤῥων*, Matth. 10, 15. 11, 24. (Luc. 10, 12. *σόδομα*) — .. *Χαλδαίων*, Act. 7, 4. — .. *Αἰγύπτου*, Act. 7,

11. 36. 40. — ἡ Ἰουδαία γῆ, Joh. 3, 22. — γῆ ἀλλοτρία, Act. 7, 6. — de regione Capharnaumum circumiacente: ἡ γῆ ἐκείνη, Matth. 9, 26. 31. — γ., ἡ γῆ τινος, terra patria alicuius, Act. 7, 3. (cf. πόλις τινός.)

Γῆρας, αος (ως), τό, (ion. γήρεος, γήρεϊ = γήρει, quae dativi forma obviam fit ap. Sirac. 8, 6. 46, 9. Ps. 90, 14. 1 Reg. 11, 4.) senectus; — ἐν γήρει, Luc. 1, 36. (lectio vulgaris: ἐν γήρᾳ, — Xen. Cyr. 1, 5, 10. Diod. Sic. 1, 84. — Gen. 21, 7.)

Γηράσκω (γηράω), f. άσω, (Att. άσομαι) consenesco, viribus privor, Joh. 21, 18. Hebr. 8, 13.

Γίνομαι, (Att. γίγνομαι) f. γενήσομαι, (Aor. 1. ἐγενήθην. Polyb. Athenaeus, Diod. Sic. Pausan. Diog. Laërt. οἱ ὁ. Reprobant vero Atticistae.) Aor. 2. ἐγενόμην, perf. γεγένημαι, perf. 2. γέγονα (a γένω s. γείνω) natu factus sum.

Δέ, coniunctio vim habens adversativam et distinctivam (collocatur ita, ut se alii vuci applicet) autem, vero. Poni solet **a.**, in enuntiationibus adversativis praecedente particula concessiva μεν, v. c. ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ... ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, cet. Matth. 3, 11. (Marc. 1, 8. Luc. 3, 16.) 9, 37. 13, 22. 16, 3. 20, 23. 22, 8. 23, 27. 28. 26, 24. 41. (Not. in his Matthaei locis omnibus τὸ μέν vim habet concessivam, exprimendumque est per: *quidem*, et utitur Matthaeus illa particula fere nusquam alio, quam concessivo sensu.) — Rom. 2, 25. al. — longe frequentius particula δέ ita enunciationes distinguit, ac si particula concessiva μέν praecessisset, etsi non expressa est, Matth. 6, 14. 15. 23. 7, 15. 8, 20. (Luc. 9, 58.) 16, 25. (Marc. 8, 35.) Marc. 2, 18. 3, 20. 9, 50. (Luc. 14, 34.) Luc. 6, 49. 7, 28. 9, 24. 10, 10. 11, 22. 12, 45. 16, 17. Rom. 7, 14. 1 Cor. 7, 25. 39. 2 Cor. 6, 10. Hebr. 1, 11. Col. 1, 10. — Ubi particula δέ contra ponitur sententiae per negationem expressae, idem ea exprimit, quod latinum: immo vero, nostrum: wohl aber. Matth. 6, 19. 20. (μὴ θησαυρίζετε .. θησαυρίζετε δέ) 10, 28. (Luc. 12, 4. 5. μὴ φοβηθῆτε .. φοβηθῆτε δὲ μᾶλλω ...) 10, 5. 6. Luc. 12, 48. al. — Rom. 3, 4. 4, 5. (τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δέ etc.) 6, 22. 1 Cor. 7, 37. (μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει) Gal. 3, 20. (ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστι, ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν, wohl aber Gott ist Einer.) Hebr. 9, 12. (οὐδὲ δι᾽ αἵματος τράγων — διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος) Jac. 1, 14. 2, 11. (εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ) 1 Petr. 1, 12. (οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δέ) al. — **b.**, Omnino particulae δέ id innatum est, ut habeat vim distinguendi, limitandi, excipiendi, corrigendi, explicandi. Non est autem, quod locos ad hoc comprobandum afferramus, quum quaevis fere scriptorum sacrorum pagina insignem exemplorum multitudinem repraesentet. — Distinctionem (non oppositionem) habes Matth. 5, 22. (ἐγὼ δέ, cf. v. 28. 32. 34. 39. 44.); distinctionem vero per diversa v. c. Matth. 13, 11. (ὑμῖν δέδοται — ἐκείνοις δέ etc. Marc. 4, 11. Luc. 8, 10.) 5, 19. Joh. 7, 6. Rom. 8, 5. 6. — al. Saepius illa particula vocem proxime praecedentem vel explicationis, vel argumentationis causa urget, e. g. Matth. 5, 13. (— τὸ ἅλας

τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας etc.) 5, 21. 32. Joh. 13, 31. 32. 14, 21. Rom. 8, 9. (πνεῦμα θεοῦ· εἰ δέ τις πνεῦμα ..) v. 16. et 17. (τέκνα θεοῦ· εἰ δὲ τέκνα ..) 11, 5. 1 Cor. 15, 11. et 12. 13. et 14. 16. et 17. — Rom. 3, 21. et 22. (δικαιοσύνη· δικαιοσύνη δέ ..) 8, 17. 10, 17. 13, 2. 14, 23. — 1 Cor. 2, 5. et 6. (σοφίαν· σοφίαν δέ) 3, 23. (ὑμῶν· ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ θεοῦ) 10, 28. et 29. (συνείδησιν· συνείδησιν δὲ λέγω ..) Phil. 2, 8. (θανάτου· θανάτου δὲ σταυροῦ) 2 Cor. 3, 17. Jac. 1, 15. al. Sed haec ad rhetoricam pertinent. — **c.**, Utuntur scriptores particula δέ in partitione ac divisione: ὁ μεν, ὁ δέ, ὅς μεν, ὅς δέ, ἄλλοι δε. — V. μέν. — **d.**, Plurimis in locis particula δέ vim habet transitivam orationi continuandae inserviens.

Δέησις, εως, ἡ, (a. v. δεομαί τινος, indigeo aliquo, rogo aliquem), **a.**, indigentia, — **b.**, precatio, deprecatio, obsecratio. — α., obsecratio, 1 Petr. 3, 12. — coniunct. cum voc. προςευχῆς, Act. 1, 14. Eph. 6, 18. Phil. 4, 6. — plur. Luc. 2, 33. (δεήσεις ποιεῖσθαι) 1 Tim. 2, 1. 5, 5. 33. 2 Tim. 1, 3. — ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν ὑπέρ τινος, Rom. 10, 1. 2 Cor. 1, 11. 9, 14. Phil. 1, 4. pl. Hebr. 5, 7. — β., deprecatio, Fürbitte, Luc. 1, 13. Phil. 1, 19. Jac. 5, 16. — plur. 1 Tim. 2, 1.

Δεῖ, (verb. impersonale: oportet, es bedarf, man muss, a v. δέω, scil. τινός, f. δεήσω, indigeo — inf. praes. δεῖν) f. δεήσει, imperf. ἔδει — **a.**, iunct. cum infinit δεῖ: Luc. 12, 12. (ἃ δεῖ εἰπεῖν) 13, 14. 18, 1. (πρὸς τὸ δεῖν προςεύχεσθαι, de necessitate preces faciendi) Joh. 4, 20. Act. 5, 20. 15, 5. Rom. 12, 3. 2 Cor. 11, 30. Tit. 1, 11. — ἔδει: Matth. 23, 24. (Luc. 11, 42.) Luc. 15, 32. Act. 27, 21. — **b.**, seq. acc. c. inf. α., inf. praes. Luc. 2, 49. (δεῖ εἶναί με) 13, 33. 22, 7. (inf. pass.) Joh. 3, 30. 4, 24. 9, 4. Act. 9, 6. 16, 30. 24, 19. 25, 10. 1 Cor. 11, 19. 2 Cor. 2, 3. Col. 4, 6. 1 Thess. 4, 1. 1 Tim. 3, 7. 2 Tim. 2, 6. 24. — β., inf. aor. Matth. 16, 21. (Marc. 8, 31. Luc. 9, 22.) 17, 10. (Marc. 9, 11.) 18, 33. 24, 6. (Marc. 13, 7. Luc. 21, 9.) 25, 27. 26, 35. (et Marc. 14, 31. κ'ἄν δέῃ με, s. ἐάν με δέῃ) 54. Marc. 13, 10. 14. Luc. 4, 43. 17, 25. 19, 5. 24, 26. 46. 47. — Joh. 3, 7. 14. 10, 16. 20, 9. — Act. 1, 16. 3, 21. 4, 12. 9, 16. 14, 22. 18, 21. 26, 9. — Rom. 1, 27. 1 Cor. 15, 53. Tit. 1, 11. Hebr. 9, 26. 11, 6.

Δεῖγμα, τος, τό, (a v. δείκω s. δείκνυμι, perf. p. δέδειγμαι) id, quod ostenditur vel ostensum est (Harpocration: δεῖγμα κυρίως μεν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πολουμένων, i. e. specimen, s. exemplum, quod emptoribus monstratur rerum venalium). Hinc universe: cuiusvis rei specimen s. exemplum (Polyb.), Jud. v. 7. (πρόκεινται δεῖγμα. Cf. 2 Petr. 2, 6. ὑπόδειγμα.)

Δειγματίζω, f. σω, (a voc. δεῖγμα) ostendo in exemplum (vox Graecis incognita, cf. παραδειγματίζω, θεατρίζω), τινά, contumeliae s. ignominiae expono, Col. 2, 15. (Iunct. c. verbo ἀπεκδύσασθαι h. l. de iis dicitur, qui a victore exspoliati omnium conspectui exponuntur. Cf. Herodot. Asp. v. 447.)

Δεικνύω (unde: δεικνύειν, Matth. 16, 21. — δεικνύεις, Joh. 2, 18. — τοῦ δεικνύοντος, Apoc. 22, 8. — Hes. ἔργ. v. 421. 472.) s. δείκνυμι (Att.), f. δείξω, monstro, ostendo — τί τινι, Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5.) 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) Marc. 14, 15. (Luc. 22, 12.) Joh. 14, 8. 9. 20, 20. 1 Cor. 12, 31. Hebr. 8, 5. — repraesento, Apoc. 1, 1. 4, 1. 17, 1. 22, 1. 6. 8. — conspiciendum praebeo, σημεῖον, miraculum edo, Joh. 2, 18. (cf. Matth. 16, 1. ἐπιδεῖξαι) —

ὁ πατὴρ δείκνυσι τῷ υἱῷ πάντα, ἃ αὐτὸς (ὁ πατὴρ) ποιεῖ, Joh. 5, 20. cf. v. 19. — μείζονα δείξει αὐτῷ ἔργα, ibid. (i. e. exemplo Patris Filius maiora efficiet) 10, 32. (πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τ. πατρός μου.) — (τὴν ἐπιφάνειαν) ἣν δείξει ὁ .. 1 Tim. 6, 15. — δεῖξαί τι ἔκ τινος, Jac. 2, 18. 3, 13. — Constr. c. ὅτι, Matth. 16, 21. (i. q. διδάσκειν, Marc. 8, 31.) seq. acc. c. inf. Act. 10, 28. (sed h. l. est: docere per visionem.)

Δειλία, ας, ἡ, (δειλός, qu. v.) timiditas (Xen. Mem. 1, 1, 16. opp. ἀνδρία), 2 Tim. 1, 7. (πνεῦμα δειλίας, hebr. i. e. spiritus, qui timidos facit; cf. Rom. 8, 15. πνεῦμα δουλείας.)

Δειλιάω, (ῶ) f. άσω, (a voc. δειλία) timidus sum, Joh. 14, 27. (cf. Deut. 31, 6. Graeci praeferunt verb. ἀποδειλιάω.)

Δειλός, ή, όν, (a v. δείω, δείδω, timeo) meticulosus, timidus, ignavus, Matth. 8, 26. Marc. 4, 40. Apoc. 21, 8.

Δεῖνα, ὁ, ἡ, τό, (genit. δεῖνος, dat. δεῖνι, acc. τὸν, τὴν, τὸ δεῖνα) ille quidam, h. e. quem nominasse nihil attinet, Matth. 26, 18.

Δεινῶς, adv. (ab adi. δεινός, terribilis, et hoc a v. δείω, timeo, ut ἐλεεινός a v. ἐλεέω) terribiliter, vehementer, Matth. 8, 6. — δεινῶς ἐνέχειν, Vulg. graviter insistere, Luc. 11, 53.

Δειπνέω, (ῶ) f. ήσω, (a voc. δεῖπνον, qu. v.) coeno, Luc. 17, 8. (ἑτοίμασον τί δειπνήσω) 22, 20. et 1 Cor. 11, 25: μετὰ τὸ δειπνῆσαι, — δειπνεῖν μετά τινος, Apoc. 3, 20. (cf. Luc. 22, 30.)

Δεῖπνον, ου, τό, (ap. Hom. Il. 2, 381. 8, 53. τό ἄριστον ientaculum, s. epulum matutinum, et δεῖπνον, τό, prandium; — ap. Seriores vero: τὸ ἀκράτισμα, ientaculum; τὸ ἄριστον, prandium [s. δεῖπνον μεσημβρινόν]; τὸ δεῖπνον, coena, s. epulum vespertinum, v. Eustath. ad Hom. Od. 1, 124. Polluc. Onom. 6, 1.) — *coena*, cibus in coena sumtus, ἡ ὥρα τοῦ δ., Luc. 14, 17. — δεῖπνον ποιεῖν (Gen. 40, 20. Dan. 5, 1.), Luc. 14, 12. 16. (δεῖπνον μέγα); δεῖπν. π. τινι, Marc. 6, 21. Joh. 12, 2. — ἐν τῷ δείπνῳ, inter coenam, Joh. 21, 20. (pl. ἐν τοῖς δείπνοις, in conviviis, Marc. 12, 39. Luc. 20, 46. et Matth. 23, 6.) — δείπνου γενομένου, coena parata (Tob. 2, 2. Athen. 4, 4.), Joh. 13, 2. — δεῖπνον φαγεῖν κυριακόν, coenam agere, quae supremam Christi cum discipulis ipsa sui obitus nocte coenam repraesentat, 1 Cor. 11, 20. — τὸ ἴδιον δεῖπν. προλαμβάνειν, suam coenam anticipare (priusquam caeteri, quibus participandi ius est, adveniant) v. 21. — γένεσθαι τ. δείπνου, Luc. 14, 24. — v. γεύω. — καλεῖσθαι εἰς τὸ δ. (Luc. 14, 16.), Apoc. 19, 9. — συνάγεσθαι εἰς τὸ δ. v. 17.

Δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, (a v. δείδω, timeo, et δαίμων. — Cf. formas: ἀνεξίκακος, μεμψίμοιρος, λυσιτελής) ap. Graec. i. q. δεισίθεος, is, qui numen s. numina metuit, Xen. Cyr. 3, 3, 58. Ages. 11, 8. — qui anxie curat, ne quem Deum offendat, atque veretur, ne quem Deum offenderit (homo nimium pius, superstitiosus, Theophrast.), compar. δεισιδαιμονέστερος (superstitiosior) cultui Deorum addictior, numinum colendorum studiosior (vox laudem reprehensione miscens), Act. 17, 22.

Δεισιδαιμονία, ας, ἡ, (a voc. δεισιδαίμων. — Etym. M. „δεισιδαιμονία· ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια κ. φόβος," i. e. metus inde susceptus, quod forsitan aliquod numen offenderis) superstitio, Act. 25, 19.

Δέκα, οἱ, αἱ, τά, decem, Matth. 20, 24. Apoc. 2, 10. (θλίψις ἡμερῶν δέκα, decem, i. e. paucorum dierum, Amos 5, 3. Dan. 1, 12.)

Δεκαδύω, i. q. δώδεκα, duodecim, Act. 19, 7. 24, 11.

Δεκαπέντε, i. q. πεντεκαίδεκα, quindecim, Job. 11, 18. Act. 27, 28. Gal. 1, 18.

Δεκάπολις, εως, ἡ, (ex δέκα et πόλις, urbs) Decapolis, regio Decapolitana, i. e. regio decem urbes comprehendens (regio tribus Manassiticae trans Jordanem sita, decem urbes primarias complexa et fines Syriae attingens. Geographici in harum decem urbium enumeratione variant, recenset Plinius in Hist. N. 5, 18. urbes Damascum, Philadelphiam, Raphanam, Scythopolim, Gadaram, Hippon, Dion, Pellam, Gelasam, Canatham. Sed Damasci urbem Josephus quidem videtur exclusisse et ipse Josephus B. J. 3, 16. maximam Decapoleos urbem Scythopolin appellat. Certe inter illas urbes fuerunt Gadara, Hippo, Pella, Scythopolis), Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. 7, 31.

Δεκατέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, quatuordecim, Matth. 1, 17. 2 Cor. 12, 2. Gal. 2, 1.

Δεκάτη, ης, ἡ, decima pars cuiuscunque rei, speciatim praedae ab hoste captae, Hebr. 7, 2. 4. — δεκάται, decimae, ex frugibus terrae pecoribusque Levitis offerendae, Hebr. 7, 8.

Δέκατος, η, ον, (a δέκα) decimus, Job. 1, 40. — τὸ δέκατον, decima pars, Apoc. 11, 13. 21, 20.

Δεκατόω, (ῶ) f. ώσω, (a δέκατος, qu. v. Att. δεκατεύω) decimo, decimam partem excerpo τινά, decimo aliquem (decimas exigo vel accipio ab aliquo), Hebr. 7, 6. (i. q. δέκατας λαμβάνειν παρά τινος, v. 9.) — Pass. decimor (decimas do), Hebr. 7, 9.

Δεκτός, ή, όν, (δέχομαι, 3. perf. pass. δέδεκται) acceptus, — gratus, Luc. 4, 24. (Cf. Marc. 4, 4. Joh. 4, 45.) — 4, 19. (ἐνιαυτὸς δεκτός — ex Jes. 62, 2. cf. 49, 8. — Alludunt haec verba ad Jubilaei annum, qui buccinarum concentu nuntiari solebat, Levit. 25, 10.) 2 Cor. 6, 2. (καιρῷ δεκτῷ, ex Jes. 49, 8.) Phil. 4, 18. (θυσία δεκτή, i. q. εὐάρεστος τῷ θεῷ, Rom. 12, 1.) — δεκτός τινι, Act. 10, 35.

Δελεάζω, f. άσω, (a voc. δέλεαρ, esca) propr. inesco; de iis, qui insidiantur avibus piscibusve, eos esca allicientes. Pass. δελεάζεσθαι, Jac. 1, 14. — esca allici, i. q. ἄγεσθαι πρὸς τὸ δέλεαρ, Xen. Mem. 2, 1, 4. — Metaph. .. τινά, inesco aliquem, i. e. blandimentis eum capio, 2 Petr. 2, 14. 18.

Δένδρον, ου, τό, arbor, Matth. 3, 10. 7, 17. 18. 19. 12, 33. Marc. 8, 24. Luc. 21, 29. Jud. v. 12. — sinapi γίνεται δένδρον, i. e. in arboris magnitudinem excrescit, Matth. 13, 32. Luc. 13, 19.

Δεξιολάβος, ου, ὁ, ἡ, (ex δεξιός, qu. v. et verb. λαμβάνω) Vulg. lancearius (i. e. dextera lanceam gestans); pl. Act. 23, 23. (Alii intelligunt stipatores, i. e. milites, qui utrumque latus principis aut alius viri tuentur.)

Δεξιός, ά, όν, (a. v. δέχομαι, f. δέξομαι) propr. de manu dextera (i. e. ea manu, qua capi solet) — *dexter* (opp. ἀριστερός, ά, όν, et εὐώνυμος, sinister), Matth. 5, 29. 39. Luc. 22, 50. Job. 18, 10. 21, 6. Apoc. 10, 2. — ἡ δεξιὰ χείρ, Matth. 5, 30. Luc. 6, 6. Act. 3, 7. Apoc. 1, 16. 10, 5. (dexteram

h. l. tollit is, qui iuraturus est. Cf. v. 6. Dan. 12, 7.) 13, 16. — sive ἡ δεξιά simpliciter (subaudito: χείρ). Matth. 6, 3. (locutio gnomica: nesciat sinistra, quid faciat dextera, i. e. clam facito eleemosynas, ita ut, si fieri possit, te ipsum lateat. V. Chrysost. Theophyl. ad h. l.) 27, 29. Gal. 2, 9. (dexteram dare alicui, i. e. data dextera fidem firmare) Apoc. 1, 17. 20. 2, 1. 5, 7. — τὰ ὅπλα τὰ δεξιὰ κ. ἀριστερά, i. e. gladius et scutum, 2 Cor. 6, 7. — τὰ δεξιά, latus dexterum, Marc. 16, 5. (καθῆσθαι ἐν τοῖς δεξιοῖς.) — ἐκ δεξιῶν τινος, a latere dextero, Matth. 25, 33. 34. 27, 38. Marc. 15, 27. Luc. 23, 33. — Luc. 1, 11. Act. 2, 25. (a dexteris est mihi, ne commovear, Ps. 15, 8 seq., i. e. dexterae meae assistens regit me tuetur, ac pro me certat. Metaphora est ex more militum ducta, quorum unus alteri latus premit, ut se mutuo defendant tegantque.) — καθίσαι s. καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν κ. ἐξ εὐωνύμων βασιλέως τινός, proximos ab eo locos honoresque occupare, tenere (1 Reg. 2, 19. Ps. 44, 10.), Matth. 20, 21. 23. (Marc. 10, 37. 40.) — De Jesu Christo ad dexteram Dei exaltato ac sedente: — dicitur ille τῇ δεξιᾷ (dat. commodi) τοῦ θεοῦ ὑψωθείς (ad dext. Dei), i. e. regni socius a Deo constitutus (κύριον αὐτὸν κ. Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, Act. 2, 36.) Act. 2, 33. et 5, 33. (τῇ δεξιᾷ, quasi esset dativus instrumenti: Dei potentia exaltatus; sed formula horum locorum petita est e Ps. 117, 16.: „dextera Dei exaltavit me.") — καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, Matth. 26, 64. et Marc. 14, 62. (Luc. 22, 69. ... τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ), εἶναι ἐν δεξιᾷ τ. θεοῦ, Rom. 8, 34. 1 Petr. 3, 22. — καθίσαι et καθῆσθαι ἐν δ. τοῦ θ., Eph. 1, 20. et Hebr. 10, 12. Col. 3, 1. — καθίσαι ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, Hebr. 1, 3. — ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τ. θ., Hebr. 12, 2. — ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, Hebr. 13, 8.; — quae formulae respiciunt ad vaticinium Ps. 109, 1. (v. Matth. 22, 44. Marc. 12, 36. Luc. 20, 42. Act. 2, 34. 35. Hebr. 1, 13. Cf. 1 Cor. 15, 25.) — Vidit Stephanus Jesum ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τ. θεοῦ, Act. 7, 56.

Δέομαι, fut. δεήσομαι, (verb. depon. — aor. 1. ἐδεήθην. Formas non contractas, ut δέεσθαι [pro: δεῖσθαι] ἐδέετο, Luc. 8, 38. — etiam ap. Atticos istius generis formae haud raro reperiuntur, v. c. πλέειν, ἔπλεε, ἐδέετο, v. Xen. H. G. 6, 1, 6.) τινός, **a.**, careo, indigeo aliqua re s. aliquo; — **b.**, rogo, quaeso, obsecro aliquem, — usurpatur in blandis allocutionibus, Gal. 4, 12. — nonnumquam adiectis iis verbis, quae quid rogetur, oratione directa declarant, Luc. 8, 28. 9, 38. Act. 8, 34. 21, 39. 2 Cor. 5, 20. — ἐδεήθη αὐτοῦ λέγων (his verbis), Luc. 5, 12. — Constr. α., cum inf. (ut ap. Graec.) Luc. 8, 38. (ἐδέετο αὐτοῦ .. εἶναι σὺν αὐτῷ) Act. 26, 3. — β., seq. acc. c. inf. 2 Cor. 10, 2. (δέομαι τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι, rogo ne praesens utar audacia, i. e. ne cogar uti. — nominativus h. l. pro acc. quia τὸ· παρών ad subiectum τοῦ· δέομαι refertur. V. Grammaticos.) — γ., seq. ὅπως Matth. 9, 38. (δεήθητε, rogate ... Luc. 10, 2. — ἵνα, Luc. 9, 40. 21, 36. 22, 32. — δ., εἰ ἄρα, si fortasse, Act. 8, 22. — εἴ πως, Rom. 1, 10. — **c.**, spec. preces ad Deum facio, Act. 4, 31. — δέεσθαι τοῦ θεοῦ, Act. 10, 2. — πρὸς τὸν κύριον, Act. 8, 24. (quod h. l. adiicitur ὅπως, id non precum faciendarum argumentum, sed causam, qua deprecandum sit, indicat.) — δέομαί τινός τι, rogo aliquem aliquid, 2 Cor. 8, 4. (rogantes nos, ut libenter se adiuvaremus in beneficiis ad sanctos perferendis.)

Δέον, οντος, τό, (a v. δέω, opus habeo, deficio, v. δεῖ. Cf. lat. debeo, debitum.) id, quod decet s. convenit, τὰ μὴ δέοντα (i. q. τὰ μὴ καθήκοντα, Rom. 1, 28.), 1 Tim. 5, 13. — *δέον ἐστί*, opus est, seq. acc. et inf. Act. 19, 36. — *εἰ δέον ἐστί*, si opus est, 1 Petr. 1, 6.

Δέος, ους, τό, (a v. δέω, δείδω, metuo) metus, Hebr. 12, 28. (e lectione nonnullor. codd.; al. μετὰ εὐλαβείας κ. αἰδοῦς.)

Δερβαῖος, ου, ὁ, (v. Δέρβη) Derbeusis, Derbe oriundus, Act. 20, 4.

Δέρβη, ης, ἡ, Derbe (urbs Lycaoniae in confiniis Isauriae. Strabo l. 12. p. 391. Appellabatur etiam Δέλβεια, Delbia, nomine Lycaonibus iuniperum significante.), Act. 14, 6. 20. 16, 1.

Δέρμα, τος, τό, (a v. δέρω s. δείρω, excorio. Cf. κέρμα a κείρω.) cutis, pellis, Hebr. 11, 37.

Δερμάτινος, η, ον, (a voc. δέρμα) ex corio factus, pelliceus, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6.

Δέρω, f. δερῶ, (aor. 1. ἔδειρα, aor. 2. p. ἐδάρην, fut. 2. pass. δαρήσομαι) excorio, corium detraho — trop. percutio, verbero (cf. nostr. durchgerben), — *τινά*, Matth. 21, 35. Marc. 12, 3. 5. Luc. 20, 10. 11. Joh. 18, 23. (τί με δέρεις;) Act. 5, 40. 16, 37. 22, 19. — *ἀέρα δέρειν*, 1 Cor. 9, 26. — Pass. Marc. 13, 9. (lege: καὶ ἐν συναγωγαῖς δαρήσεσθε, — cf. κατὰ τὰς συν., Act. 22, 19.) Luc. 12, 47. (δαρήσεται πολλάς, scil. πληγάς, multis verberibus afficietur) 48. (ὀλίγας.) — *εἰς πρόσωπον δέρειν τινά*, 2 Cor. 11, 20.

Δεσμεύω, f. εύσω, (i. q. δεσμέω, ῶ, a voc. δεσμός, vinculum, v. Δέω, vincio) **a.**, vinculis constringo, *τινά*, Act. 22, 4. — **b.**, colligo (colligare, v. δέσμη) — δεσμεύουσι φορτία βαρέα), Matth. 23, 4.

Δεσμέω, ῶ, f. vincio, ligo, Luc. 8, 29. (ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι.)

Δέσμη, ης, ἡ, (a v. δέω) fasciculus, manipulus, Bündel, Matth. 13, 30.

Δέσμιος, ίου, ὁ, vinctus, in vincula coniectus, Matth. 27, 15. 16. Marc. 15, 6. Act. 16, 25. 27. 23, 18. 28, 16. 17. (δέσμιος παρεδόθην) — *ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ*, qui Jesu Christi caussa captivus tenetur, Eph. 3, 1. 4, 1. 2 Tim. 1, 8. Philem. v. 7. 9.

Δεσμός, οῦ, ὁ, (a v. δέω) vinculum, Marc. 7, 35. (solutum est vinculum linguae, i. e. sublatum impedimentum loquelae) Luc. 13, 16. Plur. *τὰ δεσμά* (forma Attic.), Luc. 8, 29. Act. 16, 26. 20, 23. (δεσμὰ κ. θλίψεις) — *οἱ δεσμοί*: Phil. 1, 13. — Genit. et Dat. in locis hisce: Act. 22, 30. 23, 29. 26, 29. 31. Phil. 1, 7. 14. Col. 4, 18. — 2 Tim. 2, 9. Philem. v. 10. 13. Hebr. 10, 34. 11, 36. Jud. v. 6.

Δεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, (ex δεσμός et φύλαξ, a. v. φυλάσσω. Cf. θησαυροφύλαξ) carceris et vinctorum custos, Act. 16, 23. 27. 36.

Δεσμωτήριον, ίου, τό, (adi. a voc. δεσμωτήρ, s. δεσμώτης, qu. v.) carcer (Herodot. 3, 28. Aelian. V. H. 1, 6.), Matth. 11, 2. Act. 5, 21. 23. 16, 26.

Δεσμώτης, ου, ὁ, (i. q. δεσμωτήρ, a voc. δεσμός, qu. v.) vinctus (Gen. 39, 21.), Act. 27, 1. 42.

Δεσπότης, ου, ὁ, herus (δούλων, οἰκετῶν), paterfamilias, 2 Tim. 2, 21. — pl. 1 Tim. 6, 1. Tit. 2, 9. 1 Petr. 2, 18. — Salutatur hoc nomine Deus,

Luc. 2, 29. Act. 4, 24. 29. Apoc. 6, 10. — Christus, quippe qui servos sibi emerit, 2 Petr. 2, 1. Jud. v. 4.

Δεῦρο, adv. **a.**, *loci:* huc, — in allocutione alterius: i. q. veni! (contrar. ὕπαγε, abi) Matth. 19, 21. Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. — δεῦρο ἔξω, Joh. 11, 43. — δεῦρο, ἀποστελῶ σε, Act. 7, 34. cf. Apoc. 17, 1. 21, 9. — δεῦρο εἰς γῆν .. Act. 7, 3. — Plur. δεῦτε, venite, Matth. 25, 34. 28, 6. Joh. 4, 29. (δεῦτε, ἴδετε) 21, 12. Apoc. 19, 17. (δεῦτε κ. συνάγεσθε) — δεῦτε ὀπίσω μου, Matth. 4, 19. (Marc. 1, 17.) — δεῦτε εἰς .. Matth. 22, 4. Marc. 6, 31. — δεῦτε πρός με, Matth. 11, 28. — ante coniunctiv. (i. q. ἄγε, ἄγετε): δεῦτε ἀποκτείνωμεν, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. (οἱ ὁ Gen. 37, 19. Jud. 9, 15.) — **b.**, adv. *temporis*, huc: ἄχρι τοῦ δεῦρο, ad hunc usque diem, Rom. 1, 13. (Thucyd. μέχρι τοῦ δεῦρο. Plut. vita Pomp. c. 24. μέχρι δεῦρο.)

Δευτεραῖος, αία, αῖον, (a δεύτερος — δευτέρα, sc. ἡμέρα. Cf. τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος etc.) — secundo die aliquid faciens (impenso iam primo) — δευτεραῖοι ἤλθομεν, secundo die venimus, Act. 28, 13. (Cf. Joh. 12, 39. τεταρταῖός ἐστι.)

Δευτερόπρωτος, ον, ὁ, ἡ, secundoprimus (der Zweiterste) — τὸ σάββατον δευτερόπρωτον, Luc. 6, 1. (In definiendo hoc Sabbato interpretes non consentiunt. Aiunt esse vel α., secundum diem azymor. [Isidor. Pelus. l. 3. epist. 110.], vel β., ultimum azymor. s. diem 21. mensis Nisan, v. Levit. 23, 7., si cum die 15. Nisan, quippe sabbato primo, conferatur [Epiph. haeres. 51. num. 31.]; vel γ., primum Sabbatum post secundum diem azymor. Et sicut hoc sabbatum secundo primum, ita proximum, scil. secundum post primum diem azymorum, dici consuevisse sabbatum secundo secundum, tertium ab illo die eodem modo sabbatum tertio secundum et sic porro [Jos. Scaliger. de emendat. tempor. lib. 6. Casaub. Exercitatt. in Baron. exerc. 13.]; vel δ., proximum post *magnum* sabbatum, i. e. post sabbatum paschali praecedens, Ex. 12, 3. Etenim illud magnum sabb. dici sabbatum primum; proximum vero huic sabbatum *secundo-primum* [Toynardus in Harmon. p. 27.]. Sive hanc, sive Scaligeri admittas sententiam, utraque textui congruit. Notat tempus, quo iam hordei messis inceperat et hordeum maturum erat; ex quo vulsis aliquot spicis discipuli Jesu Christi has spicas excutientes hordeum comedebant.)

Δεύτερος, έρα, ον, secundus, Matth. 22, 26. (Marc. 12, 21. Luc. 20, 30.) Luc. 12, 38. 19, 18. Joh. 4, 54. Act. 12, 10. 13, 33. Apoc. 4, 7. 6, 3. 16, 3. 21, 19. — alter ex duobus, Matth. 22, 39. Marc. 12, 31. 1 Cor. 15, 47. 2 Cor. 1, 13. Tit. 3, 10. Hebr. 8, 7. 9, 3. 7. 10, 9. 2 Petr. 3, 1. Apoc. 2, 11. 20, 14. 21, 8. — Neutr. δεύτερον, adv. α., iterum, Joh. 3, 4. Apoc. 19, 3. — β., deinde, secundo (seq. τρίτον), 1 Cor. 12, 28. — τὸ δεύτερον, secunda vice, 2 Cor. 13, 2. — ἐκ δευτέρου, iterum, rursus, Marc. 14, 72. Joh. 9, 24. Act. 11, 9. Hebr. 9, 28. — πάλιν δεύτερον, iterum altera vice, Joh. 21, 16. (sequitur τὸ τρίτον) — πάλιν ἐκ δευτέρου, Matth. 26, 42. Act. 10, 15. (cf. ἐπὶ δεύτερον αὖτις, Hom. Od. 3, 161. — αὖ πάλιν αὖθις, Aristoph. Nub. 971. — πάλιν αὖ, Maxim. Tyr. 15, 3.) — ἐν τῷ δευτέρῳ, secunda vice, beim andern Male, Act. 7, 13. — τὸ δεύτερον Jud. v. 5. (h. l. oratio concisior et contractior est; et

videtur auctor scribens: *τὸ δεύτερον*, ad prius scriptum *τὸ· ἅπαξ* respexisse. Certe *τὸ· ἐκ δευτέρου* ad praegressum *τὸ· ἅπαξ*, respicit Hebr. 9, 28.)

Δέχομαι, f. *δέξομαι* (perf. *δέδεγμαι*, — verb. depon.) capio, excipio, suscipio, recipio, accipio, — Opp. repudio, — **a.**, *τινά* (hominem) — *α.*, *εἰς τὰς ἀγκάλας*, ***suscipio*** in ulnas, Luc. 2, 28. — *β.*, *εἰς οἶκον*, aliquem in domum *recipio*, alicui domicilium et victum praebeo, Luc. 16, 4. 9. (cf. *ὑποδέχομαι*, Luc. 10, 38.) — *γ.*, *δέχ. τινα* simpliciter: aditum do alicui, hospitio excipio aliquem (Einem Aufnahme gewähren), Matth. 10, 14. (Marc. 6, 11. Luc. 9, 5.) 41. 42. 18, 5. (Marc. 9, 37. Luc. 9, 48.) Luc. 9, 53. 10, 8. 10. Act. 7, 59. (*δέξαι τὸ πνεῦμά μου*, cf. Luc. 23, 46.) Col. 4, 10. — *δ.*, cum adverbiis: *ἀσμένως*, Act. 21, 17. (cf. 2, 41.) — *μετὰ φόβου κ. τρόμου*, 2 Cor. 7, 15. — *μετ' εἰρήνης*, Hebr. 11, 31. — *δέχ. τινα ὡς*, 2 Cor. 11, 16. Gal. 4, 14. — **b.**, *τί* (rem), *α.*, ***capio***, apprehendo, Luc. 16, 6. 7. 22, 17. Eph. 6, 17. — *β.*, ***recipio*** — doctrinam, quae traditur, Luc. 8, 13. (Matth. 13, 20. et Marc. 4, 16. *λαμβάνειν*) Act. 8, 14. 11, 1. 17, 11. 2 Cor. 11, 4. 1 Thess. 2, 13. — Matth. 11, 14. construe sic: *καὶ, εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν* etc. (Recte Vulg. si vultis recipere.) — cum adv. *μετὰ χαρᾶς*, Luc. 8, 13. — *μετὰ προθυμίας*, Act. 17, 11. — *μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου*, 1 Thess. 1, 6. — *σπουδαιοτέρως*, 2 Cor. 8, 17. — *ἐν πραΰτητι*, Jac. 1, 21. — *δέχεσθαι τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας*, 2 Thess. 2, 10. (nota paronomasiam: *ἀγάπη, ἀπάτη*) — *οὐ δέχομαι*, repudio, 1 Cor. 2, 14. — *γ.*, accipio, Marc. 10, 15. (Luc. 8, 17.) Act. 7, 38. 28, 21. 2 Cor. 6, 1. — *τὶ παρά τινος*, Act. 22, 5. Phil. 4, 18. — **c.**, locum: ***occupo***, Act. 3, 21.

Δέω, f. *ήσω*, (aor. 1. *ἔδησα*, perf. *δέδηκα*, pass. *δέδημαι* et *δέδεμαι*) **a.**, ligo sensu ***proprio***: *α.*, ***colligo***, v. c. *εἰς δεσμάς*, Matth. 13, 30. (in fasciculos) — Act. 10, 11. (linteum quatuor extremitatibus alligatum) — *β.*, alligo, *ὄνος δεδεμένος* (alligatus), Matth. 21, 2. Marc. 11, 2. Luc. 19, 30. Apoc. 9, 14. — *γ.*, *τινά*: ***vincio***, i. e. **א.**, vinculis constringo aliquem, Matth. 12, 29, (Marc. 3, 27.) 14, 3. (*ἔδησεν αὐτόν*, vinculis eum constringi iussit, Marc. 6, 17. — sed Luc. 3, 21. *κατέκλεισε αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ*) 17, 2. (Marc. 15, 1.) 22, 13. Joh. 18, 12. Act. 9, 14. 21, 11. 22, 29. (*ἦν αὐτὸν δεδεκώς*) — *ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη*, vinctum eum tenuit mille annos, Apoc. 20, 2. — *δέκα κ. ὀκτὼ ἔτη*, Luc. 13, 16. — Pass. *δεδεμένος*, et qui vinctus est, Joh. 18, 24. (*ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρός*) Act. 9, 2. et 21. (*δεδεμένον ἄγειν τινα*) 21, 13. et qui vinctus tenetur, Marc. 15, 7. Col. 4, 3. (*δέδεμαι*, vinctus teneor) Act. 24, 27. 2 Tim. 2, 9. (verbum Dei nullis vinculis constrictum tenetur.) — **ב.**, fasciis obvincio, pass. *δεδεμένος τοὺς πόδας κ. τὰς χεῖρας*, Joh. 11, 44. (de corpore mortui fasciis linteisque circumligati.) — Constr. cum dat. instrum. vincire aliquem aliqua re velut vinculo, Marc. 5, 3. (*πέδαις κ. ἁλύσεσι*) cf. Luc. 8, 29. (*ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι*) Act. 12, 6. 21, 33. — *κειρίαις*, Joh. 11, 44. et *ὀθονίοις*, Joh. 19, 40. — **b.**, ***sensu metaphor.*** *δέδεσθαί τινι* (dat. commodi) v. c. *ἀνδρί, γυναικί*, obstrictum esse alicui, Rom. 7, 2. 1 Cor. 7, 27. 39. — *δεδεμένος τῷ πνεύματι*, Act. 20, 22. (tamquam vi Spiritus Sancti vinctus catenisque alligatus Hierosolyma proficiscor) — *δέειν* et *λύειν*, ligare et solvere (hebr. אָסַר et הִתִּיר, illud in Talmude: vetare, interdicere, illicitum pronuntiare, hoc: concedere,

licitum declarare. v. Ligtfoot ad locum huc statim afferendum) Matth. 16, 19. 18, 18. (Sent. „Quodcunque vetueris atque damnaveris in terra vetitum atque damnatum erit in coelo, et quodcunque concesseris atque absolveris his in terris, ratum probatumque habebit Dei filius in coelis.“ Calmet ad h. l. cf. Joh. 20, 22. 23. ubi impertitur Christus apostolis peccata dimittendi potestatem.)

Δή, particula (orta, ut videtur, ab ἤδη per ἀφαίρεσιν τοῦ· ή. Hesych. δὴ γάρ· ἤδη in prosa numquam enuntiationem incipit), **a.**, vox adhortantis (ut in scriptis Graec. — οἱ ό hanc particulam ponunt loco hebraicae נָא, quam Vulg. per: quaeso, obsecro, exprimere solet.) — iuncta occurrit in N. T. cum imperativis, Act. 13, 2. (ἀφορίσατε δή) et cum 1 pers. coniunctivi, Luc. 2, 15. (διέλθωμεν δή) Act. 15, 36. (ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα) — **b.**, igitur, Matth. 13, 23. 1 Cor. 6, 20. (δοξάσατε δή) 2 Cor. 12, 1.

Δῆλος, η, ον, conspicuus, manifestus, Matth. 26, 73. (δῆλόν σε ποιεῖ) — δῆλον, sc. ἐστι, manifestum est, apparet, seq. ὅτι, 1 Cor. 15, 27. Gal. 3, 11. (verte: quoniam vero legis auxilio nemo iustitiam consequitur, patet, iustum ex fide victurum esse) 1 Tim. 6, 7.

Δηλόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. δῆλος — δῆλον ποιῶ) **a.**, manifestum reddo, 1 Cor. 3, 13. (i. q. φανερὸν ποιῆσαι) — τινί τι, notum facio alicui aliquid, Col. 1, 8. — τινὶ περί τινος, ὅτι, 1 Cor. 1, 11. (ἐδηλώθη μοι περὶ ὑμῶν, ὅτι ..) — **b.**, δηλῶ, indico doceo — δηλοῖ, indicat. (cf. tritissimum illud Palaephati: ὁ μῦθος δηλοῖ) Hebr. 12, 27. — 2 Petr. 1, 14. (καθὼς ἐδήλωσέ μοι .. cf. Joh. 21, 18.) — seq. acc. c. inf. Hebr. 9, 8. — δηλοῦν εἰς καιρόν τινα, alicui temporis parti assignare, 1 Petr. 1, 11. (Sens. scrutati sunt, quod qualeve tempus spiritus s. quum de fatis ac morte Christi oracula ederet, significaverit.)

Δημᾶς, ᾶ, ὁ, Demas, socius Pauli Romae; inde rediit Thessalonicam, Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 10. Philem. v. 24.

Δημηγορέω (ῶ), f. ήσω, (ab adi. parasynth. δημηγόρος, deducto ex δῆμος et ἤγορα quod formatur ex ἀγείρω, convoco. Cf. θεολόγος, θεοτόκος ab ἔλογα, ἔτοκα) concionor, verba ad concionem facio (Xen. Mem. 3, 6, 1.): ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς, Act. 12, 21.

Δημήτριος, ίου, ὁ, (nom. graec. deductum a nomine, quod una ex deabus gentilium gerebat, Δημήτηρ, lat. Ceres dicta) Demetrius, **a.**, argentarius quidam Ephesinus gentilis, Act. 19, 24. seq. — **b.**, homo quidam Christianus, 3 Joh. v. 12.

Δημιουργός, οῦ, ὁ, (ex δήμιος, publicus, ad populum [τὸν δῆμον] pertinens, et ἐργός, ab ἔργω) **a.**, propr. opifex publicus, **b.**, opifex quivis (Xen. Mem. 1, 4, 7. τὸ τέχνημα σοφοῦ τινος δημιουργοῦ) — τεχνίτης κ. δημιουργός, Hebr. 11, 10.

Δῆμος, ου, ὁ, (a v. δεμω, aedifico, extruo mihi domum) populus, Act. 12, 22. 19, 33. — ἀγαγεῖν τινα εἰς τὸν δῆμον, producere aliquem in publicum, Act. 17, 5. — εἰςελθεῖν εἰς τὸν δ. prodire in mediam tumultuantium multitudinem, Act. 19, 30.

Δημόσιος, ία, ιον, (a voc. δῆμος) populo proprius, publicus. (Oppon. ἴδιος, Xen. Mem. 3, 11, 16.) — ἡ τήρησις ἡ δημοσία, custodia publica, Act.

5, 18. — δημοσίᾳ (suppl. χώρᾳ, ut ad κατ' ἰδίαν suppl. χώραν) adv. publice (opp. ἰδίᾳ, privatim, Xen. Mem. 3, 12, 5.), Act. 16, 37. 18, 28. 20, 20.

Δηνάριον, ίου, τό, denarius (nummus eiusdem valoris cum drachma Attica, s. nummus decem asses s. decem solidos Gallicos aequans, quamquam seriore aevo etiam 16 asses ap. Romanos exaequabat), Matth. 18, 28. (ἑκατὸν δηνάρια — Centum denarii efficiebant minam Atticam; h. e. ex Rambachii computu exiguam unius et viginti imperialium septemque Grossorum summam) — διακόσια δην. Marc. 6, 37. Joh. 6, 7. — τριακόσια, Marc. 14, 5. Joh. 12, 5. — πεντακόσ. Luc. 7, 41. — denarius unus, merces unius diei, Matth. 20, 2. 9. Apoc. 6, 6. — Hac nummi specie Romani tributum exigebant, Matth. 22, 19. 20. (Marc. 12, 15. Luc. 20, 24.) — δύο δην. Luc. 10, 35.

Δήποτε, adv. umquam, demum — ᾧ δήποτε νοσήματι, quocumque demum morbo, Joh. 5, 4.

Δήπου, adv. (ex δή et ποῦ) sane, profecto, Hebr. 2, 16. (οὐ γὰρ δήπου, non enim profecto. — Xen. Anab. 7, 6, 11. Cyr. 1, 6, 7.)

Διά, praepositio regens vel genitivum, vel accusat. — *I.*, cum *genit.*: διά τινος, **a.**, *per* aliquid. Refertur *α.*, ad loca et motus per loca et locorum intervalla, ἀναχωρεῖν διά, Matth. 2, 12. — εἰςελθεῖν διά .. Matth. 7, 13. Joh. 10, 1. 9. Act. 14, 22. Hebr. 9, 11. 10, 20. — πορεύεσθαι διά, Matth. 12, 1. — διαφέρειν διά, Marc. 11, 16. Act. 13, 49. — διαβαίνειν, Hebr. 11, 29. — διελθεῖν διά .. Matth. 19, 23. Marc. 10, 25. — διέρχεσθαι διά, Luc. 17, 11. Joh. 4, 4. 8, 59. (διὰ μέσου αὐτῶν, hebr.) — δι' ὑμῶν, per vestram urbem, Rom. 15, 28. 2 Cor. 1, 16. — δι' ἐμοῦ, per me, durch mich hindurch, quippe qui sum ἡ ὁδός, Joh. 14, 6. — καθῆκαν αὐτὸν διὰ τῶν κεράμων (per tegulas), Luc. 5, 19. cf. Act. 9, 25. (2 Cor. 11, 33.) — δι' ὅλου, per totum (durchaus), Joh. 19, 23. (usque ad imum) — σωθῆναι διά (i. e. transeundo per), 1 Cor. 3, 15. (διὰ πυρός) 1 Petr. 3, 20. — βλέπομεν δι' ἐσόπτρου (per speculum), 1 Cor. 13, 12. — Phrases tempus cum spatio conferentes: δι' ὅλης τῆς νυκτός, per totam noctem, Luc. 5, 5. — διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, per totam vitam, Hebr. 2, 15. — διὰ παντός, perpetuo, semper, nunquam non, nullo non tempore, Matth. 18, 10. Luc. 24, 53. Act. 2, 25. (Ps. 15, 8.) Rom. 11, 10. (Ps. 68, 24.) 2 Thess. 3, 16. Hebr. 9, 6. 13, 15. — (Cf. Thuc. 1, 76. Herodot. 1, 122.) Additur νυκτὸς κ. ἡμέρας, Marc. 5, 5. — διὰ τῆς νυκτός, per noctem, Act. 5, 19. 16, 9. 17, 10. 23, 31. (Palaeph. fab. 1.) — *β.*, Notat, ut lat. *per*, interventum personae vel rei, cuius opera vel ope aliquid effectum est, die Vermittelung eines Erfolgs; — ℵ., in phrasibus, illud: διά τινος cum aliquo verbo passivo nectentibus. Ita v. c. dicitur aliquid „γενέσθαι" διά τινος, Joh. 1, 3. (πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο) 10. (ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο) v. 17. (ἡ χάρις κ. . . διὰ Ἰ. Χ. ἐγένετο) — γίνονται δυνάμεις διὰ χειρῶν τινος (locutio hebr.), Marc. 6, 2. Act. 5, 12. 14, 3. — s. διά τινος, Rom. 11, 35. Act. 2, 43. 4, 16. 12, 9. Hebr. 2, 10. — cf. διὰ χειρὸς, Act. 11, 30. — διὰ τούτου ὑμῖν .. καταγέλλεται, Act. 13, 38. — δι' οὗ .. παραδίδοται, Matth. 26, 24. (Marc. 14, 21. Luc. 22, 22.) — σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ, Rom. 5, 9. cf. 1 Cor. 1, 9. 8, 6. 11, 12. 15, 21. Gal. 2, 16. 5, 14. (δι' οὗ, sc. σταυροῦ) Eph. 2, 8. — Rom. 7, 5. (τὰ παθήματα τὰ διὰ νόμου, scil. γενόμενα, libidines, quas lex excitavit)

Hebr. 7, 20. 1 Tim. 2, 15. al. — *διὰ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας*, sc. *γίνεται*, Rom. 3, 20. — cf. Rom. 4, 13. 5, 18. 19. 6, 3. Gal. 2, 21. Exempla sunt innumera. Facile haec verba passiva mutari in activa possunt sic, ut is, *per* quem hoc illudve factum esse dictum est, ipse hoc effecisse dicatur. Nam quod ita expressum est: *δι' αὐτοῦ ἐγένετο, δι' αὐτοῦ καταγγέλλεται* etc. hoc idem est, quod *αὐτὸς ἐποίησε, αὐτὸς καταγγέλλει* etc. — ב., in phrasibus, verbo agendi vel patiendi aliam personam, vel rem veluti personam, subiicientibus, eam scilicet, quae hoc illudve aut egisse aut passa esse dicatur *διά τινος*. Exempla vero duplicis sunt generis: *aa.*, alia per *διὰ τοῦ* .. eam vel personam vel rem significant, cui id, quod altera persona vel res agit patiturve, *debetur*, atque *διά τινος* in his est: alicuius vi, merito, beneficio, culpa, etc. — *beneficio* alicuius: v. c. — *τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος*, Act. 18, 27. — *εἰρήνην (ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τὴν καταλλαγήν) ἔχομεν διὰ .. Χριστοῦ*, Rom. 5, 1. 2. 5, 11. — v. loc. 5, 17. 2 Cor. 3, 4. Gal. 1, 1. 12. 4, 7. Eph. 1, 6. 2, 18. 3, 6. 1 Joh. 4, 9. Hebr. 7, 25. — *auxilio* alicuius: Joh. 17, 20. (*περὶ τῶν πεπιστευκότων εἰς ἐμὲ διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν*) Act. 18, 26. 24, 3. (*πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ — διὰ τῆς σῆς προνοίας*) Rom. 8, 37. (*ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ὑμᾶς*) 15, 4. (ope) Rom. 1, 12. 3, 20. 1 Cor. 3, 5. (*δι' ὧν ἐπιστεύσατε*) 2 Cor. 1, 5. (*περισσεύειν διὰ Χριστοῦ*, abundare per augmenta, quae Christus suppeditat) cf. 9, 12. Phil. 1, 11. 19. Philem. v. 22. Hebr. 7, 19. — *διὰ πίστεως*, Rom. 3, 22. 25. (construe: *διὰ τῆς πίστ. ἐν τῷ αἷμ. αὐτοῦ*) Gal. 3, 26. 4, 23. Eph. 2, 8. 1 Petr. 1, 5. — *διὰ τ. πνεύματος*, Act. 11, 28. 1 Petr. 1, 22. — Gal. 2, 19. (per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam; sens. lex mortem minitans me coëgit salutem vitamque extra legem quaerere, in Christo scilicet, cf. Rom. 7, 6.) — per legem dicitur etiam peccatum vim nactum esse s. vires recepisse; *τὸ· διά* refertur ita ad caussam *occasionalem*, Rom. 7, 8. 13. (*ἁμαρτωλὸς διὰ τῆς ἐντολῆς*) Hebr. 11, 39. (*διὰ πίστεως μαρτυρηθέντες*, per fidem laudem consequuti) cf. v. 4. — *culpa* alicuius: *δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται*, Matth. 18, 7. (Luc. 17, 1.) Rom. 5, 12. (*δι' ἑνὸς ἀνθρ. ἡ ἁμαρτία .. εἰςῆλθε κ. διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος*) 17. 1 Cor. 15, 21. — *vitio* alicuius: *ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός*, Rom. 8, 3. — Sed *bb.*, alia exempla *τό· διά τινος* sic cum verbo nectunt, ut subiectum verbi dicatur hoc illudve effecisse per aliquam personam vel rem tamquam per *instrumentum*, — Marc. 16, 20. (*τοῦ κυρίου τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν σημείων*) Joh. 11, 4. Act. 2, 22. (.. *ἃ ἐποίησε ὁ θεὸς δι' αὐτοῦ*) 11, 30. 15, 23. (*γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε*) 20, 28. (*ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου*) 21, 19. Rom. 2, 16. 3, 31. 7, 11. 13. 16, 18. — 1 Cor. 1, 21. 2, 10. 4, 15. 6, 14. 14, 9. 19. 15, 57. — 2 Cor. 1, 4. 4, 14. 5, 10. 18. 20. 6, 7. 9, 12. 13. 10, 9. 12, 17. — Gal. 3, 19. 5, 7. Eph. 1, 5. 2, 16. 3, 10. Col. 1, 20. 22. 2, 8. 1 Thess. 4, 14. (constr. *διὰ Χριστοῦ ἄξει*, sc. *ὁ θεός*) 1 Tim. 2, 10. 4, 6. 2 Tim. 1, 14. 3, 15. Tit. 3, 5. Phil. 1, 20. Hebr. 1, 3. 9, 14. 10, 10. al. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 13. — Huc referas etiam locos, in quibus effatum aliquod dicitur editum *διὰ τῶν προφητῶν*, s. *διὰ στόματος* huius illiusve vatis, Matth. 1, 22. 2, 15. 23. 4, 24. 8, 17. 12, 17. 21, 4. 24, 15. 27, 19. Luc. 1, 70. Act. 1, 16. 2, 16. 28, 25. — sive quidquam *γεγραμμένον* esse *διὰ τῶν προφ.*

Luc. 18, 31. — cf. Rom. 1, 2. 16, 26. Hebr. 2, 2. — ἔρχεσθαι, εἰςέρχεσθαι, προςέρχεσθαι, ἐγγίζεσθαι διά (ope) τινος, — ἔρχεσθαι δι' αἵματος, ὕδατος, 1 Joh. 5, 6. (Christus venit *cum* aqua et sanguine. Ita se servatorem generis humani exhibuit) — Eph. 3, 12. (προςαγωγὴ διὰ πίστεως) — Hebr. 9, 12. (οὐ διὰ αἵματος τράγων .. διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰςῆλθε — sine sanguine pontifici in adyta intrare non licebat; ergo si intravit, *per* sanguinem intravit). Sed Hebr. 9, 26. verba: διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, non cum πεφανέρωται, verum cum εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, iungenda videntur. — Notandae sunt etiam formulae: κτᾶσθαι, ἀγοράζειν, περιποιεῖσθαί τι διά τινος (pretio dato), Act. 8, 20. 20, 28. Hebr. 13, 12. cf. Col. 1, 20. — Διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ δεδεκάτωται, per Abraamum etiam Levi decimatus est (quatenus Levi erat in lumbis Abraami), Hebr. 7, 9. — ἡ πίστις, ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν .. Act. 3, 16. (constructio praegnans: fiducia [in eo posita] per eum, scil. Christum, dedit ei, i. e. huic aegroto homini ... — Conferunt Plat. Phaedr. e. g. „αἱ ἡδοναὶ αἱ διὰ τοῦ σωματος", i. e. voluptates, quae corpore percipiuntur, ut verba Lucae sic expleant: ἡ πίστις, ἡ δι' αὐτοῦ ἐνεργουμένη. At enimvero facilius e voce ἡδονῆς percipiendi, quam e voce πίστεως operandi notio elici potest. Alii explicant: fiducia per illum effecta s. excitata; at Christum effecisse vel procreasse illam fiduciam, auctoris non interfuit docere.) — 2 Cor. 5, 10. (ἵνα κομίσηται τὰ διὰ τ. σώματος πρὸς ἃ ἔπραξε i. e. τὰ διὰ τ. σώματος πραχθέντα πρὸς ἃ ἔπραξε.)

διά, per, γ., saepius idem valet ac latin. *vi*, nostrum: vermöge, vide e. g. formulas Paulinas: παρακαλῶ ὑμᾶς διά ... (quibuscum, cf. lat. obsecro per) Rom. 12, 1. (διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ) 15, 30. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 10, 1. — λέγω διά .. Rom. 12, 3. — Gal. 4, 23. (ὁ δὲ γεγέννηται διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Opp. κατὰ σάρκα.) Cf. formulam: διά θελήματος θεοῦ, v. θέλημα. — δ., Formula: διά τινος describit *modum*, quo aliquid fit, Luc. 8, 4. (εἶπε διὰ παραβολῆς) Act. 8, 18. (spiritum st. dari διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν. Cf. 1 Tim. 4, 14.) 15, 27. (διὰ λόγου — cf. δι' ἐπιστολῆς, 2 Thess. 3, 14.) 33. 18, 9. (δι' ὁράματος) 2 Cor. 10, 11. (τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῆς) Hebr. 13, 22. (γράφειν διὰ βραχέων. Cf. δι' ὀλίγων, 1 Petr. 5, 12. — Platon. Gorg. 449. B. διὰ μακρῶν λόγους ποιεῖσθαι) Rom. 5, 21. (sicut peccatum regnavit ἐν τῷ θανάτῳ, ita etiam gratia regnabit διὰ δικαιοσύνης) 8, 25. (ἀπεκδεχόμεθα δι' ὑπομονῆς) Gal. 3, 18. (κεχάρισται δι' ἐπαγγελίας) 5, 13. (δουλεύειν δι' ἀγάπης) Eph. 6, 18. (προςεύχεσθαι διὰ προςευχῆς κ. δεήσεως) Hebr. 13, 2. (διὰ ταύτης, scil. φιλοξενίας, ἐξένισαν, hanc hospitalitatem exercentes etc.) 2 Petr. 1, 3. (διὰ δόξης κ. ἀρετῆς.) — Itaque τὸ διά etiam ibi locum obtinet, ubi nostrates utuntur vocula: unter (v. c. unter Thränen), 2 Cor. 2, 4. (ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων.) — Rom. 2, 27. σέ, τὸν διὰ γράμματος κ. περιτομῆς παραβάτην νόμου ὄντα, te, qui literis ac circumcisione instructus legem violas) 4, 11. (τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, qui fidem habent praeputiati, qua gentiles) 14, 20. (διὰ προςκόμματος ἐσθίειν — cum offensione, h. e. ita, ut aliis videaris peccatum admittere. Caeterum oratio h. l. est concisior contracta e formula latiori hac: ἀλλὰ κακόν ἐστι τῷ ἐσθίοντι τὸ διὰ προςκόμματος ἐσθίειν.) 2 Cor. 3, 11. (alternant h. l. διὰ δόξης, et ἐν δόξῃ) 5, 7. (διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, peregrinamur in fidei umbris, non in luce

visionis) 2 Tim. 2, 2. (ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, quae a me sic audivisti, ut simul multos testes haberes, — unter vielen Zeugen.)

b., *Διά*, c. gen. temporis nonnullis in locutionibus (exceptis tamen iis, quae supra sub lit. *a. α.* commemoratae sunt) modo significat: *per*, hoc sensu ut sit i. q. *intra*, *non ultra* hoc temporis spatium, modo: *post*. — *α.*, per: δι' ἡμερῶν τεσσεράκοντα, i. e. intra spatium 40 dierum (repetitis vicibus se conspiciendum praebuit), Act. 1, 3. — *β.*, post, s. tot diebus, mensibus, annis interiectis (cf. διὰ χρόνου, interiecto tempore, Xen. Mem. 2, 8, 1. 4, 4, 5. — διὰ σταδίων πέντε, post quinque stadia, Herodot. 7, 30. et 198. — Diod. Sic. 5, 28.), δι' ἡμερῶν, Vulg. post dies, i. e. post aliquot dierum intervallum, Marc. 2, 1. (i. q. μεθ' ἡμέρας) — διὰ τριῶν ἡμερῶν, Vulg. post triduum, Matth. 26, 61. (Marc. 14, 58. — Joh. 2, 19. vero: ἐν τρισὶν ἡμέραις, ut Matth. 27, 40. — cf. τοὺς ὁ Deut. 15, 1. 9. 14, 28. 26, 12.) — δι' ἐτῶν πλειόνων, pluribus annis interiectis, Act. 24, 17. — διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, post quatuordecim annos, Gal. 2, 1. (De initio et exitu huius annorum periodi non satis convenit. Sunt, qui ducendam ab ascensione Jesu Christi censeant [ut Capellus, qui legi mavult: τεσσάρων, assentiente Grotio]; alii a conversione apostoli malunt [ut D. Thom. Caiet. Est. Harduin.]; alii a postremo itinere, quod tertio post conversionem anno idem apostolus obivit [ita Hieron. Usser. Tillemont. Calmet.]. At si quis textum sine praeconcepta opinione legit, primum illud ἔπειτα, 1, 18. ab eo tempore ducet, quo Apostolus Damascum reversus erat. Alterum ἔπειτα 1, 21. ad illud tempus respicere putabit, quo apostolus venerat Hierosolyma, v. 18. Tertium ἔπειτα igitur, 2, 1. respicere posset ad id tempus, quo apostolus in terras Syriae et Ciliciae se receperat; sed quum ipse apostolus h. l. consulto addiderit: πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα, extra omnem dubitationem positum est, apostolum tempus notare, quo *repetiverit* Hierosolyma: ergo illum intelligi velle annum decimum quartum postquam Hierosolyma primum venisset.)

II., *Διά* cum *accusat. propter*. *α.*, διὰ τοῦτο, propterea, quae quum ita sint; — formula tritissima, Matthaeo in primis familiaris — ratiocinatur, quamquam non omnibus locis unde et quomodo ratiocinetur, patet. Reperies eam Matth. 6, 25. (Luc. 12, 22.) 12, 27. 31. 13, 13. 52. 14, 2. (Marc. 6, 14.) 18, 23. 21, 43. 23, 34. (Luc. 11, 49.) 24, 44. — Marc. 11, 24. 12, 24. (οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, reddes cum Vulg. .. nonne ideo erratis?) Luc. 14, 20. Act. 2, 16. Joh. 6, 65. 9, 23. 12, 27. 13, 11. 16, 15. 19, 11. 1 Joh. 4, 5. 2 Joh. v. 10. Apoc. 7, 15. 12, 12. 18, 8. — Rom. 1, 26. 4, 16. 5, 12. 13, 6. 15, 9. 1 Cor. 4, 17. 11, 10. 30. 2 Cor. 4, 1. Eph. 1, 15. 5, 17. 6, 13. Col. 1, 9. 1 Thess. 2, 13. 3, 5. 7. 2 Thess. 2, 11. 2 Tim. 2, 10. Hebr. 1, 9. 2, 1. — Associatur ei τὸ· ὅτι, Matth. 13, 13. Joh. 5, 16. 18. 8, 47. 10, 17. 12, 18. 39. 1 Joh. 3, 1. — ὅτι .. διὰ τοῦτο, Joh. 15, 19. — διὰ τοῦτο, ἵνα, 2 Cor. 13, 10. 1 Tim. 1, 16. Philem. v. 15. (ἵνα .. διὰ τοῦτο, Joh. 1, 31.) — διὰ τοῦτο, ὅπως, Hebr. 9, 15. — διά τί; cur? quam ob rem? Matth. 9, 14. 13, 10. 17, 19. Marc. 2, 18. Luc. 5, 30. 38. Joh. 7, 45. Apoc. 17, 7. — δι' ἣν αἰτίαν, Luc. 8, 47. — διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, Act. 28, 20. — v. *Αἰτία*. — διὰ ταῦτα, Eph. 5, 6. al. — *β.*, διά iunct. cum accus. alicuius nominis indicat **א.**, caussam in animo latentem, quae aliquem impulit ad illud faciendum, quod fecisse dicitur, — διὰ φθόνον, invidia

impulsus, Matth. 27, 18. (Marc. 15, 10. aus Neid), *διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων*, quia metuebant Judaeos (aus Furcht vor ..), Joh. 7, 13. 19, 38. 20, 19. Apoc. 18, 15. — *διὰ τὴν χαράν*, Joh. 16, 21. cf. Rom. 13, 5. Eph. 2, 5, Phil. 1, 15. Philem. v. 9. 1 Petr. 2, 19. — Refertur etiam ב., ad caussas externas, Matth. 14, 3. (4.) 15, 3. Joh. 4, 39. 41. 42. 12, 11. 14, 11. Act. 28, 2. Rom. 6, 19. 15, 15. 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 9, 14. 1 Petr. 3, 14. — Matth. 24, 9. et 10, 22. (Marc. 13, 13.) 27, 19. Luc. 23, 25. Joh. 11, 15. Act. 21, 35. Gal. 2, 3. 4. Col. 1, 5. 3, 6. Hebr. 2, 9. 5, 14. 1 Joh. 2, 12. Apoc. 1, 9. 6, 9. — Rom. 8, 10. 11. 28. Eph. 4, 18. Hebr. 5, 12. 7, 18. — Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17.) Joh. 10, 19. 15, 3. Rom. 14, 15. — ad caussam impedientem, Matth. 13, 58. 17, 20. Marc. 2, 4. (Luc. 5, 19.) 6, 26. Luc. 8, 19. Act. 21, 34. Hebr. 3, 19. 14, 6. — *γ.*, loca, ubi per *ἐπεξήγησιν* accuratius explicatur, qua de caussa aliquid factum sit: *διά — ὅτι*, Joh. 15, 21. Act. 4, 21. — *διὰ γάρ*, Act. 16, 3. 5. — *δι' ὑμᾶς*, propter vos, 2 Cor. 2, 10. 4, 15. 8, 9. Phil. 1, 24. 1 Thess. 1, 5. 3, 9. — propter exemplum vestrum, Rom. 2, 24. — *δ.*, *διά* — indicat etiam *finem*, quo quid dirigitur (*διά τινα* [*τι*]: in *commodum* alicuius, für), Matth. 15, 3. (*διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν*, i. e. *ἵνα στήσητε τὴν παράδοσιν ὑμῶν*, Marc. 7, 9.) 6. 19, 12. (*διὰ τὴν βασιλ. τ. θεοῦ*; alii coelebes manent, quo acrius studium propagandae doctrinae evangelicae impendant, cf. 1 Cor. 7, 1. 7. 26. Luc. 14, 26.) 24, 22. et Marc. 13, 20. (propter electos, i. e. ne simul cum impiis pereant, sed serventur. Cf. Gen. 18, 23. seq.) Marc. 2, 27. (hominis gratia, in hominis commodum, Gen. 2, 18. Cf. locutionem similem 1 Cor. 11, 9.) Joh. 12, 9. 30. Apoc. 2, 3. — 1 Cor. 4, 10. (propter Christum, i. e. ad tuendam Christi caussam) Phil. 2, 30. 3, 7. (*διὰ τὸν Χριστόν*, i. e. *ἵνα Χριστὸν κερδήσω*, v. 8.) 1 Tim. 5, 23. Hebr. 1, 14. 6, 7. — 1 Cor. 7, 2. (propter fornicationem, i. e. ut fornicatio evitetur.) — Nonnumquam formula: *διά τινα* occupat id, quod sequens *ἵνα* cum suis verbis explicatius enuntiat, e. g. Joh. 11, 15. (*δι' ὑμᾶς*, *ἵνα* etc.) 42. (*διὰ τὸν ὄχλον*, *ἵνα πιστεύσωσιν*), 1 Cor. 4, 6. 9, 23. (hoc facio *διὰ τὸ εὐαγγέλιον*, *ἵνα* etc.) 2 Cor. 4, 10. 8, 9. 2 Tim. 2, 10. *διὰ τοὺς ἐκλεκτούς*, *ἵνα καὶ αὐτοί* etc.) — His adde Rom. 4, 25. (*παρεδόθη διὰ παραπτώματα ἡμῶν*, criminum nostror. caussa morti traditus est; *ἠγέρθη διὰ δικαίωσιν ἡμῶν*, i. e. ad eam efficiendam). — *ε.*, *διὰ τό* sequ. infinitivo solo, Luc. 23, 8. (coll. 9, 9.) — 11, 8. Act. 8, 11. Hebr. 7, 23. — sequente infin. cum acc. subiecti, Matth. 13, 6. (Marc. 4, 6. Luc. 8, 6.) 24, 12. Marc. 5, 4. Luc. 2, 4. 9, 7. 18, 5. 19, 11. Joh. 2, 24. Act. 4, 2. 12, 20. 18, 2. 3. 27, 4. 9. 28, 18. Phil. 1, 7. Hebr. 10, 2. Jac. 4, 2. al. (Xen. Mem. 1, 3, 6.) — *ζ.*, Observat Scholiasta ad Aristoph. Plut. v. 93.: *ἰστέον, ὅτι ἡ διὰ πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ*, i. e. praepositio *διά* significat: per, non solum ubi cum genitivo copulata est, sed nonnumquam cum accusativo iuncta eandem vim habet. — Attamen notandum est, formulas *διά τινος* et *διά τινα* semper differre. Exempla: Joh. 6, 58. (*ζῶ διὰ τὸν πατέρα — ζήσεται δι' ἐμέ*. Recte Vulg. .. *propter* Patrem — *propter* me. Sed sensus est: sicut ego vivo, *quia* pater vivit, quocum arctissime coniunctus sum, ita quisque — vivet propter meam vitam. — Joh. 4, 41. (*διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ*, non: per, sed *propter* eius sermonem, i. e. propter vim, qua eius sermo pol-

lebat. Cf. Joh. 7, 46.) 2 Petr. 3, 12. (*δι' ἥν*, scil. *παρουσίαν*, Vulg. h. l. *per* quem [adventumne, an Dominum?]; — at quidni *propter* quem, i. e. cuius adventus caussa, s. cui ut cedatur?) Rom. 8, 20. (*διὰ τὸν ὑποτάξαντα*. Recte Vulg. *propter* eum, qui subiecit, i. e. quia is, qui subiecit, etiam restaurandi potestatem habet), Hebr. 5, 14. (*διὰ τὴν ἕξιν*, non: per exercitationem, sed: propter assuetudinem. Ambrosiast.) Apoc. 4, 11. (*διὰ τὸ θέλημά σου*; non: per, sed propter .. i. e. quia tu voluisti) 12, 11. (vicerunt eum *διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου κ. διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν*, non: *per* sanguinem, sed: victoriam deportarunt propter sanguinem, i. e. quoniam sanguis agni eis animum addidit) 13, 14. (*πλανᾷ διὰ τὰ σημεῖα*, seducit — non *per* signa, sed propter .. i. e. quoniam signa edit; signis eius est tribuendum, quod homines seducuntur.) Sed ut *διά* (*τινα* vel *τι*) semper est: propter, ita *διά τινος* semper *per*, nec usquam propter. Ergo *διά τινος* suam vim retinet etiam Rom. 8, 3. (*ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός*) 2 Cor. 9, 13. (de participio *δοξάζοντες* v. sub *Δοξάζω*) Hebr. 11, 4. (*δι' ἧς ἐμαρτυρήθη*.) At quid sibi vult: *δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς* (*εὐαγγελισάμην ὑμῖν*)? Gal. 4, 13. (Vulg. per infirmitatem. — Non tamen *δι' ἀσθένειαν* idem est quod *δι' ἀσθενείας*, vel: *ἐν ἀσθενείᾳ*. Paulus videtur hoc dicere: Scitis, me eo tempore, quo ad vos evangelium attuli, devertisse ad vos idcirco, ut me morbo laborantem sublevaretis — ergo: propter morbum.)

Διαβαίνω, f. *βήσομαι*, (aor. 2. *διέβην*, partic. *διαβάς* a *διαβίβημι*) transeo, traiicio, Luc. 16, 26. (quia intermedium erat *χάσμα τι*) Act. 16, 9. (*διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν*) Hebr. 11, 29. (*διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν*.)

Διαβάλλω, *αλῶ*, (ex *βάλλω* et *διά*. Sed *τὸ διά* in compositis aut est i. q. per, aut i. q. dis, h. e. in diversas partes, huc illuc. Jam si in sermone aliquis absens in utramque partem coniicitur, vel si verbis ambiguis mentio eius iniicitur, idem hac ratione suspectus redditur. Hinc *διαβάλλω τινά*.) clam criminor, defero aliquem (dicitur de indicibus et calumniatoribus. v. *Διάβολος*.), *οὗτος διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων* (not. *διά*!) *τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ*, Vulg. hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, Luc. 16, 1. (cf. Xen. Mem. 1, 2, 31.)

Διαβεβαιόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (ex *διά* et *βέβαιος*, firmus) plane firmum reddo, confirmo — pass. certus fio de aliqua re (*περί τινος*), 1 Tim. 1, 7. (*μὴ νοοῦντες μήτε — μήτε περὶ τίνων βεβαιοῦνται*, non intelligentes, neque — neque de quibus rebus ipsis persuadeatur) Tit. 3, 8. (*περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι*, de his volo te confirmari.)

Διαβλέπω, f. *ψω*, (*βλέπω*, *διά*) **a.**, perspicio, — **b.**, dispicio, — sequ. infin. *διαβλέψεις ἐκβαλεῖν*, dispicias, quomodo extrahas, Matth. 7, 5. Luc. 6, 42.

Διάβολος, *ον*, *ὁ*, *ἡ*, (a perf. 2. verbi *διαβάλλω*, qu. v.) **a.**, nom. appellat. *α.*, calumniator, Eph. 4, 27. (*μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ*, ne aures praebeatis calumniatori, h. e. ulli homini calumniatoris partes agenti) — pl. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. — *β.*, de proditore Juda, Joh. 6, 70. — **b.**, *ὁ διάβολος κατ' ἐξοχήν*: malorum geniorum princeps, הַשָּׂטָן, *ὁ σατανᾶς* — mali auctor, homines a Deo avertens atque ad peccandum sollicitans, bonum quemque invidia

persequens (Job 1, 7. Zach. 3, 1. Apoc. 12, 10.), Matth. 4, 1. 5. 8. 11. (Luc. 4, 2. 3. 6. 13. — sed Marc. 1, 13. *σατανᾶς*) Joh. 13, 2. Act. 10, 38. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Tim. 3, 6. (*ἵνα μὴ .. εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου*, ne in iudicium Diaboli incidat. Interpretantur alii haec verba sic: ne incidat in ***damnationem*** diaboli, i. e. ne cum alta petit, in ima detrudatur, quemadmodum diabolo accidit, cf. Jud. v. 6.; alii sic: ne incidat in ***potestatem*** diaboli [ne cadat sub ius s. *ὑπὸ τὸ θέλημα*, cf. 2 Tim. 2, 26., diaboli, qui ab uno eum peccato ad alterum pertrahat]; alii: ne christianae religionis adversariis, quorum dux et antesignanus diabolus est, occasionem et materiam criminandi praebeat.) v. 7. (*ἵνα μὴ ἐμπέσῃ εἰς .. παγίδα τ. διαβόλου*. Sensus horum verbor. non differt ab interpretatione ad versum 6. ultimo loco posita.) 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. Jac. 4, 7. 1 Petr. 5, 8. 9. Jud. v. 9. Apoc. 2, 10. 12, 9. 10. 12. 20, 2. 10. — *εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου*, filium diaboli h. e. eius similem esse, Joh. 8, 44. 1 Joh. 3, 8. 10. — Act. 13, 10. (*υἱὲ διαβόλου*) — **c.**, is, qui bonae caussae adversatur instar diaboli. Huc pertinet locus Joh. 6, 70. (cf. Matth. 16, 23. et Marc. 8, 33.) v. *Σατανᾶς*, *Πονηρός*.

Διαγγέλλω, f. *γελῶ*, aor. 2. pass. *διηγγέλην* (*διά*, *ἀγγέλλω*) **a.**, diversis in locis (hic illic) nuncio, divulgo, *τί*, Rom. 9, 17. (*ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ*, v. Ex. 9, 16.) — **b.**, aliis in locis annuncio, i. e. instare dico — *τὴν βασιλείαν τ. θεοῦ*, Luc. 9, 60. — *τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ*, indico, quando finem habituri sint dies castimoniae, Act. 21, 26.

Διαγίνομαι, f. — *γενήσομαι* (ex *διά* et *γίγνομαι*, s. serius adoptato *γίνομαι*) — *διαγενέσθαι*, elabi, praeterire de tempore et temporis partibus, diebus, hebdomadibus, mensibus, annis, diebus festis etc. inter quosdam terminos praeterlapsis, Marc. 16, 1. (exacto interea sabbato) Act. 25, 13. 27, 9.

Διαγινώσκω, f. *γνώσομαι*, (*διά*, et *γινώσκω*, att. *γιγνώσκω*) dignosco, i. e. discerno (Xen. Mem. 3, 1, 9.) — discernens cognosco — de iudice, rationes criminis, argumenta accusantium examinante ac ponderante, Act. 23, 15. (*ἀκριβέστερον διαγινώσκειν τὰ περὶ αὐτοῦ*) 24, 22. (.. *τὰ καθ' ὑμᾶς*, vestram caussam.)

Διαγνωρίζω, f. *ίσω*, (*διά*, *γνωρίζω*) *περί τινος*, fusius narrare de, Luc. 2, 17. (e lect. codd.)

Διάγνωσις, *εως*, *ἡ*, (a v. *διαγνόω* s. *διαγινώσκω*, qu. v.) **a.**, discretio, distinctio; **b.**, in foro: cognitio, caussae disceptatio (Sap. 3, 18.); — *εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν*, Act. 25, 21.

Διαγογγύζω, f. *ύσω*, (*διά*, *γογγύζω*, qu. v.) murmuro, obmurmuro (*διά*, de pluribus inter se murmurantibus [*οἱ ὁ* Ex. 15, 24. — Heliod. 7, 27.]), Luc. 15, 2. 19, 7.

Διαγρηγορέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (*διά*, et *γρηγορέω*, qu. v. Neque verbum simplex, neque compositum Atticistis probatur; v. Lobeck. ad Phryn. p. 118. 119.) evigilo, expergiscor (*διά*, e somno, — Formam: *ἀνεγρηγόρησα* suppeditat Euseb. H. E. 5, 1.) Luc. 9, 32.

Διάγω, f. *ξω*, (*ἄγω*, *διά*) traduco, transmitto; — additis aut subaudiendis: *τὸν βίον*, *τὸν χρόνον*: transigo (*βίον διάγειν*, Xen. Hiero 7, 10.

Aelian. H. N. 16, 23.) 1 Tim. 2, 2. — *διάγειν ἔν τινι*, vitam degere in — Tit. 3, 3.

Διαδέχομαι, f. *δέξομαι*, (*δέχομαι*, capio, *διά*, per manus) *τινά*, succedo alicui (hinc *διάδοχος* successor) — *τί*, aliquid successione accipio, s. suscipio, Act. 7, 45. (cf. Jos. Ant. 10, 1.)

Διάδημα, *τος*, *τό*, (a v. *διαδέω*, revincio) diadema (fascia candida, qua prisci reges frontem et caput praeligabant, ita ut tiaram circumiret. Xen. Cyr. 8, 3, 13. Aelian. V. H. 12, 17. *φορεῖν διάδημα* — *οἱ ὁ* Jes. 42, 3. Esth. 1, 11. 2, 17. — Successit huic regum ornamento corona.), Apoc. 12, 3. 13, 1. 19, 12.

Διαδίδωμι, f. *δώσω*, (*διά*, *δίδωμι*) **a.**, distribuo, Luc. 11, 22. — *τινί*, 18, 22. (al. codd. *δός*) — *τί τινι*, Joh. 6, 11. — pass. Act. 4, 35. (*διεδίδοτο*) — **b.**, trado, *τί τινι*, Apoc. 17, 13. (e lectione: *διαδιδώσουσιν*. Alia lectio: *διδόασιν*.)

Διάδοχος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (a v. *διαδέχομαι*, qu. v.) successor, Act. 24, 27.

Διαζωννύω, s. *διαζώννυμι*, f. *ζώσω*, succingo, Joh. 13, 4. (*διέζωσεν ἑαυτόν*) — Pass. *διαζώννυμαί τι*, Joh. 13, 5. (*λεντίῳ ᾧ* per attractionem pro: *λεντίῳ ὅ*) — Med. *διαζώννυμαί τι*, succingo me aliqua re, Joh. 21, 7. *διεζώσατο*.)

Διαθήκη, *ης*, *ἡ*, (a v. *διατίθημι*, aor. *διέθηκα*, dispono) dispositio, *A.*, ubi respondet hebraico: בְּרִית (Gen. 17, 2. 7. al.): foedus, — *διαθήκην διατίθεσθ.* Hebr. 8, 10. — *ποιεῖν*, v. 9. Est autem foedus *α.*, ***a parte Dei:*** promissio solenniter data, Luc. 1, 72. Act. 3, 25. Rom. 11, 27. (cf. Gen. 12, 1—3. 15, 5. 6. 22, 16—18.) — pl. *αἱ διαθῆκαι*, foedera, Rom. 9, 4. (pluralis, quasi varia significet foedera a Deo cum Abraami sobole percussa. Solemne foedus primo iniit Deus cum hebraicae gentis patre, instauravit iterum ad montem Sinaiticum; deinde in ipsa promissa regione ab Josua iteratum [Jos. 24, 25.] ac saepius deinceps variis temporibus repetitum est.) — *αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας*, Eph. 2, 12. cf. Rom. 3, 2. (*τὰ λόγια τ. θεοῦ.*) Accepit Abraamus *διαθήκην περιτομῆς*, foedus circumcisionis, i. e. circumcisionem veluti sigillum et indicium foederis, Act. 7, 8. (cf. Rom. 4, 11.) — *β.*, ***a parte Dei et gentis Israeliticae:*** lex, quae cultui Jehovae obstrinxit Israëlitas, — *ὁ κιβωτὸς τῆς διαθήκης*, arca foederis (אֲרוֹן הַבְּרִית, Jos. 3, 6. et א' הָעֵדוּת, Ex. 25, 22.), Hebr. 9, 4. (Arca foederis capsa erat ex ligno pretiosissimo, laminis aureis tecta, intra quam ceu deposito conditae fuerant geminae legis tabulae [*αἱ πλάκες τῆς διαθήκης*, quarum et ipsarum h. l. mentio fit, cf. Ex. 24, 7. 34, 28. Deut. 9, 9. 2 Reg. 23, 2.] — v. *Κιβωτός*.) — At enimvero א., in hoc foedere, quatenus legem spectat, Israëlitae dicuntur ***non mansisse***, Hebr. 8, 9. (cf. Act. 7, 39—43. 51. 52. Rom. 3, 10—20.), ideoque Deus, scriptura teste, se ***novum foedus*** (*καινὴν διαθήκην*) facturum promisit idque vere fecit, Hebr. l. c. et Jerem. 31, 31. — ב., Distinguuntur ergo in N. Testamenti libris *ἡ παλαιά* et *ἡ καινὴ διαθήκη*, ***aa.***, ***sensu propr.*** eaeque ita comparantur, ut novum foedus vetere, i. e. lege Mosaica ac sacerdotio levitico, praestantius esse appareat. Novum enim foedus per Christum sancitum illud, babet *κρείττονας ἐπαγγελίας*, Hebr. 8, 6. et efficaciorem peccatorum expiationem, Hebr. 9, 9—14. 10, 1—14. 18. —

Christus igitur κρείττονος διαθήκης ἔγγυος (sponsor), Hebr. 7, 22. s. μεσίτης, 8, 6. — τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, sanguis, quo foedus sancitur vel sancitum est (Ex. 24, 5. 6. 7. 8.), Hebr. 10, 29. 13, 20. — τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, Matth. 26, 28. (Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. et 1 Cor. 11, 25.: τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματι μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, — concisius dicta pro: τοῦτο τὸ ποτήριον τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ.) Intelligitur ergo per διαθήκην παλαιὰν s. πρώτην (Hebr. 9, 15.) vetus, perque καινήν nova religionis oeconomia, — (ἡ) καινὴ διαθήκη distinguitur a Mosaica (internuntio Mose per legislationem constituta) eatenus, quatenus illa *spiritum* sanctum largitur, haec vero, *litteris* concepta, *mortem* minitatur, 2 Cor. 3, 6—8. — αἱ δύο διαθῆκαι, Gal. 4, 24. (utriusque foederis h. l. figurae sistuntur, et vetus quidem per figuram repraesentat Agar ancilla, mater servorum, h. e. „eorum, qui servorum more Mosaicis legibus parent [qui legalium rituum iugo premuntur];" novum repraesentat libera [Abraami uxor]. Cf. 2 Cor. 3, 17. οὗ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.) — *bb.*, metonymice: ἡ παλαιὰ διαθήκη, scripta de vetere foedere consignata (scripta veteris testamenti), 2 Cor. 3, 14.

B., διαθήκη, testamentum (dispositio moribundi testatoris, Demosth. p. 1136, 12.), *α.*, praevalente notione *dispositionis*, Gal. 3, 15. — *β.*, praevalente notione dispositionis factae ab aliquo *moribundo*, Hebr. 9, 16. 17. (Not. Tenuit auctor non vocis hebraicae בְּרִית, sed graecae τῆς διαθήκης significatum, scil. eum, quem nonnumquam haec vox apud Graecos obtinet.)

Διαίρεσις, εως, ἡ, (a v. διαιρέω, qu. v.) divisio, distinctio, pl. διαιρέσεις χαρισμάτων, i. e. diversa dona, 1 Cor. 12, 4. 5. 6. (oppon. id, quod τὸ αὐτό est.)

Διαιρέω (ῶ), f. ήσω, (aor. 2. διεῖλον — med. διειλόμην — ex διά, dis, et αἱρέω, obsol. ἕλω, capio) τινί τι, divido, i. e. do cuique τὸ ἐπιβάλλον μέρος, Luc. 15, 12. — partem alicui assigno, impertio alicui, 1 Cor. 12, 11.

Διακαθαρίζω, f. ίσω, (ex διά, dis, et καθαρίζω ab adi. καθαρός) purgo, Matth. 3, 12. (Luc. 3, 17. — διακαθαίρειν τὴν ἅλω, Alciphron. epist. 3, 26.)

Διακατελέγχομαι, f. ἐλέγξομαι, (ex κατ — ἐλέγχομαι, qu. v. et διά, dis, quod significat actum, quem duo certatim et alternatim absolvunt. Cf. verba graeca: διαδικάζομαι, διακοντίζομαι, διακράζω, διαλέγομαι, διατοξεύομαι.) τινί, certatim cum aliquo disputo (Vulg. revinco aliquem), Act. 18, 28.

Διακονέω (ῶ), f. ήσω, (aor. 1. διηκόνησα, pass. διηκονήθην — a voc. διάκονος, qu. v.) ministro *a.*, διακονῶ τινι *α.*, universe: τινί (ministri officia praesto) alicui, Joh. 12, 26. Act. 19, 22. Philem. v. 13. — et τινά, einen bedienen (ita et Graeci), pass. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, um bedient zu werden, Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. — *β.*, τινί, speciat. cibum ac potum alicui ministro ℵ., mensae accumbenti, Matth. 4, 11. (Marc. 1, 13.) 8, 15. (Marc. 1, 31. Luc. 4, 39.) Luc. 12, 37. (τοῖς ἀνακλιθεῖσι) 17, 8. (διακόνει μοι, ἕως φάγω κ. πίω)

22, 27. (distinguuntur h. l. ὁ ἀνακείμενος et ὁ διακονῶν); ita etiam absque dativo: ministrare, scil. ad mensam Joh. 12, 2. (cf. Luc. 10, 40.), Xen. Oecon. 7, 41. — ב., victu et alimentis indigenti: alicui victum et quae ad vitam sustentandam necessaria sunt suppedito (ministro), Matth. 25, 44. 27, 55. (Marc. 15, 41. cf. Luc. 8, 3. διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.) — ג., necessitatibus alicuius subvenio eleemosynas cogens aut ad eum perferens, Rom. 15, 25. Hebr. 6, 10. — absque dativo — διακονεῖν, ministeria agere, — de iis, quibus in coetibus Christianorum id muneris impositum erat, ut curam pauperum, viduarum, orphanorum, hospitum, aegrotorum agerent, 1 Tim. 3, 10. 13. (καλῶς διακονεῖν) 1 Petr. 4, 11. — ד., διακονεῖν τραπέζαις, mensis ministrare, Act. 6, 2. (i. e. curam agere mensarum cibis instruendarum.)

b., *διακονῶ τι*, et *τί τινι* — α., τί, ministro aliquid, 2 Cor. 3, 3. (ἐπιστολὴ — διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, epistola, quae scripta est nostro ministerio) 8, 19. (σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, cum hoc beneficio, quod a nobis ministratur) v. 20. — 2 Tim. 1, 18. (ὅσα — διηκόνησε, quam multa sint, quae eius ministerio debeam) — β., τί τινι, 1 Petr. 1, 12. (οὐχ' ἑαυτοῖς, ὑμῖν δὲ διηκόνουν αὐτά) — γ., τὶ εἴς τινας (εἰς ἑαυτοὺς s. εἰς ἀλλήλους), 1 Petr. 4, 10. (quod quisque donum accepit impendentes in communem usum.)

Διακονία, ας, ἡ, (a voc. διάκονος, functio eius, qui διακονεῖ) **a.**, ministerium, munus (quod mandata habet) — speciat. de munere apostolico, Act. 1, 17. 25. 20, 24. (τὴν διακ. ἣν ἔλαβε παρὰ τ. κυρίου) 21, 19. Rom. 11, 13. 2 Cor. 6, 3. (cf. v. 4. ὡς θεοῦ διάκονοι) — de munere in ecclesia administrando (v. c. εὐαγγελιστοῦ), 2 Tim. 4, 5. Col. 4, 17. (de munere Archippi) — plur. διαιρέσεις διακονιῶν, diversa munera, 1 Cor. 12, 5. — verba cum hoc nomine constructa: λαμβάνειν παρά, Act. 20, 24., παραλαμβ. Col. 4, 17. — ἔχειν, 2 Cor. 4, 1. — πληροῦν, Col. 4, 17. (cf. Act. 12, 25.) — **b.**, munus eius, cui mandatum est aliquid subministrare (aliis, — cf. διακονεῖν τί τινι) α., de Mosis vel apostolorum munere, quo quidquam suppeditatur: ἡ διακονία τοῦ θανάτου, ministerium, quod est ministratio mortis, h. e. legis, mortem minitantis, 2 Cor. 3, 6. (dicitur ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, quatenus eius donum erat lex lapideis tabulis insculpta) — ἡ διακ. κρίσεως, ministerium, cuius ope promulgatur lex damnationem minitans, v. 9. — ἡ διακονία τοῦ πνεύματος, ministerium, quod ministrat (tradit, largitur) spiritum, v. 8. — ἡ διακ. τῆς δικαιοσύνης, — . . quod ministrat iustitiam, v. 9. — ἡ διακ. τῆς καταλλαγῆς, 2 Cor. 5, 18. — ἡ διακ. τ. λόγου, Act. 6, 4. — β., de ministris apostolorum, s. iis, quorum ministerio apostoli utebantur in negotiis transigendis, 2 Tim. 4, 11. (ἔστι μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν) — **c.**, ministratio α., sensu latiori: Hebr. 1, 14. (angeli, ἀποστελλόμενοι, qui mittuntur, εἰς διακονίαν διὰ τοὺς etc. ut praesto sint iis, qui etc.) — 2 Cor. 11, 8. (ab aliis stipendium sumsi, ut vobis [opes] suppeditarem, nempe evangelium) — εἰς ἔργον διακονίας, ut inserviatur commodis ecclesiae, Eph. 4, 12. — β., sensu angustiori refertur ad victum et vitae necessitates, א., ministratio eius, qui, vel quae cibos apparat ad mensam instruendam, Luc. 10, 40. — ב., subministratio victus, Act. 6, 1. — cura pauperum, aegrotorum, hospitum etc. certis quibusdam hominibus demandata, Armen-

pflege, Rom. 12, 7. — 1 Cor. 16, 15. (εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς) — γ., subministratio eleemosynarum in subsidium hominum penuria laborantium, Act. 11, 29. (discipulorum opulentior quisque decrevit πέμψαι εἰς διακονίαν τοῖς .. ἀδελφοῖς) coll. 12, 25. — ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσ. subministratio (pecunia in subsidium collecta) a me Hierosolymam perferenda, Rom. 15, 31. 2 Cor. 5, 4. (δεόμενοι ἡμῶν τὴν χάριν κ. τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, rogantes nos, ut lubenti animo nos associaremus subministrationi inter cultores Christi distribuendae [s. cultoribus Chr. destinatae]) 9, 1. 12. (ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, subministratio, qua haec beneficii publici collatio fit) v. 13. (διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης, per documentum fidei hac eleemosynarum subministratione editum.)

Διάκονος, ου, ὁ, ἡ, **a.**, *minister*, Matth. 22, 13. — τινός, α., qui alicui prodesse studet eique bonam operam praestat, Matth. 20, 26. (Marc. 10, 43. ἔστω .. se praestet ministrum) 23, 11. Marc. 9, 35. Luc. 9, 48. Joh. 12, 26. — διάκονος περιτομῆς, minister circumcisorum (i. e. Judaeorum), Rom. 15, 8. — Paulus se dicit factum esse διάκονον ecclesiae Christi, qui illi, veluti corpori Christi, suppeditet evangelium, Col. 1, 25. — β., is, cuius ministerio aliquis (velut instrumento) utitur, minister Dei: Rom. 13, 4. (magistratus θεοῦ διάκονός ἐστι, σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν) 1 Cor. 3, 5. (Paulus et Apollo: διάκονοι, sc. θεοῦ, δι' ὧν etc.) 2 Cor. 6, 4. Col. 1, 7. (πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ) Eph. 6, 21. 1 Tim. 4, 6. — Satanae: 2 Cor. 11, 15. — γ., διακ. τινός (rei, illius scil. rei, quam ministrat; cui operam impendit): διάκονοι τῆς καινῆς διαθήκης, 2 Cor. 3, 6. — τοῦ εὐαγγελίου, Eph. 3, 7. Col. 1, 23. — δικαιοσύνης, 2 Cor. 11, 15. — ἁμαρτίας, adiutor, administer peccati, Gal. 2, 17. — **b.**, ministrator cibi ac potus (Xen. Lucian. Polyb.), Joh. 2, 5. 9. — v. Διακονέω. — **c.**, διάκονοι in ecclesia: Phil. 1, 1. (v. Calmet ad h. l.) 1 Tim. 3, 8. 12. — διάκονος mulier, Diaconissa, mulier solatio pauperum, aegrorum, advenarum destinata (S. Chrysostomus aliique interpretes addictam censent ecclesiastico alicui muneri, quod illius sexum et dignitatem non dedeceret, puta docendi atque instituendi Christianas feminas, stipem illis impertiendi exhibendique in morbis ministerium. Vid. Constitutt. Apost. lib. 3. c. 15. 19.), Rom. 16, 1.

Διακόσιοι, αι, α, (ex δις, et ἑκατόν) ducenti, ae, a, Marc. 5, 37. Joh. 6, 7. 21, 8. al.

Διακούω, f. σομαι, (ex διά, i. e. dis, et ἀκούω, i. e. audio aliquem ad diversas quaestiones respondentem) inquirens audio, verhören, τινός, Act. 23, 35.

Διακρίνω, f. ινῶ, (ex διά, dis, et κρίνω, unde lat. cerno) discerno, A., activ. τινά, discerno, distinguo, i. e. **a.**, praefero aliquem (ut διά etiam in aliis verbis compositis, v. c. διέχειν, διαφέρειν excellentiae significationem recipit), 1 Cor. 4, 7. 11, 29. (τὸ σῶμα τοῦ κυρίου — Nota h. l. paronomasiam: sibi comedit κρίμα, quia non διακρίνει) — οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, Act. 15, 9. — v. Διαφέρω. — **b.**, discerno aliquid a dissimili, — Matth. 16, 3. (faciem coeli, quid vario modo mutata portendat) 1 Cor. 14, 29. (discernant scil. τὰ πνεύματα, i. e. discretione facta

iudicent, an quae dicta sunt, dicta sint afflatu divino. Cf. 12, 10. *διακρίσεις πνευμάτων.*) — **c.**, *διακρῖναι ἀνὰ μέσον τινῶν* (ex hebr. v. Gen. 16, 5. 31, 53. Jes. 2, 4.), iudicium fero inter duas partes litigantes. — *B.*, *Med. διακρίνομαι α.*, dubito, Matth. 21, 21. (Marc. 11, 23.) Jud. v. 22. — *μηδὲν διακρινόμενος*, nihil (plane non) dubitans, Jac. 1, 6. — sine ulla dubitatione utrum liceat, necne, Act. 10, 20. et 11, 12. Cf. Oppositum, Rom. 14, 23. (qui sibi dubitationes movet) — *οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ*, nullas sibi dubitationes movit incredulitate, Rom. 4, 20. — Alio sensu *οὐ διακρίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ*, Jac. 2, 4. non suspendere iudicium, i. e. praecipitanter s. temerarie iudicare. — *β.*, *διακρίνομαι πρός τινα*, litigo adversus aliquem (Xen. Ages. 1, 33.) Act. 11, 2—5. — *τινί* (Polyb. 18, 35, 4. — *οἱ ό* Jerem. 15, 10.), Jud. v. 9. (altercor cum aliquo.)

Διάκρισις, *εως*, *ἡ*, (a v. *διακρίνω*) **a.**, discretio, distinctio, 1 Cor. 12, 10. Hebr. 5, 14. (cf. Gen. 3, 5.) — **b.**, disceptatio, — pl. *διακρίσεις (διαλογισμῶν)*, Rom. 14, 1.

Διακωλύω, f. *ύσω* (ex *διά*, i. e. dis, amotionem indicans, cf. *διαγρηγορῶ*. Al. aiunt *τὸ· διά* significare per, i. e. vehementer, et *κωλύω*, qu. v.) prohibeo, Matth. 3, 14. (opp. *ἀφιέναι* v. 15. cf. 19, 14.)

Διαλαλέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ex *διά*, et *λαλέω*) **a.**, (*διά*, i. q. dis, i. e. diversa in loca) divulgo, Luc. 1, 65. — **b.**, (*διά*, indicans, actum verbi inter duos divisum esse alternatim agentes. v. *Διακατελέγχομαι*) colloquor, — *διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσαιεν*, de colloquio deliberantium, Luc. 6, 11.

Διαλέγομαι, f. *ξομαι*, (aor. 1. *διελέχθην*, Med. verbi *διαλέγω*, compositi ex *διά*, notante vel actum inter duos divisum, v. *διαλαλέω*, vel discretionem, et *λέγω*) **a.**, dissero, disputo, Act. 19, 8. 9. — *πρός τινα*, disputans orationem converto ad aliquem, Act. 17, 17. 24, 12. — s. *τινί*, Act. 18, 19. 20, 7. — *περί τινος*, Act. 24, 25. Jud. v. 9. — *ἀπὸ τῶν γραφῶν*, rationes ducens e Scriptis sacris, Act. 17, 2. — **b.**, colloquor; — *διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, τίς μείζων*, disceptaverunt, quis maior esset, Marc. 9, 34. — *τινί*, colloquor cum aliquo (amanter), Hebr. 12, 5. (Prov. 3, 11.)

Διαλείπω, f. *ψω*, (ex *λείπω*, et *διά*, zwischen. Cf. *διά* in: *διαγίνομαι* — propr. intervallum relinquo) moram interpono, coeptum aliquid ad tempus intermitto; — *οὐ διέλιπε καταφιλοῦσα*, osculari non cessavit, Luc. 7, 45.

Διάλεκτος, *ου*, *ἡ*, (a v. *διαλέγομαι*, perf. p. ex *λέγω*, et *διά*, distincte) **a.**, propr. distincta expressio vocis, quae lingua fit. Graeci distinguunt inter *διαλέκτους* et *γλώσσας*. cf. Clem. Alex. Stromat. lib. 1. — **b.**, lingua genti alicui propria, Act. 1, 19. 2, 6. 8. 21, 40. 22, 2. 26, 14. (Polyb. 1, 67, 9. 1, 80, 6.)

Διαλλάσσομαι (att. *διαλλάττομαι*), f. *ξομαι*, (ex *ἀλλάσσω*, quod, ab *ἄλλος* ductum, proprie dicitur de nummulariis, ea, quae valore paria sunt, permutantibus — einwechseln gegen Anderes. — Med. se aequum facere alteri — et *διά*, de cuius vi actum inter duos dividendi v. sub verbis *Διακατελέγχομαι, Διαλαλέω, Διαλέγομαι*) reconcilior alteri (sich mit einander ausgleichen), Matth. 5, 24. (cf. Luc. 12, 58. [*δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ*] — Thuc. 8, 70. — *οἱ ό* 1 Sam. 29, 4.)

Διαλογίζομαι, f. ίσομαι, (ex λογίζομαι a voc. λόγος, et διά, ut diversae partes quasi certantes cogitentur. v. ad v. Διακατελέγχομαι) diversas rationes confero; rationes computo; ratiocinor; **a.**, mecum reputo, delibero, Luc. 5, 21. — additis verbis: ἐν ταῖς καρδίαις, Marc. 2, 6. 7. (Luc. 5, 22.) — (διελογίζοντο) παρ' ἑαυτοῖς, Matth. 21, 25. (Marc. 11, 31. διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς, — Luc. 20, 5. συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτούς) — πρὸς ἑαυτούς, discepto, Marc. 9, 33. — **b.**, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς λέγοντες, Matth. 16, 7. (Marc. 8, 16. διελογίζοντο, πρὸς ἀλλήλους λέγοντες) — διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων· etc. Luc. 12, 17. — **c.**, διαλογίζεσθαι sequente interrogatione indirecta, Luc. 1, 29. 3, 15. (διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός, cum popularium animi essent suspensi, an forsitan etc.) — sequente ὅτι (reputo), Joh. 11, 50. (Matth. 16, 8. et Marc. 8, 17. τό· ὅτι est: quia, quod.)

Διαλογισμός, οῦ, ὁ, (a v. διαλογίζομαι, qu. v.) **a.**, ratiocinatio — pl. mentis cogitata, Luc. 5, 22. 24, 38. Rom. 1, 21. 1 Cor. 3, 20. (Ps. 93, 11.) Jac. 2, 4. (κριταὶ πονηρῶν διαλογισμῶν, iudices, qui mala ratiocinia sequuntur) — consilia, Luc. 6, 8. Matth. 15, 19. (Marc. 7, 21. 2 Cor. 10, 5.) — **b.**, disceptatio, Luc. 9, 46. 47. 1 Tim. 2, 8. (χωρὶς ὀργῆς κ. διαλογισμοῦ); pl. Phil. 2, 14. (χωρὶς γογγυσμῶν κ. διαλογισμῶν.)

Διαλύω, f. ύσω, (ex διά, dis, et λύω, solvo) dissolvo — pass. de agmine hominum soluto et dissipato, Act. 5, 36.

Διαμαρτύρομαι, f. οῦμαι, (ex διά, per, et μαρτύρομαι a voc. μάρτυρ, testis) testificor, **a.**, absque casu: α., testimonium edo, Act. 2, 40. 28, 23. — β., obtestor (graviter adhortor) sequ. imperat. 2 Tim. 4, 1. 2. — seq. infinit. 2 Tim. 2, 14. (ut Nehem. 9, 26.) — sequ. ἵνα, 1 Tim. 5, 21. — additis verbis: ἐνώπιον τοῦ θεοῦ: 1 Tim. 5, 21. 2 Tim. 2, 14. 4, 1. — γ., contestor, attestor, dicto comprobo, Hebr. 2, 6. (Respicitur ad Ps. 8, 5—7.) — **b.**, cum casu: διαμαρτύρομαι α., τινί, testimonium edo alicui (expertus), Luc. 16, 28. — sequ. ὅτι, testimonio confirmo alicui, Act. 20, 23. — β., τί, testimonio confirmo — τὸν λόγον τ. θεοῦ, Act. 8, 25. (apostoli verbum Dei a Philippo Samaritanis traditum verbis miraculisque veluti dicto testimonio confirmarunt) — τὸ εὐαγγέλιον, Act. 20, 24. (Paulus exhibuit evangelio testimonium eo, quod se Dominum vidisse testabatur) — τινά vel τί τινι, Act. 18, 5. (διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, testimonium Judaeis edens, Jesum esse Messiam) 20, 21. (τὴν μετάνοιαν κ. πίστιν .. Ἰουδαίοις κ. Ἕλλησι [διαμαρτυρόμενος], adhortans Judaeos et Gentiles ut ad Deum se converterent et fide se submitterent Christo [in Christum crederent].)

Διαμάχομαι, f. ήσομαι, (ex μάχομαι et διά, de cuius vi vide not. ad Διακατελέγχομαι, Διαλλάσσομαι) vicissim pugno (de hominibus acriter secum disputantibus), Act. 23, 9. (Thuc. 3, 40.)

Διαμένω, f. νῶ, (ex διά et μένω) permaneo **a.**, absol. et emphat. de Deo immortali atque aeterno, Hebr. 1, 11. (Ps. 101, 26—28.) — **b.**, constr. α., διαμένω οὕτως, in hoc statu permaneo, 2 Petr. 3, 4. — διέμενε κωφός, mutus mansit, Luc. 1, 22. — β., διαμένω μετά τινος, maneo cum aliquo, Luc. 22, 28. — πρός τινα, permaneo apud aliquem, Gal. 2, 5.

Διαμερίζω, f. ίσω, (ex διά, dis, et μερίζω a voc. μερίς, pars, portio) Med. **a.**, sensu proprio: α., dispertior (divido) mihi, τί, Matth. 27, 35. (Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. — Joh. 19, 24.: διεμερίσαντο ἑαυτοῖς, ex Ps. 21, 19.) — β., .. τινί, distribuo (ἑαυτοῖς), Luc. 22, 17. Act. 2, 45. — **b.**, trop. et metaph. .. οἰκία [βασιλεία] ἐφ᾽ ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα, domus in partes sibi invicem adversantes dissoluta, Luc. 11, 17. 18. (cf. Matth. 12, 25. μερισθεῖσα καθ᾽ ἑαυτῆς, et Marc. 3, 25. ἐὰν ἐφ᾽ ἑαυτὴν μερισθῇ) — .. ἐπί τινα, partes sequor alicui adversarias, Luc. 12, 53. (cf. Matth. 10, 35.) — ἐπί τινι (ἔσονται διαμερισμένοι), Luc. 12, 52. (not. ἐν ἑνὶ οἴκῳ.)

Διαμερισμός, οῦ, ὁ, (a v. διαμερίζομαι, qu. v.) dissidium, Luc. 12, 51. (cf. Matth. 10, 34. μάχαιραν, vocem verbo διχάσαι, v. 35. ita respondentem, uti apud Luc. h. l. vox διαμερισμοῦ et verbum διαμερισθῆναι sibi invicem respondent.)

Διανέμω, f. ῶ, (ex διά et νέμω) distribuo, divido — pass. διανέμομαι — ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαόν, Vulg. ne amplius divulgetur in populum, Act. 4, 17. (Sed videtur verbum νέμω significare: pasco, et νέμομαι pascor. Sens. ne latius serpat, ne altius penetret in viscera populi.)

Διανεύω, f. σω, (διά, νεύω) τινί, nutu significo alicui (Diod. Sic. 3, 17.), Luc. 1, 22. (differt ἐννεύω, v. 62.)

Διανόημα, τος, τό, (a v. διανοέω, quod composit. ex διά et νοέω) cogitatum — pl. Luc. 11, 17. (Matth. 12, 25. τὰς ἐνθυμήσεις.)

Διάνοια, ας, ἡ, (ex διά et νοός s. νοῦς. cf. ἄνοια, μετάνοια, ἐπίνοια, πρόνοια, cet.) **a.**, mens (intelligendi facultas), Matth. 22, 37. (Marc. 12, 30. et Luc. 10, 27. ex Deut. 6, 5.) Eph. 4, 18. (ἐσκοτισμένος τῇ διανοίᾳ) Hebr. 8, 10. et 10, 16. 1 Petr. 1, 13. (Jerem. 1, 17.) — **b.**, intelligentia, 1 Joh. 5, 20. (δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὴν ἀλήθειαν) — **c.**, cogitandi et sentiendi ratio (animus), Col. 1, 21. (ἐχθροὶ τῇ διανοίᾳ, adversarii quod cogitandi rationem attinet) Luc. 1, 51. (ὑπερήφανοι διανοίᾳ καρδίας, qui consilia fastu capta exsequi student. Hos dispergi exemplo comprobatur Act. 5, 37.) — plur. αἱ διάνοιαι, cogitata mentis, e quibus nascuntur consilia, Eph. 2, 3. (τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν.)

Διανοίγω, f. ξω, (ex διά, per, et ἀνοίγω, qu. v. Imperf. διήνοιγον, aor. 1. διήνοιξα, aor. 1. p. διηνοίχθην) aperio (id, quod clausum erat), **a.**, sensu propr. Luc. 2, 23. (ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, masculus clausam matricem aperiens, i. e. primogenitus) — **b.**, trop. διανοίγω τὰς ἀκοάς τινος, aperio aures alicuius, i. e. facultatem audiendi s. auditum ei restituo, Marc. 7, 34. 35. — τοὺς ὀφθαλμούς, visum restituo, Luc. 24, 31. — cf. Ἀνοίγω — διαν. τὰς γραφάς, sensum recludo scriptorum sacrorum, Luc. 24, 32. — διανοίγων κ. παρατιθέμενος, ὅτι etc., explicans et proponens etc. Act. 17, 3. — .. τὸν νοῦν τινος, captum alicuius resero (ut aliquid percipere possit), Luc. 24, 45. — .. τὴν καρδίαν τινός, animum alic. aperio, i. e. audiendi ac discendi cupiditatem in eo excito, Act. 16, 14.

Διανυκτηρεύω, f. σω, (ex νυκτηρεύω, noctem transigo unde nomen νυκτερεία, et διά, per. cf. graec. διημερεύω) totam noctem transigo, — ἔν τινι, Luc. 6, 12. (Diod. Sic. 13, 62. Herodian. 1, 16, 7.)

Διανύω, f. ύσω, (ex διά et ἀνύω, perficio) plane perficio, absolvo — τὸν πλοῦν διανύσαντες κατηντήσαμεν εἰς, expleta navigatione descendimus etc. Act. 21, 7. (Aelian. V. H. 2, 23.)

Διαπαντός, sc. χρόνου, semper; v. supra sub *Διά*. I. a. α.

Διαπαρατριβή, ῆς, ἡ, (ex διά, vicissim, et παρατριβή, — τρίβω, tero; παρά, ad, iuxta; perfrico unam rem altera. — διά intelligi vult actum, quem duo certatim agunt. v. not. ad *Διακατελέγχομαι*, *Διαλάσσομαι*, *Διαλέγομαι*, — Indicat ergo τό· διά, τὴν παρατριβὴν esse geminam s. duplicem) — mutua contentio — plur. 1 Tim. 6, 5. (In codd. perperam legitur: παραδιατριβαί. — Cf. graec. verb. διαπαροξύνω.)

Διαπεράω, f. άσω, (ex διά, per, et περάω, transmeo) traiicio (vel fluvium, vel aliud intervallum), Matth. 9, 1. (Marc. 5, 21.) 14, 34. (Marc. 9, 53.) Luc. 16, 26. — εἰς, Act. 21, 2. — πρός τινα, Luc. 16, 26.

Διαπλέω, f. εύσομαι, (διά, per, — πλέω, navigo) — τί, pernavigo, navigando transeo — πέλαγος, Act. 27, 5.

Διαπονέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (Med. verbi διαπονέω, ex διά, et πονέω a πόνος, laboro, elaboro; med. mihi labores ac molestias impono) indignor, — διά τι, Act. 4, 2. 16, 18. (διαπονηθείς) — Hom. Il. 9, 12.

Διαπορεύομαι, f. εύσομαι, (διά, per, πορεύομαι) **a.**, iter facio per, — sequ. διά τινος (loci), Luc. 6, 1. (Matth. 12, 1. ἐπορεύθη διά, Marc. 2, 23. παραπορεύεσθαι διά) — διά c. gen. loci non expressum, quia iam in antecedentibus indicatum est, Luc. 18, 36. Rom. 15, 24. — διαπορεύεσθαι κατὰ πόλεις κ. κώμας, Luc. 9, 6. 13, 22. (cf. διοδεύειν κατὰ πόλιν κ. κώμην, Luc. 8, 1.) — **b.**, διαπορεύομαί τινα (τόπον), peragro, Act. 16, 3.

Διαπορέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἀπορέω, i. e. non habeo πόρον, locum, per quem effugiam, et διά, dis, in utramque partem) cura ancipiti sollicitor, inops consilii sum, Luc. 9, 7. (seq. διὰ τό c. infin.) Act. 2, 12. — διαπορεῖν ἐν ἑαυτῷ seq. interrogat. indirecta (τί c. optat.), Act. 10, 17. — .. περί τινος, seq. interrog. indir. (τί c. optat.) Act. 5, 24. 10, 17. — Med. Luc. 24, 4.

Διαπραγματεύομαι, f. σομαι, (ap. Graec. c. G. Plat. Phaedr. p. 77. D. accurate pervestigo, ex πραγματ. et διά, per. In N. T. ex πραγματεύομαι, negotior, unde πραγματευτής, negotiator, mercator, — et διά, inter) negotiando lucror; Luc. 19, 15. (ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο.)

Διαπρίω, f. ίσω, (ex διά, dis, et πρίω, a voc. πρίον, serra: serra disseco) Med. Vulg. dissecor, i. e. furo, Act. 5, 33. 7, 54. (διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.)

Διαρπάζω, f. άσω, (διά, ἁρπάζω) diripio — τί (τὰ σκεύη τινός), Matth. 12, 29. Marc. 3, 27.

Διαρρήγνυμι, f. ξω, (ex διά, dis, et ῥήσσω, ῥήγνυμι) dirumpo, discindo, — τὰ δεσμά, Luc. 8, 29. (Marc. 5, 4. διασπάω — cf. Ps. 2, 8.) — τὰ ἱμάτια, vestes scindere (signum luctus, 2 Sam. 1, 11. 3, 31. Jerem. 36, 24.), Act. 14, 14. — (signum indignationis ac doloris, 1 Macc. 11, 71.) Matth. 26, 65. (Marc. 14, 63. — Sunt, quibus Caiphas peccasse videtur in legem, vetantem ne umquam Pontifex vestes scinderet, Levit. 10, 6. 21, 4. 10. At Caiphas non lugens de mortuo vestimenta scidit, sed zelo motus de blasphemia, quam a Jesu

audisse opinatus est; tali de caussa lex omnino nil instituit. — Docent insuper Rabbini nefas esse Pontifici, sacras solennesque vestes scindere; caeteras vero vestes licere, modo ex inferiori parte ad summum, cum caeteri sacerdotes a summo ad ima scindant, palmi unius vel digitorum sex longitudine. Mischn. tit. Horaioth c. 3. Selden. de Jure N. et G. lib. 2, c. 12.) Pass. Luc. 5, 6.

Διασαφέω (ῶ), f. ήσω, (ex διά, per, et σαφής, clarus, perspicuus) enarro, — τί τινι, Matth. 18, 31.

Διασείω, f. σω, (ex διά, dis, huc illuc, et σείω, quatio) concutio (Aelian. V. H. 2, 14.), τινά trop. incusso terrore alteri aliquid extorqueo, Luc. 3, 14.

Διασκορπίζω, f. ίσω, (ex διά et σκορπίζω, qu. v. Ignorant Attici et verb. simplex et compositum. Aiunt seriori aetate in communem sermonem transiisse ab Jonibus. Usi eo sunt Plutarch. Lucian. Polyb. Strabo, Aelian. Joseph.) spargo, dispergo (opp. συνάγω), Matth. 12, 30. (Luc. 11, 23.) — Speciat. semina spargo, semino, Matth. 25, 24. 26. (συνάγων ὅθεν [i. e. συνάγων ἐκεῖθεν, ὅπου s. ἀπὸ τούτου, ὅ] οὐ διεσκόρπισας, cf. Luc. 19, 21. αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας) — dispergo veluti paleam, Luc. 1, 51. Act. 5, 37. (Jerem. 31, 10. Ez. 29, 12.) — dispergo (inter gentes alienigenas) — cf. Διασπορά — Opp. συνάγω εἰς ἕν — pass. τὰ τέκνα θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα, Joh. 11, 52.

Διασπάω, f. άσω, (διά, dis, σπάω, traho) distraho, speciat. dirumpo (τὰς ἁλύσεις), Marc. 5, 4. (Luc. 8, 29. διαῤῥήσσων τὰ δεσμά) — discerpo (hominem, in quem furens irrui), Act. 23, 10.

Διασπείρω, f. ερῶ, (ex διά, dis, et σπείρω, spargo) dispergo. Pass. de iis, qui in diversa fugati sunt loca Act. 8, 1. 4. 11, 19.

Διασπορά, ᾶς, ἡ, (a v. διασπείρω, qu. v. ut διαφθορά a v. διαφθείρω) dispersio. — Speciat. conditio eorum (Judaeorum scil.), qui extra patriam in varias regiones dispersi vivunt, 1 Petr. 1, 1. (παρεπιδήμοις διασπορᾶς, i. e. peregrinantibus in terra, ubi patria exules inter alienigenas dispersi habitant. Magis perspicue hoc exprimitur in loco Jacobi statim excitando.) Jac. 1, 1. (ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ sc. οὔσαις) Joh. 7, 35. (εἰς τὴν διασποράν τῶν Ἑλλήνων, i. e. in terras Graecorum, ubi exules Judaei dispersim habitant.)

Διαστέλλομαι, (Medium verbi διαστέλλω, compositi illius ex διά, dis, et στέλλω, sisto, apparo, instruo — separo id, quod confundi nolo) **a.**, propr. id, quod violari nolo, prae caeteris inculco, sive mandando, sive interdicendo; **b.**, mando, τινί: Act. 15, 24. — Pass.: τὸ διαστελλόμενον, Id, quod inculcatur (scil. Ex. 19, 12. 13.), Hebr. 12, 20. — seq. ἵνα μή, Matth. 16, 20. (διεστείλατο. Marc. 8, 30. ἐπετίμησεν) Marc. 5, 43. 7, 36. 9, 9.

Διάστημα, τος, τό, (a v. absol. διαστάω [διΐστημι] ex στάω [ἵστημι] et διά, dis) distantia, intervallum — de tempore: Act. 5, 7. (ἐγένετο ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα.)

Διαστολή, ῆς, ἡ, (a v. διαστέλλω, qu. v.) **a.**, discrimen, τινός, Rom. 3, 22. 10, 12. — **b.**, distinctio (distincta expressio), 1 Cor. 14, 7. (coll. v. 9.)

Διαστρέφω, f. ψω, (στρέφω, διά) distorqueo — τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας, Act. 13, 10. (cf. Judic. 5, 6. ὁδοὶ διεστραμμέναι, quae oppon. ταῖς ὁδοῖς εὐθείαις) — trop. perverto, perturbo (τὸ ἔθνος), Luc. 23, 2. — pass.

διεστραμμένος, perversus, γενεὰ διεστραμμένη, Matth. 17, 17. Luc. 9, 41. et Phil. 2, 15. — Neutr. λαλεῖν διεστραμμένα (perversa), Act. 20, 30. — διαστρέψαι τινὰ ἀπό τινος, avertere ab .. Act. 13, 8.

Διασώζω, f. σω, (ex διά, per, et σώζω, qu. v.) τινά, **a.**, (aegrotum) sano, salvo, Luc. 7, 3. — Pass. sanor, sanitatem recupero, Matth. 14, 36. — **b.**, servo aliquem ab interitu, Act. 27, 43. — ἔκ τινος (v. c. ἐκ τῆς θαλάσσης), Act. 28, 4. — **c.**, constructiones praegnantes: διασώζω .. τινὰ πρός τινα, aliquem salvum perducere ad .. Act. 23, 24. — Pass. διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν, salvum evadere ad terram, Act. 27, 44. — .. εἴς τινα (κιβωτόν, arcam), 1 Petr. 3, 20.

Διαταγή, ῆς, ἡ, (a v. διατάσσω, qu. v. Aor. 2. p.) dispositio — ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, in dispositiones angelorum; Act. 7, 53. (servanda est praeverbii εἰς proprietas: εἰς non idem est, quod ἐν. — Utique conferenda sunt verba Gal. 3, 19: ὁ νόμος προςετέθη διαταγεὶς δι' ἀγγέλων. Cf. etiam phrasin δέχεσθαι [προφήτην] εἰς ὄνομα [προφήτου] Matth. 10, 41., i. e. excipere prophetam, quia gerit nomen prophetae. Matth. 12, 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα. — Ita ergo in illo loco: recepistis legem id intuiti, quod Mosi per angelos tradita erat, et tamen [quamvis auctoritate angelorum permoti legem recepissetis] eam non servastis.)

Διάταγμα, τος, τό, (a v. διατάσσω, qu. v. — perf. pass.) mandatum, Hebr. 11, 23.

Διαταράσσω (ττω), f. ξω, (διά, ταράσσω) perturbo; — pass. ἐπί τινι, Luc. 1, 29.

Διατάσσω (ττω), f. τάξω, (ex διά, dis, et τάσσω, ordino, colloco) **a.**, Activ. .. α., τινί, *mando* (praecipio), Matth. 11, 1. — *ordino* (verordnen), 1 Cor. 16, 1. — τί τινι pass. κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, quemadmodum ipsis (militibus) praeceptum erat, Act. 23, 31. — τὰ διαταχθέντα (αὐτῷ), quae imperata (ei) erant, Luc. 17, 9. 10. — β., *constituo*: μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε, nihil ultra id, quod vobis constitutum (deputatum) est, exigite, Luc. 3, 13. — γ., τι, διατάσσω, de iis qui iussa accepta (legem acceptam) ei, cui destinata sunt, tradunt — ὁ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, Gal. 3, 19. — δ., inf. διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν, praecepit, ut ei daretur, Luc. 8, 55. — seq. acc. c. infin. praecipio ut, Act. 18, 2.

b., Med. διατάσσομαι, dispono, constituo aliquid, quod veluti norma servetur, ut omnia ordine fiant — α., absol. Act. 20, 13. (οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος) 1 Cor. 7, 17. (οὕτως — διατάσσομαι) — β., .. τινί, Tit. 1, 5. (ὥς σοι διεταξάμην, h. e. ad eam, quam tibi dedi, normam) — γ., διατάσσομαί τι, 1 Cor. 11, 34. (τὰ λοιπά, ὡς ἂν ἔλθω διατάξομαι) — δ., τινί, seq. infinit. Act. 7, 44. (καθὼς διετάξατο τῷ Μωϋσῇ ποιῆσαι αὐτήν, prouti normam s. descriptionem Mosi dederat) — seq. acc. c. inf. Act. 24, 23. (διαταξάμενος τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι αὐτόν, scil. Παῦλον, etc.)

Διατελέω (ῶ), f. ήσω, (διά, per, — τέλλω s. τελέω, a voc. τέλος, finio, perficio) **a.**, transit. prorsus perficio, absolvo aliquid. Ita Xen. H. G. 7, 3, 4. ubi opp. ἄρξασθαί τι, — **b.**, intrans. permaneo — ἄσιτοι διατελεῖτε, Act. 27, 33.

Διατηρέω (ῶ), f. ήσω, (ex *διά*, et *τηρέω*, observo, custodio) *τί — ἐν τῇ καρδίᾳ* (cf. Gen. 37, 11.), conservo animo repositum, Luc. 2, 51. — *ἑαυτὸν ἔκ τινος*, me purum servo ab aliquo, Act. 15, 29.

Διατί, cur? quare? v. *Διά*, II. *α.*

Διατίθημι, f. ήσω, (*θέω* s. *τίθημι*, pono, *διά*, dis) dispono, disloco. — Med. *διατίθεμαι* (cf. *διατάσσομαι*, *διαστέλλομαι*), dispono, i. e. constituo id, quod a me accipiatur — *τινί τι*, dispono alicui, heredem constituo aliquem alicuius rei, Luc. 22, 20. — *διατίθεμαι διαθήκην*, **a.**, ex hebraico: (Gen. 15, 18. Jerem. 31, 31.) foedus facio, *τινί* (ad formulam hebr. כָּרַת בְּרִית לְ, quae dativum sibi associat, ubi notio praevalet aut *α.*, promissionum *alicui* factarum, e. g. 2 Chron. 7, 18., aut *β.*, legum *alicui* positarum iniunctorumque ei officiorum, e. g. Jos. 9, 6. 1 Sam. 11, 1. Ex. 23, 32. 34, 12. 15. Deut. 7, 2. 2 Chron. 21, 7. al. v. lexic. hebr.), Hebr. 8, 10. — i. q. *πρός τινα* (hebr. אֶל). Act. 3, 25. (Gen. 22, 18.) Hebr. 10, 16. (Jerem. 31, 31. seq.) Etiam Graeci dicunt: *συντίθεμαι πρός τινα* (*αἱ πρός τινα συνθῆκαι*, Xen. Cyr. 3, 1, 21.) **b.**, *διατίθεμαι* (*διαθήκ.*), testamentum facio; — *ὁ διαθέμενος*, qui testamentum fecit, testator, Hebr. 9, 16. 17.

Διατρίβω, f. ψω, (*τρίβω*, tero, *διά*, per), tero, contero — **a.**, *διατρίβω χρόνον*, tempus tero, tempus transigo, s. consumo, Act. 14, 3. 28. — *ἡμέρας τινάς*, Act. 16, 12. 20, 6. 25, 6. 14. — **b.**, *διατρίβω* simpliciter dict.: commoror, Act. 12, 19. — *μετά τινος*, Joh. 3, 22. 11, 54. — *ἐν τόπῳ τινί*, Act. 15, 35.

Διατροφή, ῆς, ἡ, (*τρέφω*, alo, *διά*, per) alimentum; pl. 1 Tim. 6, 8. (*ἔχειν διατροφάς.*)

Διαυγάζω, f. σω, (*αὐγάζω*, qu. v. — *διά*, per — per nebulas, tenebras, cf. lat. diluculum) illucesco — *ἕως ἡ ἡμέρα διαυγάσῃ*, 2 Petr. 1, 19.

Διαυγής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (a *διά* et *αὐγή*) pellucidus — (*ὕαλος*, crystallum) Apoc. 21, 21.

Διαφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (*διά*, per — *φαίνομαι*, aor. 2. *ἐφάνην*, unde *ὁ φανός*, *ἡ φανή*) pellucidus, Apoc. 21, 21. (e codd. nonnullor. lectione.)

Διαφέρω, f. διοίσω, aor. 2. διήνεγκον, (*φέρω*, *διά* — *α.*, *per*, *β.*, *dis*) **a.**, perfero, fero, s. porto per aliquem locum, Marc. 11, 16. — pass. de doctrina, quae per aliquam regionem fertur, Act. 13, 49. — **b.**, dis; — *α.*, diversas in partes, s. diversa in loca (huc illuc) fero. Pass. de iis, qui navi huc illuc feruntur, Act. 27, 27. — *β.*, intrans. differo, i. e. diversus sum — א., *οὐδέν μοι διαφέρει*, mihi perinde est, *ὁποῖοί ποτε ἦσαν*. — Ita in sermone Graecorum serioris potissimum aevi: *τί διαφέρει*, quid refert? — ב., *διαφέρω τινός*, differo ab aliquo, excello, praesto alicui (cf. *διά* in verbo: *διακρίνω*), Matth. 10, 31. (Luc. 12, 7.) 12, 12. — ita et Graeci, v. c. Xenoph. — adiecto: *μᾶλλον*, Matth. 6, 26. (Luc. 12, 24.) — *διαφ. τινος ἔν τινι* (Graeci: *τινί* absque *τῷ· ἐν* — Xen. *τινί*, Mem. 3, 9, 1. — *ἐπί τινι*, Mem. 4, 2, 1.), 1 Cor. 15. 41. — *τὰ διαφέροντα* (*δοκιμάζειν*), ea, quae praestant; Vulg. utiliora, Rom. 2, 18. Phil. 1, 10.

Διαφεύγω, f. ξω, (φεύγω, fugio, διά, per) effugio, Act. 27, 42. (Herodot. 5, 95. ἐκφεύγειν simpliciter: effugere. — Xen. διαφεύγειν τὰ δεινά, periculum effugere, Mem. 3, 12, 4.)

Διαφημίζω, f. ισω, (a διά, dis, et φήμη) Hesych. διαφημίζω· διασαλπίζω, propr. divulgando rem facio, ut φήμη oriatur, s. ut alii de illa re loquantur et fama eius latius spargatur (distingue διαφημίζειν et διαγγέλλειν. — ἡ βασιλ. τοῦ θεοῦ, ut hoc exemplo utamur, διαγγέλλεται sed non διαφημίζεται) diffamo (quod tamen Latinis sensu malo dicitur) divulgo — **a.**, τί — τὸν λόγον, rem gestam, Marc. 1, 45. — pass. διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις, Matth. 28, 15. — **b.**, τινά, διεφήμισαν αὐτόν, famam eius sparserunt, Matth. 9, 31.

Διαφθείρω, f. φθερῶ, (ex διά et φθείρω, qu. v.) corrumpo, τί, Luc. 12, 33. (σὴς διαφθείρει sc. τὸν θησαυρόν, res reconditas, cf. Matth. 6, 19.) Apoc. 11, 18. — Pass. 2 Cor. 4, 10. (ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος — Opp. ἀνακαινοῦσθαι) Apoc. 8, 9. 11, 18. — trop. διεφθαρμένοι τὸν νοῦν, mente corrupti, 1 Tim. 6, 5.

Διαφθορά, ᾶς, ἡ, (a v. διαφθείρω, qu. v.) corruptio, — speciat. corruptio ex putrefactione (ἰδεῖν διαφθοράν, experiri putredinem, i. e. putredine solvi, ex Ps. 15, 10.), Act. 2, 27. 31. 13, 35. 36. 37. — μηκέτι ὑποστρέφειν εἰς — non porro redire in — Act. 13, 34. (cf. Job 33, 28.)

Διάφορος, ον, ὁ, ἡ, (a v. διαφέρω, qu. v.) diversus, a, um, Rom. 12, 6. Hebr. 9, 10. — Comparat. διαφορώτερος, έρα, ερον, praestantior, Hebr. 8, 6. — παρά τινα, praeter aliquem, prae aliquo, Hebr. 1, 4.

Διαφυλάσσω (ττω), f. ξω, (φυλάσσω, διά) custodio, τινά, aliquem (ne laedatur), Luc. 4, 10. (ex Ps. 90, 11. Sed Matth. 4, 6. haec verba omissa sunt.)

Διαχειρίζω, f. ισω, (ex διά et χείρ, manus) manibus tracto, administro, Xen. Anab. 1, 9, 17. cf. ἐπιχειρέω. — Med. interimo, interficio, τινά, Act. 5, 30. 26, 21.

Διαχλευάζω, f. άσω, (a διά et χλεύη, ludibrium) derideo, irrideo, — διαχλευάζοντες ἔλεγον, Act. 2, 13.

Διαχωρίζω, f. ισω, (χωρίζω, separo, seiungo, et διά, dis) Pass. vi Medii instruct. διαχωρίζομαι, separor, separo me — ἀπό τινος, discedo ab aliquo, Luc. 9, 33.

Διδακτικός, ή, όν, (a διδακτός, qu. v. Adiectiva in „ικός" exeuntia se associant verbis in „ίζω" efformatis atque studii, imitationis, frequentationis notionem exprimentibus.) aptus, promtus ad docendum, 1 Tim. 3, 2. 2 Tim. 2, 24.

Διδακτός, ή, όν, (a v. διδάσκω, 3. perf. pass.) doctus, Joh. 11, 45. (διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, a Deo instituti, Jes. 54, 13.) 1 Cor. 2, 13. (λόγοι διδακτοὶ πνεύματος ἁγίου, rationes suggestae a spiritu S. — ibid. λόγοι διδακτοὶ ἀνθρωπίνης σοφίας, rationes humana sapientia suggestae.)

Διδασκαλία, ας, ἡ, (a voc. διδάσκαλος, qu. v.) **a.**, *institutio*, Unterweisung, Rom. 12, 7. (ὁ διδάσκων suo dono utatur ἐν τῇ διδασκαλίᾳ) 15, 4. (εἰς τὴν ἡμῶν διδασκαλίαν προεγράφη) 1 Tim. 4, 6. (παρηκολούθηκας τῇ καλῇ διδασκ. v. post 2 Tim. 3, 10.) 13. (προσέχειν τῇ διδασκαλίᾳ, vacare insti-

tutioni) 5, 17. (*οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ κ. διδασκαλίᾳ*) 2 Tim. 3, 10. (*σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ*) v. 16. (*ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, ἔλεγχον, ἐπανόρθωσιν* etc.) Tit. 2, 7. — **b.**, *doctrina* (quae traditur), Eph. 4, 14. (*περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας*) 1 Tim. 1, 10. (*ἡ ὑγιαίνουσα διδασκαλία*) 6, 1. (*ἵνα μὴ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται*) v. 3. (*ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκ.*) 2 Tim. 4, 3. (*ἡ ὑγιαίνουσα διδ.*, ut Tit. 1, 9.) Tit. 2, 10. (*ἡ διδασκαλία τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ*) — Plur. Matth. 15, 9. et Marc. 7, 7. (*διδάσκειν διδασκαλίας .. ἀνθρώπων*, ex Jes. 29, 13. cf. Col. 2, 22. — *διδασκαλίαι δαιμονίων*, doctrinae a daemonibus inspiratae, 1 Tim. 4, 1.

Διδάσκαλος, *ου*, *ὁ*, (a v. *διδάσκω*, qu. v.) doctor, praeceptor, **a.**, doctor *τινός*, gen. obi. qui aliquem docet, Rom. 2, 20. (*νηπίων*) 1 Tim. 2, 7. (*ἐθνῶν*) et 2 Tim. 1, 11. — pl. 2 Tim. 4, 3. — **b.**, simpliciter dict. *α.*, *διδάσκαλον εἶναι*, alios docere, instituere, Hebr. 5, 12. — *β.*, *διδάσκαλος* is, qui munere doctoris fungitur et nomen doctoris gerit ut Nicodemus, Joh. 3, 10. — Christus, Joh. 3, 2. — quem ipsi Judaei alloquuntur: *διδάσκαλε*, Matth. 8, 19. 12, 38. 19, 16. (Marc. 10, 17. Luc. 18, 18.) 22, 16. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 21.) 22, 24. (Marc. 12, 19. Luc. 20, 28.) 24, 36. (Marc. 12, 32.) Luc. 7, 40. 9, 38. 49. 10, 25. 11, 45. 12, 13. — Joh. 1, 38. (h. l. annotatur, hanc graecam vocem respondere hebraicae: *ῥαββί*) Job. 8, 4. 11, 28. — Jesum a suis discipulis hoc nomine salutatum esse, vel nemine narrante constaret, at narratur quoque, Joh. 13, 13. 14. — v. *Ῥαββί*. Scilicet *γ.*, *διδάσκαλος* est magister, is, qui habet *μαθητάς* (ut in suis scholis Rabbini, et Jesus duodecim discipulorum magister) — *ὁ διδάσκ. ὑμῶν*, Matth. 9, 11. 17, 24. 26, 18. (Luc. 21, 11.) — magister et discipulus comparati, Matth. 10, 24. (*οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον*) 25. Luc. 6, 40. — *δ.*, *διδάσκ.* nomen, quod in primitiva ecclesia nonnulli ob acceptum aut ab ipsis Deo volente susceptum docendi munus gerebant, Act. 13, 1. 1 Cor. 12, 29. Eph. 4, 11.

Διδάσκω, f. *ξω*, (ab obsoleto: *δάω*. Conflatur inde *δάσκω*, et per reduplicat. *διδάσκω*; cf. *πιπράσκω*, *πιφάσκω*.) *doceo*. Hoc dicitur *I.*, absolute: orationes habeo ad eos, qui audiunt, edocendos, Lehrvorträge halten; — de Jesu, in campis, urbibus, synagogis, domibus, templo doctrinam suam auditoribus proponente. Matth. 4, 23. 21, 23. 26, 55. Marc. 1, 21. 4, 1. 6, 2. 6. 12, 35. Luc. 4, 15. 5, 17. 6, 6. 13, 10. 22. 23, 5. Joh. 6, 59. 7, 14. 28. 8, 20. 18, 20. — de apostolis: *διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ*, doctrinam tradere, auctoritati Jesu innixam, Act. 4, 18. 5, 28. — de doctoribus ecclesiarum: Rom. 12, 7. (*ὁ διδάσκων*, qui munus doctoris administrat) — de iis, qui in sacris Christianorum conventibus verba faciunt, 1 Tim. 2, 12. (cf. 1 Cor. 14, 34.)

II., Constr. **a.**, *διδάσκω τινά*, doceo aliquem; *α.*, trado ei quae cognoscenda sunt de rebus ad religionem et disciplinam morum spectantibus. ℵ., Universe: doctrinam alicui trado de rebus divinis, Matth. 5, 2. 7, 29. (Marc. 1, 22.) Marc. 2, 13. 4, 1. 6, 34. (*πολλά* h. l. adverbialiter: multis verbis) 10, 1. 14, 49. Luc. 5, 3. Joh. 7, 35. 8, 2. Act. 4, 2. 5, 25. 11, 26. 20, 20. — ב., speciat. tenenda alicui trado certa quaedam placita, Matth. 5, 19. (*ὃς ἂν διδάξῃ τοὺς ἀνθρώπους οὕτω*) Act. 15, 1. (sequitur h. l. id ipsum, quod *οἱ διδάσκοντες* teneri volebant scil. de circumcisione) — *διδάσκω* i. q. *διδάσκων λέγω* (ut

Act. 15, 1. ita et) Hebr. 8, 11. (οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πολίτην [i. e. οὐ μὴ διδάσκων εἴπῃ τις τῷ πολίτῃ]· γνῶθι τὸν κύριον) — **γ.**, διδάσκειν τινά, docendo eum adhortari, eum meliora docere, falsas eius opiniones corrigere etc., belehren, Joh. 9, 34. (ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθης ὅλως, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς;) Rom. 2, 21. Col. 3, 16. (ἑαυτούς, i. e. ὑμεῖς ἀλλήλους) 1 Joh. 2, 27. (οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς) — **η.**, declaro, ostendo alicui, Marc. 9, 31. (ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ κ. ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι ὁ υἱὸς τ. ἀνθρώπου παραδίδοται etc. cf. Matth. 16, 21. δεικνύει) — *β.*, διδάσκω τινά c. infin. doceo aliquem quidquam facere, Luc. 11, 1. (δίδαξον ἡμᾶς προςεύχεσθαι) Matth. 23, 3. 28, 15. (ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν, scil. ποιῆσαι) v. 20. (διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα etc.) Apoc. 2, 14. 20. — *γ.*, διδάσκ. τινά κατά (contra adversus) τινος, Act. 21, 28. — *δ.*, διδάσκ. τινὰ περί τινος, 1 Joh. 2, 27. — *ε.*, διδ. τινά, seq. acc. c. inf. Eph. 4, 21. et 22—25. (enarra: siquidem ἐν αὐτῷ, i. e. tamquam Christiani ac disciplinae Christi subiecti edocti estis, vobis mutatis pristinis moribus, fraude et mendacio abstinendum sectandamque in sermonibus veritatem esse, quemadmodum in Christo veritas est) — *ζ.*, διδάσκ. τινα, ὅτι, Marc. 8, 31. 1 Cor. 11, 14. (αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ etc.)

b., διδάσκω τι, doceo aliquid — τὴν ὁδὸν τ. θεοῦ, Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Luc. 20, 21. — .. πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν, Marc. 6, 30. — τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, Act. 18, 11. — τὰ περί τινος (expono), Act. 18, 25. 28, 31. — ταῦτα παράγγελλε κ. δίδασκε, 1 Tim. 4, 11. — διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, scil. διδάσκειν, Tit. 1, 11. — διδάσκειν διδασκαλίας ἀνθρώπων, Matth. 15, 9. (Marc. 7, 7. ex Jes. 29, 13.)

c., διδάσκω τινά τι, doceo aliquem aliquid (Xenoph.) — τὸ ἅγιον πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἃ δεῖ εἰπεῖν, Luc. 12, 12. Joh. 14, 26. — τὰς παραδώσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, 2 Thess. 2, 15. — 2 Tim. 2, 2. Hebr. 5, 12. πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα etc. (nisi legendum sit: ὑμᾶς τινα — i. e. ut quis vos doceat.)

Διδαχή, ῆς, ἡ, (a v. διδάσκω, perf. δίδαχα) **a.**, doctrina (quae traditur) Marc. 1, 27. Act. 17, 19. Rom. 6, 17. (τύπος διδαχῆς) 16, 17. (h. l. μανθάνειν διδαχήν) 2 Joh. v. 10. (φέρειν, i. e. afferre διδαχήν τινα) — pl. Hebr. 13, 9. — ἡ διδαχή τινος, *α.*, genit. subi. doctrina, quam quis tradit, Marc. 1, 22. (Matth. 7, 28. Luc. 4, 32.) Matth. 16, 12. 22, 33. (Marc. 11, 18.) Joh. 7, 16. 17. 18, 19. Act. 2, 42. 5, 28. 13, 12. Apoc. 2, 14. (ἡ διδαχὴ Βαλαάμ, doctrina impii illius prophetae, qui a Balaco, Moabitar. rege accitus, ut Israelitas diris devoveret, pravum illud consilium dedit Balaco, ut puellas in castra Israëlitarum mittens illos ad impudica primum tum ad idola pelliceret. Num. 24, 14. 31, 16.) — *β.*, genit. obi.: ἡ διδαχὴ τοῦ Χρ. doctrina de Christo, filio Dei, 2 Joh. v. 9.

b., oratio aliis edocendis accommodata, Lehrvortrag (cf. voc. Διδασκαλία), Marc. 4, 2. 12, 38. 1 Cor. 14, 6. (λαλεῖν ἐν διδαχῇ) v. 26. (διδαχὴν ἔχει paratus est ad docendum) — **c.**, institutio, 2 Tim. 4, 2. Tit. 1, 9.

Δίδραχμον, ου, τό, (ex δραχμή et δι, duplicari iubente. Cf. voc. δίδυμος.) didrachma (nummus argenteus, aequans duas drachmas Atticas, vel

unam Alexandrinam, vel siclum dimidium, vel quartam parem imperialis — οἱ ὁ Ex. 38, 26.), pl. Matth. 17, 24.

Δίδυμος, ου, ὁ, ἡ, (geminus — duplex, Hom. Od. 19, 227. — ut τρίδυμος, τετράδυμος etc., triplex quadruplex) gemellus (δίδυμος, — cognomen Thomae apostoli), Joh. 11, 16. 20, 24. 21, 2.

Δίδωμι, f. ώσω, (a δόω — pro διδοῦσι attice: διδόασι, Apoc. 17, 13. — Aor. 1. ἔδωκα, — sed coniunctivus: δώσω, ῃς, ῃ, Joh. 17, 2. Apoc. 8, 3. et in codd. 13, 16. Veteribus incognitus est. v. Lobeck. ad Phryn. p. 720. seq. — Perf. δέδωκα, — plusqu. perf. ἐδεδώκειν et δεδώκειν, Marc. 14, 44. Joh. 11, 57. — 3 pl. δεδώκεισαν, attice: δεδώκεσαν. — Aor. 2. ἔδων. Optat. δῴην, pro: δοίην, Rom. 15, 5. Eph. 1, 17. 3, 16. 2 Thess. 3, 16. 2 Tim. 1, 16. 18. 2, 7.) *do.* *A.*, absol. (subintellecto tamen vel dativo, eum notante, cui datur dandumve est, vel accusativo rei, quae datur, vel danda est) Matth. 7, 7. et Luc. 6, 38. et 11, 9. (δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν) Act. 20, 35. (beatius est dare, quam accipere) Matth. 10, 8. (gratis accepistis, gratis detis) 13, 12. (Marc. 4, 25. Luc. 19, 26. Matth. 25, 29.) — Matth. 5, 42. et Luc. 6, 30. (παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.)

B., Δίδωμί τινί τι, do alicui aliquid. (Quidquid est, quod alicui dari dicatur: verbi διδόναι vis non variatur. Nam τό διδόναι semper sibi ex adverso positum habet τὸ λαμβάνειν: is, cui δίδοται, idem est, qui λαμβάνει. Ut tamen locos innumeros, qui hanc ῥῆσιν continent, digeramus, primo loco eos ponamus, ubi τό· διδόναι τινί τι ad rogata respicit, aut rogata supponit.) *α.*, *do* (petenti, vel egeno), Matth. 7, 9—11. (Luc. 11, 11—13.) 10, 42. (Marc. 9, 40.) 12, 39. (Luc. 11, 29.) 14, 8. 11. (Marc. 6, 25. 28.) 16, 4. (Marc. 9, 12.) 19, 21. (Marc. 10, 21. Luc. 18, 22.) 26, 9. (Marc. 14, 5.) 27, 58. (cf. Marc. 15, 45. ἐδωρήσατο) Luc. 11, 3. (Matth. 6, 11.) 7. 8. (δώσει αὐτῷ [τόσα], ὅσων χρῄζει) 11—14. (Matth. 7, 9—11.) 15, 12. 16. Joh. 4, 10. 15. 6, 34. 11, 22. 12, 6. 13, 29. 15, 16. 16, 23. Act. 3, 6. 16. 13, 21. 2 Cor. 9, 9. Jac. 1, 5. — Nonnunquam verbo διδόναι in phrasi: διδόναι τινί τι substitui utique poterat aliud quoddam, quo dandi notio accuratius definiretur, siquidem ad id efficiendum lingua offerebat verba: ἀποδιδόναι, ἐπι .. μετα .. δια .. παραδιδόναι. Jam etsi non dicimus, verbum illud simplex interdum plane idem exprimere, quod unum alterumve verborum exprimat compositorum, tamen nobis locos, phrasin dictam repraesentantes dispescere in classes licebit, prouti simplicis verbi notionem plures pari modo coarctare videantur. Igitur quod nonnullis in locis graece dictum est: δίδωμί τινί τι, id latine reddi potest *β.*, *impertio* alicui aliquid (nostrates exprimunt verbo: verleihen — v. c. Macht verleihen), Matth. 4, 9. (Luc. 4, 6. σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν) 9, 8. 10, 1. (Marc. 6, 7. Luc. 9, 1. 10, 19.) 21, 23. (Marc. 11, 28. Luc. 20, 2.) 28, 18. Joh. 19, 11. — Adde: Matth. 16, 19. 20, 23. (Marc. 10, 40.) 21, 43. Luc. 1, 32. 12, 32. Joh. 1, 12. 3, 27. 5, 27. 14, 27. 17, 2. Apoc. 1, 10. 2, 10. 17. 25. 28. 6, 8. 9, 1. 13, 2. 4. 5. 17, 13. 24. 20, 4. — τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Act. 8, 18. 15, 8. Joh. 3, 34. Rom. 5, 5. 1 Cor. 12, 7. Eph. 4, 7. 6, 19. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 7. 2 Petr. 3, 15. — Adde Rom. 11, 8. — *γ.*, do, i. e. *largior*, Luc. 21, 15. (δώσω ὑμῖν στόμα κ. σοφίαν) Act. 7, 25. 11, 17. (διδόναι τὴν δωρεάν)

14, 17. 17, 25. (*διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν*) Joh. 6, 33. 10, 28. (*δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον*) 2 Thess. 3, 16. Eph. 1, 17. 4, 8. Apoc. 2, 17. 28. — *δ.*, do, i. e. *trado* — Matth. 5, 31. (*δότω αὐτῇ ἀποστάσιον*, 19, 7. Marc. 10, 4.) 25, 15. 28. (Luc. 19, 24.) Marc. 12, 9. (Luc. 20, 16. sed Matth. 21, 41. *ἐκδώσεται*) Luc. 4, 17. Joh. 17, 8. 14. 19. 22. Act. 7, 8. 38. — *ε.*, do i. q. *concredo*, *committo* (trado curae alicuius), Matth. 25, 15. (*τό· ἔδωκε* vices gerit *τοῦ· παρέδωκε* v. 14. cf. Luc. 19, 13. 15.) Luc. 16, 12. (cf. v. 11. *πιστεύειν τινί τι*) 12, 48. (h. l. comparatur *τῷ παρατίθεσθαι*) Joh. 6, 37. et 17, 12. (*οὓς δεδωκάς μοι ἐφύλαξα*; cf. v. 6. 9. 24.) — *ζ.*, do (ei, qui iure postulat vel postulare potest), i. q. *reddo*, *solvo* (*ἀποδίδωμι*), mercedem: Matth. 20, 4. (*ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον δώσω ὑμῖν*) 14. 26, 15. (*τί θέλετέ μοι δοῦναι*; Marc. 14, 11. Luc. 22, 5.) — *διδόναι τινὶ κατὰ τὰ ἔργα* (pro quo: *ἀποδοῦναι*, Matth. 16, 27.) Apoc. 2, 23. — vectigal, censum, Matth. 17, 27. (h. l. *δοῦναί τι ἀντί τινος*; cf. *δοῦναι ἀντάλλαγμά τινος*, Matth. 16, 26. Marc. 8, 37., et *δοῦναι λύτρον ἀντί τινος*, Matth. 20, 28. Marc. 10, 45.) Matth. 22, 17. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 21.) 27, 10. (*ἔδωκαν εἰς τὸν ἀγρόν*, impenderunt emendo agro) Hebr. 7, 4. (*τὴν δεκάτην*) — *λόγον διδόναι*, rationem reddere, Rom. 14, 12. — *δοῦναι θυσίαν*, Luc. 2, 24. — *η.*, do, i. q. *praebeo*, porrigo, suppedito (*ἐπιδίδωμι*, dargeben, darreichen, reichen), Matth. 7, 6. (*μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί*) 10, 19. 24, 45. (*διδόναι τοῖς .. τροφήν*, Luc. 12, 42.) 14, 19. (Marc. 6, 41. Luc. 9, 16. sed Joh. 6, 11. *διέδωκε*) 15, 36. (Marc. 8, 6.) 26, 26. 27. Marc. 14, 22. 23. Luc. 22, 19. Joh. 3, 16. (*ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔδωκε*, scil. *τῷ κόσμῳ*, ut ei mitteret) 6, 27. (*βρῶσιν*) 32. 13, 26. (h. l. *ἐπιδιδόναι* et *διδόναι* permutantur) 18, 11. (*τὸ ποτήριον*, cf. Apoc. 16, 19.) 21, 13. adde: 4, 10. 14. — *θ.*, do, i. e. *concedo* (gewähren), Act. 5, 31. (*δοῦναι .. μετάνοιαν*, ut 11, 18. cf. Apoc. 2, 21. *ἔδωκα αὐτῇ χρόνον, ἵνα μετανοήσῃ*) Act. 20, 32. (*κληρονομίαν*) — relinquo alicui aliquid, Luc. 14, 9. Rom. 12, 19. Apoc. 11, 2. — *ι.*, Saepius *τὸ διδόναι* nominibus adiunctum est aliquam actionem s. effectum aliquem significantibus, ita ut cum res, nomine notata, dari dicitur, id perinde sit, ac si ea *effici* dicatur. Exemplo sint phrases hae: *διδόναι τινὶ* — *αἶνον* (i. q. *αἰνεῖν τινα*), Luc. 18, 43. — *ἀπόκρισιν* (i. q. *ἀποκρίνεσθαί τινι*), Joh. 1, 22. 19, 9. — *ἀφορμήν* (opportunitatem alicui facere), 2 Cor. 5, 12. — *ἀγάπην* (exhibeo), 1 Joh. 3, 1. — *διαστολήν* (i. q. *διαστέλλειν τι*), 1 Cor. 14, 8. — *δόξαν* (i. q. *δοξάζειν τινά*), Joh. 9, 24. 17, 22. (*τὴν δόξαν, ἣν ἔδωκάς μοι*, quam mihi fecisti, exhibuisti) Apoc. 4, 9. 14, 7. 16, 9. 19, 7. 1 Petr. 1, 21. — *ἐγκοπήν* (i. q. *ἐγκόπτειν τι s. τινα*) 1 Cor. 9, 12. — *ἐντολήν* (i. e. *ἐντέλλεσθαί τινι*), Joh. 12, 49. 13, 34. 1 Joh. 3, 23. — *ἔλεος* (i. q. *ἐλεεῖν τινα*), 2 Tim. 1, 16. 18. — *ἐκδίκησιν*, 2 Thess. 1, 8. Apoc. 18, 7. (Ez. 25, 14.) — *ἐλπίδα* (spem facio), 2 Thess. 2, 16. — *παραγγελίαν* (i. q. *παραγγέλλομαί τινι*), 1 Thess. 4, 2. — *παράκλησιν*, 2 Thess. 2, 16. — *ῥάπισμα* (i. e. *ῥαπίζειν τινά*), Joh. 18, 22. 19, 3. — *σημεῖον* (signum edo), Matth. 26, 48. (notum facio) — *χάραγμα* (i. q. *χαράσσειν τινά*), Apoc. 13, 16. — *χάριν* (exhibere), 2 Cor. 8, 1. Gal. 2, 9. Jac. 4, 6. — *ὑπόδειγμα* (i. q. *ὑποδεικνύω τινί*), Joh. 13, 15. — *φίλημα* (i. q. *φιλεῖν τινα*), Luc. 7, 45. — Sed in oratione contexta semper spectandum erit, an forsitan verbo *διδόναι* propria vis servanda sit, quia respiciat ad petitum

aliquid, vel flagitatum (ut τὸ· ἀπόκρισιν δοῦναι, Joh. 1, 22.) et an auctor, dum aliquem *dedisse* aliquid dicat, ea simul dicere voluerit alterum illud ipsum *accepisse*.

C., δίδωμί τινι, cum verbo constr. *α.*, seq. *infinit.* φαγεῖν, πιεῖν, Matth. 14, 16. (Marc. 6, 37. Luc. 9, 13.) 25, 35. 42. 27, 34. Marc. 5, 43. (Luc. 8, 55.) 15, 23. Joh. 4, 7. 10. 6, 31. Apoc. 2, 7. 16, 6. — Cum aliis infinitivis constructum significat: concedere, efficere, ut cf. hebr. נָתַן, 2 Chron. 10, 10. Gen. 20, 6. 31, 7. Luc. 1, 73. et 74. (ὤμωσε δοῦναι ἡμῖν λατρεύειν αὐτῷ) Joh. 6, 26. (οὕτω ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ) Act. 4, 29. (δός ...) Rom. 15, 5. Eph. 3, 16. 2 Tim. 1, 18. Apoc. 3, 21. 7, 2. (οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν) 11, 3. (constructio laxior: καὶ δώσω αὐτοῖς καὶ προφητεύσουσιν) 13, 7. 14. 15. 16, 8. — Adde: ὑμῖν δέδοται γνῶναι .. Matth. 13, 12. (Marc. 4, 11. Luc. 8, 10.) — Ad formulam hebraicam: נָתַן פְּלֹנִי, sequente לְ infinitivis praefixo: δίδωμί τινα s. τι sequente infinit. Act. 2, 27. et 13, 35. (οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν, ex Ps. 15, 10. non concedes, ut corpus cultoris tui in putredinem abeat) 10, 40. (ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, fecit eum conspicuum fieri) 14, 3. (διδόντι σημεῖα κ. τέρατα γίνεσθαι διά ..) Cf. Hom. Il. 7, 203. δὸς νίκην Αἴαντι καὶ ἄγλαον εὖχος ἀρέσθαι. — *β.*, per coniunctionem ἵνα (concedo, ut), Marc. 10, 37. (δὸς ἡμῖν, ἵνα καθίσωμεν; Matth. 20, 21. εἰπὲ, ἵνα καθίσωμεν) — trado cum mandato, ut etc. Joh. 5, 36. 17, 4. — concedo alicui, ut etc. Apoc. 9, 5. 19, 8.

D., δίδωμί τινά τινι, *α.*, do (reddo) aliquem illi, qui eum habeat, Luc. 7, 15. Hebr. 2, 13. (Jerem. 8, 18.) — *β.*, do alicui aliquem, qui ei adhaereat, Joh. 6, 37. 39. 10, 29. 17, 6. 9. 11. 12. 24. 18, 9. — *γ.*, do alicui aliquem, qui eius rebus consulat, Joh. 3, 16. 14, 16. (cf. 15, 26.) — δίδωμι ἐμαυτόν τινι, 2 Cor. 8, 5. 2 Thess. 3, 9.

E., δίδωμί τινα vel τι *absque casu dandi* — *α.*, .. τινά, א., cum nomine muneris: constituo aliquem, Act. 13, 20. (ἔδωκε κριτάς. cf. Gen. 17, 4. Ex. 7, 1. v. Lex. hebr.) Eph. 1, 22. Sed Eph. 4, 11. in verbis: ἔδωκε τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας etc. verbum dandi vim suam retinet propter v. 8: ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις (ex Ps. 67, 19.). Nam illa munera hominesque illis praediti δόματα sunt, quae Christus largitus est ecclesiae, v. 12. — ב., do eum, quem non diutius retineo, Apoc. 20, 13. (h. l. mare dicitur dare s. reddere mortuos, quos absorpserat) — *β.*, τί, — א., edo (von sich geben): καρπόν, Matth. 13, 8. (Marc. 4, 7. 8. sed Luc. 8, 8. ἐποίησε) φέγγος, Matth. 24, 29. (Marc. 13, 14. Jes. 13, 10.) φωνήν, 1 Cor. 4, 7. 8. — σημεῖα, Matth. 24, 24. (Marc. 13, 22.) Act. 2, 19. (cf. Ex. 7, 9. Joël. 2, 30.) — ὑετόν, Jac. 5, 18. — δὸς ἐργασίαν, da operam (ex latin.), Luc. 12, 58. — ב., subintellecto dat. — νόμος, ὁ νόμος ἐδόθη, scil. hominibus, Joh. 1, 17. (Sens. legem accepimus per Mosen) Gal. 3, 21. — .. γνώμην (consilium do, sc. his, qui eo nunc indigent), 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 8, 10. — θυσίαν, hostiam offerro, Luc. 2, 24. — κλήρους (cf. Levit. 16, 8.), sortes iacere, Act. 1, 26. — ג., δίδωμί τί τι (acc. praedic.), Matth. 16, 26. (Marc. 8, 37.) 20, 28. (Marc. 10, 45.) Luc. 11, 41. (τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην.)

F., Verbum *διδόναι praepositionum* vinculo cum nominibus vel pronominibus iunctum: *α.*, *δίδωμί* (*τινι*) *ἔκ τινος*, Matth. 25, 8. (*δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν*); brevius: Marc. 2, 26. et Luc. 6, 4. (supple: *ἐκ τῶν ἄρτων*) — 1 Joh. 4, 13. (*ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν*) Apoc. 3, 9. (*δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ σατανᾶ τῶν λεγόντων*, scil. *τινας*, cf. 2, 17. *δώσω αὐτῷ τοῦ μάννα*, scil. *τὶ*) — *ἀπό τινος*, Luc. 20, 10. (*ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος.*) — *β.*, *δίδωμι εἰς* .. *א.*, *τινί τι εἰς*: *μέτρον εἰς τὸν κόλπον*, Luc. 6, 38. — *δακτύλον εἰς τὴν χεῖρα*, annulum, qui indatur manui, Luc. 15, 22. — *εἰς τὰς χεῖρας* (tradere aliquid alicuius potestati, Gen. 9, 2. 14, 20. Ex. 4, 21.) Joh. 13, 3. — *εἰς τὴν διάνοιαν* (in mentem iniicio, menti infigo), Hebr. 8, 10. 10, 16. (ex Jerem. 31, 31.) — vel *εἰς τὰς καρδίας* cum infinit. rei, Apoc. 17, 17. (cf. Joh. 13, 3. *βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν*, *ἵνα*. Ap. Hom. *βάλλειν ἐν θυμῷ*, *θεῖναί τινί τι ἐν στήθεσσι*, *ἐν φρενί* et Xen. Cyr. 8, 2, 20. *διδόναι τινί τι εἰς τὴν ψυχήν*) — ב., *δίδωμί τι εἴς τι*, Matth. 27, 10. — ג., *δίδωμι ἐμαυτὸν εἰς τόπον τινά*, me aliquo do, confero, Act. 19, 31. — *γ.*, *δίδωμί τι ἔν τινι*, Luc. 12, 51. (*εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ* — cf. Matth. 10, 34. *βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν*) Act. 4, 12. (*ὄνομα ἕτερον τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις*), 2 Cor. 8, 1. (*ἡ χάρις δεδομένη ἐν* ..) — *δ.*, *δίδωμι* .. *ἐπί τι* (auf), Luc. 7, 44. (*ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας*) 19, 23. (*τὸ ἀργύριον ἐπὶ τὴν τράπεζαν*) Apoc. 8, 3, — *ἐπί τινος*, Apoc. 13, 16. — *ε.*, *δίδωμι* .. *ὑπέρ τινος*, Joh. 6, 51. Gal. 1, 4. 1 Tim. 2, 6. Tit. 2, 14. — *ζ.*, *δίδωμι* .. *κατά τι*, Matth. 16, 27. (cf. Rom. 2, 6. *ἀποδώσει*) Apoc. 2, 23. — *η.*, *δίδωμι* .. *ἐνώπιόν τινος* (pono), Apoc. 3, 8.

Διεγείρω, f. *ερῶ*, (ex *διά* et *ἐγείρω*, excito, cf. *Διαγρηγορέω*) *τινά*, expergefacio, excito e quiete, e somno; — e somno: Marc. 4, 38. et Luc. 8, 24. (Matth. 8, 25. *ἤγειρον αὐτόν.*) — Pass. *ἀπὸ τοῦ ὕπνου*, Matth. 1, 24. Marc. 4, 39. (absque hoc addidamento.) — Pass. de mari, quod commoveri coepit: excitor, Joh. 6, 18. — *διεγείρειν τινὰ ἐν ὑπομνήσει*, admonitione aliquem suscitare, 2 Petr. 1, 13. — *διεγείρειν ἐν ὑπομνήσει τινὸς τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν*, i. e. suscitare commonefactione *τὴν διάνοιαν*, ut sit *εἰλικρινής*, i. e. clara, quasi sole illustrata, 2 Petr. 3, 1.

Διενθυμέομαι, *οῦμαι*, f. *ήσομαι*, (ex *ἐνθυμέομαι*, i. e. animo informo [*ἐν* et *θύμος*] et *διά*, dis, in diversas partes. Cf. *διαπορέω*, *διαπονέομαι* et alia verba dubitandi) diversa animo volvo, *περί τινος*, Act. 10, 19.

Διεξέρχομαι, f. *ελεύσομαι*, (*ἐξέρχομαι*, egredior, et *διά*, per) — *διεξελθοῦσα*, quum per fruticeta — *διὰ φρυγάνων* processisset, Act. 28, 3. (lectio vulgaris: *ἐξελθοῦσα.*)

Διέξοδος, *ου*, *ἡ*, (*ἔξοδος*, exitus, et *διά*, per) via, per quam exitur (Herodian. 8, 1. 11. Dion. Hal. Ant. 5, 47. — Ez. 48, 30.) — *διέξοδοι ὁδῶν*, Matth. 22, 9. (haec dicendi formula extra hunc locum nuspiam reperitur; quare inter interpretes de interpretatione non convenit; probabiliter = loca, ubi complures viae exeunt, conveniunt [compita — Plätze], eaque de causa multi homines confluunt.)

Διερμηνευτής, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *διερμηνεύω*, qu. v.) interpres, 1 Cor. 14, 28.

Διερμηνεύω, f. *εύσω*, (ex *διά* et *ἑρμηνεύω*, qu. v.) interpretor, i. e. *α.*, in linguam vernaculam transfero, Act. 9, 36. (*ταβιθά*, *ἣ διερμηνευομένη*

λέγεται Δορκάς) 1 Cor. 12, 30. (μὴ πάντες διερμηνεύουσι; scil. τὰ γλώσσαις λαληθέντα, cf. 14, 5. 13. 27.) — **b.**, sensum divinorum oraculorum interpretor, Luc. 24, 27. (διερμήνευσε αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ, iis ostendit quae singulis prophetarum oraculis de se dicta continerentur.)

Διέρχομαι, f. ἐλεύσομαι, (ἔρχομαι, διά, per) **a.**, locutiones, in quibus τὸ διά significat *per;* α., διέρχομαι διά τινος, iter facio per (locum), Matth. 12, 43. (Luc. 11, 24.) Luc. 17, 11. 19, 4. (δι' ἐκείνης, scil. ὁδοῦ, ut Latini: qua, scil. via, s. parte), Joh. 4, 4. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 1, 16. (δι' ὑμῶν, i. e. διὰ τὰς χώρας ὑμῶν) — evado per .. Luc. 4, 30. Joh. 8, 59. — promoveo me per aliquod spatium, Matth. 19, 24. (κάμηλος διὰ τρυπήματος ῥαφίδος, Marc. 10, 25. Luc. 18, 25.) — β., διέρχομαί τι (πόλιν), perambulo (urbem, vicum), Luc. 19, 1. — transeo (v. c. custodias, ordine dislocatas), Act. 12, 10. — peragro (regionem, insulam), Act. 13, 6. 14, 24. 15, 3. 41. 16, 6. 18, 23. 19, 1. 21. 20, 2. 1 Cor. 16, 5. Hebr. 4, 14. — trop. σοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, tuam animam gladius pertransibit, Luc. 2, 35. — γ., διέρχομαι εἰς (τὸ πέραν), traiicio (ad ripam ulteriorem), Marc. 4, 35. (διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν, Luc. 8, 22.) — ἕως τινός (ad), Luc. 2, 15. Act. 9, 38. 11, 19. 22. — διῆλθεν ὁ θάνατος εἰς πάντας ἀνθρώπους, pertransiit mors in omnes homines, Rom. 5, 12.

b., locutiones, in quibus τό· διά verbi διέρχομαι significat: *dis;* diversa loca obeo, α., διελθεῖν nude posit. Act. 8, 4. (διασπαρέντες διῆλθον) v. 40. (διερχόμενος εὐαγγελίζετο) 17, 23. 20, 25. (ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων) — β., addito: κατὰ τὰς κώμας, huc illuc migro ab uno vico ad alterum, Luc. 9, 6. — γ., addito: ἀπό c. gen. loci: discedo, Act. 13, 14. — διέρχεται ὁ λόγος, divulgatur.

Διερωτάω (ῶ), f. ήσω, (ἐρωτάω, διά) inquiro, — τί, Act. 10, 17. (domum.)

Διετής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, (a δίς, bis, et ἔτος, annus. Cf. τριετής, τετραέτης, cf. διθάλασσος) biennis, bimulus — Matth. 2, 16. (τοὺς παῖδας — ἀπὸ διετοῦς, scil. παιδός — cf. Ex. 30, 14. Num. 1, 20. 4, 43. Esdr. 3, 8. 1 Chron. 27, 23.)

Διετία, ας, ἡ, (a διετής, cf. τριετία, τετραετία) biennium, Act. 24, 27. 28, 30.

Διηγέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ἡγέομαι, διά) enarro, **a.**, περί τινος, Hebr. 11, 32. — **b.**, τί, Act. 8, 33. — **c.**, τινί seq. interrogat. indir. πῶς, Marc. 5, 16. (Luc. 8, 36. ἀπαγγέλλω) Act. 9, 27. — ὅσον, Luc. 8, 39. (sed Marc. 5, 19. ἀναγγέλλειν legitur) 9, 10. (sed Marc. 6, 30. leg. ἀπαγγέλλειν.)

Διήγησις, εως, ἡ, (a v. διηγέομαι) enarratio — περί τινος, Luc. 1, 1. (ἀνατάξασθαι διήγησιν.)

Διηνεκής, οῦ, ὁ, ἡ, (a v. διηνέγκω s. διηνέκω, ut ab ἠνέγκω, s. ἤνεκω, fero: ἠνεγκής, extensus — ex ἠνέγκω, et διά, per) continuus, stetig, fortlaufend (e. g. fossa, Diod. Sic. 5, 12.), — de tempore: εἰς τὸ διηνεκές, in perpetuum, Hebr. 7, 3. (μένειν) 10, 12. 14.

Διθάλασσος, ου, ὁ, ἡ, (ex δίς, cf. διετής et θάλασσα, mare), bimaris

(locus, qui utrinque mari alluitur. Strabo I. p. 11, A.) Act. 27, 41. (εἰς τόπον διθάλασσον.)

Διϊκνέομαι (οῦμαι), f. διΐξομαι, (ex ἵκω, ἱκνέομαι, venio, et διά) pervado, permeo — ἄχρι τινός, pervado pertingens usque ad, Hebr. 4, 12. (— ὁ λόγος τ. θεοῦ — διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε κ. πνεύματος.)

Διΐστημι, f. διαστήσω, (διά, ἵστημι, aor. 2. διέστην) disloco, seorsim colloco, seiungo, — **a.**, aor. 1. dislocabam, dislocavi — intrans. Act. 27, 28. (βραχὺ δὲ διαστήσαντες, paullulum inde navigio progressi) — **b.**, aor. 2. disto — de tempore: διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, intericcta quasi una hora, Luc. 22, 59. (cf. Act. 5, 7. ἐγένετο ὡς ὡρῶν — διάστημα) — διέστη ἀπ' αὐτῶν, Vulg. recessit ab eis, Luc. 24, 51.

Διϊσχυρίζομαι, f. ίσομαι, (a v. ἰσχύω, unde ἰσχυρός, et ἰσχυρίζω, i. q. λέγω ἰσχυρῶς, i. e.) severe affirmo — sequente λέγων et orat. dir. Luc. 22, 59. — seq. accus. c. infin. Act. 12, 15. (διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν.)

Δικαιοκρισία, ας, ἡ, (a voc. δικαιοκριτής, sed haec vox et ea, quae inde derivatur, atticis inauditae sunt) iustum iudicium, Rom. 2, 5.

Δίκαιος, αία, ον, (a voc. δίκη, ius) propr. is, qui τὴν δίκην servat, iustus (qui suum cuique tribuit et nocet nemini), **a.**, de iudice, qui κατὰ τὴν δίκην iudicat (sine cupiditate aut condemnans aut absolvens; aut laudans, aut vituperans). Ita iustus dic. Deus, Apoc. 16, 5. (δίκαιος εἶ, κύριε, ὅτι ταῦτα ἔκρινας) 2 Tim. 4, 8. (ὁ δίκαιος κριτής) — κρίσις δικαία, Joh. 5, 30. 7, 24. 2 Thess. 1, 5. — pl. Apoc. 16, 7. 19, 2. (δίκαιαι κ. ἀληθιναί, ut 15, 3. αἱ ὁδοὶ τ. θεοῦ.)

b., δίκαιος is, qui Dei sanctiones religiose servat, Matth. 1, 19. (Josephus voluit eam dimittere, quia δίκαιος erat. Ea de caussa v. 20. angelus utitur verbis: μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν, ne reformides, ne nefas putes, etc. — Cf. Prov. 18, 22. — Aliis δίκαιος h. l. idem est, qui mitis, benignus, at hi certe nullum suae sententiae pondus acquirunt ex 1 Joh. 1, 9. v. infra.) — probus Dei cultor, Jac. 5, 16. — ἀνὴρ δίκαιος, Luc. 23, 50. — ἀνὴρ δίκαιος κ. φοβούμενος τὸν θεόν, Act. 19, 22. (cf. v. 32. et 35. ὁ φοβούμενος αὐτὸν κ. ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, v. infr.) — δίκαιος ἐνώπιον τ. θεοῦ, Luc. 1, 5, (ἦσαν δίκαιοι .. h. e. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτοι) v. 17. — 2, 25. (δίκαιος κ. εὐλαβής) 13, 17. (προφῆται κ. δίκαιοι [cf. Hebr. 11, 4. 12, 23. 2 Petr. 2, 7.], pii cultores Dei) 43. Marc. 6, 20. (ἄνδρα δίκαιον κ. ἅγιον.) Opponuntur τοῖς δικαίοις omnes ii, qui leges Dei contemnunt et violant: οἱ ἁμαρτωλοί, Matth. 9, 13. (Marc. 2, 17. Luc. 5, 32.) Rom. 3, 10. 5, 19. — οἱ ἄδικοι, Matth. 5, 40. (Luc. 6, 35. οἱ ἀχάριστοι κ. πονηροί) Act. 24, 15. Apoc. 22, 11. — οἱ ἄνομοι, 1 Tim. 1, 9. Matth. 23, 28. — οἱ πονηροί, Matth. 13, 49. — οἱ ποιοῦντες κακά, 1 Petr. 2, 12. — οἱ ἀσεβεῖς κ. ἁμαρτωλοί, 1 Petr. 4, 18. — ἔργα δίκαια: oppon. πονηρά, 1 Joh. 3, 12.

c., δίκαιος, qui se ab omni iniuria abstinet, ac neminem laedit, Luc. 20, 20. Tit. 1, 8. — qui fidem non fallit, 1 Joh. 1, 9. (πιστός ἐστι κ. δίκαιος. Confertur h. l. fides ac sinceritas hominum peccatorum erga Deum cum fide ac sinceritate Dei erga peccatores.) — cf. Jes. 41, 26. Neh. 9, 8. — Opp. fraudulentus, v. Ἄδικος. — **d.**, δίκαιος, insons, innocens, Rom. 5, 7. Jac. 5, 6. —

de Jesu: Matth. 27, 19. Luc. 23, 47. Act. 3, 14. 7, 52. 22, 14. 1 Petr. 3, 18. — de Abele: Matth. 23, 35. cf. Hebr. 11, 4. — *αἷμα δίκαιον*, i. q. *ἀθῷον* (Deut. 19, 10. 13. 2 Sam. 3, 28), Matth. 23, 35. (cf. 27, 4.) — **e.**, *δίκαιος* sensu angustiori e mente Jesu Christi: is, qui propter Deum non modo scelera omnia fugit et ritibus vacat lege Mosaica praescriptis, sed etiam officia humanitatis praestat sine fuco et lucri spe et quantum potest, ad communem utilitatem confert, v. Matth. 25, 37. 46. cf. 23, 23—26. Luc. 18, 9—14. — v. *Δικαιοσύνη*. — *δίκαιος παρὰ τῷ θεῷ*, Rom. 2, 13. — *οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς*, Rom. 3, 10. (i. q. *πάντες ὑφ' ἁμαρτίαν εἰσίν*, v. 9.) — *ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται* .. Rom. 1, 17. (Habac. 2, 4. ex his verbis intelligi voluit, Judaeos, qui Deo crederent omnemque fiduciam in Dei promissionibus collocarent, captivitate Babylonica liberos fore. Eadem verba Paulus ad novi foederis iustos transfert. Cf. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38.) — Deus: *δίκαιος*, Rom. 3, 26. i. e. qui peccatum aversatur, 1 Joh. 3, 29. — Christus *δίκαιος*, peccati purus, 1 Joh. 2, 1. 3, 7. — *ἡ ἐντολὴ* (*ἐστὶ*) *δικαία*, i. e. *τὸ δίκαιον* fieri iubens, Rom. 7, 12.

Neutr. *τὸ δίκαιον*, *δίκαιόν ἐστι* etc. — *τὸ δίκαιον*, aequum ius, Luc. 12, 57. (Sens. cur non ipsi, antequam in ius rapiamini, vobiscum reputatis, quidnam vobis officii haec tempora iniungant, ut calamitates vitetis.) Col. 4, 1. (*τὸ δίκ. καὶ τὴν ἰσότητα παρέχεσθαί τινι*, id, quod aequum est) — *τοῦτό ἐστι δίκαιον*, iustum ex iure divino, gentium et naturae, Eph. 6, 1. — *δίκαιον ἡγοῦμαι*, par esse existimo, seq. inf. 2 Petr. 1, 13. — *ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον δώσω ὑμῖν* s. *λήψεσθε*, Matth. 20, 4. 7. — *δίκαιόν ἐστι ἐνώπιον τ. θεοῦ* seq. inf. Act. 4, 19. — *παρὰ θεῷ*, 2 Tess. 1, 6.

Δικαιοσύνη, *ης*, *ἡ*, (ab adi. *δίκαιος*) **a.**, iustitia (iudicis) — *κρίνειν ἐν δικαιοσύνῃ*, Act. 17, 31. Apoc. 19, 11. — Rom. 9, 28. Act. 24, 25. — *δικαιοσ. τ. θεοῦ*, Rom. 3, 25. et 26. („violatae iustitiae iura per Filii sacrificium et sanguinem restauravit," Calmet.) — *ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*, corona, quam iustitia tribuit, 2 Tim. 4, 8. — **b.**, caussa iusta, Joh. 16, 8. (Spiritus ille adversariis documentum edet, me ad patrem rediisse, ut intelligant, me mihi filii Dei nomen non praeter ius arrogasse, *περὶ δικαιοσύνης* et *περὶ κρίσεως*) — **c.**, fides, integritas (virtus eius, qui fidem servat), indoles animi, in quo nihil doli est, — (Rechtlichkeit, Redlichkeit) *ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης*, inimice omnis iustitiae, Act. 13, 10. (i. q. verbis proxime antecedentibus dicitur: *πλήρης παντὸς δόλου κ. πάσης ῥαδιουργίας*) Rom. 3, 5. (*εἰ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι*, si nostra infidelitas fidem Dei [*δικαιοσύνην*, i. q. *πίστιν*, v. 3.] magis illustrat) — *θεοῦ:* benignitas Dei, promissa servans, 2 Cor. 9, 9. (ex Ps. 111, 9.) — sinceritas, Eph. 4, 24. (coll. v. 25.) 1 Tim. 2, 22. 6, 11. — *καινοὶ οὐρανοὶ κ. γῆ καινή, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ*, qui homines novum mundum incolent, ii non erunt iniusti, periuri, ambitiosi, superbi, ut homines huius saeculi, 2 Petr. 3, 13. — Forsitan huc trahendi sunt loci Matth. 5, 6. (beati, qui esuriunt sitiuntque *τὴν δικαιοσύνην* etc.) 6, 33. — **d.**, id, quod divinitus, s. ex voluntate Dei statutum est, *πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην*, Matth. 3, 15, (nota *πληρῶσαι:* ergo id, quod statutum est — ex voluntate Dei: nam baptisma Joannis erat *ἐξ οὐρανοῦ*, Matth. 21, 25. 26.)

e., probitas, Rechtschaffenheit, — *α.*, eius qui se sceleris purum servat et

scelera odit; *Νωῆ κήρυξ δικαιοσύνης*, 2 Petr. 2, 5. — *β.*, eius, qui legi divinae convenienter agit, omittens id, quod lege divina vetitum, faciens id, quod divina lege praescriptum est; *ποιεῖν τὴν δικ.* 1 Joh. 2, 29. 3, 7. — oppon. *ἀνομία, ἁμαρτία*, modo latiori sensu, modo angustiori dicta, 2 Cor. 6, 14. (*τίς μετοχὴ δικαιοσύνῃ κ. ἀνομίᾳ;*) Hebr. 1, 9. (*ἠγάπησας δικαιοσύνην κ. ἐμίσησας ἀνομίαν* — Ps. 44, 8.) 1 Petr. 2, 24. (opp. *ἁμαρτία*) 2 Tim. 3, 16. — Refertur ad *bona opera*, specialim *beneficentiae*, ad eleemosynas (Ps. 23, 5. Prov. 10, 2. 11, 4. Dan. 4, 24.), *τὴν δικαιοσύνην ποιεῖν*, Matth. 6, 1. (coll. v. 2.) et 5, 20. 2 Cor. 9, 10. (*τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσ. ὑμῶν* — Ps. 111, 9.) Phil. 1, 11. (*καρποὶ δικαιοσύνης*) — *καρπὸς δικαιοσ.* fructus beneficentiae, Jac. 3, 18. Hebr. 12, 11. — *ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην*, Hebr. 11, 33. — Omnino vero *ἡ δικαιοσύνη* pertinet ad omnia officia, quae Christiana religio praescribit, 2 Petr. 3, 14. (*πάσχειν διὰ δικαιοσύνην*, — explicatur v. 13. et 17.) — *διώκεσθαι ἕνεκεν δικαιοσύνης*, Matth. 5, 10. — *τὰ ὅπλα τῆς δικ.* arma, quae innocentia ac virtus suppeditat, 2 Cor. 6, 7. — instrumenta virtutis, Rom. 6, 13. (opp. *ἀδικία*) 6, 18. 19. 20. — *ἐνδύσασθαι τὸν θώρακα τῆς δικ.* i. e. *τὴν δικαιοσύνην ὡς θώρακα*, Eph. 6, 14. — *λόγος δικαιοσύνης*, doctrina, quae discipulos ad sanctimoniam instituit, Hebr. 5, 13. — *ὁδὸς δικαιοσύνης*, via probitatis, i. e. quae ad .. ducit, Matth. 21, 32. — *λατρεύειν τῷ θεῷ ἐν δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ*, (ex hebr.) Luc. 1, 75. — *γ.*, bona (iusta) caussa — *διάκονοι* (ministri) *τῆς δικαιοσύνης*, 2 Cor. 11, 15.

δ., Plura disputat apostolus Paulus de iustitia *fidei*, atque sunt ex eius disputatione huc transscribenda haec: *α.*, *τῷ Ἀβραὰμ ἐλογίσθη ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην* (Gen. 15, 6.), fides ei reputata est ad iustitiam (i. e. fides Abraamo loco meriti est, ut iustus efficiatur), Rom. 4, 3. 5. 9. 11. 22. 23. Gal. 3, 6. Jac. 2, 23. — *β.*, *ἡ δικαιοσύνη τῆς πίστεως*, iustitia, qua quis per fidem donatur, Rom. 4, 11. 13. — *ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη*, iustitia, quae ex fide (viva) nascitur, nimirum ex fide Christi, cum charitate bonorumque operum exercitatione coniuncta (cf. Matth. 11, 6. 21, 42. Luc. 11, 34. Jac. 2, 24. 1 Petr. 2, 7. 8.) Rom. 9, 30. 32. Israel quidem i. e. Judaei, *διώκων νόμον δικαιοσύνης εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε*, persequens legem iustitiae, (cursu) legem iustitiae non assequutus est, Rom. 9, 31. (explicatur v. 32. — Est dilogia in voce *νόμου:* Judaei in Mosaicae legis obsequio iustitiam nancisci voluerunt, solam legem ad iustitiam sufficere arbitrati, sed veram iustitiae legem [a Deo traditam], fidem Christi repellentes non assequuti sunt — *διώκω* et *ἔφθασα εἰς* — Metaphora ab iis desumta, qui in stadio currunt, cf. Phil. 3, 12—14.) Haec *ἐκ πίστεως δικαιοσύνη* opponitur *τῇ ἐκ νόμου δικαιοσύνῃ*, Rom. 10, 5. 6. (cf. Gal. 2, 21. 3, 12.) Phil. 3, 9. (*ἡ διὰ πίστεως Χριστοῦ*) — *Τέλος νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι* tendit lex in Christum, ergo in iustitiam, quae fidem habenti cuique donatur, Rom. 10, 4. coll. v. 5. (Recte perceperunt horum verborum mentem St. August. de Spiritu et Lit. c. 16. — St. Chrysost. Theodoret. Oecumen. Theophyl. qui asserunt, hic verbis: „*ζήσεται ἐν αὐτοῖς*“ significari vitam aeternam, quam consequi nequeat homo neque sola legis observatione, neque solis naturae viribus, lumine fidei et gratiae auxilio

destitutis. Praeterea mercedem hanc iis duntaxat promitti, *qui legem universam absolute servant.* — Sine fide autem et gratia fieri non potest, ut absolute atque integre lex servetur. Sequitur ergo, quaerendam nobis esse institiam, quae ex Deo est, non quae ex nobis.) — *ἡ κατὰ πίστιν δικ.* Hebr. 11, 7. Sicut *ἡ ἐκ νόμου* et *ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη*, ita quoque sibi invicem opponuntur *ἡ ἰδία* (Rom. 10, 3. Phil. 3, 9. *ἡ ἐμή*) et *ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη*, iustitia a Deo per gratiam tradita (Rom. 1, 17. additur h. l. eam ex fide oriri et fide perfici 3, 21. 22. 10, 3.) — s. *ἡ ἐκ θεοῦ* (Phil. 3, 9.) — *ἡ δωρεὰ τῆς δικαιοσύνης*, Rom. 5, 17. (complectitur *ἡ δικαιοσ.* h. l. fidem et virtutum exercitationem ad finem vitae usque continuatam) — *ἡ ἐν νόμῳ δικαιοσ.* quae legi ritibusque ea praescriptis inhaeret, Phil. 3, 6. — *οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς*, Vulg. non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, Tit. 3, 5. — *γ.*, 2 Cor. 5, 21. (Deus in Christum tamquam in reum animadvertit, ut per illum nobis tribuatur iustitia nosque apud Deum iusti simus et innoxii) — Christus nobis factus est iustitia, 1 Cor. 1, 30. — *ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης*, ministratio, qua suppeditatur iustitia (quae non solum docet, quid agendum sit, sed etiam vires largitur ad officia explenda), 2 Cor. 3, 9. — Itaque *δ.*, *ἡ δικαιοσ.* Christianorum est virtus, per quam Spiritus S. ipsis inhabitans se efficacem praestat, Rom. 8, 10. Apoc. 22, 11.

Δικαιόω (ῶ), f. *ώσω*, (facio aliquem *δίκαιον*) *τινά*, **a.**, *iustum facio* (iustifico), i. e. impertio alicui *τὴν δικαιοσύνην*, *ἔκ τινος* (secundum *ῥῆσιν*, Habac. 2, 4.), Rom. 3, 26. (*τὸν ἐκ πίστεως θεοῦ*, ita per contract. pro: *δικαιοῖ ἐκ πίστεως Ἰησοῦ τὸν εἰς Ἰησοῦν πιστεύοντα*) 30. 4, 5. Gal. 3, 8. — Pass. *δικαιοῦμαι*, iustificor, iustitiam accipio, iustus efficior — *ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ*, Rom. 3, 20. 4, 2. 5, 1. Gal. 3, 24. — *δικαιοῦσθαι διά τινος*, Rom. 3, 24. Gal. 2, 16. — *τινί* (*πίστει*), Rom. 3, 28. — *ἔν τινι*, Rom. 5, 9. Gal. 2, 17. 3, 11. Tit. 3, 7. — *δικαιοῦμαι ἀπό τινος ἐν Χριστῷ*, Act. 13, 39. (crimina omnia sanguine Christi eluuntur, si viva fides, charitate instructa adfuerit, modo poenitentia, baptismo, vitae innocentia et probitate dignos nos exhibeamus, quibus Jesu Christi merita applicentur) — *οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε*, quicunque in lege vestram iustitiam constituitis, Gal. 5, 4. — **b.**, *δικαιῶ ἐμαυτόν*, iustitiam (speciem iustitiae) prae me fero, — *ἐνώπιόν τινος*, Luc. 16, 15. — me eum sisto, qui legi et officiis satisfecerit, Luc. 10, 29.

c., *sensu forensi: δικαιῶ τινα*, iustum declaro, iusti loco habeo aliquem (i. e. aliquem eum esse iudico, in quo nihil sit vituperii), Rom. 2, 13. (*οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου . . ἀλλ' οἱ ποιηταὶ δικαιωθήσονται*) — laudem merenti tribuo, i. e. eum, qui recte fecit, recte fecisse iudico et confiteor, Luc. 7, 29. (*ἐδικαίωσαν τὸν θεόν*. Opp. v. 30. *ἠθέτησαν τὴν βουλὴν τ. θεοῦ*) v. 35. (et Matth. 11, 19. *ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς*, sapientiae divinae [cf. Luc. 11, 49.] ex ipsius cultoribus id venit commodi, ut eius probitas agnosceretur) Rom. 3, 4. (*ὅπως δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς* etc., ut verax et fidus agnoscaris — *οἱ ὁ* Ps. 50, 6.) 1 Tim. 3, 6. — *culpae expertem habeo* aliquem, 1 Cor. 4, 4. (*ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι*, in hoc mihi non omni culpa vacare videor) — *absolvo* aliquem (oppon. *καταδικάζω τινά*), Matth. 12, 37. (*ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ — καταδικασθήσῃ*, ex tuis verbis aut absolveris

in iudicio aut damnaberis) — *δικαιοῦμαι ἀπό τῆς ἁμαρτίας*, liberor a peccato, Rom. 6, 7. (coll. v. 18.)

Δικαίωμα, τος, τό, (a v. *δικαιόω*, perf. pass.) **a.**, id, quod per legem, s. ut vim legis habeat, statutum, sancitum est (hebr. חֹק et חֻקָּה), — *πορεύεσθαι ἐν ταῖς ἐντολαῖς κ. δικαιώμασι τοῦ κυρίου* (cf. Gen. 26, 5. Dan. 9, 10. Ez. 11, 20.) Luc. 1, 6. — *τὸ δικαίωμα τ. θεοῦ*, statutum Dei, Rom. 1, 32. — pl. decreta Dei, Apoc. 15, 4. — *τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου*, Rom. 8, 4. (*πληροῦται ἐν ἡμῖν*) — pl. *τὰ δικ.* Rom. 2, 26. (*φυλάσσειν*) — *δικαιώματα λατρείας*, leges, instituta cultus divini, Hebr. 9, 1. 10. (*δικαιώματα σαρκός*, ritus carnem spectantes) — **b.**, *δικαίωμα*, cui oppon. *τὸ κατάκριμα* (condemnatio): decretum, quod iustos facit, Rom. 5, 16. — **c.**, *τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων*, virtutes (recte facta) Sanctorum, Apoc. 19, 8. Huc referendus videtur loc. Rom. 5, 18. (verte: sicut per unius delictum in omnes damnatio manavit, ita et per unius virtutem [per id, quod recte egit] in omnes transibit iustificatio vitae, i. e. *ζωὴ ὡς δικαίωσις*, s. *δικαίωσις*, quae cernitur in *τῇ ζωῇ*. v. *Δικαίωσις*.)

Δικαίως, adv. (adi. *δίκαιος*) **a.**, iure meritoque, Luc. 23, 41. — **b.**, iuste, i. e. absque fraude et iniuria, 1 Thess. 2, 10. (*ὑμῖν ἐγενήθημεν*) Tit. 2, 12. (*δικαίως ζῆν*) 1 Petr. 2, 23. (*δικαίως κρίνειν*) — **c.**, ita, ut par est, 1 Cor. 15, 34. (*ἐκνήψατε δικαίως!*)

Δικαίωσις, εως, ἡ, (a v. *δικαιόω*) iustificatio, Rom. 4, 25. (Christus resuscitatus est *διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν*, ut nobis tribuat vitam, quae praemium iustitiae s. iustorum est. Cf. sequ.) 5, 18. (*εἰς δικαίωσιν ζωῆς*, genitivus explicationis, i. q. *εἰς δικαίωσιν, ἥ ἐστι ζωή*, cf. Act. 2, 33. *ἡ ἐπαγγελία τοῦ πνεύματος*, i. e. promissio, s. donum promissum, quod est Spiritus Sanctus.)

Δικαστής, οῦ, ὁ, (a v. *δικάζω*, 3 perf. p. et hoc a voc. *δίκη*, ius dico), arbiter, iudex, qui lites minores componit, ein Schieds- oder Friedensrichter, Luc. 12, 14. (*τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;* Act. 7, 27. cf. Ex. 2, 14.)

Δίκη, ης, ἡ, (actio coram iudice; ergo iudicis cognitio, iudicis sententia, sive absolutoria, sive condemnatoria, denique sententiae executio) **a.**, sententia iudicialis — *αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην* (sibi) rogantes sententiam eum condemnantem, Act. 25, 15. — **b.**, poena, *δίκην ὑπέχειν*, poenam subire, Jud. v. 7. (Aelian. V. H. 2, 4. — 2 Macc. 8, 11.) — *δίκην τίνειν*, poenas dare (i. q. Graecorum illud: *δίκην διδόναι*, Xen. Anab. 4, 4, 9. Cyr. 1, 6, 45.) 2 Thess. 1, 9. Jud. v. 7. — **c.**, gentilium Dea vindex, Nemesis, Act. 28, 4.

Δίκτυον, ου, τό, rete, Matth. 4, 20. 21. Marc. 1, 18. 19. Luc. 5, 2. 4. 5. 6. Joh. 21, 6. 8. 11.

Δίλογος, ου, ὁ, ἡ, (*δις*, bis, et *λέγω*) bilinguis, is, qui aliud ore gerit, aliud pectore claudit (unde verb. *διλογῶ* et nom. subst. *διλογία*. cf. *δίψυχος*) 1 Tim. 3, 8.

Διό, coniunctio (i. q. *δι' ὅ*), quare, quapropter, Matth. 27, 8. Luc. 1, 35. 7, 7. Act. 10, 29. Rom. 1, 24. 2, 1. 1 Cor. 12, 3. 2 Cor. 6, 17. 1 Thess. 2, 18. Hebr. 3, 7. 13, 12. Jac. 1, 21. 4, 6. (1 Petr. 2, 6. e lect. codd.)

Διοδεύω, f. *σω*, (*ὁδεύω*, a voc. *ὁδός*, via, iter facio, et *διά*. Cf. *δια-*

πορεύομαι, διέρχομαι) **a.**, διά, per: διοδεύω τόπον τινά, peragro, Act. 17, 1. — **b.**, δια, dis, i. e. in diversa loca, huc illuc, — iter dirigo, additis verbis: κατὰ πόλιν κ. κώμην, oppidatim vicatimque, Luc. 8, 1.

Διονύσιος, ου, ὁ, (a nomine: *Διονύσος*, Bacchus) Dionysius Areopagita (unus e iudicibus vel senatoribus, apud quos Paulus caussam dixit. Sunt, qui areopagi praesidem illum vel principem dicant. Probabiliter censet Chrysost. de Sacerdotio lib. 4. c. 7. eum Atheniensem fuisse. Omnium primus ecclesiae Atheniensi praefuit, ut e Dionysio Corinthio [v. Euseb. H. E. lib. 3. c. 4. et lib. 4. c. 13.] discimus; eandem eum dignitatem ab apostolo Paulo obtinuisse, ex Constitutt. apost. lib. 7. c. 46. et graecis latinisque martyrologiis constat. Glorioso Martyrio vitam absolvisse, ex testimonio Aristidis in Apologia traditur in martyrologiis Usuardi et Adonis. Ignis supplicium subiit, ut creditur, tempore Diocletiani.), Act. 17, 34.

Διόπερ, coniunctio, (ex διό, quare, et particula paragogica: πέρ, quae, ut affinis est praepositioni περί, idem exprimit, quod lat. circiter) ideo fere, darum nun eben, 1 Cor. 8, 13. 10, 14. 14, 13.

Διοπετής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (a Διός, Jovis, et πέτω s. πίπτω, cado) a Jove, i. e. de coelo delapsus τὸ διοπετές (sc. ἄγαλμα, simulacrum), simulacrum *Dianae* aureum, quod servabatur inclusum in templo Ephesino. (Coelitus delapsum esse aiebant, quoniam tantae vetustatis erat, ut eius artifex et origo ignoraretur. Eadem fama increbuerat de aliis quibusdam simulacris. Isidorus Pelusiota Ep. lib. 4, 207. docet, ethnicos interdum simulacrorum artifices vel interfecisse, vel in regiones ignotas proscripsisse, ut rude vulgus, auctores ignorans eo facilius sibi persuaderi pateretur, se illa simulacra Deorum munere accepisse. De simulacro Ephes. cf. Plinius H. N. 16, 40.) Act. 19, 35.

Διόρθωμα, τος, τό, (a v. διορθόω, prava et perversa corrigo) correctio, emendatio (Polyb. 3, 118, 3.), Act. 24, 3. (sed lectio codd. κατορθωμάτων.)

Διόρθωσις, εως, ἡ, (a v. διορθόω, v. διόρθωμα — proprie: directio eorum, quae aliquo modo excedunt et a recto declinant, v. c. membrorum fractorum vel distortorum in naturalem et moderatum statum) emendatio (Polyb. 5, 88. Diod. Sic. 1, 75.) Hebr. 9, 10. — οἱ ὁ Jes. 16, 5. 62, 7.

Διορύσσω (ττω), f. ξω, (ὀρύσσω, fodio, διά) perfodio — τί (v. c. τὸν οἶκον, τὴν οἰκίαν), Matth. 24, 43. (Luc. 12, 39.) — ὅπου διορύσσουσι, Matth. 6, 19. 20.

Διόσκουροι, ων, οἱ, (a Διός, Jovis et κόρος, puer, ion. κοῦρος. Attici scribunt: Διόσκοροι. Recentiores solo plurali utuntur, eoque ad formam Jonicam expresso: Διόςκουροι.) Dioscuri, Castor et Pollux (gemini fratres, Jovis et Ledae filii, fratres Helenae, natu maior Castor, minor Pollux; numina erant adversus tempestates propria et nautis religiosissima. — Olim maiores naves insigne aliquod in prora praeferebant; puppim vero imaginibus Deorum custodum vel praesidum consecrabant. Castor et Pollux in ipsa navigii fronte, in prora nempe, emicabant, totique navi nomen dabant.), Act. 28, 11.

Διότι, coniunctio: propterea quod, Luc. 1, 13. 2, 7. 21, 23. Act. 10, 28. 17, 31. 18, 10. 22, 18. Rom. 1, 19. 21. 3, 20. 8, 7. 1 Cor. 15, 9.

Gal. 2, 16. Phil. 2, 26. 1 Thess. 2, 8. 4, 6. Hebr. 11, 5. 23. Jac. 4, 3. 1 Petr. 1, 6. 24. 2, 6.

Διοτρεφής, έος (οῦς), ό, (nom. graec. ex Διός, Jovis, et τρέφω, nutrio, — nutritus a Jove, s. Jovis alumnus. Hom. Il. 1, 176. 2, 98. et 445.) Diotrephes (homo Christianus, in gentilismo natus, qui etiam postquam ad Christianismum transierat, animum retinuisse videtur ad idolorum cultum et alia gentilismi vitia propensiorem. Cum ibi degerit, ubi Caius, ad quem tertia Joannis epistola scripta est, haud improbabilis eorum est opinio, qui eum Corinthi vixisse ibique presbyterum fuisse putant. Cf. Rom. 16, 23. 1 Cor. 1, 14. Reprehendit in eo apostolus, quod fastuosus et insolens erat et eos, qui e suo coetu alios ad religionem Christianam adductum exierant, cum advenis reversos excipere nolebat.), 3 Joh. v. 9. et 10.

Διπλόος (οῦς), όη (ῆ), όον (οῦν), duplex (cf. τριπλοῦς, τετραπλοῦς, triplex, quadruplex) 1 Tim. 5, 17. Apoc. 18, 6. — Comparat. διπλότερος (a forma positivi in graecitatem seriorem invecta: διπλός) Matth. 23, 15. (διπλότερον ὑμῶν, duplo maiorem vobis.)

Διπλόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. διπλόος, qu. v.) duplico, Apoc. 18, 6. (διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ, i. e. reddite ei duplicatam mensuram malorum, quae vobis intulit. Cf. Jes. 61, 7. Jerem. 50, 15. Zach. 9, 12.)

Δίς, adv. bis, Marc. 14, 30. 72. Luc. 18, 12. (δὶς τοῦ σαββάτου, bis hebdomade) Phil. 4, 16. et 1 Thess. 2, 18. (ἅπαξ κ. δίς, semel iterumque) Jud. v. 12. (δὶς ἀποθανόντα, bis i. e. omnino emortuae.)

Διστάζω, f. σω, (propr. in bivio sto, nesciens quam viam ingrediar) dubito, Matth. 14, 31. 28, 17. (text. rec. οἱ δὲ ἐδίστασαν. Si coniecturae locus esset, commendabilis foret lectio: οἱ δε διέστησαν.)

Δίστομος, ον, ό, ή, (ex δί et στόμα, os, cf. δίλογος) geminum os habens (ut v. c. fluvius) — duplicem aciem (στόμα, acies) habens — μάχαιρα δίστομος, Hebr. 4, 12. (cf. Jes. 49, 2. Coh. 12, 11.), ῥομφαία, Apoc. 1, 16. 2, 12.

Δισχίλιοι, αι, α, (ex δίς, bis, et χίλιοι, mille) bis mille, duo millia, Marc. 5, 13.

Διϋλίζω, f. σω, (ὑλίζω, colo, i. e. faecibus, sordibus purgo transfundendo per colum. Legitur hoc verb. apud Artemid. 4, 50. διϋλίζειν τὸν οἶνον. Dioscor. 2, 86. διὰ ῥάκους λινοῦ διϋλισθέν — διϋλίζειν εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, Galen. de comp. med.) excolo, τί, Matth. 23, 24.

Διχάζω, f. σω, (ab adv. δίχα, bipertito — i. q. δίχα ποιῶ. Cf. ἕπταχα) disseco s. discindo in duas partes. Metaph. διχάζω τινὰ κατά τινος, odium alicuius excito contra aliquem (Mich. 7, 6.) Matth. 10, 35. v. Διαμερίζω.

Διχοστασία, ας, ή, (cohaeret cum adi. verbali: διχόστατος, a δίχα et ἵστημι, colloco: separatim collocatus) dissidium — pl. Rom. 16, 17. (διχοστασίας ποιεῖν) — factiones, 1 Cor. 3, 3. Gal. 5, 20. (διχοστασίαι, αἱρέσεις.)

Διχοτομέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. διχοτόμος, in duas partes dissecans, ex δίχα et τέμνω) in duas partes disseco (Ex. 20, 17.) — τινά, **α.**, propr. corpus alicuius medium disseco. Peragi solebat id, quod hac formula exprimitur, in corporibus captivorum et reorum, et fuit hoc crudelissimum supplicii genus

usu receptum apud Chaldaeos (Dan. 2, 5. 3, 29.), Hebraeos (2 Sam. 12, 31. 1 Reg. 3, 25. cf. Hebr. 11, 37.), Aegyptios (Herodot. 3, 13.), Graecos (Diod. Sic. 1, 2.) et Romanos (Sueton. Calig. c. 27. Liv. 1, 28. 8, 24. Gell. 20, 1.). — **b.**, flagellis discindo, dilacero, supplicio afficio aliquem; — *διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμός* etc. Matth. 24, 51. (Luc. 12, 46. — Sunt, qui haec de dissectione sensu proprio — v. sub a. — dicta putent. At obstat huic interpretationi id, quod herus, *τὸν δοῦλον διχοτομήσας*, porro facturus dicitur. Nam si servum deinceps potest in carcerem coniicere, sponte intelligitur, illum non dissectum esse, sed adhuc vivere.)

Διψάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. *ἡ δίψα*, sitis — 3. praes. att. *διψῇ*, e dialecto Macedonica: *διψᾷ* — Joh. 7, 37. Rom. 12, 20.) — *sitio*, **a.**, absol. *α.*, sensu proprio: Matth. 25, 35. 37. 42. 44. Joh. 19, 28. Rom. 12, 20. 1 Cor. 4, 11. — *β.*, in oratione symbolica: Joh. 4, 13. 14. 15. 6, 35. 7, 37. Apoc. 7, 16. (coll. v. 17.) 21, 6. 22, 17. (Ps. 62, 2. Sirac. 24, 23. Jes. 55, 1. al.) — **b.**, *τί:* metaph. vehementer appeto aliquid (Xen. Cyrop. 5, 1, 1. — Cic. Philipp. 5, 6. sitire honores — Gell. 12, 2. hominem pecuniae sitientem. Graeci fere semper cum genitivo construunt) Matth. 5, 6. (*τὴν δικαιοσύνην.*)

Δίψος, *εος* (*ους*), *τό*, sitis, 2 Cor. 11, 27.

Δίψυχος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (ex *δι* et *ψυχή*. Cf. *δίλογος*, *δίστομος* — duplex animo) anceps, perfidus, Jac. 1, 8. 4, 8.

Διωγμός, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *διώκω*, 3. perf. p.) persecutio, Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17.) Marc. 10, 30. Act. 8, 1. 13, 50. Rom. 8, 35. — pl. 2 Cor. 12, 10. 2 Thess. 1, 4. 2 Tim. 3, 11. (*ὑποφέρειν.*)

Διώκτης, *ου*, *ὁ*, (a v. *διώκω*, persequor, 3. perf. pass.) persecutor, 1 Tim. 1, 13.

Διώκω, f. *ώξω*, ap. veteres: *διώξομαι*, (forsitan a verbo obsol. *ὤσσω*, f. *ὤξω*, perf. *ὦκα*, unde *ὦκα*, *ὠκύς*, *παλίωξις*, Hom. Il. 12, 71. — et *δια*) persequor, — *τινά*, vel *τί*. — **a.**, *τινά*, *α.*, sector (anquiro), aliquem, Luc. 17, 23. — *β.*, hostili animo aliquem peto, Matth. 5, 11. 12. 44. 10, 23. Luc. 21, 12. Joh. 5, 16. 15, 20. Act. 7, 52. 9, 4. 5. (22, 7. 26, 14.) Rom. 12, 14. 1 Cor. 15, 9. Gal. 1, 13. Apoc. 12, 13. — Pass. *διώκομαι*, persecutionem patior, 2 Tim. 3, 12. — *διά τι*, Matth. 5, 10. — *τινί*, per aliquid, Gal. 6, 12. — *διώκω τινὰ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν*, Matth. 23, 34. — *διώκω τινὰ ἕως* (*τῆς πόλεως*) vel *εἰς τὴν πόλιν*, Act. 26, 11.

b., *τί:* *α.*, sens. prop. persequor, i. e. curro, ut assequar aliquid (ut *καταλαμβάνω*), Phil. 3, 12. — *ἐπί τι*, v. 14. (*ἐπὶ τὸ βραβεῖον*, verte: unum vero, quae pone me sunt negligens, persequor, dum scopum intuens cursum dirigo ad praemium, vocatione coelesti per Christum mihi oblatum) — *β.*, trop. rem aliquam assequi (*καταλαβεῖν*) nitor — *δικαιοσύνην*, Rom. 9, 30. — *νόμον δικαιοσύνης*, v. 31. (distinguitur h. l. inter *τό διώκειν*, et *τό φθάσαι εἰς*) — rei alicui studeo: *διώκ. τὴν φιλοξενίαν*, Rom. 12, 13. (*τὰ τῆς εἰρήνης*) 14, 19. (*εἰρήνην*, *ἁγιασμόν*, Hebr. 12, 14. 1 Petr. 3, 11. h. l. iunct. cum *ζητεῖν*) — *τὴν ἀγάπην*, 1 Cor. 14, 1. — *τὸ ἀγαθόν*, 1 Thess. 5, 15. — Opponitur *τό· φεύγειν τι*, 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22.

Δόγμα, *τος*, *τό*, (a v. *δόκω*, s. *δοκέω*, perf. pass. *δέδογμαι*) decretum, placitum, Luc. 2, 1. (Dan. 2, 15.) — plur. Act. 16, 4. (*τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων*) 17, 4. (*ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι*) — decreta, i. e. praecepta ritualia, Eph. 2, 15. (*τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν* [i. q. *ἐντεταλμένων*] *ἐν δόγμασι*) Col. 2, 14. (*τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον* [*γεγραμμένον*] *ἐν δόγμασι*, chirographum, quod ad nos de debito appellandos et convincendos placitis perscriptum exstabat.)

Δογματίζομαι, f. *ίσομαι*, (med. verbi *δογματίζω*, decretum facio, a voc. *δόγμα*, qu. v. — Diog. Laërt. 3, 51. *δογματίζειν ἐστὶ δόγμα τιθέναι*) decreta, placita amplector, Col. 2, 20. (cum hoc verbo h. l. construenda videntur sequentia: *κατὰ τὰ ἐντάλματα κ. διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων*.)

Δοκέω (*ῶ*), f. *δόξω*, (ab obsol. *δώκω* — cognatum est verbo *δέχω*, *δέχομαι* [*δέκω*, *δέκομαι*, unde *δόκος*, sumtio, opinio]. Frequentatur vox: *δοκῶ* et: *δοκεῖ μοι*.) **a.**, ***δοκῶ***, opinor — *α.*, seq. acc. c. inf. (ut et ap. Graec.) Marc. 6, 49. (*ἔδοξαν φάντασμα εἶναι*) 1 Cor. 12, 23. (*ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι*) 2 Cor. 11, 16. (*μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι*) — Luc. 24, 37. (*ἐδοκοῦν πνεῦμα θεωρεῖν*) Joh. 5, 39. (*ὅτι δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ἔχειν*) 16, 2. Act. 12, 9. 27, 13. 1 Cor. 3, 18. 7, 40. 8, 2. 10, 12. 14, 37. Gal. 6, 3. Hebr. 4, 1. — Nonnumquam *δοκῶ* cum inf. constructum signif. mihi animum induco, hoc illudve facere s. mihi videor id facere *posse*, Matth. 3, 9. (*μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς*) 1 Cor. 11, 16. (*εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι*) Phil. 3, 4. (*εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκί*) — Concisius dicta: Luc. 8, 18. (*ὃ δοκεῖ*, scil. *αὐτὸς ἔχειν*) Matth. 24, 44. (Luc. 12, 40. *ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε*, *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται*, pro: *ὁ υἱὸς τ. ἀνθρ. ἔρχεται ταύτῃ ὥρᾳ*, *ᾗ οὐ δοκεῖτε αὐτὸν ἔρχεσθαι*) — *β.*, seq. *ὅτι*, opinor, Matth. 6, 7. (*δοκοῦσι ὅτι .. εἰςακουσθήσονται*) 26, 53. Luc. 12, 51. 13, 2. 4. 19, 11. Joh. 5, 45. 11, 13. 13, 29. 20, 15. 1 Cor. 3, 18. 4, 9. 2 Cor. 12, 19. Jac. 4, 5. — Luc. 17, 9. (*μὴ χάριν ἔχει; οὐ δοκῶ*) — *γ.*, *δοκῶ* — post pronom. interrog. *ὡς ἐν παρενθέσει* positum, Hebr. 10, 29. (*πόσῳ*, *δοκεῖτε*, *χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας*.)

b., *δοκῶ*, in me honor est (v. *δόξα*), et *δοκῶ τινι*, videor alicui, — *α.*, *δοκῶ*, Luc. 22, 24. *τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων*) Marc. 10, 42. (*οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, in quibus honor est imperandi gentibus, cf. Dan. 13, 6. *οἳ ἐδόκουν κυβερνᾷν τὸν λαόν*) Gal. 2, 6. (*οἱ δοκοῦντες εἶναί τι*) v. 9. — videor, Act. 17, 18. (*ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι*. Sed potest et h. l. enarrari: speciem prae se fert eius, qui nova daemonia annuntiaturus est.) 1 Cor. 12, 22. Hebr. 12, 11. 2 Cor. 10, 9. (*ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς*, ne existimer fortasse terrorem vobis per epistolas incutere.) — *β.*, *δοκῶ τινι*, א., *τί σοι δοκεῖ*, interrogatio praemissa alteri interrogationi directae, Matth. 17, 25. (*τί σοι δοκεῖ; οἱ βασιλεῖς .. ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον;*) 18, 12. 21, 28. et 31. — *τί ὑμῖν δοκεῖ;* quid censetis? Matth. 26, 66. (Marc. 14, 64. *τί ὑμῖν φαίνεται;*) — *τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ Χριστοῦ* etc. Matth. 22, 42. — ב., *τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;* quid putatis? putatisne, eum non venturum esse ad festum? Joh. 11, 56. — ג., seq. inf. vel accus. c. inf. Luc. 10, 36. (*τίς δοκεῖ σοι γεγονέναι ..*) Act. 25, 27. — ד., *ἔδοξέ μοι*, mihi visum est, placuit mihi, seq. inf. aor. Luc. 1, 3. Act. 15, 22. 25. 34. — inf. praes. Act.

15, 28. (ita δοκεῖ et ἔδοξέ μοι ap. Xenoph. Lucian. al.) 26, 9. (mihi visus sum) — κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, pro ipsorum arbitrio, Hebr. 12, 10.

Δοκιμάζω, f. άσω, (a voc. δόκιμος, qu. v.) **a.**, *probo* (i. e. exploro, an aliquid probum [δόκιμον] sit), prüfen, — α., τινά vel τί, Luc. 14, 19. Rom. 2, 18. Phil. 1, 10. — 1 Cor. 11, 28. (ἑαυτόν) 2 Cor. 13, 5. 16, 3. Gal. 6, 4. 1 Thess. 5, 21. — Pass. 1 Petr. 1, 7. 1 Tim. 3, 10. — β., seq. interrog. indir. Rom. 12, 2. 1 Cor. 3, 13. Eph. 5, 10. — seq. εἰ, an, 1 Joh. 4, 1. — γ., seq. inf. 1 Thess. 2, 4. (καθὼς δεδοκιμάσμεθα πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, sicut a Deo digni iudicati sumus, quibus evangelium committeretur) 2 Cor. 8, 22. ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, quem saepe in multis probando cognovimus solertem esse) — **b.**, probum iudico, seq. infin. Rom. 1, 28. (οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. His opponit auctor: εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδιδόναι — obiter: ἔχειν est ergo: tenere) 14, 22. (μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ [τούτῳ, ὅ] δοκιμάζει, i. e. beatus ille, cui non sua ipsius probitas dubia est in eo, quod probum iudicat.) Referri huc potest 1 Thess. 2, 4. v. γ. sub a. — **c.**, ad certas notas diiudico, Luc. 12, 56. (τὸ πρόςωπον τῆς γῆς κ. τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν. Cf. Matth. 16, 3. τὸ . . . γινώσκετε διακρίνειν.)

Δοκιμασία, ας, ἡ, probatio, exploratio; Hebr. 3, 9. in codd.

Δοκιμή, ῆς, ἡ, (ab adi. δόκιμος) **a.**, experimentum (id, quo fides exploratur, Prüfung), 2 Cor. 8, 2. (ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως) — **b.**, probatio (Bewährung), Rom. 5, 4. (ἡ ὑπομονὴ κατεργάζεται δοκιμήν) — **c.**, probata fides (Bewährtheit), 2 Cor. 2, 9. Phil. 2, 22. — **d.**, specimen, comprobatio (Probe), 2 Cor. 9, 13. 13, 3.

Δοκίμιον, ίου, τό, (a voc. δόκιμος), id, quod se probum probanti exhibet — τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως, id, quod in fide probum est, probitas fidei, 1 Petr. 1, 7. (comparatur h. l. cum auro, atque dicitur id, quod in fide probum reperitur, auro longe pretiosius esse) Jac. 1, 3. (τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.)

Δόκιμος, ον, ὁ, ἡ, (a v. δέχω, s. δέκω) — **a.**, acceptus, s. acceptabilis, Rom. 14, 18. (εὐάρεστος τῷ θεῷ κ. δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις) — **b.**, probatus (propr. de nummis. Cf. Gen. 23, 16. 2 Chron. 9, 17.); de homine: probatus, spectatus, is, qui est spectatae fidei et probitatis, Rom. 16, 10. 2 Cor. 10, 18. 2 Tim. 2, 15. Jac. 1, 12. (h. l. homo dicitur probari πειρασμῷ, v. 1.) — Opp. ἀδόκιμος, 2 Cor. 13, 7. — absol. pl. οἱ δόκιμοι, ii, qui probatae fidei sunt, 1 Cor. 11, 19.

Δοκός, οῦ, ὁ, (a v. δέχω s. δέκω — id, quod aliud quid sustinet) trabs, tignum ligneum, Matth. 7, 3. 5. Luc. 6, 41. 42.

Δόλιος, ία, ιον, (a voc. δόλος, qu. v.), fraudulentus, — ἐργάται δόλιοι, 2 Cor. 11, 13.

Δολιόω (ῶ), f. ώσω, (ab adi. δόλιος, qu. v.) decipio — ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν (3. pl. imperf. e dialecto Alexandrina, pro: ἐδολίουν), Rom. 3, 13. (ex Ps. 5, 10.)

Δόλος, ου, ὁ, (a v. δέλω, inesco; v. supra δελεάζω) esca (Köder. Hom. Od. 12, 252.), dolus, fraus, Matth. 26, 4. (κρατεῖν τινα δόλῳ) (Marc. 14, 1.

ἐν δόλῳ; cf. 2 Cor. 12, 16. (λαβεῖν τινα δόλῳ) Marc. 7, 22. — Joh. 1, 48. (ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι) Act. 13, 10. (πλήρης δόλου) Rom. 1, 29. (μεστὸς δόλου) 1 Thess. 2, 3. (ἡ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐστι ἐν δόλῳ — non ita fit, ut dolus ei subsit) 1 Petr. 2, 22. et Apoc. 14, 5. (ex Jes. 53, 9. cf. Joh. 8, 45. 46.) 1 Petr. 3, 10. (λαλεῖν δόλον) (Jes. 53, 4.)

Δολόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. δόλος, qu. v.) fuco (schminken), — 2 Cor. 4, 2. δολοῦν τὸν λόγον τ. θεοῦ, doctrinae Dei admiscere verba blanda ac dolosa. Vulg. adulterare.

Δόμα, τος, τό, (a v. δόω, δίδωμι, perf. pass. δέδομαι) donum, Matth. 7, 4. Luc. 11, 13. Eph. 4, 8. Phil. 4, 17.

Δόξα, ης, ἡ, (a v. δόκω s. δοκέω, aor. 1. ἔδοξα) **a.,** sententia (Diod. Sic. 2, 29.), opinio (Xen. Mem. 3, 12, 2.) — **b.,** honor (commodum eius, qui ab aliis magni aestimatur, opp. αἰσχύνη), Luc. 14, 10. (ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον πάντων) Joh. 5, 41. (δόξαν λαμβάνειν παρά τινος) 44. 7, 18. (ζητεῖν τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν, et ζητεῖν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος θεοῦ) 8, 50. 54. 11, 4. ὑπὲρ τῆς δόξης τ. θεοῦ) 12, 43. (ἀγαπᾷν τὴν δόξαν [bonam existimationem] τῶν ἀνθρώπων) — 1 Cor. 10, 31. (πάντα ποιεῖτε εἰς δόξαν θεοῦ, in Dei honorem, i. e. ut Deum honoretis) Phil. 1, 11. (εἰς δόξαν κ. ἔπαινον θεοῦ) Phil. 3, 19. (opp. αἰσχύνη) — 1 Cor. 2, 7. (εἰς δόξαν ἡμῶν, ut nos eximios redderet) — homo aliquis δόξα τινός: i. e. is, in quo alterius dignitas conspicua est, 1 Cor. 11, 7. (.. ἀνὴρ ἐστι εἰκὼν κ. δόξα θεοῦ, γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός) 2 Cor. 8, 23. (οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν [εἰσὶ] δόξα Χριστοῦ, i. e. ii, quorum studia et mores Christo honori sunt. Alii: ii, per quos gloria Christi illustratur.) 1 Thess. 2, 20. (ὑμεῖς ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν κ. ἡ χαρά) — δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, Luc. 17, 18. (declarantes, se sanatos esse beneficio Dei) Joh. 9, 24. (δὸς δόξαν τῷ θεῷ — iudicialis formula qua iudices iusiurandum postulabant [Jos. 7, 19. 1 Sam. 6, 5.] monebantque reum, ut vera loqueretur, veluti coram Deo), Act. 12, 23. (Herodes Agrippa morbo lethali correptus, quia non ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ θεῷ, i. e. quia honorem sibi tribui sivit summo numini proprium) Rom. 4, 20. (Abraamus auctus est fide δοὺς δόξαν τῷ θεῷ, quia nefas putabat Deo diffidere.)

c., laus, celebratio (i. e. agnitio virtutis *verbis* expressa; — verba, quibus alicuius virtus celebratur), α., laus — ζητεῖν δόξαν ἔκ τινος, 1 Thess. 2, 6. — Rom. 3, 23. — β., celebratio, Lobpreisung, Phil. 1, 11. (εἰς δόξαν κ. ἔπαινον θεοῦ) 2, 11. — in doxologiis (formulis ad exprimendam Dei laudem effictis): θεῷ ἡ δόξα (ἔστω) et ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, i. e. celebretur Deus, — Luc. 2, 14. 19, 38. Rom. 11, 36. 16, 27. Gal. 1, 5. Eph. 3, 21. Phil. 2, 12. ἐξόμολογεῖσθαι εἰς δόξαν τ. πατρός, ὅτι .. κύριος) 4, 20. 1 Tim. 1, 17. (τιμὴ κ. δόξα) 2 Tim. 4, 18. — Apoc. 4, 9. (δοῦναι δόξαν τῷ ... — ut 11, 13. 19, 7. cf. 21, 24.) 11. (ἄξιος λαβεῖν τὴν δόξαν κ. τὴν τιμήν) 5, 12. 13. 7, 12. — **d.,** gloria; εἰς δόξαν τινός (v. c. Dei) fieri vel tendere ea dicuntur, quibus alicuius virtus ac praestantia conspicua redditur, in luce ponitur, illustratur — Verherrlichung, Luc. 2, 32. Joh. 11, 4. Rom. 3, 7. (ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ) 15, 7. 2 Cor. 1, 20. (τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν) 8, 19. (videntur h. l. verba sic construenda ac legenda esse: ὑφ' ἡμῶν. Πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν [ita legendum videtur, non: ἡμῶν] στελ-

λόμενοι τοῦτο, i. e. ad Dei gloriam et vestram liberalitatem illustrandam hoc instituentes.)

δ., ἐπί τι, super, auf, refertur ad tempus notans temporis terminum, ad quem aliquid *adscenderit*, — ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία, auf drei Jahre, Luc. 4, 25. — ἐπὶ τρίς, Act. 10, 16. — ἐπὶ ἡμέρας πλείους, Act. 13, 31. 16, 18. 17, 2. 27, 20. Hebr. 11, 30. — ἐπὶ πλείονα χρόνον, Act. 18, 20. 19, 8. 10. 34. — ἐφ' ὅσον χρόνον, Rom. 7, 1. 1 Cor. 7, 39. Gal. 4, 1. (Xen. Anab. 6, 6, 36.) — ἐφ' ὅσον, quamdiu, Matth. 9, 15. 2 Petr. 1, 13. — ἐφ' ἱκανόν, satis diu, Act. 20, 11. — ἐπὶ πολύ, diu, Act. 28, 6. — ἐπὶ πλεῖον, diutius, Act. 4, 17. 20, 9. 24, 4. 2 Tim. 2, 16. 3, 9. (Aelian. V. H. 1, 20.)

𝔟., ἐπί τι s. τινα iunctum cum verbis motus (eundi, veniendi, adducendi) saepe spectari iubet τὸ· ἐπί τινος, (coram aliquo) tamquam terminum motus — vor Jemand hin, Matth. 5, 23. (ἐὰν προσφέρῃς . . ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, — coll. v. 24. ἔμπροσθεν) ἐπὶ ἡγεμόνας, Matth. 10, 18. (ἄγεσθαι) Luc. 12, 11. (ἐπὶ τὰς συναγωγάς) 58. (ἐπ' ἄρχοντα) 21, 12. 23, 1. Act. 9, 21. 16, 19. 25, 12. — adde: Matth. 27, 27. Marc. 5, 21. 2 Thess. 2, 1. (ἐπισυναγωγὴ ἐπ' αὐτόν) — ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ, abire ad te, i. e. ut starent coram te, Act. 24, 8.

𝔠., ἔρχεσθαι ἐπί τινα τόπον, auf den Ort, i. e. hin an den Ort, Matth.

3, 7. 13. de devenientibus ad terminum, Matth. 12, 28. Luc. 11, 20. 19, 5. Act. 8, 36. 12, 10. 12. Joh. 19, 33. — *κατάγειν ἐπί*, Luc. 5, 11. *ὁδηγεῖν*, Apoc. 7, 17.

d., *ἐπί τινα*, de iis, qui petunt aliquem, auf Jemand los oder zu v. c. *καταδραμεῖν*, Act. 21, 32. -*ἐξέρχεσθαι ἐπὶ λῃστήν*, Matth. 26, 55. (Marc. 14, 48. Luc. 22, 52.) Luc. 14, 31. — Ita quoque cum verbis *ἀναστῆναι*, *ἐγερθῆναι*, *ἐπεγείρειν διωγμὸν ἐπί τινα*, *μερισθῆναι ἐπί τ.*, Matth. 10, 21. 12, 26. (Marc. 3, 24. 25. 13, 12. 24, 7. (Marc. 13, 8. Luc. 21, 10.) Luc. 11, 17. 18. 12, 53. Act. 13, 50. — *ἐπαίρειν ἐπί* (ut ictus veniat super), Joh. 13, 18. — *συναχθῆναι ἐπί τινα*, Act. 4, 27. — *τολμᾷν*, 2 Cor. 10, 2. — *βρύχειν τοὺς ὀδόντας ἐπί τινα*, Act. 7, 54. — *ὑπεραίρεσθαι ἐπί*, 2 Thess. 2, 4. (not. *ἐπί* h. l. non est ultra, sed phrasis de eo dicitur, qui se supra se ipsum tollit, ut hostiliter petat Deum) — Act. 17, 14. (*πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν*, iter facere quasi peteret mare, navem aliquam conscensurus.)

Not. *ἐπί τι* in N. T. non est *α.*, eo consilio, ut; — nam Matth. 3, 7. *ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ* non enarrandum est: eo consilio, ut baptismo suo obstringerentur, (vide Luc. 7, 30.), sed: vor seine Taufe hin (in locum, ubi baptismum administrabat). Cf. v. 13. *ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην* —; in altero loco Luc. 23, 48. *οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην* verba sic enarranda sunt: omnis turba eorum, qui una *aderant* congregati ad hoc spectaculum; die zusammen herbeigeströmt waren auf dieses Schaustück (wie auf den Mittelpunct). Nec est *β.*, versus — Matth. 3, 13. *ἐπὶ τὸν Ἰορδ.* non signif. versus Jordanem —; nec *γ.*, adversus; frustra enim ii, qui hunc significatum ponunt, ad locos provocant supra num. III. sub lit. d. allatos. — Nec *δ.*, respectu ad, Matth. 25, 21. 23. (v. de hoc. l. supra, n. III. *β.*) — nec *ε.*, ultra, drüber hinweg, 2 Thess. 2, 4. (v. supra n. 3. d.) Matth. 18, 12. (v. supr. n. 3. a. *γ.*) — multo minus *ζ.*, per, Luc. 4, 25. 18, 4.

Ἐπιβαίνω, f. *βήσομαι*, (*βαίνω*, *ἐπί*) **a.**, conscendo, — *ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον*, Matth. 21, 5. — *ἐπιβὰς πλοίῳ*, Act. 27, 2. — *ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον*, Act. 21, 6. — *ἐπιβάντες*, scil. *εἰς τὸ πλ.* 21, 2. — **b.**, ingredior seq. *εἰς*, Act. 20, 18. — *τῇ ἐπαρχίᾳ*, Act. 25, 1.

Ἐπιβάλλω, f. *βαλῶ*, (*βάλλω*, *ἐπί*) **a.**, iniicio, *τινί τι*, Marc. 11, 7. Matth. 21, 7. *ἐπέθηκαν*, Luc. 19, 35. *ἐπιῤῥίψαντες*) 1 Cor. 7, 35. — *τὶ ἐπί τι* s. *τινα* — *τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον*, manus admovere aratro (de araturis), Luc. 9, 62. — *τὴν χεῖρα*, *τὰς χεῖρας ἐπί τινα*, de iis, qui aliquem captivum ducturi sunt, Matth. 26, 50. (Marc. 14, 46.) Luc. 20, 19. 21, 12. Joh. 7, 39. 44. Act. 5, 18. 21, 27. — vel . . *τὰς χεῖράς τινι*, Act. 4, 3. — *ἐπέβαλε τὰς χεῖρας*, *κακῶσαί τινας*, Act. 12, 1. — *ἐπιβ. ἐπίβλημα ἐπὶ ἱμάτιον* (assuere), Luc. 5, 36. (Matth. 9, 16. *ἐπὶ ἱματίῳ*, Marc. 2, 21. *ἐπιῤῥάπτειν ἐπὶ ἱματίῳ*) — *ἐπιβαλὼν ἔκλαιε*, Marc. 14, 72. (Theophyl. pro: *ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν*, scil. *τὸ ἱμάτιον*, veste capiti iniecta flevit. Aliam quoque affert Theophyl. interpretationem hanc: *ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος*. Neutra textui satis apta videtur. Forsitan supplendum: *τὸν νοῦν*) — **b.**, intrans. *irruo*, Marc. 4, 37. — *τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας*, portio hereditatis, quae me contingit, Luc. 15, 12. (Tob. 6, 13. 1 Macc. 10, 30. — Poyb. 24, 1.)

Ἐπιβαρέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*βαρέω* s. *βαρύνω*, *ἐπί*) aggravo, onero, — *τινά*, 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 8. — 2 Cor. 2, 5. (distingue verba sic: *οὐκ ἐμὲ λελύ-*

πηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς, non uni mihi moestitiam attulit, sed vobis saltem ex parte, ne omnes vos huius criminis accusem. Certe inter vos reperti sunt, qui illi scelus exprobrarent, et hoc mihi satis est.)

Ἐπιβιβάζω, f. σω, (βιβάζω, ἐπί) conscendere facio aliquem aliquid, τινὰ ἐπί τι, Luc. 10, 34. 19, 35. Act. 23, 24.

Ἐπιβλέπω, f. ψω, (βλέπω, ἐπί) adspicio (oculos coniicio), ἐπί τινα, Luc. 1, 18. (cf. 1 Sam. 1, 11.) 9, 38. Jac. 2, 3.

Ἐπίβλημα, τος, τό, (a v. ἐπιβάλλω, perf. p.) id, quod iniectum est alicui rei (assutum super aliquam rem), i. q. ἐπίῤῥαμα, (οἱ ὁ Jes. 3, 22.) Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21. Luc. 5, 36.)

Ἐπιβοάω, ῶ, f. ήσω (βοάω, ἐπί) acclamo — seq. acc. c. inf. Act. 25, 24.

Ἐπιβουλή, ῆς, ἡ, (βουλή, ἐπὶ sc. τινα) consilium adversus aliquem initum, insidiae — Act. 9, 24. — γίνεταί τινι ἀπό τινος, Act. 20, 3. — μέλλει ἔσεσθαι εἴς τινα, Act. 23, 30. — pl. Act. 20, 19.

Ἐπιγαμβρεύω, f. σω, (γαμβρεύω, a voc. γαμβρός, gener, socer, affinis, i. e. uxoris frater, ἐπί) γυναῖκα, affinitatis iure (tamquam affinis) uxorem duco, Matth. 22, 24. (Deut. 25, 5. lex de leviratu — Gen. 38, 8.)

Ἐπίγειος, είου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ὅς ἐστι ἐπὶ τῆς γῆς) terrenus, terrestris (opp. ἐπουράνιος), σοφία ἐπίγειος, (opp. ἡ ἄνωθεν κατερχομένη) Jac. 3, 15. — σώματα ἐπίγ., (opp. ἐπουράνια) 1 Cor. 15, 40. — οἱ ἐπίγειοι, qui in terra habitant, Phil. 2, 10. — τὰ ἐπίγεια, quae in terra fiunt et ad terram pertinent (opp. τὰ ἐπουράνια), Joh. 3, 12.

Ἐπιγίνομαι, (γίνομαι, ἐπί) supervenio, oborior (de vento), Act. 28, 13. (Thuc. 3, 74. 4, 30.)

Ἐπιγινώσκω, f. γνώσομαι, (aor. 2. ἐπέγνων — γινώσκω, ἐπί) **a.**, accurate cognosco, 1 Cor. 13, 12. (distingu. h. l. γινώσκω ἐκ μέρους et ἐπιγινώσκω) **b.**, sentio (merken), τί, Marc. 5, 30. (ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν) Luc. 5, 22. (τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν) — seq. ὅτι, Luc. 1, 22. — **c.**, cognosco (animo approbante), τὴν χάριν τ. θεοῦ, Col. 1, 6. — τὴν ἀλήθειαν, 1 Tim. 4, 3. — τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, 2 Petr. 2, 21. — seq. ὅτι, Rom. 1, 32. 1 Cor. 14, 37. — **d.**, agnosco, τί, Luc. 1, 4. (τὴν ἀσφάλειάν τινος) Act. 12, 14. 27, 39. (locum) 2 Cor. 1, 13. — τὶ ἀπό τινος, Matth. 7, 16. 20. — τινά, recte novi, quis, qualisve aliquis sit, Matth. 11, 27. (Luc. 10, 22. γινώσκει τίς ἐστιν) 14, 35. 17, 12. Marc. 6, 33. 54. Luc. 24, 16. 31. 1 Cor. 16, 18. — τινὰ ὅτι, Act. 3, 10. 4, 13. 2 Cor. 1, 14. 13, 5. — **e.**, ἐπέγνων, certior factus sum (comperi), τί, de aliqua re, Act. 9, 30. 24, 8. — seq. ὅτι, Luc. 7, 37. 23, 7. Act. 22, 29. 28, 1. — seq. δι' ἣν αἰτίαν, Act. 22, 24.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, (a v. ἐπιγινώσκω) **a.**, accurata cognitio — κατ' ἐπίγνωσιν, secundum rectam cognitionem, Rom. 10, 2. — τινός, gen. obi. — gen. rei, Col. 1, 9. 1 Tim. 2, 4. (ἐπιγν. ἀληθείας) — 2 Tim. 2, 25. 3, 7. Tit. 1, 1. — gen. pers. speciat. de cognitione Dei, Eph. 1, 17. Col. 1, 10. 2 Petr. 1, 2. 3. — Rom. 1, 28. (θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, rectam Dei cognitionem tenere) — de cognitione Christi, Eph. 4, 13. 2 Petr. 1, 8. — **b.**, agnitio — τινός, gen. rei, Col. 2, 2. Philem. v. 6. — **c.**, sensus, das Innewerden (conscientia) — ἁμαρτίας, Rom. 3, 20. — **d.**, κατ' ἐξοχ. cognitio veri, Col. 3, 10.

Ἐπιγραφή, ῆς, ἡ, inscriptio (monetae), Matth. 22, 20. (Marc. 12, 16. Luc. 20, 24.) — (tabulae, i. q. τίτλος, Joh. 19, 19.) Luc. 23, 38. — ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ (caussae ipsius), Marc. 15, 26.

Ἐπιγράφω, f. ψω, (γράφω, ἐπί) insculpo, inscribo, — ἐπιγραφήν, Marc. 15, 26. τὶ ἔν τινι, Act. 17, 23. — ἐπί τι, Hebr. 8, 10. — ἐπί τινος, Hebr. 10, 16. — Pass. Apoc. 21, 12.

Ἐπιδείκνυμι, f. δείξω, (δείκνυμι s. δείκω, ἐπί) ostendo, monstro, — τινί τι, ostendo, i. e. in conspectum profero, Matth. 22, 19. (Luc. 20, 24. al. codd. δείξατε) — oculos alicuius in aliquid dirigo, Matth. 24, 1. (cf. Marc. 13, 1.) — spectandum praebeo, Luc. 24, 40. — Matth. 16, 1. (σημεῖον. Al. codd. δεῖξαι) — ἑαυτόν τινι Luc. 17, 14. — cognoscendum praebeo, Hebr. 6, 17. — seq. ὅτι, demonstro, Act. 18, 28. — Med. ἐπιδείκνυμαί τι, monstro, Act. 9, 39. — conspicuum reddo (in me) Hebr. 6, 11.

Ἐπιδέχομαι, f. δέξομαι, (δέχομαι, ἐπί) excipio, τινά, i. e. admitto aliquem (aditum ei do), 3 Joh. v. 9. — hospitio excipio aliquem, v. 10.

Ἐπιδημέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. ἐπίδημος, advena, peregrinus, is, qui in aliquam civitatem immigravit) versor in aliquo populo peregrinus, Act. 2, 10. 17, 21. (Lucian. Theophrast. Aelian. Xenoph.)

Ἐπιδιατάσσομαι (ττομαι), f. ξομαι, (ἐπί, διατάσσω) insuper dispono, constituto aliquid adiungo, Gal. 3, 15.

Ἐπιδίδωμι, f. δώσω, (ἐπί, δίδωμι) trado, i. e. **a.**, in manus do, Matth. 7, 9. 10. (Luc. 11, 11. 12.) Luc. 24, 30. 42. Joh. 13, 26. Act. 15, 30. Pass. Luc. 4, 17. — **b.**, permitto potestati et arbitrio alicuius, Act. 27, 15. (ἐπιδίδοντες scil. τὸ πλοῖον τῷ ἀνέμῳ. Sil. Ital. 11, v. 275. puppimque dat vento).

Ἐπιδιορθόομαι (οῦμαι). Med. verbi ἐπιδιορθόω (ἐπί et διορθόω) vel insuper corrigo, vel quae adhuc ordinanda restant ordino, Tit. 1, 5. (al. codd. διορθώσῃς.)

Ἐπιδύω, f. ύσω, (ἐπί, δύω) occido (de occasu solis) — ἐπί τινι, super aliquo, Eph. 4, 26. (Deut. 24, 15.)

Ἐπιείκεια, ας, ἡ, (a voc. ἐπιεικής, qu. v.) lenitas, aequitas, Act. 24, 4. (ἀκοῦσαι ἐπιεικείᾳ) — iunct. c. voc. πρᾳότητος, 2 Cor. 10, 1.

Ἐπιεικής, έος, (οῦς) ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἐπί et εἰκός, id, quod par est) aequus, lenis, modestus, 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. Jac. 3, 17. 1 Petr. 2, 18. — Neutr. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν, i. q. ἡ ἐπιείκεια ὑμ. Phil. 4, 5.

Ἐπιζητέω (ῶ), f. ήσω, (ἐπί, ζητέω) inquiro **a.**, propr. (quaero, investigo) — τινά, Act. 12, 19. — τί, Hebr. 11, 14. (τὴν πατρίδα) 13, 14. — **b.**, trop. appeto (lucrari studeo), Matth. 6, 32. (Luc. 12, 30.) 12, 39. Luc. 11, 29. 16, 4. (Marc. 8, 12.) Rom. 11, 7. Phil. 4, 17. — **c.**, περί τινος, Act. 19, 39. (si vero alia spectat quaestio vestra.)

Ἐπιθανάτιος, ία, ον, (ex ἐπί et θάνατος) morti addictus, 1 Cor. 4, 9. (Dion. Halic. Ant. 7, 35.)

Ἐπίθεσις, εως, ἡ, (ab ἐπιτίθημι, impono) impositio; — τῶν χειρῶν, impositio manuum, χειροθεσία, actus benedictionis, Matth. 19, 13. 15. (Marc. 10, 16.) sive sanationis, Matth. 9, 18. Marc. 6, 5.; praecipue autem ritus sacramentalis, quo ecclesia utitur **a.**, in impertiendo baptizatis sacramento confirma-

tionis) Act. 8, 18. — **b.**, in sacramento ordinis, 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. Hebr, 6, 2. (Cf. e V. T. Gen. 48, 13. Exod. 15, 19. 29, 10. Num. 27, 18—20. Deut. 34, 9. 2 Reg. 5, 11.)

Ἐπιθυμέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *ἐπί* et *θυμός*, animus) propr., animum in aliquid conversum teneo, ergo: concupisco; **a.**, absol., i. q. desidero, Jac. 4, 2. — cupiditatibus me duci patior, de iis, qui illicita appetunt, 1 Cor. 10, 6. Rom. 7, 7. 13, 9. (futur. pro imperat. ex Ex. 20, 14.) — *κατά τινος*, Gal. 5, 17. — **b.**, constr. *α.*, *τινός*, concupisco, appeto aliquid, Act. 20, 33. 1 Tim. 3, 1. (Xen. Mem. 1, 6, 5.) — de libidin. vener., — *γυναικός*, Matth. 5, 28. (al. codd. *αὐτήν*) — *β.*, seq. infin. vel aoristi, ut Matth. 13, 17. (Luc. 10, 24. *ἠθέλησαν*) Luc. 15, 16. 17, 22. 1 Petr. 1, 12. Apoc. 9, 6. (Xen. Cyr. 1, 4, 25.) — vel praesentis, ut Hebr. 6, 11. (Xen. Cyr. 1, 4, 6.) — *ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, vehementer appetii (Gen. 31, 30. Num. 11, 4.) Luc. 22, 15.

Ἐπιθυμητής, *οῦ*, *ὁ*, (ab *ἐπιθυμέω*) concupiscens, cupidus, studiosus; — *κακῶν*, 1 Cor. 10, 6. (Num. 11, 4.)

Ἐπιθυμία, *ας*, *ἡ*, (ex *ἐπί* et *θυμός*) **a.**, cupiditas, appetitus, desiderium, Luc. 22, 16. (v. *ἐπιθυμέω*) Phil. 1, 23. (*τὴν ἐπιθ. ἔχειν εἴς τι*, Deut. 1, 26.) 1 Thess. 2, 17. (*ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ*) Apoc. 18, 14. — pl., Marc. 4, 19. (*αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι.*) — **b.**, speciat., cupiditas, quae nititur in vetitum, Rom. 7, 7. 8. — **c.**, libido (sensuum illecebris excitata), Rom. 13, 14. Jac. 1, 14. 15. 2 Petr. 1, 4. — *ἐπιθυμία κακή*, Col. 3, 5. — pl., de cupiditatibus non satis temperatis, 2 Tim. 2, 22. 3, 6. — de libidinibus ea unice, quae suavia sunt, captantibus, 2 Tim. 4, 3. (*κατὰ τὰς ἐπιθ. τὰς ἰδίας*) 2 Petr. 3, 3. Jud. v. 16. 18. Tit. 3, 3. 1 Petr. 1, 14. 4, 2. 3. (Xen. Mem. 1, 2, 24.) — de cupiditatibus, unde peccata nascuntur, Rom. 6, 12. — item de pravis consiliis, quae ex malitia animi proficiscuntur, Joh. 8, 44. (*ποιεῖν τὰς ἐπιθ.*) — *ἡ ἐπιθ. σαρκός* praecipue de luxurie et lascivitate, 1 Joh. 2, 16. Gal. 5, 16. (*τελεῖν ἐπιθυμίαν σαρκός*) — pl., 2 Petr. 2, 18. Eph. 2, 3. (*πορεύεσθαι ἐν ἐπιθ. σαρκ.*) — *αἱ σαρκικαὶ ἐπιθ.*, 1 Petr. 2, 11. — *αἱ κοσμικαὶ ἐπιθ.*, Tit. 2, 12. cf. 1 Joh. 2, 17. — *ἐπιθυμία μιασμοῦ*, impura, 2 Petr. 2, 10. — *αἱ ἐπιθ. τῆς ἀπάτης*, Eph. 4, 22. — absol., de re venerea et amore impuro, 1 Thess. 4, 5. (Xen. Cyr. 1, 6, 34.)

Ἐπικαθίζω, f. *ίσω*, (*ἐπί* et *καθίζω*, sedere facio) intr., insideo, Matth. 21, 7. (text. vulg. *ἐπεκάθισαν.*)

Ἐπικαλέω (ῶ), f. *έσω*, (ex *ἐπί* et *καλέω*) **a.**, cognomino (*ἐπί* ergo notat nomen *additum*. Hinc *ἐπίκλησις*, cognomen, Hom. Il. 7, 138.), Matth. 10, 25. (codd. *ἐκάλεσαν*) — pass., *ὁ ἐπικαλούμενος*, qui cognomine utitur, Luc. 22, 3. Act. 10, 18. 11, 13. 12, 12. 15, 22. (Xen. Mem. 1, 4, 2.) i. q. *ὃς ἐπικαλεῖται*, Act. 10, 5. 32. — *ὁ ἐπικληθείς*, Matth. 10, 3. Act. 4, 36. 12, 25. i. q. *ὃς ἐπεκλήθη*, Act. 1, 23. — pass., cognominor, Hebr. 11, 16. (infinit. post *αὐτούς* per epexegesin additus, Ex. 3, 6.) — *τινά*, 1 Petr. 1, 17. *εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε*, si vobis patrem, i. e. si patrem vestrum cognominatis.

b., *ἐπικαλῶ τὸ ὄνομα ἐπί τινα*, nomen impono alicui; — pass., *ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου*, qui se mihi dicarunt, ex hebr. נִקְרָא שְׁמִי

עָלֵיהֶם, Act. 15, 17. (ex Amos. 9, 12. cf. 2 Sam. 12, 28. Deut. 28, 10. Jes. 63, 19.) Jac. 2, 7. (intelligitur nomen Christi.)

c., advoco, — Med., advoco mihi, *α.*, absol., de eo, qui Deum implorat, Act. 7, 59. (subaud. *τὸν κύριον.*) — *β.*, *ἐπικαλοῦμαί τινα μάρτυρα*, testem alique madvoco, i. e. ut testis mihi sit, 2 Cor. 1, 23. (Diod. Sic. 5, 79. *βοηθόν.*) — *τὸν κύριον*, Rom. 10, 12. 2 Tim. 2, 22. — *τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Act. 2, 21. 9, 14. 22, 16. Rom. 10, 13. 14. 1 Cor. 1, 2. — appello aliquem (ad aliquem provoco), Act. 25, 11. 28, 19. — perf. et plusqpf. pass. signif. media, Act. 25, 12. 26, 32. — appello, seq. inf. pass., Act. 25, 21. (ut asservaretur.) — *γ.*, *ἐπικαλοῦμαι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, Vulg. invoco nomen Dei, i. e. Deum veneror, Act. 9, 14. Rom. 10, 13. — *τὸν κύριον*, Rom. 10, 12.

Ἐπικάλυμμα, *τος*, *τό*, (ab *ἐπικαλύπτω*, q. v. — perf. pass.) tegumentum, velamentum, 1 Petr. 2, 16. (*τὴν ἐλευθερίαν ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας.*)

Ἐπικαλύπτω, f. *ψω*, (ex *ἐπί* et *καλύπτω*, tego) obtego; — *αἱ ἁμαρτίαι ἐπικαλύπτονται*, obteguntur, i. e. condonantur, Rom. 4, 7. (ex Ps. 31, 1.)

Ἐπικατάρατος, *ον*, *ὁ*, *ἡ*, *ον*, *τό*, (ex *ἐπί* et *κατάρατος*, diris devotus, a *καταράομαι*) exsecrabilis, poenis divinis obnoxius, oppon. *εὐλόγητος*, Joh. 7, 49. Gal. 3, 10, (Deut. 27, 26.) v. 13. (Deut. 21, 23.)

Ἐπίκειμαι, f. *-κείσομαι*, (*ἐπί* et *κεῖμαι*, iaceo) **a.**, iaceo in, superiaceo; — *ἐπί τινι*, Joh. 11, 38. (Xen. Oecon. 19, 13.) — de iis, quae lege imposita sunt, Hebr. 9, 10. — **b.**, urgeo, — de vento, Act. 27, 20. — *ἀνάγκη μοι ἐπίκειται*, 1 Cor. 9, 16. — *τινί*, urgeo aliquem, Luc. 5, 1. — insto, c. part., *ἐπέκειντο αἰτούμενοι*, Luc. 23, 23.

Ἐπικούρειος, *ον*, *ὁ*, Epicureus, sectae Epicuri, Atheniensis philosophi, addictus, Act. 17, 38.

Ἐπικουρία, *ας*, *ἡ*, (a v. *ἐπίκουρος*, — *οἱ ἐπίκουροι*, milites conductitii, militantes pro iis, quibus bellum illatum est) auxilium, Act. 26, 22. (Xen. Cyr. 6, 1, 52.)

Ἐπικρίνω, f. *νῶ*, (*ἐπί* et *κρίνω*) decerno, sententiam fero, seq. acc. c. inf., Luc. 23, 24.

Ἐπιλαμβάνομαι, f. *-λήψομαι*, (med. verbi *ἐπιλαμβάνω*, assumo) (prehendo, apprehendo, **a.**, *τινά*, Act. 9, 27. 16, 19. 18, 17. — **b.**, *τινός*, Matth. 14, 31. Luc. 9, 47. (Marc. 9, 36. *λαβών*) 14, 4. 23, 26. Act. 17, 19. 21, 30. 33. (Xen. Cyr. 7, 1, 31.) — *τῆς χειρός τινος*, Marc. 8, 23. Act. 23, 19. — de duce, ideoque metaph. de Deo, Hebr. 8, 9. — *ἐπιλ. τινος λόγου*, aliquem capio in sermone (i. e. arripio aliquid ab eo dictum, quod in sinistram partem verti potest), Luc. 20, 20. 26. (Marc. 12, 13. *ἀγρεύω τινὰ λόγῳ.* — Matth. 22, 15. *παγιδεύω τινὰ ἐν λόγῳ*) — Xen. Mem. 1, 2, 31. — *ἐπιλ. τῆς αἰωνίου ζωῆς*, arripio, apprehendo, i. e. eo annitor, ut potiar. 1 Tim. 6, 12. 19. — metaphora a duce desumta, succurro, opem fero alicui, Hebr. 2, 16. (cf. 8, 9. Sirac. 4, 12.)

Ἐπιλανθάνομαι, f. *ἐπιλήσομαι*, perf. *ἐπιλέλησμαι*, (med. verbi *ἐπιλανθάνω*, lateo, oblivisci facio, ex *ἐπί* et *λανθάνω*) pr., obliviscor; **a.**, *τί*,

negligo, non amplius curo, Phil. 3, 14. — Not.: partic. perf. ἐπιλελησμένος, significatione pass. oblivioni traditus, i. e. neglectus, Luc. 12, 6. — οἱ ὁ Jes. 23, 16. — **b.**, τινός, Hebr. 6, 10. 13, 2. 16. — **c.**, seq. inf. aor., ἐπελάθοντο λαβεῖν, Matth. 16, 5. Marc. 8, 14. — **d.**, seq. orat. indir., Jac. 1, 24.

Ἐπιλέγω, f. ξω, (ex ἐπί et λέγω) **a.**, cognomino, — pass. ἐπιλεγόμενος, Joh. 5, 2. — **b.**, eligo. Med. ἐπιλέγομαι, eligo mihi, Act. 25, 40. (οἱ ὁ Ex. 17, 9. 18, 25. — Diod. Sic. 3, 73.)

Ἐπιλείπω, f. ψω, (ἐπί et λείπω) deficio aliquem, ut Graeci dicunt: ἐπιλείπει μοι ὁ χρόνος, ἡ ἡμέρα, tempus, dies me deficit, ita Hebr. 11, 32.

Ἐπιλησμονή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιλήσμων, quod desc. a perf. pass. verbi ἐπιλανθάνομαι, — l. q. ἐπιλησμοσύνη et ἐπιλήσμη) oblivio, Jac. 1, 25. (ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, ex hebr. i. q. ἀκρ. ἐπιλήσμων, obliviosus.)

Ἐπίλοιπος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex λοιπός et ἐπί) reliquus, 1 Petr. 4, 2. (οἱ ὁ Levit. 27, 18. Deut. 19, 20. Jerem. 25, 20. Mich. 5, 3.)

Ἐπίλυσις, εως, ἡ, (a ἐπιλύω, q. v.) solutio, metaph., interpretatio, 2 Petr. 1, 20. (sens.: nullum vaticinium proprio hominum ingenio explicari potest, sed eius interpretatio exspectanda est ab eventu.)

Ἐπιλύω, f. σω, (ἐπί et λύω) **a.**, propr., solvo, dissolvo, quae sunt nodosa aut vinculis constricta, aut obsignata. — Hinc **b.**, expedio (rem controversam), dirimo, τί — Pass., Act. 19, 39. — **c.**, explico (id quod obscurum et intellectu difficile est), Marc. 4, 34. (οἱ ὁ Gen. 41, 12.)

Ἐπιμαρτυρέω (ῶ), f. ήσω, (ἐπί et μαρτυρέω) attestor, seq. acc. c. inf., 1 Petr. 5, 12. (οἱ ὁ 1 Reg. 2, 42. Neh. 9, 29.)

Ἐπιμέλεια, ας, ἡ, (ab ἐπιμελής, et hoc ab ἐπιμέλομαι, q. v.) cura, Act. 27, 3. (ἐπιμελείας τυχεῖν, curam nancisci, 1 Macc. 16, 14. 2 Macc. 11, 23.)

Ἐπιμέλομαι vel ἐπιμελέομαι (οῦμαι), (verb. depon. pass.) — τινός, curam alicuius rei vel hominis gero, Luc. 10, 34. 35. 1 Tim. 3, 5. (Xen. Mem. 1, 1, 19.)

Ἐπιμελῶς, adv., (ab adi. ἐπιμελής) diligenter, studiose, Luc. 15, 8. (Xen. Mem. 2, 4, 2.)

Ἐπιμένω, f. νῶ, (ex ἐπί et μένω, maneo) diutius maneo, diutius commoror; **a.**, propr. de commoratione in loco: ἐπιμ. ἐν (τόπῳ τινί), 1 Cor. 16, 8. — ἐν τῇ σαρκί, diutius vitam mortalem agere, Phil. 1, 24. — αὐτοῦ, ibi, Act. 21, 4. 15, 34. — ἐπί τινι, apud aliquem, Act. 28, 14. (Xen. Cyr. 5, 3, 52.) — πρός τινα, apud aliquem, 1 Cor. 16, 7. Gal. 1, 18. — quamdiu? Act. 10, 48. 21, 4. 10. 28, 12. 14. 1 Cor. 16, 7. — **b.**, trop., ἐπιμ. τινί, persevero, permaneo in, Act. 13, 43. Rom. 6, 1. (ἐπιμενοῦμεν; num permansuri sumus?) 11, 22. Col. 1, 23. 1 Tim. 4, 16. (imperat. praes.) — iunctum cum particip., pergo, Joh. 8, 7. Act. 12, 16. (cf. παύομαι, ἐκκακῶ, τελέω) v. μένω.

Ἐπινεύω, f. εύσω, (ἐπί et νεύω, nuo) adnuo, trop., (capitis nutu) polliceor, Act. 18, 20.

Ἐπίνοια, ας, ἡ, (ab ἐπινοέω, mente agito) cogitatio, consilium, Act. 8, 22. (Sap. 15, 4. — Thuc. 3, 46.)

Ἐπιορκέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἐπίορκος, q. v.) peiero (Aelian. V. H. 12, 8.), Matth. 5, 33. (fut. pro imperat., v. supr. ἐπιθυμέω, cf. Levit. 19, 12.)

Ἐπίορκος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἐπί, supra et ὅρκος, iuramentum) is, qui se supra iuramentum elevat, i. e. qui violat, periurus, qui fidem datam fallit, 1 Tim. 1, 10. (Xen. Ages. 1, 12.)

Ἐπιοῦσα, v. ἔπειμι.

Ἐπιούσιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, vulg. quotidianus, scil. ἄρτος, in locis Matth. 6, 11. Luc. 11, 3. Vox Graecis incognita. Luc. 11, 3. Vulgatus reddit: quotidianus. Ad Matth. 6, 11. monet Hieron. sese reddidisse *supersubstantialem* in Matthaeo, at nec quidquam se repugnante usu servatum esse quotidianum, cui vocabulo antiquae versionis adsueverit populus. — Sed quid vox: „supersubstantialis," significat? Alii ut Theophyl. Euthym. Cigab. interpretantur: ἐπιούσιον· τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη s. ἐπιτήδειον· At enimvero ἐπί non est: *ad*, sed: super; deinde ex ἐπί et οὐσία fingi quidem potuit ἐπούσιος, non autem ἐπιούσιος (quidquid obloquantur alii, exempla: ἐπίουρος, ἐπιόπτομαι, al. obtendentes) — ἐπιούσιος descendit ab: ἔπειμι, sequor, particip. ἐπ-ιών, ιοῦσα, ιόν. — ἡ ἐπιοῦσα (sc. ἡμέρα) est crastinus dies; ὁ ἐπιούσιος ergo is, qui τῆς ἐπιούσης est s. ad τὴν ἐπιοῦσαν pertinet. Atque sic praeclarus enascitur sensus: panem s. victum, quo *crastino* die opus habebimus, da nobis *hodie*. Non pugnat haec precatio cum Matth. 6, 25—34.

Ἐπιπίπτω, f. -πεσοῦμαι, aor. 2. ἐπέπεσον, (ex ἐπί et πίπτω) **a.**, irruo; — τινί, in aliquem, Marc. 3, 10. Act. 20, 10. — ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, ruo in amplexum alicuius, Luc. 15, 20. Act. 20, 37. (Gen. 46, 29.) — **b.**, recumbo, ἐπί τινα, capite in sinum alic. reclinato, Joh. 13, 25. — **c.**, incido in aliquem, ἐπί τινα, metaph. de vi, qua mens quasi corripitur, Luc. 1, 12. (φόβος) Act. 19, 17. 10, 10. (ἔκστασις) — item de Spiritu S., cuius afflatus et impulsus sentitur (ἦν ἐπιπεπτηκὼς ἐπί τινι, Act. 8, 16.) — ἔπεσεν ἐπί τινα, Act. 10, 44. 11, 15. (Ez. 11, 5.) — de tenebris, quibus aliquis quasi obruitur (cf. Aelian. V. H. 6, 7.), Act. 13, 11. (ἀχλὺς κ. σκότος) — de conviciis, quae in aliquem coniiciuntur, Rom. 15, 3. (ὀνειδισμοί) — cf. ἐπέρχομαι.

Ἐπιπλήσσω, ττω, f. ξω, (ex ἐπί et πλήσσω) unde lat. plecto, propr. **a.**, i. q. infligo, Hom. Il. 10, 500. — **b.**, ut lat. plecto: punio, reprehendo, obiurgo, increpo, 1 Tim. 5, 1. (Hom. Il. 12, 211. Polyb. 5, 25, 3.)

Ἐπιπνίγω, suffoco, Luc. 8, 7. (e lect. codd.) v. Ἀποπνίγω.

Ἐπιποθέω (ῶ), f. ήσω, (ex πόθος, desiderium, et ἐπί, quo denot. directio in aliquid, quod occupes) desidero, **a.**, seq. inf. aor., Rom. 1, 11. 2 Cor. 5, 2. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. — **b.**, τί, 1 Petr. 2, 2. — τινά, desiderio alicuius teneor, Phil. 2, 26. (Diod. Sic. 17, 101.) — absentem amore prosequor, 2 Cor. 9, 14. Phil. 1, 8. — absol., Jac. 4, 5. (πρὸς φθόνον, ad invidiam, s. ad aemulationem.) Hinc voc. seq.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, desiderium, 2 Cor. 7, 7. 11.

Ἐπιπόθητος, ου, ὁ, ἡ, desideratus, Phil. 4, 1. (iunct. cum ἀγαπητός.)

Ἐπιποθία, ας, ἡ, desiderium, Rom. 15, 23. (ἔχειν τοῦ.)

Ἐπιπορεύομαι, f. εύσομαι, (ex πορεύομαι et ἐπί, insuper) praeter alios iam congregatos (cf. ἐπισυνάγω, ἐπισυντρέχω) accedo; — πρός τινα, Luc. 8, 4.

Ἐπιῤῥάπτω, f. ψω, (ἐπί, super, et ῥάπτω, suo) adsuo, insuo, ἐπί τινι, Marc. 2, 21.

Ἐπιῤῥίπτω, f. ψω, (ἐπί, super, et ῥίπτω) iniicio, superiicio, ἐπί τι, Luc. 19, 35. (Marc. 11, 7. ἐπιβάλλω) Xen. Anab. 5, 2, 23. — οἱ ὁ Num. 35, 20. 22. Jos. 23, 4. — ἐπί τινα, 1 Petr. 5, 7. (Ps. 54, 23.)

Ἐπίσημος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ἐπί et σῆμα, signum) **a.**, signatus (Xen. Cyr. 4, 5, 40.), oppon. ἄσημος, quod v. — **b.**, insignis, sensu bono, Rom. 16, 7. — sensu malo, Matth. 27, 16. (Polyb. 18, 38, 1.)

Ἐπισιτισμός, οῦ, ὁ, (ab ἐπισιτίζω, et hoc a σῖτος, cibaria praebeo) frumentatio (Xen. Anab. 1, 5, 9.), cibaria, alimenta, Luc. 9, 12. (οἱ ὁ Gen. 42, 25. Jos. 9, 11. — Xen. Anab. 7, 1, 9.)

Ἐπισκέπτομαι, f. ψομαι, (ex ἐπί et σκέπτομαι) **a.**, inviso, oculis lustro, seq. interrog. indir., Xen. Mem. 4, 2, 25. — designo mihi τινά, aliquem (quem mihi eligam), Act. 6, 3. — **b.**, inviso, convenio, adeo aliquem, Act. 7, 23. 15, 36. (Jud. 15, 1. — Xen. Cyr. 5, 4, 10.) — metaph., de Deo beneficia et commoda alicui afferente, Luc. 1, 78. 7, 16. Hebr. 2, 6. ex hebr. (Gen. 21, 1. Ex. 4, 31. Ps. 8, 5. 79, 15.) — adde Luc. 1, 68. ubi adiungitur verbum de effectu ac certo beneficio dictum. — special., aegrotantem, Matth. 25, 36. 43. inopia laborantem, Jac. 1, 27. (Xen. Mem. 3, 11, 10.) — **c.**, seq. inf., Vulg. visito, Act. 15, 14. (ἐπεσκέψατο λαβεῖν, ex hebr., cf. Luc. 1, 25. ἐπεῖδεν ἀφελεῖν. v. ἐπεῖδον.

Ἐπισκευάζομαι, f. άσομαι, (med. verbi ἐπισκευάζω, ex ἐπί et σκευάζω, a σκεῦος, rebus necessariis instruo, v. c. ναῦν, ὑποζύγια, — ἵππους, sternere equos, Xen. H. G. 5, 3, 1.) me instruo (vasis aut suppellectili), Act. 21, 15. (codd. ἀποσκευασάμενοι, quod v. supra; sed ἐπισκευασάμενοι Chrysost. Oecumen. Theophyl.)

Ἐπισκηνόω (ῶ), f. ώσω, (ex ἐπί super, et σκηνόω a σκῆνος, τό, quod i. q. ἡ σκηνή) — ἐπί τινα, tentorium figo in aliquo, trop. me demitto in aliquem (cf. κατοικεῖν εἰς et ἀναπαύεσθαι ἐπί τινα), 2 Cor. 12, 9.

Ἐπισκιάζω, f. σω, (ex ἐπί et σκιά) obumbro; — **a.**, τινά, aliquem (Lucian. Tim. §. 66.) Matth. 17, 5. (Luc. 9, 34. sed Marc. 9, 7. τινί) — τινί (umbram spargo in aliquem), Act. 5, 15. (ἡ σκιὰ ἐπισκιάζει τινί, umbra incidit in aliquem.) — **b.**, τινί, — propr. umbras facere super aliquo, Luc. 1, 35.

Ἐπισκοπέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et σκοπέω, q. v.) inspicio, Aufsicht haben, seq. (ἵνα) μή, Hebr. 12, 15. 1 Petr. 5, 2. (seq. εἰ, Xen. Mem. 2, 1, 22.)

Ἐπισκοπή, ῆς, ἡ, (vox verbalis ἐπισκοπός, ἡ, όν ab ἐπισκέπτομαι. Feminino exprimitur notio communis s. abstracta. Cf. ἀρετή, γενετή, καταβολή, al.) **a.**, *inviso*, Luc. 19, 44. (τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου, i. e. τὸν καιρόν, ἐν ᾧ ἐπεσκέψατό σε ὁ θεός. Dic. Deus ἐπισκέπτεσθαι sensu bono hominem vel gentem, cui singularis curae ac providentiae edit specimina, v. ἐπισκέπτομαι. Ergo h. l. tempus, quo Deus tibi praesens salutem affert; cf. τοὺς ὁ Job. 10, 12.) 1 Petr. 2, 12. ἡμέρα ἐπισκοπῆς; aut latius dicitur tempus, quo se Deus praesentem facit legum suarum vindicem (cf. Jes. 10, 3.), aut strictiori sensu tempus, quo probos suos cultores praemiis afficiet (ad δοξάσωσι, cf. Jes. 52, 15. 53, 5. 6.). — **b.**, inspectio s. munus ἐπισκόπου,

inspectoris, i. e. antistitis coetus Christiani, 1 Tim. 3, 2. — *c.*, ex usu verbi hebr. פְּקֻדָּה (Num. 4, 16. 1 Chron. 24, 19. al.) munus, provincia, Act. 1, 20. (e Ps. 108, 8.)

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, (ab *ἐπισκέπτομαι*) inspector, is, cui cura commissa est, ut quae ab aliis agenda sunt, recte agantur, Jud. 9, 28. Nehem. 11, 9. 14. — (Apud Graec. fuerunt *ἐπίσκοποι* (*ἐπιμεληταί*), v. c. *ἀγώνων*, moderatores certaminum, Pollux. — et apud Athenienses *ἐπισκόπων* nomine etiam ii veniebant, qui quotannis in urbes ipsorum civitati subiectas mittebantur, ut quid a quoque ageretur, inviserent. Suid.) 1 Petr. 2, 25. (*ἐπὶ τὸν ποιμένα κ. ἐπίσκ. τῶν ψυχῶν ὑμῶν*, cf. Hebr. 13, 17.) — speciat., antistes coetus alicuius Christiani, Act. 20, 28. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. v. *ἐπισκοπή*.

Ἐπισπάω (ῶ), f. *άσω*, (ex *ἐπί* et *σπάω*, traho) attraho. Med., 1 Cor. 7, 18. (*μὴ ἐπισπάσθω*, scil. *ἀκροβυστίαν*, ne attrahat praeputium. Hesych. *μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα.* Nimirum apostoli aetate inter Christianos e Judaeis erant, qui, ne in balneis publicis Graeci in ipsis conspicerent circumcisionis vestigia, artificio naturam ad reparandum praeputium cogere studerent, ferro quodam, quod *σπασθήρ* dicebatur, residuam praeputii pelliculam extendentes s. eam, ut glandem operiret, attrahentes. vid. Celsus, lib. 7. v. 27. Eodem artificio iam usi erant Maccabaeorum tempore in persecutionibus Judaei, ne ab hostibus e circumcisione agnoscerentur, 1 Macc. 1, 16. — Jos. Antiq. 12, 5, 1. Hebraei eiusmodi *ἐπισπασθέντα* vocant מְשׁוּךְ, a מָשַׁךְ, attraxit.

Ἐπίσταμαι, (videtur esse med. verbi *ἐφίστημι* e forma Jonica. — Isocrat., Aristot. et seriores Graeci etiam *ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν, τὸν νοῦν, ἑαυτόν* dicunt pro: animum advertere, cogitationem defigere, quin eodem significatu *ἐπιστῆσαι* simpliciter, simili ellipsi, quali verba *προςέχειν, ἐπέχειν*, scil. *τὸν νοῦν*, et *προςβάλλειν* scil. *τὴν ὄψιν*, dicuntur. — Cf. nostr.: sich worauf verstehen) seq. inf. (Xen. Mem. 1, 1, 9.), ***a.***, *novi; τί*, Act. 18, 25. Jac. 4, 14. Jud. v. 10. — *τινά*, Act. 19, 15. — relatum ad ea, quae dicuntur et interpretanda sunt: *intellig*, Marc. 14, 68. 1 Tim. 6, 4. (Xen. Symp. 3, 6.) — ***b.***, *scio, α.*, seq. acc. c. partic., Act. 24, 10. (Xen. Anab. 6, 6. [4.], 17.) — *β.*, seq. *ὅτι*, Act. 15, 7. 19, 25. 22, 19. (Xen. Anab. 1, 4, 8.)

Ἐπιστάτης, ου, ὁ, (ab *ἐφίστημι*, praeficio) praefectus quicunque (rex, Xen. Cyr. 8, 1, 8. — paedotriba, Xen. Mem. 3, 5, 18. — gubernator navis, Xen. Oecon. 21, 3. — praefectus militiae, Anab. 2, 3, 7. — *ἐπιστ. ἐν τῷ δήμῳ*, Mem. 1, 1, 18. qui concionibus populi praeest. — *εἰς τἀργύρια*, qui praeest iis, qui in argenti fodinis occupantur, Mem. 2, 5, 2. — *οἱ ὁ* 2 Reg. 5, 16. 25, 19. Jerem. 29, 26. 2 Chron. 2, 2. Ex. 1, 11. 5, 14. 2 Chron. 31, 12.), *magister*, Luc. 5, 5. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13.

Ἐπιστέλλω, f. *ελῶ*, (*ἐπί, στέλλω*, ordino) literas scribo, *τινί*, alicui, Hebr. 13, 22. — per literas mando, Act. 21, 25. — seq. inf. consilium indicante (Aelian. V. H. 2, 5.) Act. 15, 20. (*τοῦ ἀπέχεσθαι:* hebr. לְ. infinitivis praefigi solitum.)

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (a v. *ἐπίσταμαι*, qu. v.) intelligens, peritus, Jac. 3, 13.

Ἐπιστηρίζω, f. ίσω, (ἐπί, στηρίζω, stabilio, a voc. στηρός — cf. nostr. stärken) insuper (magis) stabilio, confirmo — τινά, Act. 14, 22. (τὰς ψυχάς) 15, 32. 18, 23. (cf. Luc. 22, 32.)

Ἐπιστολή, ῆς, ἡ, (a v. ἐπιστέλλω) epistola, Act. 15, 30. 23, 25. 33. Rom. 16, 22. 1 Cor. 5, 9. 2 Cor. 3, 2. 2 Thess. 3, 17. — pl. Act. 9, 2, 22, 5. 2 Cor. 10, 10. 2 Petr. 3, 16. — δι' ἐπιστολῆς, 2 Thess. 2, 2. 3, 14. (coniunge cum: λόγῳ ἡμῶν) — δι' ἐπιστολῶν, 1 Cor. 16, 3. (videtur copulandum esse cum πέμψω) — ἐπιστολαὶ συστατικαί, epistolae commendatitiae, 2 Cor. 3, 1.

Ἐπιστομίζω, f. ίσω, (a voc. ἐπιστομίς s. ἐπιστόμιον, capistrum — ex ἐπί et στόμα) propr. os freno, obturo — metaph. ad silentium redigo — τινά, Tit. 1, 11.

Ἐπιστρέφω, f. ψω, (aor. 2. p. ἐπεστράφην — a v. στρέφω, ἐπί) pr. converto aliquem super aliquem, in quo iaceat, s. quiescat. — 1., activ. *a.*, *transit.* τινὰ ἐπί τινα, Luc. 1, 16. 17. (h. l. construct. simul est cum ἔν τινι) Jac. 5, 19. (suppl. ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν) — τινὰ ἔκ τινος, Jac. 5, 20. — *b.*, *intrans.* *a.*, propr. — ἐπέστρεψα βλέπειν, verti me, ut viderem, Apoc. 1, 12. (ibid. ἐπιστρέψας εἶδον) — πρός τι, Act. 9, 40. — ὀπίσω, reverto, Matth. 24, 18. (Marc. 13, 16. et Luc. 17, 31. εἰς τὰ ὀπίσω) *me verto*, ut redeam — εἴς τινα τόπον, Matth. 12, 44. (Luc. 11, 24. ὑποστρέψω) ἐπί τι, 2 Petr. 2, 22. — absol. ἐὰν ἐπιστρέψῃ (scil. πρὸς σέ) Luc. 17, 4. — 8, 55. 22, 32. (ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου, i. e. vertas te a fuga tua, ut redeas ad fratres tuos iisque animum addas) Act. 15, 36. — Metaph. ℵ., me converto — (de gentilibus:) convertor (cf. verba: ἄγω, βάλλω, ἐπιβ., ἐλαύνω, στρέφω, καθίζω, κλίνω, κύπτω) ἐπὶ τὸν θεόν, auf Gott, Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 15, 19. 26, 20. 1 Petr. 2, 25. — πρὸς κύριον, 2 Cor. 3, 16. — addito simul: ἀπό τινος, Act. 14, 15. 1 Thess. 1, 9. — (ἀπό τ.) εἴς τι, (εἰς τὸ φῶς) Act. 26, 18. — ἐπιστρέφω πάλιν ἐπί τι, me iterum converto ad id, in quo acquiescam, quod amplectar, Gal. 4, 9. — ב., me verto, *ut redeam* (ad eum a quo defeci, ad rectam viam a qua deflexi) — absol. Matth. 13, 15. (Marc. 4, 12. Joh. 12, 40. Act. 28, 27. ex Jes. 6, 10.) Act. 3, 19. — (de eo, qui ad scelera redit) 2 Petr. 2, 21.

2., med. et aor. 2. pass. significat. media: *α.*, absol: ἐπιστραφείς, de eo, qui quum recta via processisset, se vertit ad eos, qui sequuntur, ergo se retro vertit, Matth. 9, 22. (Marc. 5, 30.) Joh. 21, 20. (not. h. l. βλέπει τὸν .. ἀκολουθοῦντα) — *β.*, metaph. redeo, Matth. 10, 13. πρός τινα — Luc. 10, 6. (ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει) v. Στρέφω.

Ἐπιστροφή, ῆς, ἡ, (a v. ἐπιστρέφω, qu. v.) conversio, Act. 15, 3.

Ἐπισυνάγω, fut. ξω, (ἐπί, συνάγω) colligo (ad alios iam congregatos), Matth. 23, 37. (Luc. 13, 34.) 24, 31. Marc. 13, 27. — Pass., Marc. 1, 33. Luc. 12, 1. Hinc vox seq.

Ἐπισυναγωγή, ῆς, ἡ, collectio, congregatio — ἡ ἐπισυν. ἡμῶν ἐπὶ Χριστόν (ad illud ἐπί cf. Marc. 5, 21.) 2 Thess. 2, 1. (auf ihn als den Mittelpunkt). — Locus obscurus: Hebr. 10, 25. (Videtur ἡ ἐπισυν. h. l. locus esse, quo Christiani precum faciendarum caussa conveniebant. — Hunc locum et hos conventus nonnulli — haud dubie ἰουδαΐζοντες — negligere solebant [καθὼς

ἔθος τισίν] eosque ἐγκαταλείπειν, i. e. deserere, suo periculo eos relinquentes et nihil curantes, sive diutius conserventur, sive dissolvantur.)

Ἐπισυντρέχω, (συντρέχω, ἐπί) concurro, (ad alios iam congregatos, Marc. 9, 25.).

Ἐπισύστασις, εως, ἡ, (a v. ἐπι = συνίσταμαι, me tumultuantibus associo) concursus, — ποιεῖν ἐπισύστασιν, concursum populi excitare, Act. 24, 12. — incursus, — ἡ ἐπισύστ. μου, incursus, qui fit in me, 2 Cor. 11, 28. (Num. 26, 9.)

Ἐπισφαλής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ἐπί et σφάλλω, supplanto) ad casum pronus, Act. 27, 9. (πλοὸς ἐπισφ. lubrica et periculosa navigatio.)

Ἐπισχύω, f. ύσω, (ἐπί, ἰσχύω, valeo) — τινά, vires addo alicui, — intrans. vires sumo, invalesco — ἐπίσχυον λέγοντες, impetuosiores facti dicebant, i. e acrius contendebant, Luc. 23, 5.

Ἐπισωρεύω, f. εύσω, (ἐπί, σωρεύω, coacervo) acervatim aggero, accumulo, τί, vel τινάς, 2 Tim. 4, 3.

Ἐπιταγή, ῆς, ἡ, (a v. ἐπιτάσσω, qu. v.) mandatum, ἔχειν ἐπιταγήν, 1 Cor. 7, 25. — κατ' ἐπιταγήν, ex imperio, per mandatum, Rom. 16, 26. 1 Cor. 7, 6. 2 Cor. 8, 8. 1 Tim. 1, 1. Tit. 1, 3. — μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, cum omni severa admonitione, Tit. 2, 15.

Ἐπιτάσσω, ττω, f. ξω, (ἐπί et τάσσω, ordino, verbum in re militari proprium, dispono, colloco, Xen. Anab. 6, 8, 9. — 1 Macc. 4, 61. 6, 50.) mando, impero; **a.**, absol., Luc. 14, 22. — **b.**, τινί, Marc. 1, 27. (Luc. 4, 36.) 8, 25. — τινὶ τὸ καθῆκον, Philem. v. 6. (Xen. Oecon. 7, 23.) — **c.**, τινί c. infinit. aor., Marc. 6, 39. (Matth. 14, 19. κελεύειν) Luc. 8, 31. — c. infinit. praes., Act. 23, 2. — **d.**, seq. acc. c. inf. (aor.), Marc. 6, 27. (Xen. Ages. 2, 13.) — **e.**, seq. oratione directa, Marc. 9, 25. (σοὶ ἐπιτάσσω· ἔξελθε.)

Ἐπιτελέω (ῶ), f. έσω, (ex ἐπί et τελέω) **a.**, perficio, ad finem perduco, absolvo; — τὸ ἐπιτελέσαι, perfectio, 2 Cor. 8, 11. — τί, Luc. 13, 32. Rom. 15, 28. 2 Cor. 7, 1. 8, 6. et Phil. 1, 6. (oppon. προενάρξασθαι) Xen. H. G. 1, 1, 11. — Hebr. 8, 5. (τὰς λατρείας) 9, 6. — med., desino, Gal. 3, 3. (oppon. ἐνάρξασθαι.) — **b.**, solvendum (τέλος, vectigal) impono, 1 Petr. 5, 9. (εἰδότες, τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι.)

Ἐπιτήδειος, εία, ειον, necessarius; — τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, quae corpori necessaria sunt, Jac. 2, 16. (Xen. Mem. 2, 1, 19.)

Ἐπιτίθημι, f. ἐπιθήσω, (ex ἐπί et τίθημι, 3 pl. pr. ἐπιτιθέασι pro ἐπιτιθεῖσι, Matth. 23, 24. — imperat. praes. ἐπιτίθει, 1 Tim. 5, 22. — aor. 1. ἐπέθηκα, aor. 2. ἐπέθην, imper. ἐπίθες, Matth. 9, 18.) **a.**, Activ., α., impono, τὶ ἐπί τι, Matth. 23, 4. 27, 29. Marc. 4, 21. Luc. 15, 5. Act. 15, 10. 28, 3. Joh. 9, 15. — ἐπί τινα, — τὴν χεῖρα, Matth. 9, 18. Marc. 8, 25. 16, 18. Act. 8, 17. Apoc. 1, 17. — πληγάς, calamitates, Apoc. 22, 18. — ἐπάνω τινός, Matth. 21, 7. 27, 34. — et ἐπί τινος, Luc. 8, 16. — τί τινι, Luc. 23, 26. Joh. 19, 2. Act. 15, 28. — τινὶ τὰς χεῖρας, Matth. 19, 13. 15. Marc. 5, 23. Luc. 4, 40. 13, 13. Act. 6, 6. 8, 19. 9, 17. 13, 3. 19, 6. 28, 8. 1 Tim. 5, 22. — χεῖρα, Act. 9, 12. cf. Gen. 48, 14. — πληγάς, plagis plecto aliquem, Luc. 10, 30. Act. 16, 23. (Xen. Mem. 2, 2, 13.) malis affligo aliquem, Apoc. 22, 18.

— β., addo, Apoc. 22, 18. (oppon. ἀφαιρεῖν, v. 19.) — b., Med., α., ἐπιτίθημαί τινί τι, instruo aliquem aliqua re, Act. 28, 10. — β., ἐπιτίθημαί τινι, aggredior, infesto aliquem, Act. 18, 10. (Aelian. V. H. 2, 13.)

'Επιτιμάω (ῶ), f. ήσω, (ἐπί et τιμή, pretium) verbum signific. multiplicis: pretium rei augeo (ὁ σῖτος ἐπετιμήθη) — pretium, adiudico, Herodot. 4, 43. — pretium (alicui rei, facinori, homini, v. c. mortuo aut occiso) — mulctam *impono*, i. q. τιμωροῦμαι, unde ἐπιτιμία, mulcta, poena; — τινί, increpo aliquem, Matth. 8, 26. (Marc. 4, 39. Luc. 8, 24.) 17, 17. (Luc. 9, 42.) 19, 13. (Luc. 18, 15.) Marc. 10, 13. Luc. 4, 39. (Xen. Oecon. 11, 24.) — seq. ἵνα (cum verbo contrarium eius, quod improbatur, exprimente), Matth. 20, 31. (Marc. 10, 48. Luc. 18, 39.) — addito: λέγων cum oratione dir., Marc. 1, 25. 8, 33. 9, 25. Luc. 4, 35. 23, 40. — οἱ ὁ Ps. 105, 9. — ἐπιτιμῶν ἐλάλει, Luc. 4, 41. — Alibi sensu mitiori: severius admoneo, 2 Tim. 4, 2. — τινί, Matth. 16, 22. (Marc. 8, 32.) Luc. 9, 21. (ἐπιτιμήσας αὐτοῖς παρήγγειλε) 17, 3. 19, 33. — addito: ἵνα, Matth. 16, 20. (Marc. 8, 30.) — ἵνα μή, Matth. 12, 16. (Marc. 3, 12.) — med. increpo, τινί, Jud. v. 9. (Zach. 3, 2.)

'Επιτιμία, ας, ἡ, mulcta, poena (Graeci: τὸ ἐπιτίμιον), 2 Cor. 2, 6. (ἱκανὸν τῷ — ἡ ἐπιτιμία αὐτοῦ [codd. mel. αὕτη]. Cf. Matth. 6, 34. ἀρκετὸν — ἡ κακία αὐτῆς.)

'Επιτρέπω, f. ψω, aor. 2. p. ἐπετράπην, perf. p. ἐπιτέτραμμαι, (ἐπί et τρέπω, verto) — τινί, permitto, concedo, Marc. 5, 13. (Luc. 8, 32.) Joh. 19, 38. 1 Cor. 16, 7. Hebr. 6, 3. — addito infin. (aor.), Matth. 8, 21. (Luc. 9, 59. 61.) 19, 8. — Act. 21, 39. 40. — absque dat., Marc. 10, 4. — infinit. praes., 1 Tim. 2, 12. — pass. ἐπιτρέπεταί τινι, c. inf. praes., Act. 26, 1. 28, 16. 1 Cor. 14, 34. — seq. acc. c. inf. (aor.), Act. 27, 3. (Xen. Anab. 7, 7, 8.) Hinc voc. seq.

'Επιτροπή, ῆς, ἡ, permissio, Act. 26, 12. (μετ' ἐξουσίας κ. ἐπιτροπῆς. — Thuc. 5, 31. et 41.)

'Επίτροπος, ου, ὁ, propr., cuius curae ac fidei aliquid commissum est, **a.**, *procurator;* speciat., procurator rei domesticae familiaris, villicus, inspector praedii, Matth. 20, 8. Luc. 8, 3. (2 Macc. 11, 1. — Aristot. Oecon. 1, 5. δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος κ. ἐργάτης.) — **b.**, tutor pupillorum, servus, qui pueri curam ac tutelam gerit patre etiam superstite, Gal. 4, 2. (Aelian. V. H. 13, 44.) — Hinc Rabbini effinxerunt אַפִּיטְרוֹפּוֹס, Pesach fol. 87, 1. Debar. rabb. f. 261, 4.

'Επιτυγχάνω, aor. 2. ἐπέτυχον, (ἐπί et τυγχάνω) incido in aliquem vel aliquid (Xen. Cyr. 3, 3, 5.), assequor, nanciscor, Jac. 4, 2. — τινός, aliquid, Hebr. 6, 15. 11, 33. Rom. 11, 7. (e lect. vulg., al. τοῦτο.)

'Επιφαίνω, f. -φανῶ, aor. 2. pass. ἐπεφάνην, ἐπί et φαίνω, in lucem prodo) intrans., appareo, aor. 2. p. apparui, illucesco, — proprie: de sideribus, Act. 27, 20. (Theocrit. 2, 11.) — τινί, alicui, Luc. 1, 79. — metaph. Tit. 2, 11. 3, 4. (Aelian. V. H. 13, 1. Polyb. 5, 6, 5. 31, 26, 10.)

'Επιφάνεια, ας, ἡ, (ab ἐπιφανής, q. v.) apparitio (apud Graec. plerumque de apparitionibus splendorem prae se ferentibus, v. c. Deorum), cf. 2 Macc. 3, 24. 15, 27. — 'Ιησοῦ Χριστοῦ, publica Christi illustratio, per eius resurrectionem e mortuis facta, 2 Tim. 1, 10. — de splendore adventus Christi

olim futuri, 1 Tim. 6, 14. — ἡ ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας αὐτοῦ pro: ἡ ἐπιφανὴς αὐτοῦ παρουσία, 2 Thess. 2, 8.

Ἐπιφανής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ab ἐπιφαίνω, aor. 2. p., q. v.), clarus, (oppon. ἄδηλος) illustris, Act. 2, 20. (Xen. Ages. 3, 2. Thuc. 2, 43. — οἱ ό Joël. 2, 31. Mal. 1, 14.)

Ἐπιφαύω, f. αύσω, (ἐπί et φαύω vel φάω) affulgeo, lucem affero; — τινί, Eph. 5, 14.

Ἐπιφέρω, f. ἐποίσω, aor. 1. ἐπήνεγκα, (ἐπί et φέρω) pr. fero super aliquem — de accusatoribus: defero, τί, Act. 25, 18. (αἰτίαν) — infero (alicui), Jud. v. 9. (κρίσιν βλασφημίας) — infligo, Rom. 3, 5. (τὴν ὀργήν, verhängen) — τινί, Phil. 1, 17. (id agentes, ut mea vincula arctius adstringantur; e lect. codd. al. ἐγείρειν.) — post. praepos. ἐπί, in, supra aliquem, — ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, impono, iniicio, pass., Act. 19, 12.

Ἐπιφωνέω, (ῶ), f. ήσω, (ἐπί in altum, et φωνέω, vociferor) acclamo, Luc. 23, 21. Act. 12, 22. — τινί, Act. 22, 24. coll. v. 22.

Ἐπιφώσκω, (ἐπί et φώσκω = φαύσκω) illucesco; — absol., Luc. 23, 54. — seq. εἰς c. acc., Matth. 28, 1.

Ἐπιχειρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ἐπί et χείρ) propr., manum admoveo (Hom. Od. 24, 385.), aggredior, suscipio (aliquid tractandum), seq. inf. vel aoristi, Luc. 1, 1. Act. 9, 29. — vel praes., Act. 19, 13. (2 Macc. 2, 29. 7, 19. — Xen. Cyr. 2, 2, 23.)

Ἐπιχέω, f. εύσω, (ἐπί et χέω, fundo) superfundo, infundo; — τί, Luc. 10, 34. (ἔλαιον κ. οἶνον, scil. ἐπὶ τὰ τραύματα — οἱ ό Gen. 28, 18.)

Ἐπιχορηγέω (ῶ), f. ήσω, (χορηγέω, a χόρος et ἄγω, choragus sum, i. e. meis sumtibus chorum adorno, hinc omnino: sumtus necessarios praebeo, et ἐπί, quae insuper requiruntur, praebeo) **a.**, suppedito; — τινί τι, 2 Cor. 9, 10. Gal. 3, 5. — 2 Petr. 1, 5. — pass., v. 11. — **b.**, adorno; — pass., Col. 2, 19. (ἐπιχορηγούμενον, dum adornatur, instruitur. Cf. τὸ ἐπιχορηγεῖν iunctum cum τῷ αὐξάνειν, 2 Cor. 9, 10. et locum simillimum Eph. 4, 16.) Hinc voc. seq.

Ἐπιχορηγία, ας, ἡ, **a.**, instructio (al. subministratio, al. auxilium), Eph. 4, 16. (cf. Col. 2, 19.) — **b.**, subministratio (auxilium), Phil. 1, 19.

Ἐπιχρίω, f. ίσω, (ἐπί et χρίω, lino) illino; — τὶ ἐπί τι, aliquid alicui, Joh. 9, 6. 11. — τί, illino aliquid (scil. aliqua re), v. 11. (Lucian de hist. scribenda §. 62.)

Ἐποικοδομέω (ῶ), f. ήσω, (ἐπί et οἰκοδομέω, aedifico) superstruo (Xen. Anab. 3, 4, 11.); **a.**, absol., scil. iacto iam fundamento, structuram perficio, Act. 20, 32. — ἐπί τι, 1 Cor. 3, 12. — **b.**, τί, 1 Cor. 3, 14. (comparatur scil. Christianorum societas saepius cum aedificio, quod Christo veluti fundamento superstructum sit) Eph. 2, 20. — τινὶ ἑαυτόν, Jud. v. 20. (τῇ πίστει, fidei vestrae sanctissimae innixi incrementa capite, in altum, ut aedificium, surgite.) — subintell. ἐπ' αὐτῷ, 1 Cor. 3, 10. Col. 2, 7. (h. l. pass.)

Ἐποκέλλω, f. -οκελῶ, aor. 1. ἐπώκειλα, ex ἐπί et ὀκέλλω, appello) impingo, allido, τὴν ναῦν, Act. 27, 41.

Ἐπονομάζω, f. άσω, (ex ἐπί et ὀνομάζω) cognomino; — pass. ἐπονομάζομαί τις, Rom. 2, 17. — οἱ ό Gen. 4, 17. 25. — Polyb. 1, 29, 2.

Ἐποπτεύω, f. εύσω, (ἐπί et ὀπτεύω, video) inspicio, contemplor; — τί, 1 Petr. 3, 2. (τὴν ἀναστροφήν) — iunct. c. ἔκ τινος, 1 Petr. 2, 12. (scil. τὴν ἀναστροφήν, quae vox proxime praecedit) — Polyb. 5, 69, 6.

Ἐπόπτης, ου, ὁ, (ex ἐπί et ὄπτομαι) inspector (Dem. 47, 7.), spectator, 2 Petr. 1, 16.

Ἔπος, εος (ους), τό, verbum; — ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut ita dicam, Hebr. 7, 9.

Ἐπουράνιος, ιον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἐπί et οὐρανός) coelestis (cf. ἐπίγειος) **a.**, adiect. nominibus: ὁ πατὴρ ὁ ἐπ. qui in coelis est, Matth. 18, 35. — ὁ ἐπ. ἄνθρωπος (opp. ὁ χοϊκός) 1 Cor. 15, 48. 49. — qui coelestis originis est (ap. Hom. οἱ ἐπουρ. Dii) — ἡ ἐπουράνιος κλῆσις, quae ad felicitatem coelestem invitat, Hebr. 3, 1. — ἡ δωρεὰ ἡ ἐπ. quae coelitus data est, Hebr. 6, 4. — ἡ πατρὶς ἡ ἐπ. patria coelestis (quae in coelis est), Hebr. 11, 16. — Ἱερουσαλήμ, Hebr. 12, 22. — ἡ βασιλεία ἐπ., 2 Tim. 4, 18. — σώματα ἐπ. quae in coelo conspiciuntur (stellae), 1 Cor. 15, 40. — **b.**, Neutr. τὰ ἐπουράνια, α., regiones coelestes, Eph. 1, 20. 2, 6. 3, 6. — β., res, quae in coelis sunt, Joh. 3, 12. Hebr. 8, 5. 9, 23. Eph. 1, 3. 6, 12. (verte: pugna nobis in rebus coelestibus est cum etc. Ita verba construunt Chrysost. Theodoret. Theophyl.)

Ἑπτά, οἱ, αἱ, τά, septem, Matth. 15, 34. 37. 22, 25. Marc. 8, 5. 6. 8. — Haud raro multitudinem indefinitam signific. i. q. plures, Matth. 12, 45. (Luc. 11, 26.) Luc. 8, 2. (Marc. 16, 9.) cf. 1 Sam. 2, 5. ubi Symmachus: πλείστους, Ruth. 4, 15. Jes. 4, 1. Gen. 29, 18. 41, 8. — Additur adverbio numerali ἑβδομηκοντάκις pro: καὶ ἑπτάκις, Matth. 18, 22. ad immitationem hebr. שֶׁבַע, Ps. 118, 164. Prov. 24, 16.

Ἑπτάκις, adv. numeri, (ab ἑπτά) septies, Matth. 18, 21. 22. (Luc. 17, 4.)

Ἑπτακισχίλιοι, αι, α, (ex ἑπτάκις et χίλιοι) septies mille, Rom. 11, 4. (Num. 3, 22.)

Ἔπω, v. εἶπον.

Ἔραστος, ου, ὁ, (ἐραστός, amabilis, a v. ἐράω, amo. Ubi in nomen mutatur, accentus retrahitur. Ita ab εὐμενής: Εὐμένης, a κακός: Κάκος) Erastus, unus e comitibus apostoli Pauli, Act. 19, 22. Rom. 16, 23. 2 Tim. 4, 20.

Ἐργάζομαι, f. σομαι, imperf. εἰργαζόμην, aor. 1. εἰργασάμην, perf. εἴργασμαι, effectus sum, ut Joh. 3, 21. ita Xen. Mem. 3, 10, 9. — effeci; ut 2 Joh. v. 8. ita Xen. Mem. 2, 6, 6. (verb. depon. ἔργον) **a.**, absol., α., laboro, opus facio; modo opponitur otio vel desidiae, ut Luc. 13, 14. 2 Thess. 3, 10. Joh. 5, 17. 9, 4. — addit. ταῖς χερσί, 1 Cor. 4, 12. 1 Thess. 4, 11. — νύκτα κ. ἡμέραν, 2 Thess. 3, 8. (Xen. Mem. 1, 2, 54. ubi oppon. ἀργεῖν) — modo praevalet operis pro mercede faciendi notio, Matth. 21, 28. Act. 18, 3. Rom. 4, 4. 5. 1 Cor. 9, 6. 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 12. — β., operando acquirere studeo, Joh. 6, 27. negotior, negotiando quaestum facio (i. q. πραγματεύομαι); — ἔν τινι, constr. hebr. lat. ex aliquo, Matth. 25, 16. — **b.**, τί, facio, efficio, N., ἔργον, Joh. 3, 21. Act. 13, 41. Col. 3, 23. — τὸ — τινός, i. e. vel omnino id facio, quod aliquis fieri vult, Joh. 6, 28. — vel operi, quod quis perfici vult, vires impendo, 1 Cor. 16, 10. — τὸ ἀγαθόν, Eph. 4, 28. — μηδέν, 2 Thess. 3, 11. — δικαιοσύνην, Act. 10, 35. Hebr. 11, 33. (Ps. 14, 2.) — τὴν ἀνομίαν,

Matth. 7, 23. cf. 13, 41. (Ps. 5, 5.) *ἁμαρτίαν*, Jac. 2, 9. — *τὶ εἴς τινα*, 3 Joh. v. 5. — *ἔργον καλὸν εἴς τ.*, Matth. 26, 10. — *ἔν τινι*, Marc. 14, 6. — *τὸ ἀγαθὸν πρός τινα*, Gal. 6, 10. — *κακόν τινι*, Rom. 13, 10. — apud Demosth. occ. *ἐργάζεσθαι δεινά, κακά, ἀγαθά.* — ב., *σημεῖον* (patro), Joh. 6, 30. — ג., *τὰ ἱερά*, sacris operor, 1 Cor. 9, 13. — ד., *τὴν θάλασσαν*, mare permeando quaestum facio, Apoc. 18, 17. — ה., inclusa contentionis ac laboris notione, 2 Joh. v. 8. (ne labor noster frustra impensus sit.) Hinc voc. seq.

'Εργασία, *ας, ἡ*, **a.**, actio, effectio, Eph. 4, 19. — **b.**, opificium, Gewerbe, Act. 19, 25. (Xen. Oecon. 6, 8.) — **c.**, quaestus labore partus, lucrum, Act. 16, 16. (*παρέχειν ἐργασίαν πολλήν τινι*) v. 19. 19, 24. — **d.**, *δίδωμι ἐργασίαν*, operam do, ex latinismo, Luc. 12, 58. — Jos. Ant. 3, 1. 7.

'Εργάτης, *ου, ὁ*, **a.**, *τινός*, effector alic. rei; — *τῆς ἀδικίας*, Luc. 13, 27. — cf. hebr. פֹּעֲלֵי אָוֶן, 1 Macc. 3, 6. — *ἐργάτης τῶν καλῶν*, Xen. Mem. 2, 1, 27. — **b.**, *κατ' ἐξοχήν* operarius, maxime is, qui opus rusticum facit, Matth. 9, 37. 38. (Luc. 10, 2.) 10, 10. (Luc. 10, 7.) 20, 1. 2. 8. 1 Tim. 5, 18. Jac. 5, 4. — Ut propagatio doctrinae Christ. *ἔργον* dicitur, et *τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ*, ita ii, quorum est huic rei operam navare, appellantur *ἐργάται*, 2 Cor. 11, 13, Phil. 3, 2. 2 Tim. 2, 15. — **c.**, opifex, *περί τινα*, qui fabricandis quibusdam rebus operam impendit, Act. 19, 25. (Xen. Hier. 6, 11.)

Ἔργον, *ου, τό*, opus, i. e. **a.**, negotium, quo quis fungitur, Marc. 13, 34. (*διδόναι τινὶ τὸ ἔργ. αὐτοῦ*) Act. 13, 2. 14, 26. (*πληροῦν*) Joh. 17, 4. (*διδόναι* et *τελειοῦν*) 1 Tim. 3, 1. Act. 13, 2. 15, 38. Phil. 1, 22. — *τὸ — τινός*, *α.*, gen. subi., opus, quod quis facit, officium, quod quis vel praestat, vel praestare debet, 1 Thess. 5, 13. (Marc. 13, 34.) — *ἔργον ποιεῖν τινος*, officium praestare alicuius (quod alicui incumbit), 2 Tim. 4, 5. — *β.*, opus ab aliquo mandatum, Joh. 4, 34. (*τελειοῦν*) s. quod ex alicuius voluntate tractatur, Joh. 6, 28. 29. Phil. 2, 30. 1 Cor. 15, 58. 16, 10. (*ἐργάζεσθαι*) — *γ.*, genit. explicat., *εἰς ἔργον διακονίας*, Eph. 4, 12. (id vel sign. ad officium, in quo ministerium cernitur, ad id, quod suscepto ministerio perficitur, vel ad administrationem ministerii.) — **b.**, *coeptum*, consilium, Act. 5, 38. 15, 38. (Deut. 15, 10. Sap. 2, 12.) — **c.**, res quaedam, quae exstat (manu, arte, industria, ingenio) perfecta, i. q. *ποίημα, κτίσμα*, addit. *τῶν χειρῶν*, de rebus manu formatis, Act. 7, 41. (*εἴδωλον*) — Xen. Mem. 3, 10, 7. — de operibus Dei in mundo creato conspicuis, Hebr. 1, 10. et 2, 7. 4, 3. 4. 10. 2 Petr. 3, 10. — *ἔργον θεοῦ* sensu spirituali: Christianus, Rom. 14, 20. — de iis, quae Deus providentiae ac potentiae suae in administranda mundi gubernatione signa esse iussit, Act. 13, 41. Hebr. 3, 9. Apoc. 15, 3. — de institutis Dei, Act. 15, 18. Phil. 1, 6. — de operibus diaboli, 1 Joh. 3, 8. (*λύειν τὰ ἔργα τοῦ διαβ.*) — **d.**, de factis hominum singulis, ad honestatis et religionis praecepta aestimandis. — *α.*, *ἔργον* i. q. *ποίησις*, Jac. 1, 25. — *τὸ ἔργον* distinguitur a *τῷ λόγῳ*, Luc. 24, 19. Rom. 15, 18. 2 Cor. 10, 11. Col. 3, 17. 2 Tim. 4, 14. Tit. 1, 16. 1 Joh. 3, 18. — *β.*, *ἔργων* nomine vocantur facta Jesu *insignia* ac miraculosa *κατ' ἐξοχήν*, Werke, Thaten, Matth. 11, 2. Joh. 5, 20. 36. 7, 3. 21. 10, 25. 14, 10. 15, 24. — dicuntur *τὰ ἔργα τοῦ πατρός*, i. e. Dei iussu et auxilio peracta,

18, 30. 34. 26, 36. (Marc. 14, 32. *ἕως*) Luc. 12, 50. 24, 49. Act. 25, 21. (h. l. *ἕως οὗ πέμψω*, donec mittam) 2 Petr. 1, 19. — praeced. sentent. negat., Matth. 17, 9. (*μὴ* — *ἕως* h. l. Marc. 9, 9. *μὴ* — *εἰ μὴ ὅταν* cett.) Luc. 12, 59. (sed Matth. 5, 26. *ἕως ἄν*) Joh. 13, 38. Act. 23, 12. 14. 21. — *bb.*, *ἕως ὅτου*, donec, usque dum, seq. indicat., Joh. 9, 18. (praeced. negat) Matth. 5, 25. (lect. vulg. *ἕως ὅτου εἶ μετ' αὐτοῦ*. H. l. *ἕως οὗ* sign. quamdiu, dum, während, ut *ἄχρις οὗ*, Hebr. 3, 13. In paucis codd. lectio reperitur *ἕως ὅτου ᾖ μετ' αὐτοῦ*; in paucissimis *ἕως ὅτου εἶ* omissis *μετ' αὐτοῦ*.) — seq. coni. (absque *ἄν*), Luc. 13, 8. 15, 8. — praeced. negat., Luc. 22, 16. 18. — ה., ante adverbia temporis: *ἕως ἄρτι*, ad hoc usque tempus, Matth. 11, 12. Joh. 2, 10. 5, 17. 16, 24. 1 Joh. 2, 9. 1 Cor. 4, 13. 8, 7. 15, 6. — *ἕως πότε*, quousque, Matth. 17, 17. (Marc. 9, 19. Luc. 9, 41.) Joh. 10, 24. Apoc. 6, 10. (*οἱ ὁ* Ps. 12, 1. 2 Sam. 2, 26. — *ἕως ὅτε*, Xen. Cyr. 5, 1, 24.) — *ἕως σήμερον*, 2 Cor. 3, 15. Caet. cf. *ἄχρι*.

Z.

Ζαβουλών, *ὁ*, (זְבֻלוּן, cohabitatio, a v. זָבַל, habitavit, cohabitavit) Sabulon (filius Jacobi decimus, ex Lea sextus) Meton. tribus Sabulonis (cis Jordanem in Galilaea inferiori), Matth. 4, 13. 15. Apoc. 7, 8.

Ζακχαῖος, *ου*, *ὁ*, (זַכַּאי, purus, iustus, a v. זָכָא mundavit) Zachaeus, (*ἀρχιτελώνης* quidam, i. e. portitorum praefectus) Luc. 19, 2. 5. 8.

Ζαρά, *ὁ*, (זֶרַח, ortus, a v. זָרַח, ortus est) Zara, (unus e maioribus Christi) Matth. 1, 3.

Ζαρούχ, *ὁ*, v. *Σαρούχ*.

Ζαχαρίας, *ου*, *ὁ*, (זְכַרְיָה, i. e. recordatus est Dominus, ex זָכַר et יָה) Zacharias, 1., pater Joannis baptistae, Luc. 1, 5. seq. 3, 2. — 2., filius Barachiae, Matth. 23, 35. cf. Luc. 11, 51. — v. Jos. Flav. B. J. 4, 5. 4.

Ζάω (*ῶ*), inf. *ζῆν*, imperf. *ἔζων* (in scriptis Graecor. etiam *ἔζην* a *ζῆμι*), f. *ζήσω* (Rom. 6, 2. Hebr. 12, 9. — Aristoph. Plut. v. 263. Plat. de rep. 5, p. 465. d. 9, p. 591. c. Dem. 794, 19.) et *ζήσομαι* (Matth. 4, 4. Marc. 5, 23. al., ut ap. graec. scriptor. seriores), aor. 1. *ἔζησα* (Act. 26, 5. al. Aelian. V. H. 3, 23. Apud antiquiores hic aor. rarissimus est.) *vivo*, vita fruor. Dicitur 1., ***de vita mortalium*** hisce in terris — ***a.***, sensu physico, *α.*, absol. oppon. *τῷ· νεκρὸν εἶναι, ἀποθανεῖν, τελευτῆσαι*, i. q. ***א.***, ***non*** sum mortuus; Marc. 5, 23. (*ζήσεται*, i. e. non morietur) Joh. 11, 26. Act. 17, 28. 22, 22. 25, 24. 28, 4. Rom. 12, 1. 2 Cor. 1, 8. 4, 11. 6, 9. Apoc. 13, 14. (*θυσία ζῶσα*, oppon. victimae necatae) — cum emphasi: vita gaudeo, vigeo, 2 Cor. 13, 4. Apoc. 1, 18. — ב., ***nondum*** mortuus sum, adhuc in vivis sum, Act. 20, 12. Rom. 7, 1. 2. 3. 1 Cor. 7, 39. 2 Cor. 6, 9. Phil. 1, 21. (si porro vivam, Christus illustrabitur; sin morior, mors mihi lucro est) v. 22. 1 Thess. 4, 15. 17. Hebr. 9, 17. Jac. 4, 15. Apoc. 19, 20. — *οἱ ζῶντες* opponuntur defunctis, Act. 10, 42. Rom. 14, 9. 1 Tim. 5, 6. — (dum in vivis est, mortua est) 2 Tim. 4, 1. 1 Petr. 4, 5. — *ἔτι ζῶν*, dum in vivis erat, — Matth. 27, 63. — ג., ***non amplius*** mortuus sum,

vitae restitutus sum, Matth. 9, 18. Act. 9, 41. 25, 19. — de eo, qui mortis periculum evasit, Joh. 4, 50. 51. 53. — Oppon. τὸ ζῆν, ד., conditioni rerum inanimatarum et ἀψύχων, 1 Cor. 15, 45. 1 Petr. 2, 5. (lapis vivus h. l. homo, qui vivit, et reiectus ab aliis conferri potest cum lapide ab architectis reiecto. Oppon. lapis, proprie sic dictus, in quo nihil est vitae, cum sit res inanimata.) — Deus ipse ita ὁ ζῶν dicitur, ut distinguatur ab idolis inanimatis et vita carentibus, Act. 14, 15. 2 Cor. 6, 16. 1 Thess. 1, 9.

β., construct. ζῶ θεῷ, Deus me viventem habet, Rom. 14, 7. 8. (Sens.: vita nostra peculium Dei est; cf. verba adiecta v. 8. τοῦ κυρίου ἐσμέν) — ζῶ ἐν θεῷ, vi Dei suffultus ac sustentatus vitam ago, Act. 17, 28. — ἐν σαρκί, vitam mortalem agere, Gal. 2, 20. Phil. 1, 22. — μετά τινος, de uxore vivente cum marito, Luc. 2, 36. — χωρίς τινος, — νόμου, legem non cognitam habens, Rom. 7, 9. — ἐπ' ἄρτῳ, i. e. vivere pergo beneficio panis, Matth. 4, 4. (Luc. 4, 4. Vivere h. l. est: vitam habere et continuare.) — ἔκ τινος, ex aliquo alimenta nancisci, 1 Cor. 9, 14.

b., sensu morali, ref. ad mores, ad usum (ad instituta) vitae; *vitam ago;* — ἔζησα φαρισαῖος, Act. 26, 5. — εὐσεβῶς ζῆν, pie vivere, 2 Tim. 3, 12. Tit. 2, 12. — ἀσώτως, luxuriose, Luc. 15, 13. — κατὰ σάρκα, vitam instituere ad carnis libidines, Rom. 8, 12. 13. Huc referre poteris ζῆν ἐν τῇ πίστει cett., Gal. 2, 20. (quod mihi vitae reservavi, hoc conformo ad normam fide Christi mihi praescriptam) — ζῆν Χριστῷ (in honorem eius), 2 Cor. 5, 15. — θεῷ, Gal. 2, 19. — τῇ δικαιοσύνῃ, 1 Petr. 2, 24. — ζῆν ἐν τῷ κόσμῳ, Col. 2, 20. — ἔν τισι, inter aliquos (quorum mores sequar), Col. 3, 7. — *vi vitam agendi instructus sum*, πνεύματι (per spiritum), Gal. 5, 25. — ζῇ ἐν ἐμοὶ Χριστός, Gal. 2, 20.

2., sensu *eminentiori:* **a.**, de vita *Dei;* ὁ ζῶν, qui vita plenissima atque immortali gaudet, Matth. 16, 16. 26, 63. — Joh. 6, 57. 69. Rom. 9, 26. 2 Cor. 3, 3. 1 Thess. 1, 9. 1 Tim. 3, 15. 4, 10. 6, 17. Hebr. 3, 12. 9, 14. 10, 31. 12, 22. Apoc. 4, 9. 10. 7, 2. 10, 6. (Dan. 12, 7.) — ζῶ ἐγώ, per vitam meam (iurandi formula), Rom. 14, 11. (Num. 14, 21. Jes. 45, 23. Jerem. 22, 24.) — **b.**, de vita *Christi e mortuis resuscitati*, Marc. 16, 11. Luc. 24, 5. 23. Joh. 14, 19. Act. 1, 3. (25, 19.) Hebr. 7. 8. coll. v. 23. Apoc. 2, 8. — constr. Christus vivit διὰ τὸν πατέρα (vi patris, v. διά), Joh. 6, 57. — ζῇ τῷ θεῷ (in gloriam Dei, s. vi Dei — constr. hebraica, cf. הָיָה לְ, Gen. 38, 18.) Rom. 6, 10. — ἐκ δυνάμεως θεοῦ, 2 Cor. 13, 4. — **c.**, de *vita beata* probis Dei et Christi cultoribus in coelis futura, Luc. 10, 28. Joh. 5, 25. 6, 51. 57. 58. 11, 25. (ζήσεται, i. q. οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα, numquam morietur, v. 26.) 14, 19. Rom. 6, 13. (h. l. additur: ἐκ νεκρῶν) 8, 13. 1 Thess. 5, 10. Hebr. 12, 9. 1 Joh. 4, 9. Apoc. 20, 4. — Huc referas illud: ζήσεσθαι ἐκ πίστεως (ex Habac. 2, 4.) Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. (adde Rom. 10, 5. Matth. 22, 32. et Marc. 12, 27. Luc. 20, 38.)

3., *sensu trop. et metaphor. α.*, vigeo (opp. ἀσθενεῖν, schwach, schlaff sein), 2 Cor. 13, 4. — *β.*, laetitia perfundor, quasi novam vitam recepissem, 1 Thess. 3, 8. coll. v. 9. (cf. vivo, i. e. vita laeta et iucunda fruor, Catull. 5, 1.

— γ., ὕδωρ ζῶν, aqua vi pollens animum in aeternum recreandi, Joh. 4, 10. 11. — λόγια ζῶντα, praecepta, quae et temperantibus vitam felicem pollicentur, Act. 7, 38. (Deut. 32, 47.) — ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, vitam aeternam largiens, Joh. 6, 51. (coll. v. 58.) — ζῶν ὁ λόγος τ. θεοῦ, i. q. ἐνεργής, Hebr. 4, 12. — ὁδὸς ζῶσα, via aperta per carnem vivam Christi, pro nobis mactatam, Hebr. 10, 20. — ἐλπὶς ζῶσα, spes vitae aeternae, 1 Petr. 1, 3.

Ζεβεδαῖος, ου, ὁ, Zebedaeus (זְבַדְיָה s. זְבַדִּי, munificus, a זָבַד, dotavit, donavit), vir Judaeus, piscator, maritus Salomes, pater Joannis et Jacobi apostolorum, Matth. 4, 21. Marc. 1, 19. 20.) 10, 2. (Marc. 3, 17.) 20, 20. (Marc. 10, 35.) 27, 56. Luc. 5, 10. Joh. 21, 2.

Ζεστός, ή, όν, (a ζέω, q. v.) fervidus, Apoc. 3, 15. 16. (Oppon. ψυχρός.)

Ζεῦγος, εος, (ους), τό, (a ζεύγνυμι, iungo) iugum, Joch, i. e. **a.**, duo equi vel boves vel muli coniungati (currui, qui ab iis trahatur, alligati). — **b.**, par, ein Paar, Luc. 2, 24. (Levit. 5, 11.) 14, 19. (1 Reg. 19, 21. — Herodot. 3, 76.

Ζευκτηρία, ίας, ἡ, (a ζεύγνυμι) ligamen, vinculum, Act. 27, 40. (Eurip. Helen. 1552.)

Ζεύς, Διός, ὁ, Jupiter (numen Graecorum et Romanor. supremum, rex coeli, pater Deorum, Act. 14, 12. 13.

Ζέω, f. έσω, ferveo, sieden (Hom. Il. 21, 365.); metaph., πνεύματι, flagro animo et studio, Act. 18, 25. Rom. 12, 11. (ζέοντες.)

Ζηλεύω, i. q. ζηλόω, (a ζῆλος, q. v.; cf. εἰρηνεύω) aemulor (iunctum φθονῶ, invideo. Simplic. in Epictet. c. 26. p. 131. edit. Salmas. οὐδεὶς τῶν τ' ἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ζητούντων φθονεῖ ἢ ζηλεύει ποτέ), ardenter studeo. Legitur in nonnullis codd. Apoc. 3, 19. (ζήλευε οὖν) contende, summo studio cura. v. ζηλόω.

Ζῆλος, ου, ὁ, (a ζέω, q. v.; pro ζέελος) **a.**, absol., α., studium incensum, fervor; — πυρός, fervor, ut ignis esse solet, Hebr. 10, 27. (cf. Deut. 4, 24.) ζῆλ. tribuitur ei, qui sponte in aliquid fertur et acri studio in aliqua re laborat, 2 Cor. 7, 11. 9, 2. (ὁ ἐξ ὑμῶν, pauperes sustentandi studium, prouti e vobis perfectum caeteris innotuit.) — κατὰ ζῆλον (διώκειν), quod studium attinet (religionis tuendae), Phil. 3, 6. (κατά h. l. habet vim distinctivam et distributivam. Cf. quae addita sunt: κατὰ δικαιοσύνην, et v. 5. κατὰ νόμον.) — ζήλῳ θεοῦ, zelo, qualem Deus habet, i. e. purissimo, a quo omne partium studium alienum est, 2 Cor. 11, 2. (al. amore summo.) — β., *invidia*, Act. 5, 17. 13, 45. (ἐπλήσθησαν ζήλου) Rom. 13, 13. (ἔριδι καὶ ζήλῳ.) 1 Cor. 3, 3. (ζῆλος καὶ ἔρις) 2 Cor. 12, 20. et Gal. 5, 20. (ἔρεις, ζῆλοι) Jac. 3, 14. (ζῆλον πικρὸν κ. ἐρίθειαν ἔχειν ἐν τ. καρδίᾳ.) v. 16. (ζῆλος κ. ἐρίθεια.) — **b.**, c. genit. obiecti, studium alic. rei vel pers. tuendae, Eifer für etwas, für Jemanden; — gen. rei, Joh. 2, 17. (ex Ps. 68, 10. — 1 Macc. 2, 58.) — gen. pers., Rom. 10, 2. (ζῆλον θεοῦ ἔχειν, pro religione, pro honore Dei contendere.) — ὑπέρ τινος, gen. pers., studiosum esse alicuius, 2 Cor. 7, 7. Col. 4, 13. Hinc verb. seq.

Ζηλόω (ῶ), f. ώσω, **a.**, absol., α., ferveo, odio et invidia moveor,

aemulor, Jac. 4, 2.' (haud dubie leg. *φθονεῖτε κ. ζηλοῦτε*, cf. v. 5., codices tamen repugnant) Act. 17, 5. 1 Cor. 13, 4. (*ζηλώσαντες*, aemulatione incensi.) — med., *ζηλοῦσθαι*, aemulari, Gal. 4, 18. (add. h. l. *ἐν καλῷ*, in caussa bona.) — *β.*, acriter contendo, assiduam operam impendo, Apoc. 3, 19. (*ζήλωσον οὖν καί* cett. e textu vulg. v. supra *ζηλεύω*; pro: *ζηλώσας*, i. e. *μετὰ ζῆλον, μετανόησον.*) — **b.**, c. acc. *α.*, *τί*, acc. rei, studiose appeto, sector aliquid (ut eo excellam), 1 Cor. 12, 31. (*τὰ χαρίσματα*) 14, 1. (*τὰ πνευματικά*, consociatur h. l. cum verbo *διώκω*) v. 39. (*τὸ προφητεύειν*) — Demosth. 509, 2. 22, 17. — *β.*, *τινά*, contendo de aliquo (ne mihi eripiatur), 2 Cor. 11, 2. — ad meas partes aliquem trahere studeo, Gal. 4, 17. (alias etiam imitor, sector aliquem, ut Prov. 23, 17. 24, 1. quos locos noli cum illis confundere) — invideo alicui, Act. 7, 9.

Ζηλωτής, *οῦ*, *ὁ*, (a *ζηλόω*) **a.**, absol., qui se religionis tenacissimum praebet, Exod. 32, 14. — Zelotae vocabantur olim Judaei, qui legis Mosaicae tenaces vel vi adhibita ad exemplum Pinehasi, Num. 25, 9., impedire studebant, quominus religionis sanctitas ab aliis violaretur. Tempore Maccabaeorum inter Judaeos exstitisse id genus hominum constat (2 Macc. 4, 2.) et Christi aetate etiam societates iunxisse videntur homines, qui ius puniendi quamvis templi aut numinis aut gentis suae violationem suum esse crederent, v. Jos. B. J. 4, 6, 3. 7, 8, 1. — Cognomen Zelotae gessit Simon apostolus, forsitan inde, quod olim zelotarum societati adscriptus fuerat, Luc. 6, 15. (Marc. 3, 18. *Κανανίτης*, quod voc. vid. infra suo loco.) Act. 1, 13. — **b.**, *ζηλωτής τινος*, gen. rei, studiosus alicuius rei, i. e. *α.*, rei consequendae (v. supr. *ζηλόω* b. *α.*), 1 Cor. 14, 12. Tit. 2, 14. — *β.*, rei tuendae et sustentandae, qui acri studio propugnat aliquid; — *νόμου*, Act. 21, 20. — *τῶν πατρικῶν παραδόσεων*, Gal. 1, 14. (v. supra *ζηλόω* b. *β.*) — **c.**, *τινός*, gen. pers., — *θεοῦ*, defendendae auctoritati legis divinae intentus, Act. 22, 3. (cf. Rom. 10, 2.)

Ζημία, *ας*, *ἡ*, femin. adi. *ζήμιος*, quod in genere masc. et neutr. obsoletum est, a quo tamen derivatur *ζημιόω*. Feminin. notioni abstractae reservatum est; *ἡ ζημία* scil. est i. q. *τὸ ζήμιον*, ut *τὸ ἐπιζήμιον* apud Graec. i. q. *ἡ ἐπιζημία*, *τὸ ἐπιτίμιον* i. q. *ἡ ἐπιτιμία*. E forma Cretica: *δαμία* colligi potest, hanc vocem unius stirpis esse cum verbo *δαμάω* et lat. damnum; — damnum, iactura, Phil. 3, 7. (oppon. *κέρδος*) v. 8. (Xen. Mem. 2, 3, 6. oppon. *ὠφέλεια*. — Cyr. 2, 1, 12.) — Act. 27, 10. 21.

Ζημιόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (v. *ζημία*) damno afficio. In N. T. pass. **a.**, absol., damno afficior, detrimentum accipio, 1 Cor. 3, 15. — *ἔν τινι*, in aliqua re, *ἔκ τινος*, ex aliquo (homine), 2 Cor. 7, 9. — **b.**, *τί*, Matth. 16, 26. (oppon. *κερδαίνειν τι*; Marc. 8, 36. *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, Luc. 9, 25. *ἑαυτόν*) — Xen. Cyr. 3, 1, 16. Herodot. 7, 39. — *ἐζημιώθην*, significat. med., omnia abieci, omnium harum rerum iacturam facere decrevi, Phil. 3, 8.

Ζηνᾶς, *ᾶ*, *ὁ*, Zenas, doctor quidam Christianus, Tit. 3, 13.

Ζητέω (*ῶ*), f. *ήσω*, quaero; **a.**, universe et absol., Matth. 7, 7. 8. et Luc. 11, 9. 10. 15, 8. (oppon. *εὑρίσκω.*) — **b.**, constr. *α.*, *τί*, aliquid i. e. N., acquirere studeo, v. c. *ἀνάπαυσιν*, Matth. 12, 43. (Luc. 11, 24.) — *εὐκαιρίαν*, Matth. 26, 16. (Luc. 22, 6.) — *ψευδομαρτυρίαν*, Matth. 26, 59. (Marc.

14, 55.) — τὸν θάνατον, quaero moriendi opportunitatem, Apoc. 9, 6. — λύσιν, 1 Cor. 7, 27. — τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ, Matth. 6, 33. (Luc. 12, 31.) — τὰ ἄνω, Col. 3, 1. — εἰρήνην, 1 Petr. 3, 11. — χαρίσματα, 1 Cor. 14, 12. Rom. 2, 7. — δόξαν ἔκ τινος, 1 Thess. 2, 6. — τὴν δόξαν τὴν παρά τινος, Joh. 5, 44. — τά τινος, opes alic., 2 Cor. 12, 14. — ב., promovere studeo, τὴν δόξαν θεοῦ, Deo honorem quaero, Joh. 7, 18. 8, 50. — τὸ θέλημά τινος, stabilire conor, Joh. 5, 30. — τὸ συμφέρον τινός, commodis alicuius inservire studeo, 1 Cor. 10, 33. i. q. ζητεῖν τά τινος, 1 Cor. 10, 24. 13, 5. Phil. 2, 21. ג., indago aliquid, Matth. 18, 12. Luc. 13, 6. 19, 10. — (de emturientibus) καλοὺς μαργαρίτας, Matth. 13, 45. — ד., ψυχήν τινος, ex hebr., vitae alicuius insidior, Matth. 2, 20. (Ex. 4, 19.) Rom. 11, 3. (1 Reg. 19, 10. 14.) — ה., universe in quaestione: τί ζητεῖς; quid quaeris? quid tibi vis? Joh. 1, 39. 4, 27. (Sophocl. Oed. Col. v. 657.) — ו., desidero, requiro, 1 Cor. 1, 22. 2 Cor. 13, 3. — pass., Hebr. 8, 7. (Nehem. 5, 18.) — β., τινά, quaero aliquem, i. e. indago, anquiro aliquem, Marc. 1, 37. Luc. 2, 45. 48. 49. 4, 42. Joh. 6, 24. 26. 7, 11. 34. 36. 8, 21. 11, 56. 13, 33. 18, 4. 7. 8. 20, 15. 2 Tim. 1, 17. — aliquo veni, ubi putabam eum versari, quem videre cupio, Matth. 28, 5. (Luc. 24, 5. ζητεῖν τινα μετά τινων, quid huc venistis opinantes viventem versari inter mortuos?) — desidero aliquem, i. e. habere volo, Joh. 4, 23. — desidero aliquem, i. e. colloqui cum eo cupio, Mar. 3, 32. (Luc. 8, 20. ἰδεῖν σε θέλοντες) — percontor, *quis et ubi* sit is, quem videre cupio, nach jem. fragen, Act. 9, 11. 10, 19. 21. (sed Matth. 2, 13. potius est: indagare hostili animo locum, ubi quis est, auskundschaften.) — posco mihi aliquem, Act. 17, 5. — ὑμᾶς, vos ad meas partes traducere studeo, vos meos esse volo, 2 Cor. 12, 14. — speciat.: ζητῶ τὸν θεόν, i. e. sciscitans, an deus sit, indago eius vestigia, Act. 17, 27. — Deum precibus adeo, Dei favorem quaero, Rom. 10, 20. (ex Jes. 65, 1. cf. Deut. 4, 29.)

γ., seq. infinit., studeo, cupio (inf. aor.), Matth. 21, 46. (Marc. 12, 12. Luc. 20, 19.) 12, 46. (leg. ζητ. αὐτῷ λαλῆσαι) v. 47. Luc. 5, 18. 9, 9. 11, 54. 13, 24. 17, 33. 19, 3. 47. Joh. 5, 18. 7, 19. 20. 25. 30. 8, 37. 40. 10, 39. 19, 12. Act. 13, 8. 16, 10. 17, 5. (construe: ἀγαγεῖν αὐτούς) 27, 30. Rom. 10, 3. Gal. 2, 17. (inf. praes.) Luc. 6, 19. Joh. 7, 4. Gal. 1, 10. (Xen. Mem. 5, 11.) — med., mihi quaero, mihi posco, Luc. 12, 31.

δ., seq. ἵνα, requiro, ut cett., 1 Cor. 4, 2. 14, 12.

ε., seq. interrogat. indir., meditor facere aliquid, delibero, circumspicio, Marc. 11, 18. (lege: ἀπολέσωσιν, quo eum interficerent; fut. ἀπολέσουσιν significaret: quo eum interfecturi essent) 14, 1. 11. Luc. 12, 29. 22, 2. 1 Petr. 5, 8.

ζ., additis praepositionibus cum suo casu; א., ζητῶ παρά τινός τι, posco ab aliquo, Marc. 8, 11. (Luc. 11, 16.) Luc. 12, 48. — ב., ἔν τινι, quaero, Luc. 13, 6. 7. 1 Cor. 4, 2. — ג., περί τινος, quaero, i. e. sciscitor, Joh. 16, 19. (Aelian. V. H. 2, 13.) Hinc voc. seq.

Ζήτημα, τος, τό, **a.**, quaestio, Act. 15, 2. 18, 15. (ζήτημά ἐστι περί τινος) — pl., 23, 29. 25, 19. (ζήτ. ἔχειν περί τ.) 26, 3.

Ζήτησις, εως, ἡ, **a.**, quaestio, Act. 25, 20. — περί τινος, disceptatio, Joh. 3, 25. (ἐγένετο. Herodot. 2, 54. 5, 21.) — **b.**, quaestio inanis;

— pl., 1 Tim. 1, 4. (*παρέχειν ζητ.*) 6, 4. (*ζητήσεις κ. λογομαχίαι*) Tit. 3, 9. (*μωρὰς ζητήσεις.*)

Ζιζάνιον, ου, τό, (derivant a זָנָן, v. Buxtorf. lex. talm. — in Talmude vox scripta est זוּנִין. Suid.: *ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα.* Phavor.: *τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ*) zizanium, lolium, Tollkraut, al. triticum adulterinum, Afterwaizen, Matth. 13, 25. 26. 29. 30. 36. 38. 40.

Ζοροβάβελ, ὁ, (זְרֻבָּבֶל, ex זָרָה, dispersit et בָּבֶל, Babylon, is, qui in exilio Babylonico natus est) Zorobabel, (princeps Judaeorum, e stirpe Davidis oriundus, qui una cum Josua sacerdote de exilio Babyl. redux factus Jehovae altare exstruxit (Esdr. 2, 2. 3, 2. 5, 2. 1 Chron. 3, 19.) Matth. 1, 12 seq. Luc. 3, 27.

Ζόφος, ου, ὁ, (vox cognata vocibus: *γνόφος, δνόφος, νέφος, κνόφος*) caligo, densae tenebrae (Hom. Il. 15, 191. 21, 56. al. — scriptoribus N. T. de tartaro, domicilio Satanae et malor. genior., 2 Petr. 2, 4. Jud. v. 6. — *ζόφος τοῦ σκότους*, densissima caligo, 2 Petr. 2, 17. Jud. v. 13.

Ζυγός, ου, ὁ, (a *ζεύγνυμι*) **a.**, iugum, quod iumentis imponitur. — metaph., de servitutis iugo, Gal. 5, 1. 1 Tim. 6, 1. (cf. Levit. 26, 13. — Demosth. 322, 12. *δουλοσύνης ζυγός*) — de legibus alicui impositis, praesertim molestis, Act. 15, 10. (*ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος.*) Transfertur haec vox ad praecepta Christi, ut iis praeceptis, quae vere iugum erant, scil. Pharisaicis opponantur, quamvis et ipsa sint suscipienda ac ferenda, Matth. 11, 29. 30. — **b.**, statera, trutina, Apoc. 6, 5. (*ἔχειν ἐν τῇ χειρί*) — *οἱ ὁ* Jes. 40, 12. Levit. 19, 36. — Aelian. V. H. 10, 6.

Ζύμη, ης, ἡ, (videtur derivandum a v. *ζέω*) fermentum, Sauerteig, Matth. 13, 33. (Luc. 13, 21.) 16, 12. — metaph., *ἡ ζύμη τῶν φαρισ.*, Marc. 8, 15. (Matth. 16, 6. explicatur v. 12. *ἡ διδαχὴ τῶν φαρισαίων.* Aliter explicat Luc. 12, 1. qui vult intelligi: *τὴν ὑπόκρισιν.*) — Proverbium: 1 Cor. 5, 6. 7. 8. (a proverbio, quo usus erat auctor v. 6. [v. *ζυμόω*], ad alias deducitur metaphoras. Sens.: cum sciatis, unum coetus vestri sceleratum hominem vim habere posse fermenti totam massam corrumpentis, videte, quid vestrum sit, qui habeatis agnum paschalem pro vobis immolatum Christum ideoque tamquam Christiani remotis omnibus fermentis ferias paschales agere i. e. vitae puritati ac sanctimoniae studere debeatis. Eiicite igitur e lege, pascha celebraturis scripta [Ex. 12, 18—20.] fermentum pristinum h. e. hominem illum impurum, ut novam massam, i. e. ut coetum, in quo nihil deprehendatur sceleris atque impuritatis, constituatis.) v. 8. (*ζύμη κακίας κ. πονηρίας*, genit. explicat., fermentum, quod nunc dico, s. per quod intelligi volo improbitatem et pravitatem.) — *ἐν ζύμῃ*, (retento, adhibito fermento, cum fermento.) Gal. 5, 9. (levis quoque error fidem pervertere potest.) Hinc verb. seq.

Ζυμόω (ῶ), f. *ώσω*, fermento (farinae aqua subactae fermentum immisceo, ut effervescat); — *ἄλευρον*, pass., Matth. 13, 33. et Luc. 13, 21. — (*ἕως ἐζυμώθη ὅλον*, donec totum fermentatum esset. Sens. parabolae: regnum Dei si semel nonnullos habet, qui ipsius notitia sint imbuti, eiusque studio ducantur, mox bonos quosque ad suas partes trahet.) 1 Cor. 5, 6. (sens. sententiae

parabolicae: unus in coetu homo scelestus facile caeteros omnes corrumpit.) Gal. 5, 9. (sens. eiusdem sententiae h. l.: unus error facile totum fidei σύστημα evertit.)

Ζωγρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ζωός, vivus, et ἀγρεύω, venor, capio) **a.**, vivum capio (Hom. Il. 6, 46. Xen. Anab. 4, 7, 22.) — **b.**, capio, Luc. 5, 10. (ἔσῃ ζωγρῶν, tuum erit capere. Sens. trop.: homines eo perduces, ut idem, quod tu ipse animo tenes fovesque, amplectantur.) — Pass. ζωγρεῖσθαί εἴς τι, irretiri alicui, 2 Tim. 2, 26. (ἐζωγρημένοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, irretiti a diabolo ipsius studiis.)

Ζωή, ῆς, ἡ, (a v. ζάω s. ζῶ, vivo) vita (oppon. θάνατος). Dict. *A., de vita mortalium hisce in terris* — **1.**, generatim, Hebr. 7, 3. — **2.**, speciat. **a.**, *sensu proprio*, Act. 17, 25. (ζωὴ κ. πνοή) — loci, in quibus ζωή et θάνατος invicem opponuntur: Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. Phil. 1, 20. — ἡ ζωή τινος, Luc. 1, 75. 16, 25. (ἐν τῇ ζωῇ σου, dum in terra vivebas) Jac. 4, 14. — ζωὴ ἔκ τινος, Luc. 12, 15. (οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, non in eo, quod quis opibus abundat, fundari potest spes, fore, ut de opibus suis vivat.) — **b.**, *sensu metaphor.*, Rom. 11, 15. (τίς ἡ πρόςληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν; sens.: Si defectus Judaeorum effecit, ut gentiles in gratiam reciperentur: nonne ipsi Judaei, si reversi fuerint, recipientur veluti ii, qui e mortuis in vitam redierint? — Etenim promissiones pertinebant ad Judaeos. — Ritus erat Romanorum, homines qui in pugna aut itinere interiisse nuntiabantur, tum, cum praeter spem opinionemque omnium redibant et vivos sese sistebant, in viventium numerum recipere.) — **c.**, *sensu morali:* de excitato sanctimoniae studio, Rom. 6, 4. — **d.**, *sensu eminentiori:* de vita immortali atque indissolubili (ἀκαταλύτῳ, Hebr. 7, 16.) α., ea, quae est in *Christo* Filio Dei א., quippe τῷ λόγῳ ἐνσαρκωθέντι, Joh. 1, 4. 5, 26. 1 Joh. 1, 2. (ἡ ζωὴ ἐφανερώθη) — ב., per resurrectionem eius e mortuis manifestata, Act. 5, 20. (λαλεῖτε πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης, pervulgate omnia acta vitae illius in lucem editae) 8, 33. (Jes. 53, 7. — laudatur locus e versione τῶν ό, qui a textu hebraico deflexerunt) Rom. 5, 10. (opp. ὁ θάνατος Christi) 2 Cor. 4, 10. 11.

B., de vita probis Dei et Christi cultoribus post mortem in coelis futura. א., dicitur vita illa ζωὴ αἰώνιος, Matth. 19, 16. 29. (Marc. 10, 17. 30. Luc. 18, 18. 30.) 25, 46. Luc. 10, 25. Joh. 3, 15. 36. 4, 14. 5, 24. 39. 6, 27. 40. 47. 68. 10, 28. 12, 25. 50. 17, 2. 3. 1 Joh. 3, 15. 5, 11. Act. 13, 48. Rom. 2, 7. 5, 21. 6, 22. 23. Gal. 6, 8. 1 Tim. 1, 16. Tit. 1, 2. 3, 7. Jud. v. 21. — ἡ αἰών. ζωή, Act. 13, 46. 1 Tim. 6, 12. — ἡ ζωὴ αἰώνιος (vita in aeternum permanens, — loco praedicati posita) 1 Joh. 5, 20. — ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, 1 Joh. 1, 2. 2, 25. — ἡ ζωὴ ἡ μέλλουσα, 1 Tim. 4, 8. cui oppon. (l. c.) ἡ ζωὴ ἡ νῦν, s. ἡ ζωὴ αὕτη, vita, quam homines degunt in his terris, 1 Cor. 15, 19. — ἡ ζωὴ κατ' ἐξοχήν, Matth. 7, 14. (oppon. ἡ ἀπώλεια, v. 13.) 19, 17. 18, 8. 9. (opp. τὸ πῦρ τὸ αἰών., Matth. 9, 43. 45.) Joh. 5, 24. 40. 6, 27. 33. 1 Joh. 3, 14. Rom. 5, 17. 6, 4. 7, 10. 2 Petr. 1, 3. cf. ζωὴ ἀκατάλυτος, Hebr. 7, 16. — ἡ ὄντως ζωή, 1 Tim. 6, 19. — jungitur c. ἀφθαρσία, 2 Tim. 1, 10. cf. Rom. 2, 7. 2 Cor. 5, 4. — ἡ ζωὴ τ. θεοῦ, Eph. 4, 18. (aversi a vita cuius auctor

Deus est.) — ב., Formulae de adeptione illius vitae: εἰςελθεῖν εἰς ζωὴν αἰών. s. εἰς ζωήν, Matth. 19, 17. 25, 46. (opp. εἰςελθ. εἰς κόλασιν αἰώνιον) — ἔχειν ζωὴν αἰών., Matth. 19, 17. Joh. 3, 15. 16. 36. 5, 24. 39. 40. 6, 40. 47. Rom. 6, 22. — ὄψεσθαι ζωήν, Joh. 3, 36. (οὐκ ὄψεται, i. e. ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν) — κληρονομεῖν ζωὴν αἰών., Matth. 19, 29. Marc. 10, 17. Luc. 18, 18.) Luc. 10, 25. — κληρονόμον γίνεσθαι ζωῆς αἰωνίου, Tit. 3, 7. cf. 1 Petr. 3, 7. — λαμβάνειν ζ. αἰών., Marc. 10, 30. (additur: ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ. — Luc. 18, 30. ἀπολαμβάνειν) — μεταβεβηκέναι ἐκ τ. θανάτου εἰς τὴν ζωήν, Job. 5, 24. 1 Joh. 3, 14. (praeterit. respectu facto ad rem certo futuram) — ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς, 1 Tim. 6, 12. 19. — λαμβάνειν τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, i. e. coronam, quae est vita, Jac. 1, 12. Apoc. 2, 10. — ἡ ἀνάστασις ζωῆς (opp. ἡ ἀνάστ. κρίσεως) Joh. 5, 29. — Oppos. ἀπόλλυσθαι, ἔρχεσθαι εἰς κρίσιν, εἰςελθεῖν εἰς κόλασιν αἰών. — οὐκ ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτῷ (Joh. 6, 54.) οὐκ ἔχειν ζωὴν αἰών. ἐν ἑαυτῷ μένουσαν, (1 Joh. 3, 15.) — ג., Formulae symbolicae: de βίβλῳ τῆς ζωῆς, catalogo eorum, qui vita aeterna potientur, Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5. 13, 8. 17, 8. (τὸ βιβλίον τῆς ζ. ut 20, 12. 21, 27.) 20, 15. 22, 19. — cf. Jes. 4, 3. Ps. 68, 29. Dan. 12, 1. — de ξύλῳ τῆς ζ. (arbore vitae, Gen. 2, 9.) Apoc. 2, 7. 22, 2. — de ὕδατι ζωῆς, Apoc. 22, 17. (cf. Joh. 4, 10. 14. 7, 38.)

C., de Christo vitam aeternam daturo: Joh. 4, 14. 6, 35. (ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ut v. 48. coll. v. 33. 39. 40. 50—52. 58.) 69. (ῥήματα ζωῆς αἰωνίου, cf. 5, 24.) 8, 12. τὸ φῶς τῆς ζωῆς, lucem, quae viam monstrat ad vitam aeternam) 10, 28. 12, 50. 17, 2. 20, 31. 1 Joh. 2, 25. 5, 11. 12. Rom. 5, 17. 18. (δικαίωσις ζωῆς h. e. δικαίωσις, quae in vita cernitur) ζωὴ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ i. e. vita iis parata, qui fidei vinculo cum Christo coniuncti sunt, Rom. 6, 23. 8, 2. (distingue sic: ὁ νόμος τοῦ πνεύματος, [ὁ νόμος] τῆς ζ. ἐν Χρ. Ἰησ. lex vitae, iis paratae, qui cum Christo coniuncti sunt — et quasi in Christo moventur, cf. v. 9.) 2 Cor. 2, 15. 16. (Χριστοῦ εὐωδία — οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν, sc. iis, qui per Christum vitam aeternam nacturi sunt). Christus ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, Act. 3, 15. cf. Hebr. 2, 10. — idem dicitur ἡ ἀνάστασις κ. ἡ ζωή, i. e. is, per quem illa est, Joh. 11, 25. 14, 6. — ἡ ζωὴ ἡμῶν, Col. 3, 4.

D., doctrina Christiana: λόγος ζωῆς, doctrina de spe vitae aeternae in Christo reponenda, Phil. 2, 16. cf. 2 Petr. 1, 3 et 4. 1 Joh. 1, 1. — v. βασιλεία, εὐαγγέλιον, σωτηρία.

Ζώνη, ης, ἡ, (a ζώννυμι) cingulum, Matth. 3, 4. (Marc. 1, 6.) 10, 9. (Marc. 6, 8.) Act. 21, 11. Apoc. 1, 13. 15, 6.

Ζώννυμι (ζωννύω), f. ζώσω, cingo; — τινά, Joh. 21, 18. (Hom. Il. 10, 78. — Ex. 29, 19.)

Ζωογονέω (ῶ), f. ήσω, (a ζωογόνος, vivum foetum pariens, et hoc ex ζωός, vivus, et adiect. verbali γόνος, quod est ab obsoleto γείνω) propr. *a.*, foetum vivum pario vel procreo. — *b.*, vivum (in vita) conservo; — τινά, Luc. 17, 33. — pass., Act. 7, 19. (οἱ ὁ Gen. 6, 19. Judic. 8, 19.)

Ζῶον, ου, τό, (ζωός, vivus) *a.*, animal (i. e. quod animatum est, i. q. animale), οἱ ὁ Ps. 67, 11. — Xen. Mem. 4, 3, 10. — *b.*, brutum, bestia, Hebr. 13, 11. 2 Petr. 2, 12. Jud. v. 10. Apoc. 4, 6—9. al. (οἱ ὁ Ez. 10, 20.)

Ζωοποιέω (ῶ), f. ήσω, (a ζωοποιός) vivere facio; vivifico, — τινά, i. e. ***a.***, vitae restituo, Joh. 5, 21. Rom. 4, 17. 8, 11. — pass., vitae restituor, 1 Cor. 15, 22. 1 Petr. 3, 18. — metaph. de seminibus revirescentibus, 1 Cor. 15, 36. — ***b.***, vitam tribuo alicui 1 Tim. 6, 13. — ut τὸ πνεῦμα, Joh. 6, 63. 1 Cor. 15, 45. 2 Cor. 3, 6. (oppon. ἀποκτείνει, quod est h. l. mortem minari) Gal. 3, 21. coll. v. 12.

Η.

Ἤ, **1.**, coniunct. disiunctiva: aut i. e. ***a.***, aut quod idem est, Matth. 5, 17. 18. 36. 6, 31. 7, 16. 10, 11. 19. 37. 16, 14. 17, 25. 18, 8. 16. 20. 19, 29. 25, 37. 38. Marc. 6, 11. 56. 7, 11. 12. Luc. 2, 24. 9, 25. 17, 7. 20, 2. Luc. 4, 27. Joh. 7, 48. 13, 29. Act. 1, 7. 3, 12. 4, 7. 5, 38. 7, 49. 10, 14. 28. 23, 9. 24, 20. 28, 21. Rom. 1, 21. 2, 4. 3, 1. 10, 7. 11, 35. 14, 13. 1 Cor. 4, 3. 5, 9. 10. 11. 10, 19. 7, 16. Gal. 1, 10. (ἢ ζητῶ cett.) — ante interrogationes, quibus subest eiusdem rei alia ratione demonstrandae consilium, Matth, 7, 4. 9. 12, 29. 16, 26. (Marc. 8, 37.) Marc. 4, 30. Luc. 13, 4. 14, 31. 15, 8. Rom. 9, 21. 14, 11. 1 Cor. 1, 13. 6, 16. — ***b.***, ἢ — ἤ, aut — aut, Matth. 6, 24. 12, 33. Marc. 13, 35. Luc. 16, 13. 1 Cor. 14, 6. — ***c.***, in disiunctiva quaestione respondet latino: *an;* item praecedente πότερον, Joh. 7, 17. (Xen. Mem. 2, 1, 15. Cyr. 1, 3, 2.) — ***d.***, ubi alterum ἤ praecedens, per *utrum* vertendum, mente cogitandum est, Matth. 9, 5. (Marc. 2, 9. Luc. 5, 23. τί ἐστι εὐκ. [ἢ] εἰπεῖν ἢ εἰπεῖν) 21, 15. (Marc. 11, 30. Luc. 20, 4.) 22, 27. (Marc. 12, 14. Luc. 20, 22.) 23, 17. 19. 27, 17. Marc. 3, 4. Luc. 7, 19. (Matth. 11, 3.) Act. 8, 34. 1 Cor. 9, 8. 10. Gal. 1, 10. (ἢ τὸν θεόν.)

2., coniunctio interrogativa: num? an? Rom. 7, 1. 1 Cor. 6, 9. 14, 36. — aut num? Matth. 20, 15. 26, 53. Rom. 3, 29. 6, 3. 11, 2. 1 Cor. 6, 19. 9, 6. 10, 22. 11, 14. 2 Cor. 11, 7.

3., coniunctio comparativa: ***a.***, post comparat. quam, nostr. als, denn, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 18, 13. 19, 24. 26, 53. Luc. 9, 13. — 10, 12. 14. 16, 17. 18, 25. Joh. 3, 19. 4, 1. Act. 4, 19. 5, 29. 20, 35. Rom. 13, 11. al. — omittitur post πλείους sequente nom. numerali, Act. 23, 13. 21. (aliter 24, 11. 25, 6.) — ***b.***, ponitur post πρίν, prius quam (seq. acc. c. inf.), Matth. 1, 18. Marc. 14, 30. Act. 2, 20. 7, 2. — (seq. coniunct. aor.) Luc. 2, 26. 22, 34. — (seq. optat.) Act. 25, 16. — (abest ἤ post πρίν, Matth. 26, 34. 75. (Marc. 14, 72.) al. v. πρίν) — ***c.***, ponitur post θέλω (ut hoc vertendum sit: malo), 1 Cor. 14, 19. (2 Macc. 14, 42. — Arrian. Epict. 3, 1.) — ***d.***, post (ἄλλος) ἕτερος, Act. 17, 21. — ***e.***, post τί, omissa voce ἄλλος, Act. 24, 21. — ***f.***, post οὐ, Joh. 13, 10. (Xen. Oecon. 3, 3.) — ***g.***, post positivum: καλόν ἐστι (omisso: μᾶλλον), praestat, Matth. 18, 8. 9. (Marc. 9, 43. 45. 47. cf. Menandri illud: καλὸν τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως, Thucyd. 6, 21. Praeterea cf. Jon. 4, 3. Tob. 3, 6. 6, 12. Sir. 20, 25.) item post λυσιτελεῖ, Luc. 17, 2. — post χαρά ἐστι, Luc. 15, 7. (sens.: e peccatoris ad meliorem frugem reditu genii coelestes laetitiam capiunt, qualem ii, qui probi sunt, eo temporis momento eis praebere non possunt.) Reperitur post verba: οὗτος κατέβη δεδικαιωμένος additum ἢ γάρ (ἐκεῖνος), Luc. 18, 14. (si lectio sana est; alii enim codd. habent ἤπερ ἐκεῖνος, alii ommittunt.)

Ἀλλ' ἤ, post negat. aut interrog., ad quam negando respondetur, nisi, Luc. 12, 51. 1 Cor. 3, 5.

Ἢ καί, **a.**, aut etiam, Luc. 11, 11. 12. 18, 11. Rom. 2, 15. 1 Cor. 16, 6. 2 Cor. 1, 13. — **b.**, an etiam (in quaestione disiunctiva), Luc. 12, 41. Rom. 4, 9.

Ἤπερ, quam forte, als etwa, post comparat., Joh. 12, 43. (2 Macc. 14, 42. — Lucian. Diall. Mort. 6, 4.)

Ἤτοι, sequente *ἤ*, aut, entweder, Rom. 6, 16. (Xen. Cyr. 4, 5, 27.)

Ἦ μήν, profecto, certo (particula affirmantis, promittentis, iurantis), Hebr. 6, 14. (*οἱ ὁ* Gen. 22, 17. Num. 14, 23. Judic. 15, 7. — Xen. Cyr. 6, 1, 3. Aristoph. Plut. v. 608.).

Ἡγεμονεύω, f. *εύσω*, (sum *ἡγεμών*, i. e. dux, = duco, Hom. Il. 15, 46. seq. gen. ut ap. graec.), praeses, praefectus sum, Luc. 2, 2. 3, 1. (Xen. Ages. 1, 18.)

Ἡγεμονία, *ας*, *ἡ* (ab *ἡγεμών*, q. v.) imperium, Luc. 3, 1. (Jos. Ant. 18, 2, 7.)

Ἡγεμών, *όνος*, *ὁ*, (ab *ἡγέομαι*, q. v.) dux, Xen. Anab. 1, 3, 14. — in N. T. **a.**, princeps, Matth. 2, 6. (Mich. 5, 1. *οἱ ὁ*, h. l. *ἐν χιλιάσιν*, ad hebr. Matthaei versio videtur orta ex alia lectione s. pronuntiatione vocis באלפי, quam auctor pronuntiaverit בְּאַלְפֵי, cf. Zach. 12, 5. Fuit Israëlitarum natio in eiusmodi divisa familias, quae suis subessent praefectis. Principes ig. h. l. positi sunt pro ipsorum ditionibus sedibusque.) — **b.**, Speciat., legatus Caesaris, nomine et auctoritate Caesaris in provinciam missus; *α.*, praeses provinciae, Matth. 10, 18. (Marc. 13, 9. Luc. 21, 12.) 1 Petr. 2, 14. — *β.*, procurator, Matth. 27, 2. 11. 14. 28, 14. Luc. 20, 20. Act. 23, 24. 26. 33. 24, 2. 10. 26, 30. (Provinciarum Romanarum libera re publica aliae erant consulares, aliae praetoriae. In illas, quae caeteris maiores erant, proconsules, *ἀνθύπατοι*, cum exercitu mittebantur, qui summum imperium tenerent in caussis forensibus et in re militari; in has vero, illis minores, quotannis delegabantur propraetores, *ἀντιστράτηγοι*, sine exercitu, qui imperium exercerent atque penes quos esset iuris dicendi potestas; postea Augustus rerum potitus provincias distribuit in Caesareas et in senatorias, quarum illae consularibus, hae senatoriis respondebant provinciis. In provincias senatorias qui cum imperio mittebantur, proconsulum nomen gesserunt (*ἀνθυπάτων*). Eorum, qui mittebantur in Caesareas; alii toti provinciae regendae praeficiebantur, et legati Caesaris, *πρεσβευταί*, vel etiam propraetores, *ἡγεμόνες*, vocabantur; aliis reditnum Caesaris commissa erat administratio, eaque aut sola in provinciis maioribus, aut adiuncta imperio proconsulari et iure vitae necisque in provinciis minoribus; et hi *ἐπίτροποι*, *διοικηταί*, procuratores, interdum vero etiam *ἡγεμόνες* dicebantur. Ex eorum genere erat Pilatus einsque successores.)

Ἡγέομαι (*οῦμαι*), f. *ἡσομαι*, perf. *ἥγημαι*, (ab *ἄγω*, aor. 2. *ἤγαγον*) praeeo (Hom. Il. 24, 96.), duco, dux sum (Xen. Cyr. 4, 5, 13.); — in N. T. **a.**, praesum, absol., *ἡγούμενος*, princeps, Matth. 2, 6. (Mich. 5, 1.) — procurator, Act. 7, 10. — primus, qui praeest, Luc. 22, 26. (oppon. *ὁ διακονῶν*)

Act. 15, 22. — τινός, gen. pers., praesum alicui, Hebr. 13, 7. 17. 24. (in his l. de antistitibus coetuum Christianorum) — c. gen. rei: ἡγούμενος τοῦ λόγου, qui verba praeit, Wortführer, Act. 14, 12. — **b.**, ut lat. duco, i. q. existimo, *α.*, c. duplici acc., Act. 26, 2. (me habeo, me praedico felicem) Phil. 2, 3. 3, 7. (perperam dicunt ἥγημαι h. l. habere vim praesentis. Cf. v. 8.) 2 Cor. 9, 5. Phil. 2, 6. 25. 1 Tim. 1, 12. 6, 1. Hebr. 10, 29. 11, 11. 26. Jac. 1, 2. 2 Petr. 1, 13. 2, 13. 3, 9. 15. — *β.*, ἡγέομαί τινα ὥς τινα, 2 Thess. 3, 15. — *γ.*, ἡγέομαί τινα ὑπερεκπερισσοῦ, maximi aliquem facio, 1 Thess. 5, 13. — *δ.*, seq. acc. c. inf., Phil. 3, 8.

Ἡδέως, adv., (ab adi. ἡδύς, dulcis, suavis) cum voluptate, libenter, Marc. 6, 20. 12, 37. 2 Cor. 11, 19. (2 Macc. 6, 30. 11, 26. Xen. Mem. 1, 3, 5. Aelian. V. H. 8, 21.)

Ἤδη, adv. **1.**, iam, Matth. 3, 10. 5, 28. 14, 15. 15, 32. Marc. 4, 37. 11, 11. Luc. 7, 6. 12, 49. 14, 17. 19, 37. Joh. 4, 35. 51. 9, 22. 27. 11, 39. 15, 3. 21, 14. Act. 27, 9. 1 Cor. 4, 8. al. — νῦν ἤδη, 1 Joh. 4, 3. (Xen. Cyr. 4, 1, 4.) — **2.**, iamiam, nunmehr, Joh. 19, 28. — ἤδη ποτέ, tandem aliquando, Rom. 1, 10. (Lucian. Diall. Deor. 8, 3. Thuc. 8, 69.)

Ἥδιστα, adv., (superlat. ἥδιστος ab ἡδύς, — neutr. plural. adverbialiter pos.) suavissime, lubentissime (cf. ἡδέως), 2 Cor. 12, 9. 15. (Xen. Mem. 2, 7, 10.)

Ἡδονή, ῆς, ἡ, (ab ἥδομαι, ἁνδάνω, delector) **a.**, voluptas, 2 Petr. 2, 13. — pl., Luc. 8, 14. (αἱ ἡδοναὶ τ. βίου) Tit. 3, 3. Jac. 4, 3. — **b.**, libido, Jac. 4, 1. (Xen. Mem. 1, 2, 23.)

Ἡδύοσμον, ου, τό, (ex ἡδύς, dulcis, suavis, et ὀσμή, odor) mentha hortensis, Gartenmünze (i. q. μίνθης, Plin. H. N. 14, 8. 29, 7.) genus herbae minoris odoriferae, quo Judaei pavimentum aedium et synagogarum conspergere solebant, מִינְתָּא iis appellatum, v. Buxtorf. lex. talm. p. 1228), Matth. 23, 23. Luc. 11, 42.

Ἦθος, εος (ους), τό, (forma ionica pro ἔθος, sedes consueta, Hom. Il. 6, 511. Herodot. 7, 1. 5.) mos; pl., τὰ ἤθη, mores (Xen. Mem. 3, 10, 3.) 1 Cor. 15, 33. (usurpantur h. l. verba Menandri illa in versum iambicum senarium composita.)

Ἥκω, f. ξω, aor. 1. ἧξα (Luc. 13, 35. Apoc. 2, 25. 3, 9. melioris aevi scriptores huius verbi praesens tantum, imperfect. et fut. et pro ἧξα potius ἐλήλυθα, usurpant;) *venio*, **a.**, absol., *α.*, de homine: Matth. 24, 50. Luc. 12, 46. 13, 35. 15, 27. Joh. 8, 42. Hebr. 10, 7. 9. 37. 1 Joh. 5, 20. Apoc. 2, 25. 3, 9. 15, 4. (Xen. Anab. 2, 1, 3.) — *β.*, de tempore: Joh. 2, 4. 2 Petr. 3, 10. — de eventis suo tempore venturis, Matth. 24, 14. (ἥξει τὸ τέλος,) Apoc. 18, 8. (αἱ πληγαί) — **b.**, constr. — ἀπό c. gen. loci, Matth. 8, 11. Luc. 13, 29. — ἐκ c. gen. loci, Joh. 4, 47. Rom. 11, 26. — μακρόθεν, Marc. 8, 3. — πρός τινα, Act. 28, 23. Joh. 6, 37. (mihi sese applicabit, — ἐπί τίνα (in aliquem, opprimo aliquem, überfallen), Apoc. 3, 3. (h. l. obrepo, supervenio aliquem improvisum) Luc. 19, 43. — de iis, quae in aliquem devolvuntur, ut sustineat (de malis, poenis), Matth. 23, 36.

Ἡλί, ὁ, Eli pater Josephi, Luc. 3, 23.

Ἡλί, vox hebr. אֵלִי, Deus mi, Matth. 27, 46. (ex Ps. 21, 1.) cf. Ἐλωί.

Ἡλίας, ου, ὁ (אֵלִיָּה s. אֵלִיָּהוּ, robur Domini,) Elias (propheta Thisbita, 4 Reg. 1, 3.) Matth. 11, 14. 16, 14. (Marc. 8, 28. Luc. 9, 19.) 17, 3. seq. (Marc. 9, 4. seq. Luc. 9, 30.) 27, 47. 49. (Marc. 15, 35.) Marc. 6, 15. Luc. 1, 17. (cf. Sirac. 48, 9.) 4, 25. 9, 54. Joh. 1, 21.

Ἡλικία, ας, ἡ, (ab ἡλίκος, q. v. — ἡλικία in abstracto: qualitas, eaque et staturae et aetatis) 1., aetas maturior maxime et adultior, Luc. 2, 52. (προκόπτειν ἡλικίᾳ) Joh. 9, 21. 23. (ἔχειν ἡλικίαν) Hebr. 11, 11. (παρὰ καιρὸν ἡλικίας) Eph. 4, 13. (h. l. γίνεσθαι ἄνδρα τέλειον sic exprimitur: nancisci μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, i. e. mensuram aetatis, quae ex Christo habet, ut ad vigorem virilem plena sit. Sermo est de incrementis cognitionis, quae Christianorum coetus, cum re crescente, scil. cum corpore comparatus, capturus sit.) — 2 Macc. 4, 40. — Xen. Cyr. 1, 2, 6. — 2., statura, Matth. 6, 27. Luc. 12, 25. — Nota verbum μετεωρίζεσθαι v. 29. Huic verbo respondet, quod v. 25. dicitur, neminem posse staturam, quamvis sibi elatiorem cupiat, nisu suo μετεωριζόμενον ne cubitu quidem longiorem facere. — Luc. 19, 3.

Ἡλίκος, η, ον, pron. relat., (cui respondet demonstrat. τηλίκος, dor. ταλίκος, unde lat.: talis) qualis, i. e. (vel qua aetate, vel) qua statura, quantus, Col. 2, 1. Jac. 3, 5.

Ἥλιος, ίου, ὁ, sol, Matth. 13, 43. 17, 2. 24, 29.. (Marc. 13, 24. Luc. 21, 25.) 13, 6. (Marc. 4, 6.) Marc. 1, 32. Act. 13, 11. 1 Cor. 15, 41. Apoc. 8, 12. 16, 12.

Ἧλος, ου, ὁ, clavus, Joh. 20, 25. (Aelian. V. H. 9, 5.)

Ἡμέρα, ας, ἡ, (ἥμερος, ὁ, ἡ, ον, τό, mitis. Femin. ap. Graec. de Dea diei, alias φωςφόρος, ἠώς dicta) a., dies universe (totum νυχθήμερον), Matth. 6, 34. 20, 2. (τὴν ἡμέραν pertinebit ad συμφωνήσας: diem, pro labore diurno) v. 12. 25, 13. Marc. 6, 21. Luc. 13, 14. 16. Act. 28, 23. Hebr. 4, 8. 2 Petr. 2, 13. (ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφή, luxuries quotidiana) 3, 8. Act. 2, 15. 10, 3. 26, 13.

Hic praeterea notes α., formulas, quae dierum vel partes, vel seriem, vel intervalla ad computandum definiendumque tempus usurpant: ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, septies intra diei spatium, Luc. 17, 4. (genit. pendet ab adverbio, quantitatem ideoque certas totius partes ponente. Xen. Anab. 1, 7, 18. 4, 7, 20.) — quoto die? τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, Matth. 16, 21. 17, 23. Marc. 9, 31. 14, 12. Joh. 2, 1. Act. 7, 8. — quo die? Luc. 13, 14. 16. 17, 29. 30. Act. 2, 41. 7, 26. 12, 21. 13, 14. 16, 13. 21, 26. (Xen. Anab. 9, 7, 21.) — ἡμέρα κ. ἡμέρα, quovis die, 2 Cor. 4, 16. (hebr. יוֹם וָיוֹם, Esth. 3, 4. ubi οἱ ό· καθ' ἑκάστην ἡμέραν, et יוֹם יוֹם, Ps. 68, 20. ubi οἱ ό· ἡμέραν καθ' ἡμέραν.) — quamdiu? acc. sing., Matth. 20, 6. Joh. 1, 40. Rom. 10, 21. (ὅλην τὴν ἡμέραν) — πᾶσαν ἡμέραν, per quemvis diem, Act. 5, 42. — ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, diem post diem, 2 Petr. 2, 8. (ita accuratius vertitur, quam verbis: de die in diem — plur.,

Matth. 4, 2. (Marc. 1, 13. Luc. 4, 2.) Joh. 2, 12. 4, 40. 11, 6. Act. 9, 19. 10, 48. 15, 36. 16, 12. 20, 6. 21, 4. 7. 10. 25, 6. 14. 28, 7. 12. 14. Gal. 1, 18. Apoc. 11, 3. 6. 9. — Matth. 28, 20. (Xen. Cyr. 1, 3, 11. Anab. 4, 7, 18.)

β., vox *ἡμέρας* iuncta cum praepositionibus: *ἀπό* c. gen., von — an, Matth. 22, 46. Joh. 11, 53. Act. 10, 30. 20, 18. Phil. 1, 5. — *ἄχρι* c. gen., usque ad —, Matth. 24, 38. Luc. 1, 20. 17, 24. Act. 1, 2. 2, 29. 23, 1. 26, 22. — pl., 20, 6. — *μέχρι* c. gen., usque ad, Matth. 28, 15. — *ἕως* c. gen., usque ad, Matth. 27, 64. Act. 1, 22. (*ἧς* pro *ἣ* per attract.) — *διά* c. gen., *διὰ τριῶν ἡμερῶν*, tribus diebus interiectis, Matth. 26, 61. (Marc. 14, 58.) Marc. 2, 1. — intra dierum — intervallum, Act. 1, 3. (Xen. Oecon. 20, 17. de Venat. 4, 11.) — *πρό* c. gen., ante, Joh. 12, 1. (observa construct. *πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα*, sex diebus ante pascha, cf. *τοὺς ὁ*, Amos. 1, 1.) Act. 5, 36. 21, 38. — dat. post *ἐν*, sing., Joh. 5, 9. Matth. 24, 50. Luc. 1, 59. 4, 16. 5, 17. 8, 22. 9, 37. 12, 46. 13, 31. 20, 1. 22, 7. Joh. 7, 37. Act. 20, 26. 1 Cor. 10, 8. Hebr. 4, 4. Apoc. 1, 10. — pl., Matth. 27, 40. Marc. 15, 29. Joh. 2, 19. 20. Luc. 23, 7. 24, 18. Act. 27, 7. — acc. praecedente *εἰς*, in, Joh. 12, 7. Apoc. 9, 15. — praeced. *ἐπί*, in, ad, auf — hin, Act. 13, 31. (pluribus deinceps diebus) 16, 18. 27, 20. Hebr. 11, 30. — praeced. *κατά*, *καθ' ἡμέραν*, quotidie, Matth. 26, 55. (Marc. 14, 49. Luc. 22, 53.) Luc. 16, 19. Act. 2, 46. 47. 3, 2. 16, 5. 19, 9. 1 Cor. 15, 31. 2 Cor. 11, 28. Hebr. 7, 27. 10, 11. — *τὸ καθ' ἡμέραν*, Luc. 11, 3. 19, 47. Act. 17, 11. — *καθ' ἑκάστην ἡμέραν*, Hebr. 3, 13. — *κατὰ πᾶσαν ἡμ.*, quovis die, Act. 17, 17. — praeced. *μετά*, Matth. 17, 1. 26, 2. 27, 63. Marc. 8, 31. 9, 2. 10, 34. 14, 1. Luc. 1, 24. 11, 46. Joh. 4, 43. 20, 26. Act. 1, 5. 15, 36. al. — notatu dignae sunt formulae: *οὐ πλείους εἰσὶν ἐμοὶ ἡμέραι, ἀφ' ἧς*, Act. 24, 11. — *ἐγένετο μετὰ — ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ* Luc. 9, 28. — *τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο*, Luc. 24, 21. — *ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν*, aliquot diebus interiectis, Act. 25, 13. — *θλίψις ἡμερῶν δέκα*, Apoc. 2, 10. cf. Matth. 24, 29.

γ., *ἡ ἡμέρα*, *αἱ ἡμέραι τινός* (festi, eventus etc.) *ἡ .. τοῦ σαββάτου*, Luc. 13, 14. Joh. 19, 31. — *τῆς πεντεκοστῆς*, Act. 2, 1. 20, 16. — *αἱ ἡμέραι τῆς, τοῦ* etc. Luc. 1, 23. Act. 12, 3. (*τῶν ἀζύμων*) — *ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι*, dies consumti, transacti, praeterlapsi sunt, Luc. 1, 23. *τελειῶσαι τὰς ἡμ.* consummare, scil. festo impendendos, Luc. 2, 43. cf. Act. 21, 26. et Luc. 2, 22. 4, 2. — Sed nonnumquam *ἡμέρα* aut *ἡμέραι τινός* (festi, sollennitatis, eventus) *πληροῦσθαι, συμπληροῦσθαι* dicuntur quando ii dies, qui ante eius adventum antecedere debent, praeterlapsi sunt, Luc. 9, 51. (sens. cum tempus discessus eius in coelum magis magisque appropinquaret). Act. 2, 1. (*ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τ. ἡμέραν τῆς πεντεκοστῆς*, i. e. cum dies, ad quem usque certa dierum series ducenda esset, tandem advenisset. Al. codd. habent *ἐν τ. συμπλ. τὰς ἡμέρας τ. πεντ.*)

δ., dies pro tempore.; *א.*, *αἱ ἡμέραι* absol. et adiecto praedicato, Eph. 5, 16. 6, 13. 1 Petr. 3, 10. — *ἀρχαῖαι ἡμέραι*, Act. 15, 7. — *αἱ πρότερον ἡμ.*, Hebr. 10, 32. — *αἱ ἔσχαται ἡμ.*, Act. 2, 17. 2 Tim. 3, 1. Hebr. 1, 2. Jac. 5, 3. 2 Petr. 3, 3. — *αἱ ἡμ. αὗται* (— i. e. de quibus nunc sermo est:) Luc. 1, 39. 6, 12. Act. 1, 15. 6, 1. 11, 27. — dies praesentes, Act. 3, 24. —

αἱ ἡμ. ἐκεῖναι, Matth. 24, 22. 29. Marc. 13, 19. 20. — ἐν ταῖς ἡμ. ἐκείναις, illo tempore, Matth. 3, 1. (Marc. 1, 9. ubi Matth. 3, 13. habet: τότε.) 24, 19. (Marc. 13, 17. Luc. 21, 23.) Marc. 8, 1. Luc. 2, 1. 4, 2. 9, 36. Act. 2, 18. 7, 41. 9, 37. Apoc. 9, 6. (Judic. 18, 1. 19, 1.) — ἐν ἡμέραις, αἷς etc., Luc. 1, 25. — ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς, Apoc. 2, 13. (2 Sam. 21, 1.) — ἐν ἐκ. ταῖς ἡμ. μετά etc., Marc. 13, 24. — πρὸς ὀλίγας ἡμ., ad breve tempus, Hebr. 12, 10. — αἱ ἡμέραι πρό τινος, Matth. 24, 38. — ἐλεύσονται ἡμ. ὅταν cett., Matth. 9, 15. (Marc. 2, 20. Luc. 5, 35.) — ὅτε cett., Luc. 17, 22. — ἥξουσιν ἡμ. ἐπὶ σέ, καί seq. verbi fut., Luc. 19, 43. Hebr. 8, 8. — ἐλ. ἡμ., ἐν αἷς cett., Luc. 21, 6. 23, 29. — ב., αἱ ἡμ. τινός, gen. pers., aetas alic. (qua quis vixit, qua suo munere functus est, Jerem. 1, 2.), Matth. 2, 1. 11, 12. 23, 30. 24, 37. Luc. 1, 5. 4, 25. 17, 26. 28. Act. 7, 45. 13, 41. 1 Petr. 3, 20. gen. rei Act. 5, 37. (ἐν ταῖς ἡμ. τῆς ἀπογραφῆς) Apoc. 10, 7. Hebr. 5, 7. (v. σάρξ.) — ἡ ἡμέρα τ. Luc. 1, 80. Joh. 12, 7. — ἡ ἡμέρα τῆς σωτηρίας, tempus, quo quis aut servatur, aut servari potest, 2 Cor. 6, 2. — ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου, tempore, quo eius manum apprehendi, Hebr. 8, 9. — εἰς ἡμέραν αἰῶνος, 2 Petr. 3, 18. (in diem, a quo initium capiet aevum sempiternum. cf. 1 Petr. 1, 4.) — etiam vitae longitudinem Hebraei et qui eos imitantur, numero **dierum** metiuntur; — πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, i. e. per omnem vitam nostram, Luc. 1, 75. (Gen. 47, 8. 9.) — προβεβηκὼς ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, senex, Luc. 1, 7. 18. — προβεβ. ἐν ἡμ. πολλαῖς, Luc. 2, 36. — ἀρχὴ ἡμερῶν, initium vitae, Hebr. 7, 3. (cf. Gen. 6, 3. 24, 1.) — Denique cum Hebraei ad dies in temporum supputatione omnia revocent, solent etiam ei, qui aliquid insigne aut unquam peregit, aut olim peracturus prodibit, tribuere diem suum. Ergo

ε., ἡμέρα de initio, quod aliquis eventus insignis, olim futurus, habebit (quia hic eventus in aliquem diem incidet, cf. Matth. 24, 36.) ἡ ἡμέρα ἡ πονηρά, dies pugnae, Eph. 6, 13. — ἡμέρα κυρίου (Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου), dies (tempus) solennis ille extremi adventus Christi, Luc. 17, 24. 21, 34. Act. 2, 20. 1 Cor. 1, 8. 5, 5. 2 Cor. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Thess. 2, 2. 2 Petr. 3, 10. — abest gen. τοῦ κυρίου, 1 Thess. 5, 4. Hebr. 10, 25. — dicitur etiam ἡ ἡμέρα τ. θεοῦ, 2 Petr. 3, 12. Apoc. 16, 14. — Constat vero, iam vatum V. T. oraculis diem celebrari Jebovae, e. g. Jes. 2, 12. 13, 6. 9. Mal. 3, 19. Jerem. 46, 10. al. — ἐκείνη ἡ ἡμέρα, dies iudicii extremi (quo initium habebit ὁ αἰὼν ὁ μέλλων; ἐκείνη i. e. dies ab omnibus huius saeculi diebus distinguendus), Matth. 7, 22. Luc. 10, 12. 2 Thess. 1, 10. 2 Tim. 1, 12. 18. 4, 8. (loci: Matth. 24, 36. 26, 29. Marc. 13, 32. 14, 25. huc non pertinent.) — ἀνθρωπίνη ἡμέρα, 1 Cor. 4, 3. (ex allusione ad diem domini, qui dies iudicii futurus esse creditur, dies iudicii, quem homines dicunt s. constituunt) — ἡ ἡμ. ἐκ. dicitur etiam ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, quia huius saeculi ultimus dies est, Joh. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 24. 12, 48. — ἡ ἡμέρα ἀπολυτρώσεως, Eph. 4, 30. cf. Luc. 22, 28. — ἐπισκοπῆς, 1 Petr. 2, 12. — κρίσεως, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. Marc. 6, 11. 2 Petr. 2, 9. 3, 7. cf. Rom. 2, 16. Act. 17, 31. — ὀργῆς κ. δικαιοκρισίας τ. θεοῦ, i. e. dies, quo poenas solvent impii iusto iudicio dei, Rom. 2, 5. cf. Apoc. 6, 17. — dies venturi Paracleti, Joh. 14, 20. 16, 23. 26. — Adde: ἡ ἡμέρα τινός, dies, quo alicui salus paratur s. offertur,

Luc. 19, 42. (ἡ ἡμ. σου αὕτη, hic tibi dies laetus faustusque. Cf. Polyb. 17, 18. Seneca Medea v. 1017. meus dies est, temporeque accepto utimur) — τὴν ἐμὴν ἡμέραν, diem, quo homo natus sum, Joh. 8, 56.

b., dies, prouti a nocte distinguendus est, et nocti opponitur, lumen diurnum, α., sensu proprio, Joh. 11, 9. — ἡμέρας, interdiu, Apoc. 21, 25. — ἡμέρας κ. νυκτός, die noctuque, Marc. 5, 5. Luc. 18, 7. Act. 9, 24. Apoc. 4, 8. 7, 15. 12, 10. 14, 11. 20, 10. 1 Thess. 2, 9. 3, 10. 1 Tim. 5, 5. 2 Tim. 1, 3. (Ps. 1, 2. — Xen. Cyr. 2, 3, 23.) — νύκτα (scil. καθεύδει) καὶ ἡμέραν scil. ἐγείρεται), Marc. 4, 27. Luc. 2, 37. (λατρεύειν) Act. 20, 31. 26, 7. 2 Thess. 3, 8. (ἐργάζομαι) — τὰς ἡμέρας, Luc. 21, 37. (ἦν διδάσκων) — Solennes sunt formulae, quae dierum numero addunt totidem noctes, Matth. 4, 2. 12, 40. (Exod. 24, 18. 34, 28. Deut. 9, 9.) — item: γίνεται ἡμέρα, illucescit, Luc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 16, 35. 23, 12. 27, 29. 33. 39. — ἡμέρα ἐστί, Joh. 9, 4. — περιπατεῖν ἐν τ. ἡμέρᾳ, Joh. 11, 9. — ἡ ἡμέρα φαίνει, Apoc. 8, 12. — ἡ ἡμέρα κλίνει, advesperascit, Luc. 9, 12. 24, 29.

β., metaph. dies: tempus, quo abstinendum est a luxurie, flagitiis ac sceleribus, Rom. 13, 12. 13. — tempus, quo non licet somno indulgere, 1 Thess. 5, 5. (υἱοὶ φωτὸς κ. ἡμέρας, i. e. vigiles, quos dies iudicii non obrepet imparatos, ut noctu dormientes.) 1 Thess. 5, 5. 8. — ἕως ἡμέρα ἐστί, quoad dies lucet, i. e. quoad vita mihi operandi opportunitatem praebet, Joh. 9, 4. (oppon. νύξ.)

c., in certis phrasibus: dies, qui inter hebdomadis dies eorumque ordinem certum locum obtinet, certo nomine appellari solitus; — κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem diei praeferre, Rom. 14, 5. (ibid. κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν, quemvis diem sacrum habere) — φρονεῖν τὴν ἡμέραν, diem quendam spectare, qui eligatur, Rom. 14, 6. — ἡμέρας παρατηρεῖσθαι, dies observare, Gal. 4, 10. — Apoc. 1, 10. ἡ κυριακὴ ἡμέρα, dies domini, dies, quo Christus in vitam rediit, ergo dies solis.

Ἡμέτερος, έρα, ον, (ab ἡμεῖς) noster, ra, rum, **a.**, cum nom. subst., Act. 24, 6. 26, 5. Rom. 15, 4. 1 Joh. 1, 3. 2, 2. — pl., Act. 2, 11. 2 Tim. 4, 15. — **b.**, οἱ ἡμέτεροι, nostri (nostri coetus homines i. e. Christiani), Tit. 3, 14.

Ἤ μήν, v. post voc. ἤ.

Ἡμιθανής, εος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ἥμι, semi, et θνήσκω, aor. 2. ἔθανον) semianimis, semimortuus, Luc. 10, 30.

Ἥμισυς, εια, υ, gen. ἡμίσεος (pro usitatiore: ἡμίσεως) = ους (forma serioris aevi, Marc. 6, 23. ut et forma contracta neutr. plur. ἡμίση, Luc. 19, 8.) dimidius, neutr. τὸ ἥμισυ, dimidium, dimidia pars; — τινός, sing., Marc. 6, 23. (τῆς βασιλείας. Esth. 5, 3.) Apoc. 11, 9. 11. 12, 14. — recipit genus et numerum adiecti sibi nominis substantivi: τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων, Luc. 19, 8.

Ἡμιώριον, ου, τό, (ex ἥμι et ὥρη, neutr. adiectivi, cf. τὸ ἡμικεφάλιον, ἡμικοτύλιον, ἡμιμοίριον et τὸ ἡμικόσμιον, ἡμιχοινίκιον, ἡμιωβόλιον, al.) semihora, Apoc. 8, 1.

Ἡνίκα, adv. temp. relat., (cui respond. demonstrat. τηνίκα a τῆνος, να, νο; — κα, syllaba paragogica dialect. dor. pro τε, ut ὅκα, τόκα, πόκα

pro ὅτε, τότε, πότε) quo tempore, cum, quando, seq. indicat., 2 Cor. 3, 15. (Xen. Cyr. 1, 4, 27.) — seq. ἄν c. coni. aor. (lat. fut. exact.), 2 Cor. 3, 16.

Ἤπερ, v. ἤ.

Ἤπιος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (videtur originem ducere a verbo ἕπω, εἰπεῖν) mitis, lenis, placidus (Hom. Od. 2, 47.), 1 Thess. 2, 7. — πρός τινα, 2 Tim. 2, 24. (oppon. μάχεσθαι. Cf. Esth. 13, 2. μετὰ ἠπιότητος.)

Ἤρ, Er, vulg. Her; unus e Christi maioribus, Luc. 3, 28.

Ἤρεμος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, quictus, tranquillus, placidus, 1 Tim. 2, 2. (ἤρεμον κ. ἡσύχιον βίον) — Xen. Cyr. 7, 5, 63.

Ἡρῴδης, cognomine Magnus, rex Palaestinae, Ascalonita, Matth. 2, 1. 16. — obiit anno aetatis 70. regni 37.* — Habuit 10 uxores, ex quibus omnino 15 liberos suscepit: Fuerunt hae uxores, 1., *Doris* (Idumaea) ex qua suscepit filios quorum natu maximum quinto ante obitum suum die interfici iussit. (Jos. Ant. 17, 10. B. J. 1, 17.) — 2., *Mariamne*, neptis Hyrcani, quam occidi iussit. Reliquit ea filios Alexandrum et Aristobulum; utrumque pater neci tradidit. Aristobulus (maritus Berenices) filios reliquit Agrippam (Act. 12, 1. qui obiit ann. 43 post Ch. n. et Agrippam filium iuvenem reliquit) et Herodem (qui seriori tempore in Chalcide regnavit), et filiam Herodiadem. — 3., *Mariamne*, Simonis Pontificis filia (Jos. B. J. 15, 9, 3.), post ab Herode marito repudiata. Huius filius Philippus, homo privatus, in matrimonium duxit Herodiadem (v. n. 2.), matrem saltatricis illius Marc. 6, 22. (cf. v. 17.). Mariamnae filia nomen habuit Salomes. — 4., *Malthace*, Samaritana. Huius filii: Archelaus (Matth. 2, 22.) et Philippus (Luc. 3, 1.) qui uxorem habuit saltatricem illam (v. n. 3.) nomine Salomen, — et sine liberis decessit. — 5., *Cleopatra*, quae genuit Herodem Antipam (Matth. 14, 1. Luc. 3, 1. 19. 9, 7. 13, 31. 23, 8. 11. Act. 4, 27. — 6., *Pallas*, 7., *Phaedra*, 8., *Elpis*, 9., filia fratris Phasaelis, 10., Salomes, quae ipsius Herodis soror fuit, filia.

Herodes M. ante obitum testamento filios Archelaum, Philippum (v. n. 4.) et Antipam (v. n. 5.) regni sui heredes constituit; quod testamentum Octavian. Augustus confirmavit ita, ut Archelao dimidium regni attribueretur cum ethnarchae nomine, et reliquus regni semissis bifariam divisus Antipae et Philippo daretur. (Antipas et Philipp. tetrarchae erant.) *Archelaus* Judaeae, Samariae et Idumaeae (exceptis urbibus Gaza, Gadara, Hippo) per 10 annos praefuit. Relegatus a Caesare Viennam Allobrogum ibi obiit (Jos. Ant. 2, 5, 1. 17, 9, 3. B. J. 2, 7. 3.). Matth. 2, 22. Quo remoto procuratores a Romanis in Judaeam missi sunt. *Philippus* obiit anno tetrarchiae suae 35., imperii Tiberii 20., Tetrarchiam eius Claudius impertivit *Agrippae* (maiori, v. supr. n. 2.), auxit vero eius regnum addita tetrarchia Judaeae et Samariae. Idem Agrippa, rex toti fere Palaestinae per 7. annos praefuit. Obiit morbo gravi consumtus (Jos. Ant. 18, 8.). Filius (Agrippa 2.) propter iuventutem patri in regno succedere non potuit, sed post, patrio (Herode v. n. 2.) mortuo, Chalcidis regnum a Claudio accepit cum iure pontifices denominandi. Post 4. annos Claudius ei regnum Chalcidis ademit et eius loco tetrarchiam Philippi et Batanaeam cum Trachonitide dedit. Nero eius regno partem Galilaeae adiecit (Jos. Ant. 19, 7. 20, 5, 6 et 9. B. J. 2, 10 et 11.). Agrippa minor, Act. 25, 13. 26.) vixit usque

ad annum 14. Domitiani. Uxorem habuit sororem Bernicen (v. *Βερνίκη*). Altera eius soror Drusilla in matrimonio vixit cum Felice procuratore (v. *Δρουσίλλα*). — Herodes *Antipas* uxorem primam habuit filiam Aretae regis Arabici, sed ea dimissa in incestu vixit cum uxore fratris Philippi (Herodiade v. supr. n. 3.). Haec Herodias coniugi persuasit, ut Romam proficisceretur regiam dignitatem ab imperatore petiturus, quoniam Agrippa frater regio titulo ornatus erat. Sed Romam profectus ab Agrippa perfidiae accusatur, et a Caligula imperatore in Galliam relegatur, atque tetrarchia eius adiicitur ditioni Agrippae. Herodias maritum in exilium sponte sequitur.

Ἡρωδιανοί, ῶν, οἱ, Herodiani, i. e. qui staut a partibus Herodis, Matth. 22, 16. (Marc. 12, 13.) Marc. 3, 6.

Ἡρωδιάς, άδος, ἡ, Herodias, Aristobuli filia, neptis Herodis M. Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. Luc. 3, 19.

Ἡρωδίων, ονος, Herodion, vir quidam Christianus, Rom. 16, 11.

Ἠσαΐας, ου, ὁ, (hebr. יְשַׁעְיָהוּ, ex יֵשַׁע salus, et יָהּ Deus) Jesaias, vulg. Isaias, propheta, Amozi filius, qui Usia, Jothamo, Ahaso et Hiskia regibus vaticinatus est (Jes. 1, 1. 14, 28 seq.) Matth. 3, 3. 4, 14. 8, 17. 13, 14. 15, 7. Act. 8, 28. 30.

Ἠσαῦ, ὁ (hebr. עֵשָׂו) Esavus, filius primogenitus Isaaci Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20. (Gen. 25, 25 seq.)

Ἡσυχάζω, f. *άσω*, (ab *ἥσυχος*) quiesco, i. e. **a.**, otiosus sum, a laboribus abstineo, Luc. 23, 56. (Herodian. 7, 5, 3.) — **b.**, vitam tranquillam ago, 1 Thess. 4, 11. (cf. 2 Thess. 3, 12. — Thuc. 1, 12.) — **c.**, sileo, taceo, Luc. 14, 4. Act. 11, 18. 21, 14. (Herodian. 8, 3, 7. — *οἱ ό* Neh. 5, 8.)

Ἡσυχία, ας, ἡ, (ab *ἥσυχος* adi. *ἡσύχιος*, q. v.; femin. notionem abstractam exprimit, cf. *αἰτία, ἀρετή, ἐχθρά*, al.) **a.**, tranquillitas, 2 Thess. 3, 12. (*μετὰ ἡσ.*, i. e. sine strepitu, sine ambitiosa sedulitate, modeste.) — **b.**, silentium, Act. 22, 2. (*παρέχειν*) 1 Tim. 2, 11. (*ἐν ἡσυχίᾳ*) v. 12. (*ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι.*)

Ἡσύχιος, ία, ιον, quietus, tranquillus, 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 3, 4. (Hom. Il. 21, 598.)

Ἤτοι, v. *ἤ*.

Ἡττάομαι s. *ἡσσάομαι (ῶμαι)*, f. *ἡσομαι*, (ab *ἧττα* s. *ἧσσα*, clades, — eorum, qui hoste inferiores iacent; cf. *ἥττων*) inferior sum; **a.**, *τινί*, vincor ab aliquo, subiicior alicui, 2 Petr. 2, 19. (*ἥττημαι*, subiectus sum) — cedo alicui, 2 Petr. 2, 20. cf. Jes. 31, 8. — **b.**, *ἡττῶμαί τι ὑπέρ τινος*, i. q. *ἧττον ἔχω τι*, alicuius rei minus habeo quam alius quisquam, h. e. cedo alicui aliqua re, 2 Cor. 12, 13.

Ἥττημα, τος, τό, (ab *ἡττάομαι*, perf. *ἥττημαι*) **1.**, diminutio, defectus; — *τινός*, gen. eius, qui ad plenum numerum deest, Rom. 11, 12. (oppon. *πλήρωμα*) — **2.**, detrimentum, 1 Cor. 6, 7.

Ἥττων vel *ἥσσων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό*, minor, inferior; — neutr. adverb. minus, 2 Cor. 12, 15. — *εἰς τὸ ἧττον*, in deterius (ut detrimentum inde capiatis), 1 Cor. 11, 17. (oppon. *εἰς τὸ κρεῖττον.*)

Ἠχέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἦχος, q. v.) sono, Luc. 21, 25. 1 Cor. 13, 1. (οἱ ὁ Jerem. 1, 42. — Hom. Il. 1, 157.)

Ἦχος, ου, ὁ, **a.**, sonus, sonitus, Act. 2, 2. Hebr. 12, 19. — τὸ ἦχος, Luc. 21, 25. — **b.**, περί τινος, fama, rumor, Luc. 4, 37.

Θ.

Θαδδαῖος, ου, ὁ, Thaddaeus, (cognomen Judae apostoli, filius Alphaei (etiam Lebbaeus dict.) Matth. 10, 3. Marc. 3, 18.

Θάλασσα (att. ττα), ης, ἡ, (Dores pronuntiarunt σάλασσα. Est igitur vox affinis haud dubie vocibus σάλον, σαλεύω, atque significat fluctuationem.) *mare;* **a.**, generatim. Matth. 13, 47. 21, 21. 23, 15. (oppon. ἡ ξηρά, terra continens, ut Apoc. 7, 2. 10, 2. ἡ γῆ.) Marc. 9, 42. 11, 23. Luc. 17, 2. 6. 21, 25. Rom. 9, 27. 2 Cor. 11, 26. Hebr. 11, 12. al. — de mari commoto, Matth. 8, 27. (Marc. 4, 41. Luc. 8, 24. vero: ὁ κλύδων τοῦ ὕδατος.) Act. 27, 30. 38. 40. 28, 4. — ὁ πέλαγος τῆς θαλ., Matth. 18, 6. — iunctum cum γῇ et οὐρανῷ facit periphrasin totius mundi, Act. 4, 24. 14, 15. Apoc. 5, 13. 10, 6. 14, 7. — inter imagines Apocal. repraesentatur mare vitreum, Apoc. 4, 6. 15, 2. — **b.**, speciat. dictum reperitur α., de mari mediterraneo, Act. 10, 6. 32. 17, 14. — β., de mari rubro (sinu arabico), ἡ ἐρυθρὰ θάλ., Act. 7, 36. 1 Cor. 10, 1. 2. Hebr. 11, 29. — γ., de lacu Tiberiados s. Gennesareth (mari Galilaeo), vel addito τῆς γαλιλαίας vel τῆς τιβεριάδος, Matth. 4, 18. (Marc. 1, 16.) 15, 29. (Marc. 7, 31. Joh. 6, 1. 21, 1. — Lucae dicitur ἡ λίμνη γεννησαρέτ) vel θάλασσα simpliciter: Matth. 4, 15. 18. (Marc. 1, 16.) 8, 24. 26. 32. (Marc. 4, 39. 5, 13. Luc. 8, 23. 24. 33. λίμνη) 13, 1. (Marc. 4, 1.) 14, 24—26. (Marc. 6, 47. 48. 49.) 17, 27. Marc. 2, 13. 3, 7. Joh. 6, 16—19. 22. 25. 21, 7.

Θάλπω, f. ψω, **a.**, foveo, calefacio. — **b.**, foveo, i. e. recreo, Eph. 5, 29. 1 Thess. 2, 7. (ὡς ἂν θάλπῃ, ita, ac si foveret.)

Θάμαρ, ἡ, uxor Heri (Gen. 38, 6.), Matth. 1, 3.

Θαμβέω (ῶ), f. ήσω, (a θάμβος, q. v.) obstupesco, Act. 9, 6. — pass., Marc. 10, 32. — seq. ἐπί τινι, obstupesco, valde miror aliquid, Marc. 10, 24.

Θάμβος, ους, τό, attonita (summa) admiratio, Luc. 4, 36. (ἐγένετο θάμβ. ἐπὶ πάντας) — ἐπί τινι, 5, 9. (περιέσχεν αὐτούς) Act. 3, 10. (πλησθῆναι θάμβους.)

Θανάσιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a θάνατος) letifer, letalis (quod letum afferre potest), Marc. 16, 18.

Θανατηφόρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θάνατος et adi. verbali φόρος verbi φέρω) — letalis, mortifer, Jac. 3, 8.

Θάνατος, ου, ὁ, (a verbo θήνω, unde ἔθανον, τέθνηκα, etc.) *mors*, **a.**, sensu proprio; α., mors ut est accidens — vitae dissolutio, quam mortalium quivis experturus est; oppon. ζωή, Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. Phil. 1, 20. Hebr. 2, 15. 7, 23. 9, 16. — σώζειν τινὰ ἐκ θανάτου, Hebr. 5, 7. liberare a morte, sc. ne morti succumbat — λύειν τινὶ τὰς ὠδίνας θανάτου, solvere .. dolores mortis, i. e. mortem eius in vitam mutare, Act. 2, 24. — **א.**, Formulae de morte, vitae termino natura posito; — περίλυπος ἕως θανάτου, usque ad

mortem (ut paene moerore conficiar), Matth. 26, 38. (Marc. 14, 34.) — (cf. ὑπήκοος μέχρι θανάτου, tantum obediens, ut sponte vel mortem subiret, s. susciperet, Phil. 2, 8.) Apoc. 2, 10. 12, 11. — ἐσφαγμένη εἰς θάνατον, vulnerata eo, ut vulnus insequeretur mors, Apoc. 13, 3. — παραδίδοσθαι εἰς θάν., morti tradi, 2 Cor. 4, 11. (propr.: in mortem, s. conditionem mortuorum transmitti) — ἐγγίζειν μέχρι θανάτου, Phil. 2, 30. — παραπλήσιον θανάτῳ Phil. 2, 27. — ἰδεῖν θάνατον, mortem experiri, Luc. 2, 26. Hebr. 11, 5. — γεύεσθαι θανάτου, Matth. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27. de eiusd. phraseos sensu in loco Joh. 8, 52. item de formula idem significante: θεωρεῖν θάνατον, Joh. 8, 51. v. infr.) — ב., formulae de morte vel inferenda alicui vel illata: διώκειν τινὰ ἄχρι θανάτου, ad internecionem usque, Act. 22, 4. — κατακρίνειν τινὰ θανάτῳ, capitis damnare, Matth. 20, 18. (Marc. 10, 33.) — παραδιδόναι τινὰ εἰς θάνατον, tradere, ut morte s. supplicio afficiatur, Marc. 13, 12. (Matth. 10, 21.) — παραδ. εἰς κρίμα θανάτου, Luc. 24, 20. (aliter 2 Cor. 4, 11. v. sub *a.*) — ἀποκτεῖναί τινα ἐν θανάτῳ (ex hebr. loquendi ratione), Apoc. 2, 23. — αἰτία τις θανάτου, scelus, (crimen) capitale, caussa, quare quis morte afficiatur, Act. 13, 28. 28, 18. i. q. ἄξιόν τι θανάτου, Act. 23, 29. 25, 11. 25. Luc. 23, 15. 22. Rom. 1, 32. — ἀπόκριμα θανάτου, 2 Cor. 1, 9. — ἔνοχος θανάτου, Matth. 26, 66. (Marc. 14, 64.) — θανάτῳ τελευτάτω, certissime morte afficietur, Matth. 15, 4. (Marc. 7, 10. ex hebr., Ex. 21, 17.) — πορεύεσθαι εἰς θ., Luc. 22, 33. — θάνατος σταυροῦ, Phil. 2, 8. — ג., formulae, quae ad varia mortis genera alludunt; ποίῳ θαν. ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, Joh. 12, 33. 18, 32. 21, 19. — ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, 2 Cor. 1, 10. coll. v. 8. — pl., ἐν θανάτοις, in vitae periculis varii generis (morte sub variis speciebus imminente), 2 Cor. 11, 23. (etiam Latini mortes dicunt, Cic. Tusc. 1, 48. — de Fin. 2, 30. Virg. Aen. 10, 854.) — ד., quod Christi mortem attinet, θανάτου voce designatur mors *suscepta*, et suscepta quidem voluntario ac sponte, ita ubi Christus hoc illudve effecisse dicitur διὰ τοῦ θανάτου, Col. 1, 22. Hebr. 2, 14. — διὰ πάθημα τοῦ θ., Hebr. 2, 9. cf. 9, 15. — et aliquid effectum esse memoratur διὰ τ. θανάτου (αὐτοῦ), Rom. 5, 10. (quo pertinent loci 1 Cor. 11, 26. Phil. 2, 8.) — vel violenta, ut Phil. 3, 10.) — vel significatur sepultura ante resurrectionem, Rom. 6, 3. 4.

β., mors, prout omnibus hominibus communis est, per se spectatur, et א., comparatur cum loco, qui vel claudi vel apperiri potest, quo mortui quique congregentur, Apoc. 1, 18. 20, 13. (in his l. ὁ θάνατος socius τοῦ ᾅδου) — ב., mors, omnibus illa inevitabilis moriendi necessitas, sistitur ut persona, et ut is, qui imperium exerceat, Rom. 5, 12. 14. 17. 21. 6, 9. 7, 5. 1 Cor. 15, 26. 54. 55. 56. — quemadmodum in oratione poëtica mors grassari dicitur inter homines, qui ferro aut flammis aut fame pereunt, Apoc. 6, 8. 18, 8. — ג., mors sensu morali, Rom. 6, 4. coll. v. 6.

b., sensu emphatico: mors corporis temporalis, quam consequitur iactura vitae aeternae, Joh. 8, 51. Oppetere singulos corporis mortem, Christus Judaeis concedebat, v. 52., at nullam esse iis hanc mortem dicit, qui vita olim aeterna donentur, cf. 5, 24. Quid inde? nempe hoc, vere mortuum eum tantum esse, qui cariturus sit vita aeterna. Ita mors dicitur cum emphasi, atque haec est

mors altera, de qua v. Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8. (cf. phrasin: *μένειν ἐν τῷ θανάτῳ*, 1 Joh. 3, 14. et *εἰς κρίσιν ἔρχεσθαι*, Joh. 5, 24. 1 Joh. 5, 16. 17. Rom. 5, 12. 14. 17. 21. 6, 16. 21. 23. 7, 13. 24. 8, 6.

Θανατόω (ῶ), f. *ώσω*, (a *θάνατος*) **a.**, propr., morte afficio; — *τινά*, Matth. 26, 59. (Marc. 14, 55.) 27, 1. Marc. 13, 12. (Matth. 10, 21. Luc. 21, 16.) 2 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18. (Xen. Anab. 2, 6, 4.) — ex locut. hyperbolica: *θανατοῦμαι*, in statu eius, qui morti devotus est, versor, Rom. 8, 36. (Ps. 43, 23. 24.) — **b.**, metaph., neco, i. e. opprimo, exstirpo (id, quod viget), Rom. 8, 13. — *ἐθανατώθην τινί*, morte suscepta vinculum, quo alicui obstrictus tenebar, dissolvi. Et hoc de iis dicitur, qui sibi a morte Christi salutem petunt, Rom. 7, 4.

Θάπτω, f. *ψω*, aor. 2. pass. *ἐτάφην*, — *τινά*, sepelio, humo aliquem, Matth. 8, 21. 22. (Luc. 9, 59. 60.) 14, 12. Act. 5, 6. 9. 10. — pass., Luc. 16, 22. Act. 2, 29. 1 Cor. 15, 4. — *τινὰ πρός τινα*, Act. 5, 10.

Θάρα, ὁ, (תֶּרַח) Thara, pater Abraami, Luc. 3, 34.

Θαῤῥέω (ῶ), f. *ήσω*, bono sum animo, confido; **a.**, absol., 2 Cor. 5, 6. 8. Hebr. 13, 6. — *τῇ πεποιθήσει*, fiducia, 2 Cor. 10, 2. — **b.**, construct., *εἴς τινα*, fiducia utor in aliquem, 2 Cor. 10, 1. — *ἔν τινι*, confido alicui, 2 Cor. 7, 16. (cf. *πιστεύειν*, *πεποίθησιν ἔχειν ἔν τινι*. Reperitur ap. Graecos construct. c. *ἐπί τινι*, et c. dat. simplici et cum accus.)

Θαρσέω (ῶ), f. *ήσω*, bono animo sum; — imperat. sing., Matth. 9, 2. 22. Marc. 10, 49. Act. 23, 11. — pl., Matth. 14, 27. (Marc. 6, 50.) Joh. 16, 33. (*οἱ ὁ* Gen. 35, 17. Joël. 2, 22. — Xen. Cyr. 1, 3, 18. Hom. Od. 2, 372.)

Θάρσος, *εος* (*ους*), *τό*, animus fortis, fiducia, *λαβεῖν θάρσος*, Act. 28, 15. (Xen. Mem. 3, 5, 5. Diod. Sic. 14, 59.)

Θαῦμα, *τος*, *τό*, (cohaeret cum verbo *θεάομαι*) admiratio, 2 Cor. 11, 14. Apoc. 17, 6. Hinc verb. seq.

Θαυμάζω, f. *άσομαι*, (Apoc. 17, 8. forma futuri Graecis serioris aevi frequentata, v. grammaticos) miror, admiror, **a.**, absol., Matth. 8, 10. 27. 9, 8. 33. 15, 31. 21, 20. 22, 22. 27, 14. Marc. 5, 20. (6, 51.) 15, 5. Luc. 1, 21. 63. 8, 25. 11, 14. 24, 41. Joh. 5, 20. 7, 15. 21. Act. 2, 7. 4, 13. 13, 41. Apoc. 17, 8. (Xen. Cyr. 7, 1, 6.) — pass. *θαυμάζομαι*, admirabilis reddor *ἔν τινι*, in aliquo, 2 Thess. 1, 10. — **b.**, seq. acc.; — *τινά*, acc. pers., Luc. 7, 9. (Xen. Cyr. 3, 1, 88.) — *τί*, Luc. 24, 12. Joh. 5, 28. Act. 7, 31. — *θαῦμα μέγα*, Apoc. 17, 6. (ex hebr., Jon. 1, 10. cf. Marc. 4, 41. Luc. 2, 9.) — *θαυμ. πρόςωπον*, suspicio alicuius externam speciem; de iis, qui non rem ipsam, sed eum, cuius est, intuentur, i. q. partium studio ducor, Jud. v. 16. (alias: *πρόςωπον λαμβάνειν*, hebr. נָשָׂא פָנִים, Deut. 10, 17. Job. 13, 10. Prov. 18, 5.) — **c.**, seq. praepositt. cum nominibus: — *διά τι*, Marc. 6, 6. Joh. 7, 21. (verba: *διὰ τοῦτο* v. 22. affigenda sunt versui 21.) — *ἐπί τινι*, dat. pers., Marc. 12, 17. — dat. rei, Luc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26. — *περί τινος*, Luc. 2, 18. — **d.**, seq. coniunctt. *ὅτι*, miror, quod cett., Luc. 11, 38. Joh. 3, 7. 4, 27. Gal. 1, 6. (Xen. Venat. 1, 3.) — seq. *εἰ*, Matth. 15, 44. 1 Joh. 3, 13. Hinc voc. seq.

Θαυμάσιον, *ίου*, *τό*, (neutr. adi. *θαυμάσιος*, ὁ, ἡ) pr. admirandum,

factum mirabile; — plur., θαυμάσια ποιεῖν, Matth. 21, 15. (οἱ ό Ps. 76, 15. 106, 24. Sirac. 43, 25. 48, 14.)

Θαυμαστός, ή, όν, (a θαυμάζω) admirandus, 1 Petr. 2, 9. (τὸ θαυμαστὸν φῶς) Apoc. 15, 1. (σημεῖον μέγα κ. θαυμ.) Xen. Cyr. 8, 2, 13. — Matth. 21, 42. et Marc. 12, 11. (θαυμαστή, ex Ps. 117, 23. ubi οἱ ό expresserunt femin. haud dubie propterea, quod hoc adiectivum ad vocem subst. v. 22 κεφαλὴ γωνίας referrent.) — neutr. θαυμ. ἐστι, Joh. 9, 30. 2 Cor. 11, 14.

Θεά, ᾶς, ή, (femin. nominis θεός) Dea, Act. 19, 27. 35. 37.

Θεάομαι (ῶμαι), f. άσομαι, aor. 1. ἐθεασάμην, perf. τεθέαμαι, aor. 1. pass. ἐθεάθην signific. pass., (verb. depon. a θέα, θάομαι, quocum cohaeret θαῦμα, q. v. supra) specto, schauen; — pass., θεᾶσθαι ὑπό τινος, Marc. 16, 11. — πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς, ut iis spectaculo sint, Matth. 6, 1. 23, 5. (dat. commod. non positus pro ὑπό c. gen.) — aor. med., **a.**, seq. acc., τί, Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24.) Luc. 23, 55. Joh. 1, 14. 4, 35. 11, 45. 1 Joh. 1, 1. Act. 22, 9. — τινά, aliquem, Matth. 11, 7. (Luc. 7, 24.) 22, 11. — Rom. 15, 24. Joh. 8, 10. Act. 21, 27. — Sic etiam perf. pass. signific. med., 1 Joh. 4, 12. — **b.**, seq. acc., α., ubi partic. vim adiectivi habet, Marc. 16, 14. Luc. 5, 27. — β., ubi denotat id, quod in aliquo conspectum est, Joh. 1, 32. 38. Act. 1, 11. — **c.**, seq. ὅτι, Joh. 4, 35. 6, 5. 1 Joh. 4, 14. Act. 8, 18. — **d.**, seq. ὡς, Luc. 23, 55.

Θεατρίζω, f. ίσω, (a θέατρον, q. v.) spectaculo (omnium ludibrio) expono; — pass., Hebr. 10, 33. (addit. h. l. dat. instrumenti.)

Θέατρον, ου, τό, (a θεάομαι) **a.**, propr., locus, in quo ludi et spectacula eduntur, et in quo conciones habentur, theatrum (utebantur theatris in Graecia loco fori), Act. 19, 29. 31. (Polyb. 29, 10, 2.) — **b.**, metonym., spectaculum et per metaphoram homo, qui spectandus et irridendus exhibetur, 1 Cor. 4, 9.

Θεῖον, ου, τό, (videtur esse neutrum adiectivi θεῖος, εία, εῖον, q. v.) — *sulphur*, Luc. 17, 29. Apoc. 9, 17. 18. 14, 10. 19, 20. 21, 8. (οἱ ό Gen. 19, 14. Ps. 10, 6. — Hom. Il. 16, 228.)

Θεῖος, εία, εῖον, (a θεός) divinus, 2 Petr. 1, 3. 4. — Neutr. τὸ θεῖον, numen divinum, Act. 17, 29. (Jos. Ant. 6, 7, 4.)

Θειότης, τητος, ή, maiestas divina, Rom. 1, 20. (Sap. 18, 9.)

Θειώδης, εος (ους), ό, ή, ες, τό, (a θεῖον, sulphur) sulphureus, Apoc. 9, 17. (vocabulum graecitatis senescentis.)

Θέλημα, τος, τό, (a v. θέλω, vox Atticis inusitata) voluntas, i. e. id, quod quis fieri vult, id, quod placet alicui, das Begehren. Discernitur a τῇ εὐδοκίᾳ et τῇ βουλῇ, Eph. 1, 5. 11. cf. Luc. 23, 25. Joh. 1, 13. Eph. 2, 3. (ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκός) 1 Petr. 4, 3. (τὸ .. κατεργάσασθαι) 2 Petr. 1, 21. 2 Tim. 2, 26. — ποιεῖν τὸ θελ. τινος, Matth. 21, 31. Luc. 12, 47. — τὸ .. τοῦ θεοῦ, Matth. 7, 21. 12, 50. (Marc. 3, 35.) Joh. 4, 34. 6, 38. — 40. 7, 17. 9, 31. Hebr. 10, 7. 36. 13, 21. — ζητεῖν τὸ .. τινος, Joh. 5, 30. — βιῶσαι τὸν χρόνον τῷ θελ. θεοῦ, 1 Petr. 4, 2. — γίνεται τῷ .. τινος, Matth. 6, 10. (Luc. 11, 2.) 26, 42. Act. 21, 14. — κατὰ τὸ θέλ. θεοῦ, 1 Petr. 4, 19. 1 Joh. 5, 14. — ἐν τῷ θελ. τ. θεοῦ, Rom. 1, 10. — διὰ θελήματος θεοῦ, Rom. 15, 32. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 8, 5. Eph. 1, 1. Col. 1, 1. 2 Tim.

1, 1. — πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελ. τ. θεοῦ, Col. 4, 12. — γνῶναί τὸ θελ. τινος, Luc. 12, 47. Act. 22, 14. — Eph. 5, 17. — Rom. 2, 18. (τὸ θελ. sc. τ. θεοῦ) — ἔστι τὸ θέλ. (θεοῦ) Rom. 12, 2. — εἴς τινος, 1 Thess. 5, 18. (cf. βουλὴ εἰς, Luc. 7, 30. — seq. ἵνα, Matth. 18, 14. — seq. acc. c. inf., 1 Thess. 4, 3. — οὕτως ἐστὶ τὸ θελ. τ. θεοῦ,, seq. acc. c. inf., 1 Petr. 2, 15. — ἐξουσίαν ἔχειν περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, 1 Cor. 7, 37.

Θέλησις, εως, ἡ, (a v. θέλω) arbitrium voluntatis, Hebr. 2, 4.

Θέλω et ἐθέλω, (utrumque agnoscunt Attici) f. ήσω, *volo* (cupio, placet mihi) — **α.**, *absol.* — τοῦ θεοῦ θέλοντος, Deo volente, Act. 18, 21. — ἐὰν θέλῃς, si voles, Matth. 8, 2. (Marc. 1, 40. Luc. 5, 12. 13.) — 1 Cor. 4, 19. Jac. 4, 15. — ὡς, καθὼς θέλω, Matth. 15, 28. 26, 39. 1 Cor. 12, 18. 15, 38. (καθὼς ἠθέλησε. Sed 1 Cor. 12, 11. καθὼς βούλεται) — οὐ τοῦ θέλοντος, sc. ἐστί, non est appetentis (ut Esavi pater escam appetivit; nec currentis, ut Esavus cucurrit, Gen. 27, 1—4.), Rom. 9, 16. — τὸ θέλειν (sc. τὸ ἀγαθόν) Rom. 7, 18. — εἰ θέλει τὸ θέλ. τοῦ θεοῦ, 1 Petr. 3, 17. — **b.**, constr. α., τί, Matth. 9, 13. et 12, 7. (ex Os. 6, 6.) 20, 21. Marc. 12, 38. 14, 36. Rom. 7, 15. (ὃ θέλω, opp. ὃ μισῶ) 16. 19. Gal. 5, 17. 1 Cor. 4, 21. Hebr. 10, 5. 8. (οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας) — τινά, amore in aliquem feror, Matth. 27, 43. (οἱ ὁ Ps. 21, 9. Ex. 18, 32.)

β., seq. infin. (praes.), Luc. 10, 29. Joh. 6, 67. 7, 17. 8, 44. 9, 27. Act. 2, 12. 14, 13. 17, 18. 24, 6. Rom. 7, 21. Gal. 4, 9. 20. (h. l. simul inf. aor.) — inf. aor., Matth. 5, 40. 12, 38. 14, 5. 16, 25. 19, 17. 20, 14. 23, 37. 26, 15. Marc. 6, 19. 10, 43. 44. Luc. 8, 20. 23, 8. Joh. 1, 44. 5, 35. 6, 21. 7, 44. 12, 21. Act. 7, 28. 25, 9. Rom. 9, 22. 2 Cor. 12, 6. Gal. 3, 2. Col. 1, 27. 1 Thess. 2, 18. Jac. 2, 20. 1 Petr. 3, 10. Apoc. 11, 5. — infinitivus e contextu supplendus: ἐποίησαν ὅσα ἠθέλησαν, sc. ποιῆσαι, Matth. 17, 12. (Marc. 9, 13.) cf. 20, 15. 27, 15. (ὃν ἤθελον, sc. ἀπολυθῆναι) Marc. 3, 13. (οὓς ἤθελε, sc. παρεῖναι) 6, 22. 14, 7. (cf. Matth. 8, 2. et Marc. 1, 40. et Luc. 5, 12.) Luc. 5, 39. Joh. 5, 21. (οὓς θέλει, sc. ζωοποιῆσαι) 15, 7. 21, 18. Rom. 9, 18. 1 Cor. 7, 39. 2 Cor. 12, 20. Apoc. 11, 6.

γ., seq. acc. c. inf. (praes.), Luc. 1, 62. Joh. 21, 22. 23. Rom. 16, 19. 1 Cor. 7, 7. 32. 14, 5. Gal. 6, 13. — inf. aor., Marc. 7, 24. 10, 36. Act. 9, 6. 1 Cor. 11, 3. Col. 2, 1.

δ., sequ. ἵνα — Matth. 7, 12. Marc. 6, 25. 10, 35. Luc. 6, 31. Joh. 17, 24. — omisso τῷ ἵνα: Matth. 13, 28. 17, 4. 20, 32. 26, 17. (Marc. 14, 12. Luc. 22, 9.) 27, 17. 21. Marc. 10, 51. 15, 9. 12. Luc. 9, 54. 18, 41.

ε., sequ. εἰ, Luc. 12, 49. (τί θέλω, cf. πῶς συνέχομαι, v. 50.)

Θέλω sequente ἤ (quam) = *malo*, 1 Cor. 14, 19. — οὐ θέλω, *nolo*, — seq. inf. praes., Joh. 7, 1. 2 Thess. 3, 10. — inf. aor., Matth. 2, 18. 15, 32. 22, 3. 23, 4. 27, 34. Marc. 6, 26. Luc, 15, 28. Joh. 5, 40. Act. 7, 39. 1 Cor. 16, 7. — seq. acc. c. inf. οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 1, 8. 1 Thess. 4, 13. — Luc. 19, 14. 27. 1 Cor. 10, 20. Gal. 6, 12. — Infinitivus e contextu supplendus: Matth. 18, 30. 21, 29. 23, 37. (Luc. 13, 31.) Luc. 18, 4.

Θεμέλιον, ίου, τό, (propr. neutr. adi. θεμέλιος, q. v. — a θέω =

τίθημι, cf. τὸ κειμήλιον) fundamentum (aedificii), **a.**, propr., Luc. 6, 48. (τιθέναι) 14, 29. — pl., Act. 16, 26. (οἱ ὁ Deut. 32, 22. 1 Reg. 7, 9. Ez. 13, 14.) — **b.**, metaph., α., in institutione ac disciplina Christiana, si cum exstructione aedificii confertur, fundamenti loco est Christus, s. doctrina de Christo servatore, 1 Cor. 3, 10. 11. 12. — β., οἰκοδομεῖν ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον, institutionem ab alio doctore iam inceptam continuare, Rom. 15, 20. — γ., θεμέλιον, id, in quo fundari potest spes vitae aeternae, 1 Tim. 6, 19. — δ., τὸ θεμ. τινος, genit. explicat., Eph. 2, 20. (superstructi apostolis prophetisque tamquam fundamento) — καταβάλλεσθαι θεμέλιον μετανοίας etc. i. e. τὴν μετάνοιαν, τὴν βαπτισμῶν διδάχην, τὴν ἐπίθησιν τῶν χειρῶν etc. ea denique omnia repetere, quae nosse debet quicunque Christianam religionem professurus est, Hebr. 6, 1. 2.

Θεμέλιος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (a θέω = τίθημι) ὁ θεμέλιος, scil. λίθος, lapis, qui fundamenti loco ponitur; — plur., Hebr. 11, 10. — fundamentum aedium metaphorice dictum in caussa fidei ac doctrinae, 2 Tim. 2, 19. (intellig. h. l. fundamentum aedium a Deo exstructarum, quas habitant ii, qui ad familiam Dei i. e. ad ecclesiam pertinent. Hinc voc. seq.

Θεμελιόω, f. ώσω, fundo, propr., τί, Hebr. 1, 10. — τὶ ἐπί τι, Matth. 7, 25. et Luc. 6, 48. — metaph., stabilio, firmo; — pass., Eph. 3, 17. Col. 1, 23. 1 Petr. 5, 10.

Θεοδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θεός et διδακτός) a Deo doctus, 1 Thess. 4, 9. (cf. Joh. 11, 45.)

Θεολόγος, ου, ὁ, (ex θεός et adi. verbali λόγος a λέγω) — de Deo rebusque divinis exponens — cognomen Joannis apostoli in inscriptione Apocalypseos.

Θεομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a θεομάχος, q. v.) cum Deo s. adversus Deum pugno, Act. 23, 9. (Sed verba: μὴ θεομαχῶμεν, optimi codd. cum Vulg. omittunt.)

Θεομάχος, ου, ὁ, (ex θεός et μάχομαι) cum Deo s. adversus Deum pugnans, renitens Deo, Act. 5, 39. (Symmachus Job. 26, 5. Prov. 9, 18. 21, 46. 26, 5.)

Θεόπνευστος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex θεός et πνέω, perf. pass., cf. θεοδίδακτος) divinitus inspiratus, 2 Tim. 3, 16.

Θεός, οῦ, ὁ, et ἡ θεός (Act. 19, 37.), Deus, **a.**, summum numen, v. πατήρ, Marc. 15, 34. (Nominat. more attico loco vocat. positus, sed Matth. 27, 46. θεέ.) Luc. 18, 11. 13. Joh. 20, 28. Act. 4, 25. 1 Cor. 8, 6. — gen. subi., Luc. 3, 38. 9, 20. — σάλπιγξ τ. θ., tuba, qua Dei iussu canitur, 1 Thess. 4, 16. — gen. obi., πίστις θεοῦ, fiducia posita in Deo, Marc. 11, 22. — προςευχὴ τοῦ θ., preces ad Deum factae, Luc. 6, 12. — κιθάρα τ. θ., cithara Dei laudes canens, Apoc. 15, 2. — Deus ὁ θεός τινος, Deus alic. tutelaris, Matth. 22, 32. (Marc. 12, 26.) Luc. 1, 68. Act. 13, 17. 2 Cor. 6, 16. Apoc. 21, 3. Luc. 20, 37. εἶναι θεόν τινος Lucas explicat v. 38: vim numinis in aliquem habere — τὰ τοῦ θ., quae Dei sunt, Matth. 22, 21. (i. e. templo ex instituto divino debita.) — ζηλωτὴς τοῦ θεοῦ, qui studio acerrimo contra id fertur, quo honorem Dei laedi existimat, Act. 22, 3. Rom. 10, 2. — δύναμις θεοῦ,

vis divina, Rom. 1, 16. 1 Cor. 1, 18. — dat. commodi, τῷ θεῷ: — ζῆν, Deo addictum vivere, Rom. 6, 10. Gal. 2, 19. — in honorem Dei, 2 Cor. 5, 13. — δυνατὸς τ. θεῷ, validus per Deum, 2 Cor. 10, 4. — ἱερεῖς τῷ θεῷ, Apoc. 1, 6. 5, 10. — 14, 4. — de Act. 7, 20. v. supr. sub ἀστεῖος. — **b**., numen quoddam fictum, eine Gottheit, Act. 7, 43. 28, 6. — οἱ θεοί, Act. 14, 11. Gal. 4, 8. — ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, qui studia hominum a rebus divinis abhorrentium regere videtur, 2 Cor. 4, 4. (v. supr. αἰών.) — simulacrum Dei, idolum, Götterbild, Act. 7, 40. — metaph., is, cui aliquis totum se dedit, cui quasi vivit, Phil. 3, 15. (ἡ κοιλία.) — **c**., ex hebr., vicarius Dei, de magistratibus et iudicibus, Joh. 10, 34. 35. (ex Ps. 81, 1. 6.)

Θεοσέβεια, ας, ἡ, (a θεοσεβής) pietas in Deum, 1 Tim. 2, 10. (Xen. Anab. 2, 6, 26. — οἱ ὁ Gen. 20, 11.)

Θεοσεβής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex θεός et σέβομαι, colo) pius, Joh. 9, 31. (οἱ ὁ Exod. 18, 21. Judith. 11, 17.)

Θεοστυγής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex θεός et στύγω, unde in usu est στυγέω, odi) dic. et sensu pass., Deo exosus, ut Eurip. Troad. 143. et Cyclop. 395. et sensu act., Dei osor, qui Deum odio prosequitur. Hoc altero sensu Rom. 1, 30.

Θεότης, τητος, ἡ, divinitas, virtutes, quae in div. natura sunt, et in quibus illa cernitur, Col. 2, 9.

Θεόφιλος, ου, (nom. graec. — qui Deum amat) Theophilus, vir quidam Christianus, ut videtur, dignitate conspicuus, Luc. 1, 3. Act. 1, 1.

Θεραπεία, ας, ἡ; (a v. θεραπεύω) **a**., sanatio, cura, Luc. 9, 11. Apoc. 22, 2. (Polyb. 1, 12, 2.) — **b**., meton., familia, Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. (οἱ ὁ Gen. 45, 16. — Xen. Cyr. 5, 5, 6. Aelian. V. H. 12, 40.)

Θεραπεύω, f. εύσω, (a voc. θεράπων) **a**., τινά, foveo aliquem; — pass., θεραπ. ὑπό τινος, Act. 17, 25. (Xen. Cyr. 1, 3, 7.) Hinc: recreo, curo, sano (fovere dolores, Cic. ad Attic. 12, 18. cf. Xen. Anab. 7, 2, 6.), absque casu: Matth. 12, 10. (Marc. 3, 2. Luc. 6, 7.) Marc. 6, 5. Luc. 9, 6. 13, 14. 14, 3. — τινά, Matth. 4, 24. 8, 7. (ἐλθὼν θεραπεύσω, vox promittentis, cf. ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ, Luc. 7, 3.) v. 16. Marc. 3, 10. Joh. 5, 10. Act. 4, 14. al. — τινὰ ἀπό τινος, sano aliquem ab aliquo (morbo), Luc. 7, 21. — pass., Luc. 5, 15. 8, 2. — **b**., θεραπ. τι, curo, sano (νόσους, μαλακίαν, πληγήν), Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. Marc. 3, 15. Luc. 9, 1. Apoc. 13, 3. 12.

Θεράπων, οντος, ὁ, (a v. θέρω, foveo) propr. **a**., curator; — **b**., is, qui alicui ministeria praestat, minister, Hebr. 3, 5. (οἱ ὁ Ex. 5, 21. — Xen. Cyr. 3, 1, 12. Aelian. V. H. 3, 43. — fem. θεραπαίνη, Ex. 21, 26.)

Θερίζω, f. ίσω, (a voc. θέρος, q. v.) meto, **a**., propr., Matth. 6, 26. (Luc. 12, 24.) Jac. 5, 4. — **b**., in locution. proverbialibus: de serendis et metendis frugibus, α., Joh. 4, 36. 37. (ἄλλος — ὁ θερίζων, qui fructus percipit, saepius non is est, qui severit. Cf. lat. illud: alienam messem metere.) — β., Matth. 25, 24—26. et Luc. 19, 21. 22. (depingitur avaritia eius, qui vult „instituere quaestum sine impendio." Cic.) — γ., 2 Cor. 9, 6. (qui largiter dat, ei largiter rependitur.) — δ., Gal. 6, 7. (messis probat semina; explicatur v. 8.) — ε., 1 Cor. 9, 11. (σπείρειν et θερίζειν h. l. pro dando et retribuendo.) —

ζ., Gal. 6, 9. (θερίζειν h. l. de praemio ac mercede; sed pro σπείρειν absque tropo dictum est καλὸν ποιεῖν, serere beneficia, cf. v. 10.) — θερίζειν, τὴν γῆν, Apoc. 14, 15. 16. (removere tandem incolas terrae sceleratos, eosque exitio tradere, cf. Joël 3, 13.) Hinc voc. seq.

Θερισμός, οῦ, ὁ, messis, i. e. **a.**, actio metendi, Joh. 4, 35. (λευκαὶ πρὸς θερισμόν, cf. Apoc. 14, 15.) — Matth. 13, 30. Marc. 4, 29. — **b.**, seges metenda, in parabola, Matth. 9, 37. 38. et Luc. 10, 2. (sens.: summa est hominum erudiendorum copia, doctorum numerus exiguus.) Apoc. 14, 15. (ἐξηράνθη ὁ θερισμός, fruges ad messem maturuerunt, i. e. cum tempus est, scelestos homines e medio tollendi.

Θεριστής, οῦ, ὁ, (a θερίζω) messor (qui ad metendas segetes destinatur, sed ὁ θερίζων, qui metit), Matth. 13, 30. 39. (Xen. Hier. 6, 10.)

Θερμαίνω, f. ανῶ, (a θερμός, calor, calefacio. Med., me calefacio, Marc. 14, 54. 67. Joh. 18, 18. 25. Jac. 2, 16. (Xen. Mem. 4, 3, 8.)

Θέρμη, ης, ἡ, calor, Act. 28, 3. — οἱ ὁ Job. 6, 17. Ps. 18, 7. — Thuc. 2, 49.

Θέρος, εος (ους), τό, (a θέρω) aestas (complectitur in orientalibus regionibus ver nostrum cum aestate nostra), Matth. 24, 32. (Marc. 13, 28. Luc. 21, 30.) — οἱ ὁ, Prov. 6, 8. Jerem. 8, 28.

Θεσσαλονικεύς, έως, ὁ, Thessalonicensis, Act. 20, 4. 27, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 1.

Θεσσαλονική, ῆς, ἡ, civitas Macedoniae celeberrima et metropolis praesidis et quaestoris Romani sedes, condita a Philippo, Amyntae filio, hodie Salonichi dicta. Nomina ei antiquiores indiderant varia. Vocarunt Haliam, Emathiam, Thermam; unde Thessalonices nomen acceperit, utrum a Philippo, qui ei tribuerit in memoriam victoriae (νίκη) de Thessalis deportatae, quae est opinio Stephani Byzantini, an ut Strabo censuit, lib. 7., a Cassandro, qui conservari voluerit uxoris Thessalonicae, Philippi filiae, memoriam, id non constat. Incoluerunt eam praeter Graecos et Romanos Judaei multi, quibus etiam liberum erat sacris vacare in sua synagoga. Horum plurimos auctoritas et institutio Pauli ad fidem Jesu Messiae dandam adduxit. Act. 17, 1. 11. 13. Phil. 4, 16. 1 Tim. 4, 10.

Θευδᾶς, ᾶ, ὁ, Theudas: impostor quidam, qui se prophetam venditavit, Act. 5, 36. (Meminit Joseph. Ant. 20, 5, 11. Theudae magi cuiusdam, qui sub Fado praefecto et Claudio imperatore turbas excierit in suam ipsius perniciem. Sed Theudam in actis ap. commemoratum alium esse a Theuda Josephi, constat.)

Θεωρέω (ῶ), f. ήσω, (a θεωρός, spectator, et hoc a θεάομαι, q. v.) **a.**, spectator sum, specto, (θεωροί dicebantur viri, qui publice legati intererant ludis vel sacris, Plat. Crit. §. 1.) absol., Matth. 27, 55. Marc. 15, 40. (Luc. 23, 35. — τί (i. q. contemplor, considero), Matth. 28, 1. Luc. 21, 6. — sequ. interrog. indir., Marc. 12, 41. 15, 47. Hebr. 7, 4.

b., *oculis cerno*, α., sequ. acc. simpl. — τί, Joh. 2, 23. 7, 3. 17, 24. Act. 4, 13. — τινά, Act. 3, 16. 25, 24. Luc. 24, 37. Joh. 6, 40. (θεωρεῖν τὸν υἱόν, hoc apud Joh. est: ante oculos habere τὸν σάρκα γενόμενον) 12, 45. ut Joh. 14, 19. (ἐμὲ οὐκ ἔτι θεωρεῖ) 16, 10. 16. 17. cf. 1, 14. Hinc Joh. 14, 17. οὐ θεωρεῖ ὁ κόσμος τὸ πνεῦμα, i. e. quasi non oculos habet, quibus eum

videat; ille se conspiciendum ei praebere, praesentem dare non potest. — suppl. αὐτό, e contextu Luc. 14, 29. — β., addito participio, quod statum designat, in quo quis conspicitur; Marc. 5, 15. Luc. 10, 18. 24, 39. Act. 17, 22. Joh. 6, 19. 62. 10, 12. 20, 6. 12. 14. Act. 7, 56. 10, 11. 1 Joh. 3, 17. — τί Act. 8, 13. (partic. γενομένας, i. e. αἳ ἐγένοντο) — eandem vim habet, quam Latinor. infinitivus in constructione accusativi cum inf. Act. 17, 16. (de participio v. supr. sub εἶδον — γ., seq. interrog. indir., Act. 21, 20. 28, 6. — δ., seq. ὅτι, video, Joh. 4, 19. 12, 19. Act. 19, 26. 27, 10. — θεωρῶ τινα ὡς, Act. 17, 22.

c., conspicio (ea, quae subito in oculos incidunt), τί, Marc. 5, 38. erblicken, τινά, Marc. 3, 11. Act. 9, 7. Apoc. 10, 11. — τὸν θάνατον (zu sehen bekommen), i. e. mori (ex hebr., Ps. 15, 10. 48, 10. — οὐ — εἰς τὸν αἰῶνα nunquam, — seq. ὅτι, animadverto, gewahr werden, Marc. 16, 4.

Θεωρία, ας, ἡ, (θεωρός, v. θεωρέω, — legatio spectandorum sacrorum vel spectaculorum caussa missa, Polyb. 31, 3, 12. qualem v. c. Athenienses quotannis Delum mittere solebant, v. Thuc. 3, 104. Xen. Mem. 4, 8, 2.) spectatio, Luc. 23, 48. (συμπαραγενόμενοι) ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, (qui convenerant) hoc spectatum (ita ἐπί c. nominibus actionum pos. finem indicat, v. c. ἐπ' ἀγορισμὸν σίτου, Jos. Ant. 2, 6, 3. — ἐπ' ἄγραν, al.), 2 Macc. 5, 26.

Θήκη, ης, ἡ, (a τίθημι) conditorium, id, quo aliquid reconditur (v. c. cella, Xen. Oecon. 8, 17.), receptaculum, Joh. 18, 11.

Θηλάζω, f. άσω, (a θηλή, mamma) **a.**, trans., lacto, mammas praebeo, Matth. 24, 19. (Marc. 13, 17.), Luc. 21, 23. 23, 29. (οἱ ὁ Gen. 21, 7. Aelian. V. H. 13, 1.) — **b.**, intrans., lac sugo, lacteo, Matth. 21, 16. — μαστούς, Luc. 11, 27. (Ps. 8, 3. — Theocrit. Idyll. 3, 15.)

Θῆλυς, εια, υ, femineus; — ἡ θήλεια, είας, femina, femella, Rom. 1, 26. 27. (Xen. Mem. 2, 1, 4.) — τὸ θῆλυ, εος, femina, Matth. 19, 4. (Marc. 10, 6.) Gal. 3, 28. (Gen. 1, 27. 7, 2. Ex. 1, 16.)

Θήρα, ας, ἡ, (et venatio, captura, et bestia, lat. fera, nostr. Thier) tendicula, Rom. 11, 9. (Ps. 58, 4. — Xen. Cyr. 8, 2, 7.)

Θηρεύω, f. σω, (a θήρα, cf. ἀγρεύω, παγιδεύω) venor, aucupo; — metaph., insidiose capto; — τὶ ἔκ τινος, Luc. 11, 54.

Θηριομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a θηριομάχος, ex θηρίον et μάχομαι) cum bestiis decerto, 1 Cor. 15, 32. κατ' ἄνθρωπον, tamquam homo. Alii vertunt: si adversus homines tamquam adversus feras certavi. Al.: si, ut ita dicam, θηριομάχης fui, si quasi bestiarium egi. Ceterum cf. Act. 19, 29 seq.

Θηρίον, ου, τό, (dimin. voc. θήρ) fera, bestia, bellua, **a.**, propr., Marc. 1, 13. Act. 10, 12. 11, 6. 28, 4. 5. Hebr. 12, 20. Apoc. 6, 8. 11, 7. capp. 13 — 20. — **b.**, metaph., de hominibus, bestiarum similibus, i. e. saevis, ferocibus, Tit. 1, 12. (v. supr. ἀργός).

Θησαυρίζω, f. ίσω, (a θησαυρός) propr., **a.**, opes colligo, et recondo; — ἐμαυτῷ, Luc. 12, 21. 2 Cor. 12, 14. — **b.**, τί (colligo), 1 Cor. 16, 2. (Xen. Cyr. 8, 2, 24.) — τί, ἐμαυτῷ, colligo mihi aliquid, Matth. 6, 19. 20. (Aelian. V. H. 6, 12.) — **c.**, colligo, ut mihi asservem (quasi thesaurum),

j. e. facio, ut me maneat, cf. Tob. 4, 10. Rom. 2, 5. (*ὀργήν*, h. e. poenas) — *οἱ ὁ* Amos. 3, 10. — **d.**, reservo; — pass. i. q. *τηροῦμαι*, 2 Petr. 3, 7.

Θησαυρός, *οῦ*, *ὁ*, (derivant a *θέω* = *τίθημι* et *αὖρον*, aurum) **a.**, thesaurus loculus, cista vel aliud vasculum, in quo opes et res pretiosae in futuros usus reponuntur (i. q. *γαζοφυλάκιον*, *ὑποθήκη*), *α.*, vasa, Matth. 2, 11. (*ἀνοίγειν*) Xen. Anab. 5, 4, 27. — *β.*, promtuarium, cella, horreum (Nehem. 13, 12. Deut. 28, 12.), Matth. 13, 52. — *γ.*, genit. explicat., Luc. 6, 45. et Matth. 12, 35. (*ἐκ τοῦ — θησαυροῦ τῆς καρδίας*, i. e. *ἐκ τῆς καρδίας ὡς ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ*) Col. 2, 3. (i. e. *πᾶσα σοφία κ. γνῶσις ὡς θησαυροί.* — Xen. Mem. 4, 2, 9. *θησαυροὶ σοφίας.*) — **b.**, res, quae in thesauro asservantur, opes (aurum), *α.*, propr., Matth. 6, 19. 20. 21. (Luc. 12, 33. 34.) Hebr. 11, 26. (Xen. Cyr. 3, 1, 33.) — *β*,, in phrasi: *θεσαυρὸν ἔχειν* *gnomice*, h. e. ita dicta, ut cum re per vocem significata aliud quid in suo genere simile conferendum sit, Matth. 19, 21. (Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. *ἕξεις θησ.*, i. e. habebis aliquid, quod instar thesauri, i. e. reconditarum opum est) — res pretiosa recondita, 2 Cor. 4, 7.

Θιγγάνω, (forma producta verbi *θίγω*, unde aor. 2. *ἔθιγον*, f. *θίξω*, cf. lat. tetigi et tango) tango, i. e. **a.**, contrecto; — *τί*, Hebr. 12, 20. Col. 2, 21. — **b.**, *τινός*, vim infero alicui, laedo aliquem, antasten, Hebr. 11, 28. (cf: supr. *ἅπτω* 2.)

Θλίβω, f. *ψω*, premo (v. c. uvas), urgeo, **a.**, propr., Marc. 3, 9. (Sirac. 16, 28.) **b.**, metaph., *α.*, vexo, affligo; — *τινά*, 2 Thess., 1, 6. — pass., v. 7. 2 Cor. 1, 6. 4, 8. 7, 5. 1 Tim. 5, 10. Hebr. 11, 37. (*οἱ ὁ* Deut. 28, 53. 55. Ex. 22, 21. Ps. 23, 5.) — *β.*, *τεθλιμμένη ἡ ὁδός*, (constricta) arcta, angusta via, Matth. 7, 14. (oppon. *εὐρύχωρος* v. 13. cf. Rom. 2, 9.) Hinc voc. seq.

Θλίψις, *εως*, *ἡ*, **a.**, propr., pressio, compressio qua dicitur aliqua *θλίβεσθαι* res, i. e. constringi, coarctari; — *τῆς καρδίας* (*κ. συνοχή*), Beklemmung, 2 Cor. 2, 4. — vinculorum, Phil. 1, 16. (verba sic videntur enarranda: praedicant Christum, quia se sperant effecturos esse, ut vincula mea arctius constringantur, i. e. ut omni privatus libertate in vinculis detinear, cf. Act. 28, 30.) — **b.**, metaphor., oppressio, afflictio, vexatio, — oppon. *ἄνεσις*, 2 Cor. 8, 13., iungitur c. *στενοχωρία*, Rom. 2, 9. 8, 35. 2 Cor. 6, 4. — cum *ἀνάγκη*, 1 Thess. 3, 7. — cum *διωγμός*, Matth. 13, 21. (Marc. 4, 17.) 2 Thess. 1, 4. 6. hinc Act. 11, 19. Apoc. 1, 9. — dic. de carcere et vinculis, Matth. 24, 9. (*παραδιδόναι τινὰ εἰς* —) Phil. 4, 14. — de obsidione pressis et belli calamitatibus, Matth. 24, 21. 29. (Marc. 13, 19. 24.) — de iis, qui inopia laborant et in angustiis versantur, Act. 7, 11. Jac. 1, 27. Apoc. 2, 9. 22. — qui in exilio vivunt, Apoc. 7, 14. — *θλίψιν ἔχω* (i. q. *θλίβομαι*), Joh. 16, 33. 1 Cor. 7, 28. Apoc. 2, 10. — *θλίψις ἐπί τινα* (*ἔρχεται*), Act. 7, 11. Rom. 2, 9. — Rom. 12, 12. 2 Cor. 1, 4. 4, 17. 8, 2. — *γίνεταί τινι*, 2 Cor. 1, 8. — *ἐν θλίψει*, 1 Thess. 1, 6. — plur., Act. 7, 10. 14, 22. 20, 23. Rom. 5, 3. Eph. 3, 13. 1 Thess. 3, 3. Hebr. 10, 33. Col. 1, 24. (v. supr. *ἀνταναπληρόω.*)

Θνήσκω, f. *θανοῦμαι*, (ab obsol. *θήνω*, — aor. 2. *ἔθανον*, perf. *τέθνηκα*, inf. *τεθνάναι*) ***morior***, *τέθνηκα*, mortuus sum, Matth. 2, 20. Marc.

15, 44. Luc. 8, 49. Joh. 11, 21. 19, 33. Act. 14, 19. (h. l. infin.) partic., Luc. 7, 12. Act. 25, 19. — praefixo artic., Joh. 11, 39. 44. et 12, 1. (qui defunctus erat) — 1 Tim. 5, 6. (iam mortua est, ante quam moritur, i. e. mortuae similis est.)

Θνητός, ή, όν, (adi. verbale a *θνήσκω*, perf. pass.) mortalis (oppon. *ἀθάνατος*), Rom. 6, 12. 8, 11. 1 Cor. 15, 53 54. 2 Cor. 4, 11. 5, 4.

Θορυβέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *θόρυβος*, q. v.) strepitum facio (dicuntur e. g. qui in conventibus publicis assensum dissensumve murmurando significant. Dem. 16, 27. 577, 9.), turbam facio, v. c. vociferando, lamentando; — med., Act. 20, 10. Matth. 9, 23. (Marc. 5, 39.) — activ. transit., perturbo, *τὴν πόλιν*, Act. 17, 5.

Θόρυβος, ου, ὁ, (cognat. cum vocibus: *θρόος, τύρβη*, unde *τυρβάζω*, lat. turbo, turba; — propr. de mixtione et confusione, de strepitu, qui sonis ac vocibus fit varie mixtis, item de murmuratione et strepitu in locis orto, ubi silentium habendum est, v. c. in conventibus publicis) **a.**, strepitus et conclamationes, Matth. 27, 24. Marc. 5, 38. — **b.**, efferatae *vociferationes* hominum seditiosorum, tumultus, Act. 20, 1. 21, 34. 24, 18. (distinguitur ab *ὄχλῳ*, ut Act. 17, 5.) — **c.**, tumultus, quo *ordo* turbatur, Matth. 26, 5. (Marc. 14, 2.) — *οἱ ὁ* Ez. 7, 7.

Θραύω, f. *αύσω*, (cognatum verbis: *τρώω, τιτρώσκω, τραῦμα*, vulnus, frango) frango (Exod. 15, 6.), confringo, ut lat. frango i. q. debilito (fractus = debilitatus, confectus), Luc. 4, 18. (Jes. 58, 6.)

Θρέμμα, τος, τό, (a. v. *τρέφω*, alo) pecus, pecora, pecudes, Joh. 4, 12. (Xen. Oecon. 20, 23. Aelian. V. H. 12, 56.)

Θρηνέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a voc. *θρῆνος*, q. v.) lamentor, lugeo, **a.**, intrans., Joh. 16, 20. — de naeniis canentibus, Matth. 11, 17. Luc. 7, 32. (*οἱ ὁ* Jerem. 9, 16. Joël. 1, 5. — Hom. Il. 24, 722.) — **b.**, *τινά*, deploro, Luc. 23, 27.

Θρῆνος, ου, ὁ, (ab obsol. *θρέω*, cf. nostr. Thräne) lamentatio, Matth. 2, 18. (*οἱ ὁ* 2 Sam. 1, 17. Jerem. 9, 17. — Xen. Ages. 10, 3.)

Θρησκεία, ας, ἡ, Herodot. 2, 18. 37. *θρησκίη*, — productio syllabae adiectivi: *ιος, ια, ιον*, qualis est in verbis *εύω* pro *έω*, v. *θρησκεύω* et cf. *βασιλεία, βουλεία, δουλεία*, al. et in substantivis *εύς* pro *ής*) — propr., indoles, agendi ratio, eius, qui se *θρῆσκον* praebet, i. e. pium, vel superstitiosum, cultus religiosus, Jac. 1, 26. 27. Act. 26, 5. — Col. 2, 18. (*θρησκ. τῶν ἀγγέλων* videtur imaginem exhibere *τῆς ταπεινοφροσύνης*: — *ἀγγέλων* igitur non genit. obiecti, sed subiecti, v. supr. *ἐμβατεύω*.

Θρῆσκος, ου, ὁ, (etymon non exploratum est) superstitiosus, — religiosus, Jac. 1, 26.

Θριαμβεύω, f. *εύσω*, (a voc. *θρίαμβος*, i. e. hymnus in Bacchum, cani solitus in Bacchanalibus; apud Rom. triumphus. — *Diod. Sic. 4, 5. Arrian. Expedit. Alex. M. 6, 28.) *triumphum ago*; — *τινά*, **a.**, duco aliquem in triumpho, triumphum ago de aliquo, Col. 2, 15. (sens.: quem Deus e mortuis resuscitavit, ut penes hunc unum vitae aeternae largieudae potestas esset, praeter illum ergo nemo est, cuius voluntati et imperio sit in caussa salutis obtemperandum; cf. Phil. 2, 9—11. — *ἐν αὐτῷ*, per Christum vulg. in semetipso.) —

b., triumphare facio aliquem, 2 Cor. 2, 14. (qui semper felices successus dat, si quid in caussa Christi negotii suscepimus.)

Θρίξ, τριχός, ἡ, **a.**, capillus, crinis, Matth, 5, 36. 10, 30. (Luc. 12, 7.) cf. Luc. 21, 18. Act. 27, 34. Luc. 7, 38. 44. Joh. 12, 3. 1 Petr. 3, 3. Apoc. 1, 14. 9, 8. — **b.**, pilus; — εἶχε — ἀπὸ τριχῶν, Matth. 3, 4. (habuit vestimentum e pilis confectum, non ergo pellem camelinam gestavit ipsam, cf. Marc. 1, 6. Clem. Rom. 2. ep. ad Cor. ἐν δέρμασιν αἰγείοις κ. μηλωταῖς, κ. τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν περιεπάτησαν. (cf. Hebr. 11, 37.) v. Clem. Alex. Strom. lib. 4. p. 221. ed. Sylb.

Θροέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. θροός, tumultus) perturbo, perterrefacio; — pass., perturbor animo, perterrefio, paveo, Matth. 24, 6. (Marc. 13, 7.) 2 Thess. 2, 2. — οἱ ὁ Cantic. 5, 4.

Θρόμβος, ου, ὁ, omnis gutta maior, concreta et viscida (Dioscorid. 1, 68. Herodot. 1, 179.); — θρόμβοι αἵματος, guttae sanguineae, Luc. 22, 44. (sudor eius ἐγένετο ὡσεὶ θρ. αἱμ.) — cf. Eurip. Hecub. v. 243.

Θρόνος, ου, ὁ, (derivat Athenaeus lib. 5, p. 192. ed. Casaub. a θράω, sedeo) thronus, i. e. solium, s. sella augustior cum suppedaneo (θρήνυ), quae tribuitur regibus, iudicibus, doctoribus (Xen. Cyr. 6, 1, 6.). In N. T. solium, cui insidetur: insidere soliis dicuntur **a.**, reges, Luc. 1, 52. Act. 2, 30. — Deus, totius mundi gubernator, Matth. 5, 34. 23, 22. cf. Act. 7, 49. Jes. 66. 1. Apoc. 1, 4. 3, 21. 4, 2—6. 9. 10. al. Hebr. 1, 8. 8, 1. 12, 2. — (coelum, θρόνος Διός, Theocrit. Idyll. 7, 93.) Hebr. 4, 16. (ὁ θρόνος τῆς χάριτος) — Messias, Luc. 1, 32. θρόνῳ δόξης, Matth. 19, 28. 25, 31. Apoc. 3, 21. 20, 11. 22, 3. — **b.**, iudices, Matth. 19, 28. (Luc. 22, 30.) Apoc. 20, 4. — et seniores, Apoc. 4, 4. 11, 16. — thronus Satanae, Apoc. 2, 13. — belluae, Apoc. 16, 10. — metonym., imperium, regnum, Col. 1, 16. (munera, quorum administratores soliis s. thronis uti consueverunt.)

Θυάτειρα, ων, τά, Thyatira (urbs Lydiae s. Mysiae parum celebris, colonia graecorum Macedonum, Sardes inter et Pergamum ad Lycum fluvium sita, cuius incolae tum mercatura tum vestes purpureas conficiendi arte victum quaerebant. Antiquitus nomen ei fuit Pelopiae et Evippiae Plin. H. N. 5, 29., nunc a Turcis Akhissar vocatur), Act. 16, 14. Apoc. 1, 11. 2, 18.

Θυγατήρ, έρος, ἡ, (cf. vernac. Tochter) *filia*, **a.**, pr., Matth. 9, 18. 22. 10, 35. 37. 15, 22. Act. 7, 21. al. — **b.**, improprie, in blanda compellatione, Matth. 9, 22. (Marc. 5, 34. Luc. 8, 48. v. υἱός, τέκνον.) — in phrasibus ad Hebraeorum loquendi consuetudinem conformatis: — ἡ θυγατὴρ Σιών, urbs Hierosolymorum, Matth. 21, 5. (Jes. 62, 11.) Joh. 12, 15. (urbes ap. Hebraeos conferri solent cum virginibus et filiabus, Ps. 44, 13. 136, 8. Jes. 10, 32. Jerem. 46, 24. Thren. 1, 6. Amos. 5, 1.) — filia, Σιών, Sionis montis, in quo urbs (urbis pars antiquior) exstructa erat, 2 Sam. 5, 9. — αἱ θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, cives Hierosolymitanae, Luc. 23, 28. coll. v. 27. — αἱ θυγατέρες Ἀαρών, mulieres e posteris Aaronis, Luc. 1, 5. — θυγατὴρ Ἀβραάμ, mulier, quae ab Abraamo originem ducit, Luc. 13, 16. (Gen. 36, 2. v. υἱός.)

Θυγάτριον, ου, τό, (dimin. voc. θυγατήρ) filiola, Marc. 5, 23. 7, 25.

Θύελλα, ης, ἡ, (a v. ϑύω, ferveo, intumesco, cf. ἄελλα ab ἀω, ἄημι) procella, turbo, Hebr. 12, 18. (οἱ ὁ Deut. 4, 11. — Hom. Od. 5, 317.)

Θύϊνος, η, ον, (a voc. ϑυία, citrus, arbor odorifera Libyes cyrenaicae et hammoniacae, suffitui adhibita; — cf. ἀκάνϑινος, ὑακίνϑινος, al.) thyinus, citrinus, Apoc. 18, 12. (Plin. H. N. 13, 16.)

Θυμίαμα, τος, τό, (a ϑυμιάω, q. v.) **a.**, suffimentum ex aromatibus incensum; — plur., Apoc. 5, 8. 8, 3. 4. 18, 13. (οἱ ὁ Ex. 25, 16. Diod. Sic. 1, 62.) — **b.**, suffitus, Luc. 1, 10. 11. (ἡ ὥρα τοῦ ϑ.) — οἱ ὁ Ex. 30, 1. v. ϑυσιαστήριον.

Θυμιατήριον, ου, τό, (neutr. adi. ϑυμιατήριος, α, ον, a voc. ϑυμιατήρ, quod format. a ϑυμιάω. v. supr. ἀκροατήριον, αἰσϑητήριον) thuribulum, Hebr. 9, 4. (οἱ ὁ 2 Chron. 26, 19. Ez. 8, 11. — Aelian. V. H. 12, 51. Thuc. 6, 46.)

Θυμιάω (ῶ), f. άσω, (a ϑῦμα, aut a ϑύμος, et hoc a v. ϑύω, q. v.) suffitum facio, Luc. 1, 9. (οἱ ὁ Ex. 30, 7. 8. 10, 27. — Diod. Sic. 1, 84.)

Θυμομαχέω (ῶ), f. ήσω, (a ϑυμομάχος, quod compos. ex ϑυμός et adi. verbali verbi μάχομαι) infenso et irato animo pugno Diod. Sic. 17, 33. Polyb. 27, 8. 4. — τινί, cum aliquo (ut gr. μάχομαί τινι), Act. 12, 20.

Θυμός, οῦ, ὁ, (recte Plato in Cratyl. p. 419. E. derivat a ϑύω, spiro — ἀπὸ τῆς ϑύσεως κ. ζέσεως τῆς ψυχῆς. cf. lat. spiritus. — Hinc utrumque signif., et animum spirantem quasi in corpore, et iram, qua hominis flatus agitatur, et qua intumescit. — ϑύω dicitur de vento commoto et vehementer spirante [cf. ϑύελλα], toben, Hom. Od. 12, 400. 408. — ϑύων τινί, fluvius aliqua re tumidus, Il. 21, 324. Eodem vinculo verbum hebr. רוּחַ venti spirantis et animi [cum lat. voce animus, cf. graec. ἄνεμος] notionem coniungit.) — *ira*, Luc. 4, 28. Act. 19, 28. Heb. 11, 27. Apoc. 12, 12. (ἔχειν ϑυμόν, ut Aelian. V. H. 1, 14.) — 15, 1. 16, 1. — iung. cum ὀργή, Rom. 2, 8. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. — ὁ ϑυμὸς (fervor) τῆς ὀργῆς, Apoc. 16, 19. — ὁ ϑυμὸς κ. ὀργή, Apoc. 19, 15. — pl., 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — ὁ οἶνος τοῦ ϑυμοῦ τ. ϑεοῦ, Apoc. 14, 10. (i. q. τὸ ποτήριον τῆν ὀργῆς τοῦ ϑεοῦ.) vinum fervoris (ex quo qui bibit, ardore letali et insania perit, cf. Jes. 51, 17. 22. Jerem. 25, 13. Ps. 21, 6.), Apoc. 14, 8. 10. 16, 19. 18, 3. 19, 15.

Θυμόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. ϑυμός, q. v.) facio, ut quis exardescat, irascatur. — Pass., irascor, Matth. 2, 16. ἐϑυμώϑη λίαν. οἱ ὁ Gen. 30, 2. — Xen. Cyr. 5, 5, 11.

Θύρα, ας, ἡ, (unde nostr. Thüre) ianua, **a.**, sens. propr., — κλείω τὴν —, Matth. 6, 6. — pass., Matth. 25, 10. Luc. 11, 7. 13, 25. Joh. 20, 19. Act. 21, 30. — ἀνοίγω, Act. 5, 19. — κρούω, Act. 12, 13. — pass., 16, 26. 27. — διὰ τῆς ϑ., Joh. 10, 1. 2. — πρὸς τὴν ϑ., Marc. 1, 33. 11, 4. Act. 3, 2. — τὰ πρὸς τὴν ϑ., vestibulum, Marc. 2, 2. — πρὸς τῇ ϑύρᾳ, Joh. 18, 16. — ἐπὶ τῇ ϑ., Act. 5, 9. (pl., Matth. 24, 33. et Marc. 13, 29. v. post.) — πρὸ τῆς ϑ., Act. 12, 6. — pl., Act. 5, 23. (Jac. 5, 9.) v. post. — ἡ ϑ. τοῦ μνημείου, Matth. 27, 60. 28, 2. (Marc. 15, 46. 16, 3.) — Hom. Od. 9, 243. 12, 256.

— **b**., in orat. metaph. *α*., ἡ θύρα τῶν προβάτων, ianua, per quam educuntur et intromittuntur oves, nomen eius, qui salutem affert iis, qui ipsum ducem sequuntur, Joh. 10, 7. 9. — *β*., ianua aperta; — τῆς πίστεως, aditus ad fidem datus alicui, i. e. opportunitas oblata accedendi ad fidem, Act. 14, 27. — ianua aperta doctori: opportunitas alios docendi, 2 Cor. 2, 12. explicatius: Col. 4, 3. — θύρα μεγάλη κ. ἐνεργής, mihi aperta est, i. e. populum maxime docilem mihi Deus exhibuit, 1 Cor. 16, 9. — ianua regni coelestis, iis aperienda, quibus donetur vita aeterna, Apoc. 3, 8. coll. v. 7. — ἐπὶ θύραις εἶναι dic. res instantes, Matth. 24, 33. (Marc. 13, 29.) — Aristoph. Plut. v. 767. Lat. in limine adesse, Virg. Aeneid. 8, 656. — item πρὸ θυρῶν εἶναι dic. is, cuius adventus proxime instat, Jac. 5, 9. — ἑστηκὼς ἐπὶ τῆς θύρας κ. κρούων, Christus hospitium quasi quaerens, ut eos, qui se exceperint, felices reddere possit, Apoc. 3, 20.

Θυρεός, οῦ, ὁ, (a voc. θύρα, spectata eius forma oblonga et quadrata) scutum, Eph. 6, 16. (τὸν θ. τῆς πίστεως, i. e. τὴν πίστιν ὡς θυρεόν) Polyb. 6, 23, 2. — Differt ἀσπίς, clypeus, quippe qui erat brevior et forma orbiculari.

Θυρίς, ἰδος, ἡ, (dimin. vocis: θύρα, propr. ostiolum) fenestra, Act. 20, 9. 2 Cor. 11, 33. (οἱ ὁ Jos. 2, 15. 18. — Diod. Sic. 20, 85.)

Θυρωρός, οῦ, ὁ, ἡ, (ex θύρα et οὖρος, custos, curator. Cf. ἀρχυωρος, αὐλουρός) ianuae custos, vel (servus) ianitor, vel (serva) ianitrix; — masc., Marc. 13, 34. Job. 10, 3. — femin., Joh. 18, 16. 17. — οἱ ὁ 4 Reg. 7, 11. — Xen. Cyr. 8, 8, 20.

Θυσία, ας, ἡ, (a v. θύω, q. v.) victima, hostia, **a**., propr., Matth. 9, 13. et 12, 7. (ex Hos. 6, 6.) Hebr. 10, 5. 26. Marc. 9, 49. (v. supr. ἁλίζομαι.) Eph. 5, 2. — pl., Marc. 12, 33. Luc. 13, 1. Act. 7, 42. Hebr. 9, 23. 1 Cor. 10, 18. — ἀνάγειν θυσίαν τινί, Act. 7, 41. (ἀνάγ. scil. ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, cf. Jac. 2, 21.) — προσφέρειν, Hebr. 5, 1. 10, 12. — pl., 8, 3. — pass., 9, 9. — ἀναφέρειν, 7, 27. — Not.: διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, per suum sacrificium, i. e. per sacrificium ab ipso oblatum, Hebr. 9, 26. (construe: εἰς ἀθέτ. ἁμαρτ. διὰ τῆς θ. αὐτοῦ.) — **b**., in oratione comparationibus utente, 1 Petr. 2, 5. — (θυσίαι πνευματικαί, sacrificia, quae ex animo proficiscuntur.) — θυσία, donum gratuitum, quod cum oblato sacrificio confertur, Phil. 4, 18. Hebr. 13, 16. (τοσαύταις θυσίαις, i. e. his rebus si sacrificiorum loco offeruntur, Deus delectatur.) — παραστῆσαι τι θυσίαν, sistere aliquid loco victimae, Rom. 12, 1. (verte: victimam vivam, quae sit pura, Deo grata.) — θυσία αἰνέσεως, Hebr. 13, 15. (quod si h. l. esset, ut esse potest, αἴνεσιν ὡς θυσίαν, v. supr. θυρεός, auctori non addenda fuisset ea, quam addidit, verborum explicatio. Expressisse igitur putandus est id, quod Hebr. זִבְחֵי־תוֹדָה dicunt, atque hoc ipsum accuratius definivit.) — Levit. 7, 3. Ps. 106, 22.

Θυσιαστήριον, ίου, τό, (neutr. adi. θυσιαστήριος, ία, ιον, a θυσιαστήρ, quod est a θυσιάζω deriv. Suppl. ὄργανον, v. supra θυμιατήριον) altare, ara, Matth. 5, 23. 24. 23, 18—20. Luc. 1, 11. 1 Cor. 9, 13. (v. συμμερίζω) 10, 18. (h. l. tropus, eiusque explicatio.) Hebr. 7, 13. 13, 10. Jac. 2, 21. Apoc. 6, 9. 8, 5. 9, 13. — altare holocaustorum, Luc. 11, 51.

Θύω, f. ύσω, perf. p. τέθυμαι, pr., spiro, i. e. **a.**, balitum agito, sufflo, cf. lat. fumus (ita cf. θήνω et φόνος, θήρα et lat. fera). — **b.**, spiro odores, vaporo; cf. τὸ θύμον, Thymian, lat. thus. — **c.**, odores incendo. Hinc omnino: sacrificium offero, v. supr. θυμός) **1.**, immolo, **a.**, absol., Act. 14, 13. — **b.**, τινί, alicui (in honorem alicuius), Act. 14, 18. — **c.**, τινί τι, 1 Cor. 10, 20. (οἱ ὁ 3 Reg. 8, 63. θύειν θυσίας.) — **2.**, macto, **a.**, absol., Act. 10, 13. 11, 7. — **b.**, τί, Luc. 15, 23. 27. 30. — pass., Matth. 22, 4. (1 Sam. 28, 24. 25, 11.) — τὸ πάσχα, Marc. 14, 12. (ὅτε ἔθυον, i. e. qui ex instituto dies erat mactando agno destinatus, cf. Luc. 22, 7.) 1 Cor. 5, 7. — Hinc **3.**, trucido, absol., Joh. 10, 10.

Θωμᾶς, ᾶ, ὁ, (הַתְּאוֹם, i. e. δίδυμος, gemellus) Thomas, unus ex apostolis Jesu, Matth. 10, 3. Luc. 6, 15. Joh. 11, 16. 14, 5. 20. 24—29. 21, 2. Act. 1, 13. cf. Δίδυμος.

Θώραξ, ακος, ὁ, **a.**, propr., pectus, s. pars corporis a collo usque ad umbilicum, ubi costae desinunt, Apoc. 9, 9. (εἶχον θώρακας.) — **b.**, lorica (munimentum corporis, duabus partibus constans, quarum una tergum, altera pectus tegebat), Eph. 6, 14. (i. e. δικαιοσύνην ὡς θώρακα.) 1 Thess. 5, 8. (i. e. πίστιν ὡς θώρακα, v. supr. ζύμη.) — pl., Apoc. 9, 9. 17. (θώρακας σιδηροῦς.)

I.

Ἰάειρος, ου, ὁ, (hebr. יָאִיר, Jairus, praefectus synagogae, Marc. 5, 22. (Luc. 8, 41.)

Ἰακώβ, ὁ, (יַעֲקֹב) **a.**, secundus ex filiis Isaaci, Matth. 1, 2. 8, 11. Joh. 4, 5—12. Act. 7, 8 seq. Rom. 9, 13. (Mal. 1, 2.) — Jacobitae, Rom. 11, 26. — **b.**, pater Josephi, Matth. 1, 15.

Ἰάκωβος, ου, ὁ, Jacobus, **a.**, filius Zebedaei, frater apostoli Joannis (vulgo Jacobus maior, iussu regis Agrippae I. occisus, Matth. 4, 21. (Marc. 1, 19. Luc. 5, 10.) 10, 2. (Marc. 3, 17. Luc. 6, 14.) Act. 1, 13. 12, 2. — **b.**, Jacobus minor, filius, Alphaei, Matth. 10, 3. (Marc. 3, 18. Luc. 6, 15.) Act. 1, 13. — ὁ μικρός, fil. Mariae, Matth. 27, 56. (Marc. 15, 40.) 28, 1. (Marc. 16, 1.) uxoris Cleopae, Joh. 19, 25. — **c.**, Jacobus frater Domini, Act. 15, 13. 21, 18. 1 Cor. 15, 7. Gal. 1, 19. 2, 9. 12. Jac. 1, 1. — v. Matth. 13, 55. (Marc. 6, 3.) Joh. 7, 5. 1 Cor. 9, 5. — mentionem Jacobi, fratris Jesu iniicit Jos. Ant. 20, 9. — appellatur Ἰάκωβος ὁ δίκαιος, Euseb. H. E. 2, 20. — (De fratribus Christi scriptores ecclesiastici [Epiph. Hegesipp. Hieron.] varia coniecerunt.)

Ἴαμα, τος, τό, (ab ἰάομαι, q. v.) sanatio, pl., 1 Cor. 12, 9. 28. 30. (Polyb. 7, 14, 2. — οἱ ὁ Jerem. 47, 11. Jes. 33, 6.)

Ἰαμβρῆς, οῦ, ὁ, (Vulg. legisse videtur Μαμβρῆς, quod habet Talmud Babyl. tractat. Menach. c. 9. in Gemara. v. Buxtorf. lex. talmud. p. 945.) Jambres, magus ille, qui una cum Janne coram Pharaone miracula Moysis imitatus est (Ex. 7, 11.) 2 Tim. 3, 8. (afferunt nomina Talm. Babyl. Targum Jonath. ad Ex. 7, 11. liber Sohar ad Num. 22, 22. Numen. lib. 3. Plin. H. N. 31, 1.)

Ἰαννά, ὁ, Janna, pater Melchi, Luc. 3, 24.

Ἰαννῆς, οῦ, ὁ, Jannes, magus, qui suis artibus apud Pharaonem usus est contra Moysen, 2 Tim. 3, 8. (in Talm. יוחנא).

Ἰάομαι (ὦμαι), (verbum dep., cuius praes., imperf. ἰώμην, et aor. 1. med. ἰασάμην, significatione act., sed perf. p. ἴαμαι, aor. 1. p. ἰάθην, fut. 1. p. ἰαθήσομαι signific. passiva dicuntur) **a.**, propr., τινά, sano aliquem, medeor alicui, Luc. 6, 19. 9, 2. 11. 42. 14, 4. Joh. 4, 47. Act. 9, 34. 10, 38. 14, 4. 22, 51. 28, 8. — pass., Matth. 8, 8. (Luc. 7, 7.) v. 13. 15, 28. Luc. 8, 47. Joh. 5, 13. (Act. 3, 11.) Jac. 5, 16. (Sirac. 28, 3.) — τινὰ ἀπό τινος, sano (i. e. sanando libero) aliquem ab aliquo; — pass., Marc. 5, 29. Luc. 6, 17. 17, 15. — **b.**, trop., salvum facio, Matth. 13, 15. (Joh. 12, 40. Act. 28, 27. e Jes. 6, 10. aliter Marc. 4, 12.) — pass., 1 Petr. 2, 24. — gnomice: pass., Hebr. 12, 13.

Ἰαρέδ, Jared, unus e maioribus Christi, Luc. 3, 37.

Ἴασις, εως, ἡ, sanatio, Luc. 13, 32. Act. 4, 22. 30. (οἱ ὁ Prov. 3, 8. 4, 22.)

Ἴασπις, ιδος, ἡ, iaspis, idis, hebr. יָשְׁפֵה, Ez. 28, 13. Ex. 28, 18. Jes. 14, 12. gemma diversicolor (nam alia est purpurea, alia caerulea, viridis alia, alia aeri similis. Plin. H. N. 37, 5.), Apoc. 4, 3. 21, 11. 18. 19.

Ἰάσων, ονος, ὁ (a v. ἰάω, sano) Jason, Pauli cognatus, Act. 17, 5. 6. 7. 9. Rom. 16, 21.

Ἰατρός, οῦ, ὁ, (a v. ἰάομαι) medicus, Marc. 5, 26. (Luc. 8, 43.) Col. 4, 14. (Xen. Mem. 1, 2, 51.) Luc. 4, 23. — Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Luc. 5, 31.

Ἰδέ (Rom. 11, 22. Gal. 5, 2.), item ἴδε (quae est forma serior), imperat. aor. 2. εἶδον, q. v. — ἔρχου κ. ἴδε, Joh. 1, 47. 11, 35. v. ἔρχομαι. — **a.**, extra constructionem ab initio sententiarum א., vox eius, qui aliquid ab aliquo non vult negligi, Marc. 2, 24. 11, 21. 13, 1. — nostr.: sieh' doch, Joh. 11, 36. 16, 29. 19, 4. 5. 14. Gal. 5, 2. — interdum respondens nostr.: ja, Joh. 18, 21. (ἴδε οὗτοι οἴδασιν, die wissen ja, aut vox eius, qui aliquid affert novi et inexspectati, Joh. 11, 3. 7, 26. 12, 19. — aut ב., vox monstrantis, nostr. da; ἴδε ὁ τόπος, da ist der Ort, Marc. 16, 6. — Marc. 3, 34. Joh. 1, 29. 36. 48. — 19, 5. 14. 26. Matth. 25, 25. — ג., verbis proferendae sententiae interseritur sic, ut praemittantur verba, post quae alicuius rei novitas magis in oculos incurrat, Matth. 25, 20. 22. Joh. 3, 26. — ד., etiam in oratione ad plures se conversente locum obtinet, Marc. 3, 34. Joh. 1, 29. 36. 48. 7, 26. 11, 36. 12, 19. 19, 4. 5. 14. — Reperitur vero etiam **b.**, cum aliis vocibus constructum; — c. acc., lat.: en c. acc., Rom. 11, 22. — c. ὅτι, cognosce, Joh. 7, 52. — seq. interrog. indir., perpende, animadverte, Marc. 15, 4. Caetera v. sub εἶδον.

Ἰδέα, ας, ἡ, (ab εἶδον, ἰδεῖν) forma, figura, Matth. 28, 3. (οἱ ὁ Dan. 1, 15. — Thuc. 6, 4. Diod. Sic. 1, 12.)

Ἴδιος, ία, ον, (apud Atticos etiam ἴδιος, ὁ, ἡ) **a.**, proprius; **α.**, adiect. nominibus rerum: id, quod aliquis *pro se* ipse habet (oppon. κοινός), Marc. 15, 20. Matth. 25, 15. Act. 4, 32. Luc. 10, 3. 4. (iumento imposuit suis usibus destinato) 1 Cor. 9, 7. 11, 21. 15, 23. Joh. 7, 18. Rom. 11, 24. 14, 5. 1 Tim.

3, 4. 5. 12. 5, 4. — id, quod aliquis sibi ipsi debet, Rom. 10, 3. (τὴν ἰδίαν δικαιοσ. oppon. ἡ δικ. ἡ τ. θεοῦ, i. e. a Deo data) Act. 28, 30. (τὸ ἴδιον μίσθωμα, i. e. quod sibi ipse locaverat) Luc. 6, 44. (fructus, quem per suam naturam fert) — ponitur pro pronomine possessivo, ita tamen, ut subiectum ab alio subiecto distinguatur (oppon. ἀλλότριος), quod aliquis ipse habet, Matth. 22, 5. Joh. 5, 43. 1 Cor. 3, 8. 4, 12. 6, 18. 7, 37. Hebr. 7, 27. — διὰ ἰδίου αἵματος, Hebr. 9, 12. 13, 12. Act. 20, 28. 2 Petr. 1, 20. (ἰδίας, cf. ad vaticinantem ipsum) 2 Petr. 3, 16. 17. — Act. 13, 36. (τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, aetate qua *ipse* vixit. Distinguitur scil. ab eo, ad quem verba Psalmi v. 35. laudata pertinent) — id, cuius aliquis est dominus et possessor, quod aliquis vere *habet*, Joh. 10, 3. 4. (τὰ ἴδια πρόβατα, oppon. ὁ μισθωτός) — ἡ ἰδία πόλις τινός, urbs, oppidum, cuius est aliquis civis et incola, Luc. 2, 3. Matth. 9, 1. Huc ref. Act. 1, 25. — καιρῷ ἰδίῳ, suo tempore, Gal. 6, 9. — pl., 1 Tim. 2, 6. 6, 15. Tit. 1, 3. — Not.: interdum ponitur, ubi poni poterat ἑαυτοῦ, Joh. 4, 44. Matth. 22, 5. — β., adiect. nominibus personar., א., pro genit. posses. ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ, vel αὐτοῦ, ῆς, οῦ, Joh. 1, 42. (ἀδελφός) 1 Cor. 7, 2. 1 Petr. 3, 16. Matth. 25, 14. Rom. 14, 4. — ב., vi fortiori praeditum exprimi potest verbis: vel, adeo suus, a, um, Joh. 5, 18. Rom. 8, 32. 1 Thess. 2, 14. Tit. 1, 12. — οἱ ἴδιοι, domestici, ad domum, vel familiam pertinentes, 1 Tim. 5, 8. Joh. 1, 11. 13, 1. Act. 4, 23. 24, 23. (Xen. H. G. 2, 4, 29.) — γ., neutr. τὸ ἴδιον, oppon. τὸ ἀλλότριον, ξένον, peregrinum, exterum, Joh. 15, 19. (amaret id, quod sibi genere propinquum est,) — plur. πράσσειν τὰ ἴδια, sua agere, nec se rebus alienis immiscere, 1 Thess. 4, 11. — λαλεῖν ἐκ τῶν ἰδίων, ex suo ingenio verba proferre, Joh. 8, 44. — τὰ ἴδια, domus, quam habet aliquis, Act. 21, 6. Joh. 16, 32. 19, 27. (Aelian. H. N. 10, 23. Polyb. 2, 27, 5.) Joh. 1, 11. (ad homines mundum a se conditum incolentes, coll. v. 3. 10.)

b., privatus (oppon. δημόσιος, κοινός, Xen. Mem. 3, 7, 5.); — ἰδίᾳ, adv., seorsim, 1 Cor. 12, 11. (Xen. Cyr. 6, 2, 34.) — κατ' ἰδίαν, seorsim, Matth. 14, 13. (Marc. 6, 32. Luc. 9, 10.) 17, 1. (Marc. 9, 2.) v. 19. (Marc. 9, 28.) 20, 17. 24, 3. (Marc. 13, 3.) Luc. 10, 23. — Marc. 7, 33. Act. 23, 19. — add. μόνος, Marc. 9, 2. — privatim, Marc. 4, 34. — sigillatim, insbesondere, Gal. 2, 2.

Ἰδιώτης, ου, ὁ, (ab ἴδιος) **a.**, privatus, qui non fungitur munere publico, Xen. Mem. 2, 6, 18. — unus e vulgo, plebeius, oppon. τοῖς πολιτευομένοις. — **b.**, qui rerum gerendarum ignarus est, omnino imperitus, indoctus (Xen. Mem. 3, 12, 1.), Act. 4, 13. (illiteratus) 2 Cor. 11, 6. — 1 Cor. 14, 24. (qui linguam peregrinam non intelligit) — unus de plebe Christiana (laicus), 1 Cor. 14, 16.

Ἰδού, adverb. exclamat., en! ecce! Reperitur orationi interiectum post genit. absol., Matth. 1, 20. 2, 1. 13. 9, 18. 12, 46. 17, 5. 25, 6. 47. 28, 11. — καὶ ἰδού, Matth. 2, 9. 3, 16. 17. 4, 11. 8, 2. 24. 29. 32. 34. 9, 2. (Luc. 5, 18.) v. 3. 20. 12, 10. 42. 15, 22. 17, 3. 5. 19, 16. 26, 51. 27, 51. 28, 2. 7. 20. Luc. 1, 20. 31. 36. 2, 9. 25. 5, 18. 7, 37. 9, 30. 38. 39. 10, 25. 13, 11. 30. 14, 2. 19, 2. 23, 50. 24, 13. Act. 12, 7. 16, 1. his in l. posuit auctor, cum finita narratione ad rem novam transiret. Interdum eadem formula ea res notatur, quae

non exspectata quidem, at nihilominus tamen certa est, 2 Cor. 6, 9. *καὶ ἰδοὺ ζῶμεν*, et tamen vivimus, cf. Matth. 7, 4. (Luc. 11, 31.) Luc. 11, 41. Act. 27, 24. — Alibi est vox *monstrantis*, Matth. 11, 19. (Luc. 7, 34.) 12, 2. 47. 49. 13, 3. 24, 26. 25, 6. Marc. 3, 32. 13, 21. Luc. 2, 34. 17, 21. — et attentionem excitantis, Matth. 1, 23. 10, 16. 11, 12. (Marc. 1, 2.) 12, 18. 21, 5. 23, 34. Rom. 9, 33. Hebr. 8, 8. 10, 7. 1 Petr. 2, 6. (hi loci omnes e. V. T. prolati sunt) — Marc. 15, 35. Luc. 22, 10. Joh. 4, 35. 1 Cor. 15, 51. 2 Cor. 5, 17. Jac. 5, 9. Jud. v. 14. Apoc. 1, 7. 3, 11. 9, 32. 11, 14. 16, 15. 22, 7. — Aliis in locis est i. q. vide, videte, s. perpende, perpendite, Matth. 11, 8. (Luc. 7, 25.) 19, 27. (Marc. 10, 28. Luc. 18, 28.) 20, 18. (Marc. 10, 33. Luc. 18, 31.) 22, 4. 24, 28. (Marc. 13, 23.) 26, 46. Marc. 14, 41. 42. — *ἰδοὺ γάρ*, Luc. 1, 44. 48. 2, 10—48. 6, 23. 13, 7. 32. 15, 29. 22, 31. Act. 5, 9. 11. 2 Cor. 7. 11. 12, 14. — ubi exempla ponuntur, Jac. 3, 3. 4. 5. 5, 4. 7. 11. Apoc. 2, 10. 3, 8. 9. 20. 5, 5. — pro hebr. הִנְנִי, Luc. 1, 38. Act. 9, 10. Hebr. 2, 13. — *ἰδοὺ ἐγώ* cett., Act. 10, 21. 20, 22. 25. Luc. 28, 14. 24, 49. — *οὐκ ἰδοὺ — γαλιλαῖοι;* Act. 2, 7. — Positum ante nominat., quem nullum sequitur verbum finitum, reperitur Matth. 3, 17. 18. 9, 10. Luc. 5, 12. 19, 20. 22, 38. 47. Joh. 19, 26. 27. Act. 8, 27. 36. 2 Cor. 6, 2. Apoc. 6, 2. 5. 8. 7, 9. 12, 3. 14, 14. 19, 11. 21, 3.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, Idumaea (nomen regionis, trans Jordanem sitae, ad meridiem Palaestinae prope Arabiam Petraeam ab Esavo s. Edomo (Gen. 35, 30.) et posteris eius [Edomitis] inhabitata, Jos. 15, 1. 21. 11, 17. 12, 7. hebr. אֶרֶץ שֵׂעִיר, אדם־שְׂדֵה.) — Marc. 3, 8. (Joseph. Antiq. 2, 1. 11, 11. 13, 17. et de B. J. 5, 7.)

Ἰδρώς, ῶτος, ὁ, (sudor, Luc. 22, 44. (*οἱ ὁ* Gen. 3, 19. — Xen. Mem. 1, 4, 6. Aelian. V. H. 5, 2.)

Ἰεζαβήλ, ἡ, (אִיזֶבֶל, ex אִי, insula et זָבַל, habitavit) Jezabel, (uxor regis Achabi, 3 Reg. 16, 31. 18, 4. 4 Reg. 9, 33.) femina quaedam Thyatirae, prophetidis mendax, Apoc. 2, 20.

Ἱεράπολις, εως, ἡ, (ex *ἱερός* et *πόλις*, lat. sacra urbs, *ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν*. Stephan.) Hierapolis, urbs Phrygiae maioris, ad Maeandrum fluvium sita (haud procul a Colossis et Laodicea), quae thermis abundabat. Hodie dic. Bambuck Calasi. — Col. 4, 13.

Ἱερατεία, ας, ἡ, (v. *ἱερατεύω*) **a.**, sacerdotium, munus sacerdotis, Hebr. 7, 5. — **b.**, functio sacerdotalis, Luc. 1, 9. (*κατὰ τὸ ἔθος* etc., ex more ministerii sacerdotalis forte ei obtigit suffitum adolendi officium.)

Ἱεράτευμα, τος, τό, (ab *ἱερατεύω*) **a.**, sacerdotium. — **b.**, ordo sacerdotalis (eorum, qui sacerdotio funguntur), 1 Petr. 2, 5, (v. supr. *θεραπεία*.) v. 9. (*βασίλειον*. Ex. 19, 6. — cf. Apoc. 1, 6. 5, 10.)

Ἱερατεύω, f. εύσω, (v. *ἱεράομαι* et adi. verbali *ἱερατός*, quamquam hoc adi. non reperitur) sum sacerdos, sacris operor, Luc. 1, 8. (*οἱ ὁ* Ex. 28, 1.)

Ἱερεμίας, ίου, ὁ, (יִרְמְיָה s. יִרְמְיָהוּ, ex רוּם, altum esse et יָהּ, Jehova) Jeremias propheta, filius Helciae (Jerem. 1, 1.) Matth. 2, 17. 16, 14. et 27, 9. (verba h. l. excitata leguntur Zach. 11, 12. 13.).

Ἱερεύς, έως, ὁ, (ab *ἱερός,* q. v.) sacerdos, qui sacrificia offert (cf. Hebr. 8, 4. 10, 11.) et sacris operatur; **a.**, sens. propr., Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) 12, 4. Luc. 1, 5. Joh. 1, 19. Act. 14, 13. Hebr. 8, 4. al. — de summo sacerdote, Act. 5, 24. (cf. 1 Reg. 1, 8. Hebr. 5, 10. coll. v. 6.) — **b.**, nomen transfert., *α.*, ad Jesum cum summo sacerdote comparatum, Hebr. 5, 6. Ratio nominis affertur, Hebr. 5, 7. 10, 11. — *β.*, ad Christianos, Apoc. 1, 6. (ut Christiani facti sunt *βασιλεῖς* per Christum suum, *τὸν ἄρχοντα τῶν βασιλέων τῆς γῆς* v. 5., ita etiam *ἱερεῖς* per eundem *τὸν λούσαντα αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν,* ibid.) cf. 5, 9. 10. 20, 6.

Ἱεριχώ, ἡ, (hebr. יְרִיחוֹ, Jos. 2, 1. s. יְרִחוֹ, 1 Reg. 16, 34. (i. e. odor suavis continuus, a רִיחַ, odorari) Jericho, untis, (urbs illa balsami, mellis, cypri, myrobalani, rosarum aliarumque rerum odoriferarum feracissima, sita in tribu Beniamin inter Hierosolymor. urbem et Jordanem fluvium et distans ab illa centum et quinquaginta, ab hoc sedecim stadiis. Dicitur *πόλις φοινίκων,* urbs palmarum, Deut. 34, 34. regionem eius *θεῖον χωρίον* appellat Joseph. de B. J. 5, 4. Olim a Josua devastata [Jos. 6, 27.], sed ab Hiel restituta est, 1 Reg. 16, 34.) Matth. 20, 29. (Marc. 10, 46. Luc. 18, 35.) Luc. 10, 30. 19, 1.

Ἱερόθυτος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *ἱερός* et *θύω,* cf. *εἰδωλόθυτος*) sacrificatus, immolatus idolis, — e lectione nonnullor. codd., 1 Cor. 10, 19. 28.

Ἱερόν, οῦ, τό, (neutr. adi. *ἱερός, ά όν,* cf. *τὸ ἅγιον*) sacrarium, templum, Act. 19, 27. (de templo Dianae Ephesino) — de templo Hierosolym. eoque vel toto, ut Matth. 4, 5. (Luc. 4, 9.) 12, 6. 21, 12. (Marc. 11, 15. Luc. 19, 45.) 24, 1. (Marc. 13, 1. 3. Luc. 21, 5.) Joh. 7, 14. 8, 2. 59. Act. 3, 1—3. 8. 10. 4, 1. 24, 6. 25, 8. — vel certis eius partibus. — Descriptionem templi (subobscuriorem quidem) exhibiut Joseph. Ant. 15, 11. B. J. lib. 6. — Totum aedificium, cuius altissima pars templum erat, tribus constabat septis (*περιβόλοις*). Septo infimo continebatur *atrium gentium*, ad hoc aditus patebat gentilibus, itemque Judaeis a mortuo pollutis, hic res ad sacrificia offerenda accessariae, thus, oleum, vinum, sal, columbae, agni, boves, vendebantur (Matth. 21, 12. [Marc. 11, 15. 16. Luc. 19, 45.] Joh. 2, 14. 15.). Adscendebatur hinc ad septum alterum, quod continebat **a.**, *atrium mulierum*, muro et duabus portis cinctum (Luc. 2, 37.), in quo cippi positi erant (Marc. 12, 41. 43. Luc. 21, 1.); ante quod atrium videtur locata fuisse *ἡ θύρα ἡ ὡραία* (Act. 3, 2.) porta illa, quam Josephus dicit obductam fuisse aere Corinthio, et porticus Salomonis, Act. 3, 11. Joh. 10, 23. — **b.**, in loco, 15. gradibus altiori atrium *magnum*, divisum illud in *atrium Israëlitarum* (virorum, Matth. 21, 14. 15. 23. [Marc. 11, 11. 27. Luc. 20, 1.] 26, 55. [Marc. 14, 49. Luc. 22, 53.] Marc. 12, 35. Luc. 2, 27. 46. 18, 10. 19, 47. 21, 37. 38. 24, 53. Joh. 5, 14. 7, 28. 8, 20. 11, 56. 18, 20. Act. 2, 46. 5, 20. 21. 25. 42. 21, 26—30. 22, 17. 24, 12. 18. 26, 21.) et *sacerdotum*. Hoc sacerdot. atrium circumdedit templum, loco 11. gradibus altiori in tertio septo situm. Hoc templum (*ὁ ναός*) divisum erat in (partes tres) vestibulum (*πρόναος*), quod sacerdotibus patebat, in Sanctum (*τὸ ἅγιον*) et Sanctuarium. In Sancto collocatum erat altare aureum, in quo

ponebatur thuribulum et thus cremabatur, candelabrum sacrum atque panes propositionis. Bis singulis diebus sacerdotes ingrediebantur, ut lucernas accenderent emungerentque, et thus offerrent, Matth. 12, 5. Luc. 1, 9. Act. 21, 27. 29. 30. — in Sanctuarium soli Pontifici una tantum anni die ingredi licitum erat, Hebr. 9, 7.

Ἱεροπρεπής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex *ἱερός*, sacer, et *πρέπει*, convenit) conveniens hominibus et rebus Deo sacris, verecundus, Tit. 2, 3. (Xen. Symp. 8, 40.)

Ἱερός, ά, όν, sacer, numini consecratus; — neutr. *τὰ ἱερά*, sacra, 1 Cor. 9, 13. (*ἐργάζεσθαι*, administrare, sacra offerre, quod erat sacerdotum et levitarum) — ibid. *ἐσθίειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ*, e victimis victum habere (v. supr. *ἐσθίω*). — *ἱερὰ γράμματα*, scripta sacra, 2 Tim. 3, 15.

Ἱεροσόλυμα, ης, ἡ, (Matth. 2, 3. 3, 5.) s. *Ἱεροσόλυμα, ων, τά,* (Matth. 4, 25. 5, 35. 15, 1. 20, 17. 18. 21, 1. 10. Marc. 3, 8. 7, 1. 10, 32. 33. 11, 27. Luc. 19, 28. 23, 7. Joh. 1, 19. 2, 13. 4, 45. 5, 1. 2. — cf. *Ἄβδηρα, ων, Σόδομα, ων, Γόμοῤῥα, ων*) s. *Ἱερουσαλήμ* (Luc. 2, 25. 41. 4, 9. 6, 17. 9, 31. 51. 10, 30. 13, 4. 34. [Matth. 23, 37.] 17, 11. 19, 11. 21, 20. 24, 13. Act. 5, 28. Marc. 11, 1. Gal. 4, 25. Apoc. 21, 10. hebr. יְרוּשָׁלַםִ vel יְרוּשָׁלַיִם, chald. יְרוּשְׁלֶם, Dan. 5, 2. 6, 11. Esdr. 4, 8. 20. 23. a רָאָה et שָׁלוֹם, pacem vidit.) ***Hierosolyma***, orum (etiam Hierosolyma, ae), metropolis Palaestinae, sita in medio fere huius regionis, in tribu Beniaminitica, tribui Judae, cum ab ea expugnata esset, annumerata. Antiquitus nomina ei fuerunt שָׁלֵם, Gen. 14, 18. et יְבוּס. A Cananitis olim inhabitatam cum occupare frustra tentassent Israëlitae, primus Davides expugnavit, expugnatamque sedem fecit tum cultus sacri, tum regni sui; hinc עִיר דָּוִד dicta 2 Sam. 5, 6. 9. A Chaldaeis dirutam exules reduces a. 536 a. Chr. restituerunt, multumque in ea exornanda cum Judaei tum Herodes M. elaborarunt. Collibus superstructa erat, quorum unus, Sion, praeter arcem regiam *τὴν ἄνω πόλιν* sustinebat, alter, Moria, valle a Sione distractus, ponte vero cum illo coniunctus templum ferebat, tertius denique, Acra, *τὴν κάτω πόλιν* fulciebat. Hierosol. nomine vel urbs ipsa vel eius incolae nominantur, Matth. 2, 3. 3, 5. al. — 23, 37. (Luc. 13, 34. — Gal. 4, 25. (*ἡ νῦν*, et *ἡ ἄνω*, cf. Hebr. 11, 22. Apoc. 21, 2.).

Ἱεροσολυμίτης, ου, ὁ, Hierosolymitanus, Hierosolymorum civis et incola, Marc. 1, 5. Joh. 7, 25. (Joseph. vita §. 65.)

Ἱεροσυλέω (ῶ), f. *ήσω*, (ab *ἱερόσυλος*, q. v.) sacrilegium committo, templum spolio (Polyb. 31, 4, 10.); — Rom. 2, 22.

Ἱερόσυλος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *ἱερόν* et *συλάω*) sacrilegus, rerum sacrarum compilator ac depraedator, Act. 19, 37. (2 Macc. 4, 42. Polyb. 13, 8, 7. Xen. H. G. 1, 7, 10.)

Ἱερουργέω (ῶ), f. *ήσω*, (ab *ἱερουργός*, et hoc ex *ἱερός* et obsol. *ἔργω*) sacra facio, sacra administro et quae a sacrificaturis offeruntur, praeparo deoque consecro; *εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργῶν τὸ εὐαγγέλιον*, ad paganos afferens,

quasi sacrificium praepararem, doctrinam de salute, ut pagani deo acceptum offerant sacrificium, Rom. 15, 16. (confert apost. eos, quos vult sceleris puros esse cum hominibus sacrificantibus, seque ipsum, doctrinam de Christo tradentem, cum sacerdote munus sacrum per id, quod ipse ἱερουργεῖ, Deo consecrante; v. infr. προςφορά).

Ἱερουσαλήμ, v. *Ἱεροσόλυμα*.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, (adi. ἱερώσυνος, η, ον, sacerdotalis; v. supr. ἐλεημοσύνη. Femin. notionem exprimit abstractam; — ab ἱερός) sacerdotium, Hebr. 7, 11. 12. 14. 24. (1 Macc. 2, 54. 3, 49.)

Ἰεσσαί, ὁ, (יִשַׁי) Jesse, s. Isai, (pater Davidis regis, 1 Sam. 16, 1 seq.) Matth. 1, 5. 6. Luc. 3, 32. Act. 13, 22. Rom. 15, 12.

Ἰεφθάε, ὁ, (יִפְתָּח, a פָּתַח, aperuit) Jephtha, filius Gileadis, iudicis Israëlis, ex meretrice susceptus (Judic. 11, 1.) Hebr. 11, 32.

Ἰεχονίας, ὁ, (יְהוֹיָכִין 2 Reg. 24, 6.: יְכָנְיָה, 1 Chron. 3, 16.) Jechonias, rex Judaeorum, quo regnante Nabuchodonosor, rex Babyloniorum rempublicam Judaeor: destruxit, Matth. 1, 11. 12. (Sed in catalogo 1 Chron. 3, 15—17. inter Josiam et Jechoniam medius ponitur Joakim; ergo ap. Matth. permutata sunt nomina Joiakim et Joiachin. Caeterum non Jechonias, sed Joiakim fratres habuit.)

Ἰησοῦς, ὁ, (hebr. יְשׁוּעָה, salus) 1., Jesus, fil. Dei, servator. noster (ratio nominis Matth. 1, 21.) Bethlehemi natus ex Maria virgine, sponsa Josephi, fabri lignarii, Matth. 2, 1 seq. Luc. 2, 1 seq. — educatus Nazarethi, oppido Galilaeae, Matth. 2, 22—23. 13, 55. 56. (Marc. 6, 3.) Luc. 2, 43—51. 3, 20. 4, 16. — Marc. 15, 6. Joh. 1, 45. 19, 19. baptismo tinctus in Jordane, Matth. 3, 13—17. (Marc. 1, 9—11. Luc. 3, 21. 22. Joh. 1, 32. 33.), postquam Joannes in vincula coniectus erat, docere coepit in Galilaea, Matth. 4, 12 seq. (Marc. 1, 14. Luc. 3, 20.) — apostolos duodecim e numero discipulorum seligit, Marc. 3, 13—19. (Luc. 6, 12—16. Act. 1, 2.) — miracula patravit, — discipulos emisit, qui homines ad morum emendationem adhortarentur et aegrotos sanarent, Marc. 6, 7 seq. (Luc. 9, 1 seq. 10, 1 seq. Matth. 10, 1 seq.) — in invidiam odiumque Pharisaeorum incurrit — claves regni coelestis Petro se daturum professus est, Matth. 16, 19. — Quum Hierosolymis e templo expulisset emtores venditoresque, eius vitae insidiari coeperunt sacerdotes et proceres Judaeor. Matth. 21, 12 seq. (Marc. 11, 15 seq. Luc. 19, 45 seq.). Ea nocte, qua Pascha cum discipulis celebravit, Juda duce comprehenderunt eum missi a sacerdotibus milites. Vinctus et a synedrio capitis damnatus traditur Pilato, qui, licet invitus, eum cruci affigi iubet; Matth. 26, 36—27, 56. (v. Marc., Luc., Joann.) Tertio die postquam mortuus et sepultus erat, e mortuis resurrexit et redivivus sese multis spectandum exhibuit. Matth. c. 28. (v. Marc., Luc., Joan. c. ult.) Act. 1, 3. 1 Cor. 15, 6.

2., *Ἰησοῦς*, *Josua*, dux Israëlitar. Moysis successor (Num. 13, 16. 27, 18. 34, 17.) Act. 7, 45. Hebr. 4, 8.

3., *Jesus*, cognomine Justus, vir Christianus. Col. 4, 11.

4., *Jesus*, unus e Christi maioribus, Luc. 3, 29.

Ἱκανός, ή, όν, (a v. ἵκω s. ἱκάνω, propr. pertingens **a.**, de numero et quantitate: sufficiens; *α.*, iunct. cum nominibus: satis, (sat multus) cf. Matth. 28, 12. Marc. 10, 46. Luc. 7, 11. 23, 9. Act. 5, 37. 11, 24. 19, 26. 20, 8. 37. 22, 6. — χρόνος, Act. 14, 3. (ἱκανῷ χρόνῳ, satis diu, Act. 8, 11.) —, pl., Luc. 8, 27. 20, 9. — ἡμέραι, Act. 9, 23. 43. 18, 18. 27, 7. — *β.*, absol., ἱκανοί, sat multi, Act. 12, 12. 14, 21. 19, 19. 1 Cor. 11, 30. (οἱ ὁ Ez. 1, 24.) — neutr. ἱκανόν ἐστι, sufficit, Luc. 22, 38. (Jesus Luca auctore poposcerat gladios, et Judas proditor verba eius ad adversarios retulit, qui eis auditis armatos contra eum tamquam contra latronem (Luc. 22, 52.) miserunt, quo eventum haberet vaticinium illud Luc. 22, 37. commemoratum. Quamquam ipse Jesus postea usum gladiorum prohibuit. Ergo ἱκαν. ἐστι i. e. ἀρκεῖ, satis habeo.) — ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, 2 Cor. 2, 6. (cf. Matth. 6, 34.) — τὸ ἱκ. ποιεῖν τινι, satisfacere alicui (pacare aliquem), Marc. 15, 15. (Polyb. 32, 7, 13.) — τὸ ἱκ. λαμβάνω, satis accipio, satis factum mihi est (acceptis fidei iussoribus vel interim deposita pecunia, donec caussa omnis fuerit confecta), Act. 17, 9. — ἐξ ἱκανοῦ, a longo inde tempore, Luc. 23, 8. — ἐφ' ἱκανόν, in sat longum tempus, Act. 20, 11. — **b.**, aptus, idoneus, tüchtig (sufficiens viribus); — πρός τι, ad aliquid, 2 Cor. 2, 16. — seq. infin. (aor.), Matth. 3, 11. (Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. sed Act. 13, 25. ἄξιος) 2 Cor. 3, 5. 2 Tim. 2, 2. (Xen. Cyr. 1, 4, 12.) — (inf. praes.) 1 Cor. 15, 9. (Herodot. 8, 36.) — seq. ἵνα, Luc. 7, 6. (Matth. 8, 8.) Hinc voc. seq.

Ἱκανότης, τητος, ή, facultas ad hoc (illudve) idonea, 2 Cor. 3, 5.

Ἱκανόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. ἱκανός) idoneum reddo; — τινά, **a.**, c. duplici acc., aliquem idoneis facultatibus instruo, ut agere possit alicuius partes, 2 Cor. 3, 6. — **b.**, εἴς τι, Col. 1, 12.

Ἱκετηρία, ας, ή, (adi. ἱκετήριος, ία, ον ab ἱκετήρ = ἱκέτης, supplex, supplici proprius; — ad femin. suppl. ἐλαία aut ῥάβδος. Nam supplices ad eum, cuius opem imploraturi essent, ramum olivae, lana alba vittisque obvolutum, tenentes accedebant, quo se supplices venire significarent. Hinc λαμβάνειν ἱκετηρίαν, Herodot. 5, 51. ἱκετηρίαν τιθέναι, s. προβάλλεσθαι παρά τινι) supplicatio, pl., Hebr. 5, 7. (2 Macc. 9, 18.)

Ἰκμάς, άδος, ή, humor, Luc. 8, 6. (οἱ ὁ Jerem. 17, 8. — Hom. Il. 17, 392. Jos. Ant. 3, 1, 3.)

Ἰκόνιον, ίου, τό, Iconium, (urbs Asiae minoris celeberrima, quae Xenophontis aetate [Anab. 1, 2, 1.] ultima urbs Phrygiae erat, Strabonis autem aevo Lycaoniae adscripta erat, a Plinio [H. N. 5, 27.] Ciliciae annumeratur, et Pauli aetate ad Pisidiam, cui attribuit etiam Ammianus Marcellinus 14, 6., pertinuisse videtur. Hodie dic. Konia. Act. 13, 51. 14, 1. 19. 21. 16, 2. 2 Tim. 3, 11.

Ἱλαρός, ά, όν, (ab ἵλαος, propitius) hilaris, laetus, promtus ad aliquid faciendum, 2 Cor. 9, 7. (ἱλαρὸς δότης.) — οἱ ὁ Prov. 19, 11. 22, 8. (Sirac. 26, 4.) Hinc voc. seq.

Ἱλαρότης, τητος, ή, hilaritas, animus promtus, Rom. 12, 8. (ἐν ἱλαρότητι, libenter, promte. Prov. 18, 22.)

Ἱλάσκομαι, f. ἱλάσομαι, (a voc. ἵλαος, placidus, Hom. Il. 1, 583.

verb. depon.) **a.**, τινά, placo mihi, propitium reddo aliquem (Xen. Oecon. 5, 20.); — pass. ἱλάσθητί μοι, sis mihi placatus, propitius, Luc. 18, 13. (οἱ ὁ 2 Reg. 5, 8. Ps. 24, 12. Dan. 9, 19.) — **b.**, τί, expio; — τὰς ἁμαρτίας, expio peccata, Hebr. 2, 17. (Ps. 77, 38.)

Ἱλασμός, οῦ, ὁ, (a Doriensium verbo ἱλάζομαι, pro quo Att. ἱλάσκομαι, q. v.) propitiatio, expiatio (Num. 5, 8. Dan. 9, 9.), 1 Joh. 2, 2. (ἱλασμός h. l. facta expiatio, αὐτός ἐστι, ipse est fideiussor factae expiationis) 4, 10. (ἀπέστειλεν αὐτὸν ἱλασμόν, misit eum tamquam expiationem, i. e. in expiationis factae tesseram.)

Ἱλαστήριος, ιον, ὁ, (a voc. ἱλαστήρ et hoc ab ἱλάσκομαι s. ἱλάζομαι) expiatorius, is, qui ad expiationem adhibetur (μνῆμα ἱλαστήριον, monumentum Deo placando exstructum, Jos. Ant. 16, 7, 1.), ἱλαστήριος θάνατος, 4 Macc. 17, 22. — Neutr. τὸ ἱλαστ. in versione τῶν ὁ operculum illud arcae foederis in tabernaculo, versus quod in festo expiationis anniversario sanguines sacrificiorum spargebantur pro peccatis (Ex. 25, 17. Levit. 16, 2.) hebr. כַּפֹּרֶת, quod derivatur a כִּפֶּר לְ, obtexit alicui (scil. peccata, i. e. condonavit), et כִּפֶּר עַל s. בְּעַד, expiavit, addit.: ἐπίθεμα, Ex. 25, 17. Vulg. propitiatorium, Rom. 3, 25. Hebr. 9, 5. (sens.: quem nobis ἱλαστηρίον loco proposuit, ut fiduciam ponamus in eius sanguine s. morte.)

Ἵλεως, ω, ὁ, ἡ, (attice pro ἵλαος, hilaris) propitius; — εἰμί τινι, **a.**, ταῖς ἁμαρτίαις, i. e. condono peccata, Hebr. 8, 12. (οἱ ὁ Num. 14, 20. Jerem. 5, 1. — Deut. 21, 8. 2 Chron. 6, 25.) — **b.**, ex hebr. ἵλεώς σοι, scil. ἔστω ὁ θεός, i. e. hoc Deus abs te avertat; οἱ ὁ pro hebr. חָלִילָה seq. לְ, 2 Sam. 20, 20. 23, 17. (alibi: Jos. 22, 29. 24, 16. μὴ γένοιτο) Matth. 16, 22.

Ἰλλυρικόν, οῦ, τό, Illyricum, regio inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam sita, habens ab altera parte mare Adriaticum, ab altera Danubium, Rom. 15, 19.

Ἱμάς, άντος (s. ᾶντος), ὁ, (ab ἵημι, mitto, scil. vas loris alligatum in puteum. Hinc et ἱμάω, loris funibusque aliquid alligatum traho) Jorum (coriaceum, Hom. Il. 3, 371. 375. Xen. Cyr. 6, 2, 32.). Legitur **a.**, de loris, quibus captivi aut rei verberibus caedendi columnae alligabantur, Act. 22, 25. (τοῖς ἱμᾶσι, vid. esse dat. instrum., cf. v. 29. v. προτείνω, cf. Sir. 30, 26. — Hinc ἱμάσσω, loris caedo, i. q. μαστίζω.) — **b.**, de corrigiis, quibus calceamenta alligabantur, Marc. 1, 7. (Luc. 3, 16. Joh. 1, 27.) — οἱ ὁ Jes. 3, 27. Suid.: ἱμάς· σφαιρωτὴρ σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ λώριον τοῦ ὑποδήματος.

Ἱματίζω, f. ίσω, (ab ἱμάτιον, q. v.) vestio, amicio; — pass., Marc. 5, 15. Luc. 8, 35.

Ἱμάτιον, ίου, τό, (diminit. vocis ἷμα = εἷμα, vestimentum, cf. nostr. Hemde) **a.**, vestis (quaecunque), Matth. 9, 16. (Marc. 2, 21. Luc. 5, 36.) 11, 8. (Luc. 7, 25.) Marc. 13, 16. 15, 20. Hebr. 1, 11. — plur., pallium et tunica, Matth. 17, 2. 24, 18. 27, 31. 35. Joh. 19, 23. Act. 7, 58. 22, 20. Jac. 5, 2.

1 Petr. 3, 3. al. — διαῤῥήσσειν τὰ ἱμ., Matth. 26, 65. Act. 14, 14. 22, 23. v. διαῤῥήγνυμι — ἐν λευκοῖς, scil. ἱματίοις (cf. τὰ μαλακά, Matth. 11, 8.), Joh. 20, 12. — 2 Reg. 11, 14. — **b.**, vestis superior, pallium (quod tunicae, τῷ χιτῶνι, iniicitur), Matth. 5, 40. (Luc. 6, 29.) 9, 20. (Marc. 5, 27. Luc. 8, 44.) Joh. 19, 2. Act. 9, 39. (h. l. disting. ὁ χιτών.)

Ἱματισμός, οῦ, ὁ, (ab ἱματίζω et hoc ab ἱμάτιον) vestitus, **a.**, universe: Luc. 7, 25. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9. — Matth. 27, 35. et Joh. 19, 24. (e Ps. 22, 19. לְבוּשׁ.) — οἱ ό Ex. 12, 36. — **b.**, pallium, Luc. 9, 29. — οἱ ό Gen. 24, 53. Jos. 22, 8.

Ἱμείρω, (ab ἵμερος, cupido, desiderium) desidero, et ἱμείρομαι, desiderio teneor, inprimis de desiderio amoris (verb. depon., aor. 1. p. ἱμέρθην, Herodot. 7, 44. et ἱμειράμην ap. Hom.), — τινός, 1 Thess. 2, 8. (amore vestrum flagrans; οἱ ό Job. 3, 21. — Hom. Od. 1, 41. Polyb. 1, 66, 8.)

Ἵνα, coniunctio, indicans finem et consilium, quam in N. T. bis sequitur optat., Eph. 1, 17. ubi auctor narrat, quid suae preces, dum faceret, spectaverint) 3, 16. (coll. v. 14.) — bis indicat. (fut.), Apoc. 22, 14. 1 Cor. 9, 18. 13, 3. (in nonnullis codd., 1 Petr. 3, 1. Apoc. 3, 9.) — (praes.) 1 Cor. 4, 6. (— φυσιοῦσθε) Gal. 4, 17. (ζηλοῦτε) — plerumque vero coniunctivus vel praes. vel aoristi, — ut, eo consilio ut, eum in finem ut, **a.**, ut, (nota consilii) ubi coniunctio ἵνα α., constructa est cum verbis iubendi, adhortandi, rogandi, vetandi, etc. (iubendi: v. εἰπέ, ἵνα, dic, i. e. impera, ut, Matth. 4, 3. 20, 21. Marc. 3, 9. Act. 19, 4. Apoc. 6, 11. 9, 15. — ἀπαγγέλλω, Matth. 28, 10. — γράφω, Marc. 9, 12. 12, 19. — ἐντέλλομαι, — hortandi: διαμαρτύρομαι, ἀγγαρεύω, παρακαλῶ, ἀνασείω, κηρύσσω, — rogandi: δέομαι, ἐξορκίζω, ἐρωτῶ, παρακαλῶ, προςεύχομαι, — optandi: θέλω, θέλημά ἐστι, ζητῶ, ζηλόω, μεριμνάω, — vetandi: διαστέλλομαι, ἐπιτιμῶ, παραγγέλλω, — adde verba concedendi: δίδωμι [δὸς, ἵνα], ἀφίημι, — consultandi: συμβουλεύομαι, συντίθεμαι, — parandi: ἑτοιμάζω, — cavendi: βλέπε, βλέπετε, προςέχω, φυλάσσομαι, — item cum verbis eundi et veniendi: ἔρχομαι, ἀπέρχομαι, ἀναβαίνω, ἄγωμεν, ἀκολουθῶ, φανεροῦμαι, — mittendi, ducendi: ἀποστέλλω, πέμπω. — Not. ubi verbum illud, quod coniunctionem sequitur, ad unum cum verbo eundi subiectum refertur, τὸ· ἵνα cum verbo sequenti converti potest in Latinorum supinum, aut fut. in „rus“, et in Nostratum illud: um zu, v. c. ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἵνα κλέψῃ, venit [ut furetur] furatum, furaturus. Sed si verbum illud, quod a coniunctione pendet, ad aliud subiectum refertur, ut fit in phrasi: ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, τὸ· ἵνα disertius exprimi potest per: eo consilio, ut.) — β., ubi adiuncta est formulis hisce: ἄξιός εἰμι (Luc. 15, 21. al.), ἀρκετόν ἐστι, (Matth. 10, 25. Joh. 6, 7. — ἐλαχιστόν μοί ἐστιν, 1 Cor. 4, 3. — ἱκανός εἰμι — δεῖ, χρείαν ἔχω, λυσιτελεῖ, συμφέρει — nominibus hisce (consilii notionem involventibus): ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, Joh. 4, 34. — ἔργον ἐστίν, 6, 29. — συνήθεια, 18, 39. — τίς ὁ μισθός, 1 Cor. 9, 18. — χρόνος, ὥρα ἐστι, Joh. 12, 23. 13, 1. 16, 2. 32. Apoc. 2, 21. — γ., ubi cum suo verbo ad aliquem finem referendo simul pendet ab aliquo pronomine demonstrativo: τοῦτο, διὰ τοῦτο, εἰς τοῦτο, ἐν τούτῳ (Joh. 15, 8. 1 Joh. 4, 17.) — τούτου χάριν

(Tit. 1, 5.) — οὕτως, (Rom. 11, 31. 15, 20. 1 Cor. 9, 24.) — subintellig. οὕτως, 1 Cor. 14, 13.

b., eum (hunc) in finem ut = τί ποιήσω, ἵνα, i. e. quid eum in finem ut (v. c. vitam aeternam consequar), mihi faciendum est? Matth. 19, 16. (Marc. 10, 17. Luc. 19, 4.) — τοῦτο γέγονε (eum in finem), ἵνα, Matth. 1, 22. 2, 15. al. Ita τὸ ἵνα explicandum est in omnibus iis phrasibus, in quibus cum verbo a se pendente non tum subiecti in verbo praecedenti latentis consilium, quam *actus* verbo illo significati *ipsius* finem indicat. Exempla: Matth. 14, 15. (Marc. 6, 36. ἀπόλυσον — ἵνα etc., i. e. ut sibi coëmere possint, *dimitte* eos), cf. alios imperativos, Matth. 26, 63. Marc. 11, 25. 12, 15. 15, 32. Luc. 14, 23. 16, 9. 28. 21, 3. 22, 46. Joh. 12, 36. 1 Cor. 5, 7. Eph. 4, 28. 29. 6, 3. Phil. 1, 27. 2, 15. 2 Thess. 3, 14. 1 Tim. 4, 15. 5, 16. al. — Ita vero et in aliis phrasibus, τῷ ἵνα id praemittitur, quod fieri *debet* s. quod requiritur, ut finis, coniunctione illa designatus, attingi *possit*, Joh. 5, 7. 23. 6, 15. 30. 7, 3. 10, 38. 12, 38. 47. 14, 31. 15, 2. 16, 24. 17, 11. al. Act. 5, 15. 22, 24. Rom. 1, 11. 13. 6, 1. 4. 7, 13. 8, 4. 9, 11. 12. 11, 11. 15, 16. al. 1 Cor. 1, 27. 5, 2. 5, 7. 7, 5. 9, 19. 22. 11, 19. 32. 12, 25. 14, 31. 15, 28. 16, 6. 11. 2 Cor. 1, 11. 4, 15. al. Gal. 3, 22. 24. 4, 5. 17. al.

c., eo consilio, ut, Marc. 7, 9. 16, 1. Luc. 6, 34. 8, 16. Joh. 8, 6. 1 Cor. 14, 13. al.

Caetera ad rhetoricam pertinent. Notatis adspergamus pauca α., Scriptores S. N. T. saepius e caussali nexu finalem construunt; h. e. ipsorum „ἵνα" saepe non plus exprimit, quam: καὶ διὰ τοῦτο, Marc. 4, 11. 12. (Luc. 8, 20. plebs stupida solam imaginem amplectitur; ideoque etc.) Luc. 9, 45. 11, 50. Rom. 3, 19. 5, 21. 11, 31. 1 Cor. 1, 30. 31. 2, 12. 2 Cor. 4, 7. 9. 1 Thess. 5, 4. Philem. v. 15. — β., ἵνα epexegesin facit, ubi finis iam monstratus est praemissis εἰς — Joh. 1, 7. (εἰς μαρτυρίαν, ἵνα) — διὰ . . ἵνα, Joh. 11, 15. 12, 42. 1 Cor. 4, 6. 9, 23. 2 Cor. 8, 9. 2 Tim. 2, 10. — ὑπὲρ (αὐτῶν) ἵνα etc., Joh. 11, 4. 17, 19. Eph. 6, 19. Col. 1, 9. 4, 12. — περί τινος, ἵνα, Joh. 17, 20. 21. Col. 4, 3. 2 Thess, 1, 11. 3, 1. 1 Petr. 3, 18. — adde alia epexegeseos exempla: Act. 8, 19. 1 Cor. 7, 34. 10, 33. 1 Joh. 1, 9. 3, 1. — γ., Interdum ἵνα in orationis initio positum est, ut exspectandum sit, quid auctor cum consilii significatione coniungi velit. Ita legitur: ἵνα δὲ εἰδῆτε cett., Matth. 9, 6. (Marc. 2, 10. Luc. 5, 24.) cf. Act. 24, 4. 4, 17. Joh. 14, 31. Eph. 6, 21. Matth. 17, 27. — Aliis in locis observanda phrasis parenthetica: ἵνα μὴ λέγω, s. λέγωμεν, 2 Cor. 9, 4. cf. Philem. v. 19. et 2 Cor. 10, 9. — δ., Est ante τὸ· ἵνα aliquid supplendum, Joh. 1, 19. 9, 36. 13, 29. Marc. 5, 23. (ἵνα ἐπιθῇς pro: ἐπιθές suppl. θέλω s. ἐρωτῶ σε) cf. Apoc. 14, 13. — ἀλλ' ἵνα (i. e. ἀλλὰ τοῦτο ἐγένετο, ἵνα), Marc. 14, 49. (cf. Matth. 26, 56. Joh. 1, 8. 9, 3. 13, 18. 15, 25. 1 Joh. 2, 19. (ἀλλ' sc. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον) 2 Cor. 8, 7.

ἵνα μή, **a.**, *ne*, *ut non*, (nota consilii, v. sub ἵνα, a.) ubi pendet a verbis rogandi, vetandi, cavendi, v. δέομαι, παρακαλῶ, κρατῶ, (Apoc. 7, 1.) φοβοῦμαι (Act. 5, 26.) φυλάσσομαι, ἐπιτιμῶ (Matth. 12, 16. et Marc. 3, 12.). — **b.**, *eum in finem*, *ne* (v. ἵνα, b.) i. q. quia alioquin fit quod fieri non debet aut fieri non vis, Matth. 7, 1. (ἵνα μὴ κριθῆτε, i. e. quoniam, si iniqua iudicia

de aliis fertis, s. si vos damnatis, damnabimini ipsi) 26, 5. 41. Luc. 14, 29. 16, 28. 18, 5. Joh. 3, 20. 5, 14. 6, 12. 1 Cor. 1, 15. 17. 8, 13. 9, 12. 11, 34. 16, 2. al. (ita τὸ· ἵνα — in locis sub voc. ἵνα b. recensitis idem est quod: quia alioquin non fit, quod ut fiat, optatur.) — **c.**, *eo consilio, ne*, Luc. 8, 12. Act. 2, 25. Rom. 11, 25. 1 Cor. 11, 32. al. — a formula: ἵνα μή, distinguas formulam: οὐχ' ἵνα, Joh. 6, 38. 1 Cor. 7, 35. 2 Cor. 2, 4. 8, 13. 13, 7. — Deinde dist. locutiones has: ἵνα πᾶν . . . μὴ ἐπολέσω, ἀλλά etc., Joh. 6, 39. — et similes Joh. 11, 37. (ποιῆσαι, ἵνα οὗτος μὴ ἀποθάνῃ) 12, 46. (ἵνα πᾶς ὁ... ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. Etenim hoc aliter sententiam exprimit ac si scriptum esset: ἵνα μὴ ἐν τῇ σκοτίᾳ μείνῃ) — ἵνα μή, i. q. quin, Joh. 7, 23.

Ἱνατί, (ex ἵνα et τί, ut — quid? formula elliptica) cur? Matth. 9, 4. (Marc. 2, 8. et Luc. 5, 22. τί.) 27, 46. (ex Ps. 21, 2. sed Marc. 15, 34. εἰς τί.) Luc. 13, 7. Act. 4, 25. (ex Ps. 2, 1.) 7, 26. 1 Cor. 10, 29. — οἱ ὁ Num. 22, 32. Job. 3, 12. Jerem. 14, 19, Dan. 10, 20. al. (Aristoph. Nub. v. 190.)

Ἰόππη, ης, ἡ, (apud profanos etiam Ἰώππη, hebr. יָפוֹ a יָפָה, pulchrum esse, 2 Chron. 2, 15. Esdr. 3, 7. Jon. 1, 3. 1 Macc. 10, 75. 14, 5.) Ioppe, (urbs Palaestinae sita in monte ad mare mediterraneum contra extremitatem septentrionalem tribus Dan, portu celeberrimo instructa, quam Augustus cum aliis urbibus Herodis M. regno adiunxerat, Jos. de B. J. 20, 3. Pomp. Mela 1. c. 11. Hodie dic. Jaffa.) Act. 9, 36 seq. 10, 5 seq. 11, 5.

Ἰορδάνης, ου, ὁ, (hebr. יַרְדֵּן a יָרַד, descendit, fluvius, ut Rhenus dictus est a ῥέω, rinnen) Jordanes, fluvius maximus et celeberrimus Palaestinae. Hic in lacum Tiberiadis (mare Galilaeum) illabitur. Quem lacum cum permeavit, tandem in itineris decursu, aquis minorum fluviorum adauctus, in mare mortuum (lacum Asphaltitidem) effunditur, Matth. 3, 5. 6. (Marc. 1, 5. Luc. 3, 3.) 4, 15. 25. 19, 1. (Marc. 10, 1.) Marc. 3, 8. Luc. 4, 1. Joh. 1, 28. 3, 26. 10, 40. (Gen. 13, 11. Num. 12, 29. Jos. 3, 1. 2 Reg. 3, 10 seq. Zach. 11, 3. — Jos. Ant. 5, 3, 1.)

Ἰός, οῦ, ὁ, (ab ἵημι, mitto) **a.**, missile, sagitta, Hom. Il. 1, 48. 20, 68. al. — **b.**, venenum (animalium, quod aculei, quasi sagittae venenatae ope immitunt, vel instar sagittae iaculantur, Aelian. V. H. 5, 31. 9, 4.); — ἰὸς ἀσπίδων, Rom. 3, 13. (e Ps. 139, 4.) Jac. 3, 8. — **c.**, aerugo, Jac. 5, 3. — οἱ ὁ Ez. 24, 6.

Ἰούδα, tribus Juda; — πόλις Ἰούδα, Luc. 1, 39. (e textu vulg., v. infr. Ἰούττα.).

Ἰουδαία, ας, ἡ, (scil. γῆ, adi. ἰουδαῖος, q. v. hebr. יְהוּדָה) Judaea, (Palaestinae pars, nomen nacta ab Israëlitarum tribu Juda, et tempore Davidis ea regio, quam incoluerunt tribus Juda et Beniamin, Jos. 11, 16. 2 Sam. 2, 10. 1 Chron. 22, 5. 2 Chron. 3, 1. tum post aetatem Davidis regno Israëlitarum duas in partes discisso ita dicebatur regnum Judae, cui praeter tribus Juda et Beniamin pars tribuum Dan et Simeon annumerabatur. Post exilii tempora hoc nomen modo sensu angustiori dictum parti Palaestinae meridionali, a Samaria et Galilaea distinguendae, modo sensu latiori omni Palaestinae tribuitur) — **a.**, sens. angustiori: Matth. 2, 1. 5. 22. 3, 1. 5. (Marc. 1, 5.) 4, 25. (Marc. 3, 7.

Luc. 5, 17.) 19, 1. (Marc. 10, 1.) 24, 16. (Marc. 13, 15. Luc. 21, 21.) Luc. 2, 4. Joh. 3, 22. 4, 3. 47. Act. 1, 8. al. — add. γῆ, Joh. 3, 22. — χώρα, Marc. 1, 5. — dic. pro incolis, Matth. 3, 5. (Marc. 1, 5.) 2 Chron. 32, 33. 35, 24. — **b**., sens. latiori: Luc. 1, 5. 7, 17. Act. 2, 9. 10, 37. 11, 1. 29. 2 Cor. 1, 16. Gal. 1, 22. — πᾶσα ἡ χώρα τῆς Ἰουδαίας, Act. 26, 20.

Ἰουδαΐζω, f. ίσω, (a Ἰουδαῖος) mores et ritus Judaeorum sequor; — de eo, qui legem Judaeorum ritualem observat, Gal. 2, 14. (i. q. ἰουδαϊκῶς ζῆν.) — οἱ ὁ Esth. 8, 17.

Ἰουδαϊκός, ή, όν, (a ἰουδαΐζω) iudaicus, Tit. 1, 14. (ἰουδαϊκοὶ μῦθοι) — Jos. Ant. 20, 11, 1. Hinc voc. seq.

Ἰουδαϊκῶς, adv., iudaice, more Judaeorum, Gal. 2, 14.

Ἰουδαῖος, αία, ον, (a nom. Ἰούδα) iudaeus, a, um, **a**., adiect. nominibus, ad gentem iudaicam pertinens: ἀνήρ, Act. 10, 28. 22, 3. (aliter 2, 14.) — ἄνθρωπος, Act. 21, 39. — ψευδοπροφήτης, Act. 13, 6. — ἀρχιερεύς, Act. 19, 14. (2 Macc. 3, 29. τόπος ἰουδαῖος) — γυνή, Act. 16, 1. 24, 24. — γῆ, Joh. 3, 22. — χώρα, Marc. 1, 5. — **b**., absque nomine subst.: origine, gente, religione Judaeus (e gente, quae a Juda, Josephi filio, nomen traxit, oriundus), Joh. 4, 9. Act. 2, 5. 18, 2. 24. Rom. 2, 28. 29. — pl., Apoc. 2, 9. 3, 9. — οἱ Ἰουδαῖοι, gens iudaica, Act. 18, 2. 12. Matth. 2, 2. 27, 11. 29. Marc. 7, 3. 15, 2. Joh. 2, 6. 4, 9. 22. 5, 1. 18, 33. al. — Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, Act. 14, 1. 18, 4. 19, 10. 1 Cor. 1, 22. — sing., Rom. 1, 16. 2, 9. — οἱ κατὰ τὰ ἔθνη Ἰουδαῖοι, Judaei in barbarorum terris degentes, Act. 21, 21. 14, 1. 19. 17, 13. 21, 27. — ἄνδρες Ἰουδαῖοι, in allocut., Act. 2, 14. — Judaei, corpus adversariorum Christi, Joh. 11, 8. 13, 33. — Intellig. eorum proceres, Joh. 5, 15. 16. 7, 11. 15. 9, 18. 18, 12. 14.

Ἰουδαϊσμός, οῦ, ὁ, (a ἰουδαΐζω, q. v.) disciplina religionis iudaicae, Gal. 1, 13. 14. (2 Macc. 2, 21. 14, 38. 4 Macc. 4, 16.)

Ἰούδας, α, dat. ᾳ, acc. αν, ὁ, (יְהוּדָה a v. הוֹדָה, laudavit Gen. 29, 35. 49, 8.) Judas, filius Patriarchae Jacobi natu quartus, Matth. 1, 2. 3. Luc. 3, 33. — meton. tribus, posteri Judae, Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. Hebr. 7, 14. 8, 8. — **2.**, *Judas*, unus e maiorib. Christi, Luc. 3, 26. — alius, v. 30. — **3.**, *Judas* cognomine *Galilaeus*, Act. 5, 37. (ὁ Γαυλωνίτης, Jos. Ant. 18, 1, 1. — ὁ Γαλιλαῖος, Ant. 18, 1, 6. 20, 5, 2. B. J. 2, 8, 1. — **4.**, *Judas*, Judaeus quidam Damascenus, Act. 9, 11. — **5.**, *Judas*, Ἰσκαριώτης (קְרִיּוֹת אִישׁ) s. Cariothensis (ex oppido Kerioth, Jos. 17, 28. Jer. 48, 41. Amos. 2, 2.) Matth. 10, 4. (cod. D. Ἰσκαριώθης, Marc. 3, 19. Luc. 6, 16.) 26, 14. 25. 47. (Marc. 14, 10. 43. Luc. 22, 3. 47. 48.) 27, 5. Joh. 6, 71. 12, 4. 6. 13, 2. 26. 29. 18, 2. 3. 5. Act. 1, 18. — **6.**, Judas Barnabas, s. Barsabas, Christianus, Act. 15, 22. 27. 32. — **7.**, Judas Lebbaeus (לִבִּי a לֵב, cor) s. Thaddaeus (a תַּד, pectus) Matth. 10, 3. (Marc. 3, 18.) Ἰουδ. Ἰακώβου, Luc. 6, 16. Act. 1, 13. — **8.**, Judas, frater Domini, Matth. 13, 55. (Marc. 6, 3.) Jud. v. 1.

Ἰουλία, ας, ἡ Julia, mulier Christiana, Rom. 16, 15.

Ἰούλιος, ου, ὁ, Julius, centurio Romanus, Act. 27, 1. 3.

Ἰουνιᾶς, α, ὁ, Junias, Christianus e Judaeis, Paulo propinquus et vinculorum eius socius, Rom. 16, 7.

Ἰοῦστος, ου, ὁ, Justus, cognomen 1., Josephi, Act. 1, 23. — 2., Titi, Corinthii cuiusdam, Act. 18, 7. — 3., Jesu cuiusdam, Cor. 4, 11.

Ἰοῦτα s. Ἰούττα, (hebr. יוּטָּה, Jos. 15, 55. 21, 16.) oppidum sacerdotale in tribu Judae situm, Luc. 1, 39. (ita e probabili coniectura Valesii, Relandi aliorumque).

Ἱππεύς, έως, ὁ, (ab ἵππος) eques, Act. 23, 23. 32.

Ἱππικός, ή, όν, equestris; — τὸ ἱππικόν, equitatus, Apoc. 9, 16. (ita et ap. Graec. τὸ πεζικόν, copiae pedestres.)

Ἵππος, ου, ὁ, equus, Jac. 3, 3. Apoc. 6, 2. 4. 5. 8. 9, 7. 9. 17. 14, 20. 18, 13. 19, 11—21.

Ἶρις, ιδος, vel ιος, εως, ἡ, iris, arcus coelestis, Apoc. 4, 3. 10, 1. (οἱ ό Ex. 30, 24. — Aelian. V. H. 4, 17.)

Ἰσαάκ, ὁ, (יִצְחָק, risit, Gen. 17, 17. 21, 6.) Isaacus (ap. Joseph. Ἴσακος) filius Abraami, ex Sara susceptus, Matth. 1, 2. 8, 11. 22, 32. Rom. 9, 7. 10. Gal. 4, 28. Hebr. 11, 9. 18. 20. al.

Ἰσάγγελος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἴσος, q. v., et ἄγγελος, q. v.; cf. Homericum illud ἰσόθεος) angelis similis, Luc. 20, 36. (Marc. 12, 25. et Matth. 22, 30. εἰσὶν ὡς ἄγγελοι.)

Ἰσασχάρ, ὁ, (יִשָּׂשכָר, a יֵשׁ est, et שָׂכָר merces — Jos. Ἰσάσχαρις) Isaschar, (vulg. Issachar) (filius Jacobi patriarchae, ex Lea natus, Gen. 30, 18.) Apoc. 7, 7.

Ἴσημι, (dor. ἴσαμι, 2. pers. s. ἴσης, 3. s. ἴσατι, 1. plur. ἴσαμεν, partic. ἴσας; ap. Pindar. et Theocrit.) scio, novi; — τί, Act. 26, 4. (3. pl. ἴσασι) — seq. ὅτι, Hebr. 12, 17. (ἴστε, contr. ex ἴσατε? sed hoc rectius derivatur ab εἴδω, pl. ἴσμεν, i. q. ἴδμεν, v. Grammaticos.)

Ἰσχαριώτης, v. Ἰούδας. sub s.

Ἴσος, ἴση, ἴσον, aequalis similis; — ποιεῖν τινα ἴσον τινί, Matth. 20, 12. — ἑαυτόν, Joh. 5, 18. — ἡ ἴση δωρεά, Act. 11, 17. (Sap. 7, 6.) — ἴσαι μαρτυρίαι, testimonia consentientia, Marc. 14, 56. 59. — ἴσα ἐστί, Apoc. 21, 16. (Ez. 40, 3—8. 45, 11. — Xen. Cyr. 5, 2, 1.) — neutr. τὰ ἴσα (ἀπολαβεῖν), Luc. 6, 34. — neutr. ἴσα adverbial.; — ἴσα θεῷ, Phil. 2, 6. (esse parem Deo) — οἱ ό Job. 15, 16. 24, 20. 27, 16. al. — Hom. Il. 5, 71. 15, 439. — Hinc voc. seq.

Ἰσότης, τητος, ἡ, a., aequalitas, aequitas, 2 Cor. 8, 14. — v. 13. (ἐξ ἰσότητος, propr. iuxta aequitatem, i. e. aequali ratione) — b., quod aequum est; adiunct. τὸ δίκαιον, Col. 4, 1.

Ἰσότιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἴσος et τιμή) quod est eiusdem pretii; — τινί, alicui par habendum, 2 Petr. 1, 1. (ἰσότιμον ἡμῖν πίστιν, concisius dict. pro πίστιν τῇ ἡμῶν πίστει ἰσότιμον. cf. Matth. 5, 20. πλεῖον τῶν γραμματέων.) — Xen. Hier. 8, 10.

Ἰσόψυχος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ἴσος et ψυχή) animo par, Phil. 2, 20. (οἱ ό Ps. 54, 14.)

Ἰσραήλ, *ὁ*, (יִשְׂרָאֵל, ex שָׂרָה, luctatus est, et אֵל, Deus, Gen. 32, 28. — Joseph. *Ἰσράηλος*) Israel, cognomen Jacobi Patriarchae — *οἱ ἐξ Ἰσραήλ*, Israële nati, Rom. 9, 6. — *ὁ οἶκος Ἰσρ.* familia, posteri Israëlis, Matth. 10, 6. 15, 24. Act. 7, 42. — *οἱ υἱοὶ Ἰσρ.* posteri Isr. Luc. 1, 16. Act. 5, 21. 7, 23. 37. Rom. 9, 27. — *αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσρ.*, Matth. 19, 28. (Luc. 22, 30.) Apoc. 7, 4. — *Ἰσραήλ*, meton. posteri Israëlis, Israëlitae, Matth. 2, 6. 8, 10. (Luc. 7, 9.) 9, 33. Marc. 12, 29. (Deut. 6, 4.) Luc. 1, 54. 68. 80. Act. 4, 8. Rom. 9, 6. 11, 2. 7. 26. Eph. 2, 12. — Matth. 2, 20. 21. (*γῆ Ἰσρ.*) 27, 42. (*βασιλεύς*) Act. 4, 10. 27. (*ὁ λαὸς Ἰσρ.*) 28, 20. (*ἡ ἐλπὶς τοῦ Ἰσρ.*) 1 Cor. 10, 18. (*ὁ Ἰσρ. κατὰ σάρκα*) Gal. 6, 16. (*ὁ Ἰσρ. τοῦ θεοῦ*).

Ἰσραηλίτης, *ου*, *ὁ*, (ab *Ἰσραήλ*, q. v.) Israëlita (2 Sam. 17, 25.), unus e gente israëlitica, Joh. 1, 48. Act. 2, 22. 3, 12. 5, 35. Rom. 9, 4. 11, 1. 2 Cor. 11, 22.

Ἵστημι, f. *στήσω*, aor. 1. *ἔστησα*, perf. *ἕστηκα*, plusqperf. *ἑστήκειν* (Apoc. 7, 2. *ἑστήκεσαν* pro: *ἑστήκεισαν*) et *εἱστήκειν*, inf. perf. *ἑστηκέναι* et *ἑστάναι*, partic. *ἑστηκώς* et *ἑστώς*, *ῶσα*, *ώς*, aor. 2. *ἔστην*, aor. 1. p. *ἐστάθην*, f. 1. p. *σταθήσομαι*, f. 1. med. *στήσομαι* (Apoc. 18, 15. cf. Ex. 34, 2.).

a., in temporibus significat. transit. (h. e. in activi praes., imperf., fut. 1. et aor. 1.) *stare facio* (iubeo), *colloco*, *sisto;* 1., *τινά* i. e. *α.*, adstare iubeo, Act. 1, 23. 6, 13. — sisto, coram aliis: *ἐν μέσῳ*, in medio, Joh. 8, 3. et *ἐν τῷ μέσῳ*, Act. 4, 7. — *ἐν τῷ συνεδρίῳ*, Act. 5, 27. — *ἐνώπιόν τινων*, Act. 6, 6. — *β.*, colloco (i. e. locum, quem aliquis occupet, designo); — *εἴς τινας*, inter nonnullos, Act. 22, 30. — *ἐν μέσῳ τινῶν*, Matth. 18, 2. (Marc. 9, 36.) — *παρ᾽ ἐμαυτῷ*, Luc. 9, 47. — *ἐκ δεξιῶν κ. ἐξ εὐωνύμων*. Matth. 25, 33. — *ἐπί τι* (acc. loci), Matth. 4, 5. (Luc. 4, 9.) — *γ.*, stare (statum tenere) facio; — c. acc. praedicati: Jud. v. 24. (*τῷ δυναμένῳ ὑμᾶς — στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους*) —: erigo, Rom. 14, 4. (*δυνατός ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν;* transferri hoc vult Paulus ad Judaeos, quos Deum per suam omnipotentiam eo perducere posse dicit, ut beneficii, ex quo exciderint, participes fiant.)

2., *τί*, *α.*, stabilio, *τὴν παράδοσιν*, Marc. 7, 9. (*ἵνα στήσητε*, e nonnullor. codd. lectione.) — *τὴν δικαιοσ.*, Rom. 10, 3. — *τὸν νόμον* (sustento, oppon. *καταργῶ*), Rom. 3, 31. (oppon. *ἀναιρεῖν*, Hebr. 10, 9. — Gen. 26, 3. Dan. 9, 12.) — *β.*, constituo, *ἡμέραν*, Act. 17, 31. — *γ.*, stare facio (in bilance); — *τινί τι*, appendo alicui (unde *σταθμός;* — *ἱστᾶσι σταθμῷ*, Herodot. 2, 65.), Matth. 26, 15. (*οἱ ὁ* Ex. 8, 25. 2 Sam. 14, 26. Jes. 48, 6. 1 Macc. 2, 27. al. — Xen. Mem. 1, 11, 9. Cyr. 7, 3, 1.) inde explicari potest phrasis: *μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*, huius sceleris ne ab iis sume vindictam, Act. 7, 60.

b., in tempp. significat. intransit. (perf., plusqperf., aor. 2. act. — et in tempp. medii, quibus se nonnunquam adiungit aor. 1. et fut. 1. pass.) *sto;* *α.*, proprie: cum praeposition.: *ἐν* c. dat. loci, Matth. 6, 5. 20, 3. 24, 15. Luc. 24, 36. Joh. 8, 9. Act. 5, 25. 7, 33. Apoc. 5, 6. 19, 17. — *ἐνώπιόν τινος*, Act. 10, 30. Apoc. 7, 1. 8, 2. 11, 4. 12, 4. — *πρός* c. dat. loci, Joh. 18, 16. — *ἐπί τινος*, Luc. 6, 17. Act. 21, 40. Apoc. 10, 5. 8. — coram, Act. 24, 20.

25, 10. — πέραν (τινὸς τόπου), Joh. 6, 22. (ἑστηκώς) — πρό (τινός), Act. 5, 23. 12, 14. — ἔμπροσθέν τινος, gen. pers., de iis, qui coram iudice stant, Matth. 27, 11. — κύκλῳ (τινός), circum, Apoc. 7, 11. — adde: μέσος τινῶν, Joh. 1, 26. (inter vos iam versatur) — μετά τινος, Joh. 18, 5. — σύν τινι, Act. 4, 14. — ἐκ δεξιῶν τινος, Luc. 1, 11. Act. 7, 55. 56. — ἐν μέσῳ (in omnium conspectu), Joh. 8, 9. — cum praepositt. directionem in loc. designantibus, in construct. praegnanti (sto conversus ad): πρός c. acc., Joh. 20, 11. — ἐπί, c. acc. — (super, — εἱστήκει, hatte sich gestellt), Matth. 13, 2. Apoc. 3, 20. 7, 1. 14, 1. (ἑστηκός) 15, 2. (ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν), Apoc. 11, 11. — παρά c. acc., Luc. 5, 2. 7, 38. — et εἰς, Joh. 21, 4. — cum, adv. loci: ἐκεῖ, Matth. 27, 47. (Marc. 11, 5,) — ὧδε, Matth. 20, 6. 16, 28. (Marc. 9, 1. Luc. 9, 27.) — ὅπου, Marc. 13, 14. — ἔξω, Matth. 12, 46. 47. (Marc. 3, 31. Luc. 8, 20.) Luc. 13, 25. — μακρόθεν, Luc. 18, 13. 23, 49. — ἀπὸ μακρόθεν, Apoc. 18, 10. 15. 17. — πόῤῥωθεν, Luc. 17, 12. — ὀπίσω, Luc. 7, 38.

Verbum simpliciter dictum: *adsto*, Matth. 26, 73. Joh. 1, 35. 3, 29. 7, 37. 12, 29. 18, 18. 25. 20, 14. Act. 16, 9. 22, 25. — c. particip. vel adiectivo (consilium vel conditionem stantis indicante), Luc. 23, 10. 35. Act. 1, 11. 9, 7. 26, 6. Hebr. 10, 11. cf. Matth. 20, 6. — Ubi stare dicitur, qui in motu erat (incedens, fluens); ἔστην, *consisto*, Matth. 2, 9. 20, 32. (Marc. 10, 49. sed Luc. 18, 40. σταθείς.) Act. 8, 38. Luc. 8, 44. — ἕστηκα, salvus sto, Act. 26, 22. — immotus sto, non vacillo, 2 Tim. 2, 19. — erectus sto, cum partic. Eph. 6, 14.

Aor. 1. pass. ἐστάθην — σταθείς, statutus, er trat hin, Luc. 18, 11. 40. 19, 8. Act. 2, 14. 5, 20. 11, 13. 17, 22. 27, 21. — cum constitisset, Luc. 18, 40. — σταθῆναι, stare (statum tenere) Matth. 12, 25. (Marc. 3, 24. 25. Luc. 11, 18.) Apoc. 6, 17. — σταθῆναι ἔμπροσθεν, Luc. 21, 36. sisti (σταθήσεσθε) ἐπί τινος, (coram) Marc. 13, 9. — ἵνα σταθῇ — ἐπὶ στόματος, Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. — ἐστάθη ἐπί τι, (se collocavit) Apoc. 8, 3. 12, 18. — στῆθι, (ἐκεῖ) Jac. 2, 3. — (εἰς τὸ μέσον) Luc. 6, 8. — (ἐπὶ τοὺς πόδας.).

β., in oratione metaphor., ubi metaphora sumitur a standi ritu, ab eo, qui non cadit, sed stat, Rom. 11, 20. (τῇ πίστει, per fidem) — ἕστηκεν ἑδραῖος, qui non dubius haeret, non fluctuat, 1 Cor. 7, 37. (verba: ἐν τῇ καρδίᾳ pertinent ad ἑδραῖος) — qui erectus stat: ἵνα στῆτε τέλειοι cett., Col. 4, 12. cf. Eph. 6, 14. — qui (pugnans) locum tuetur, Eph. 6, 13. — addito: πρός τινα, adversus aliquem, Eph. 6, 11. (cf. Ex. 14, 13. Ps. 35, 13.) — ubi ope praepositionum termini notantur, qui nulla loca sunt: ἐν τῇ ἀληθείᾳ, Joh. 8, 44. (οὐχ ἕστηκε, non nititur in, i. e. nullam in se habet veritatem, cui innitatur, inanis, vanus est) — ἐν τῇ χάριτι (tenere. Oppon. ἐκπίπτειν τῆς χάριτος, Gal. 5, 4.), Rom. 5, 2. — sic et ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, 1 Cor. 15, 1. — εἰς ἣν (scil. χάριν) ἑστήκατε, in quam ingressi estis, ut in ea persisteretis, 1 Petr. 5, 12. — Not.: ab ἕστηκα derivatur verbum στήκω, quod v. suo loco.

Ἱστορέω (ῶ), f. ήσω, (ab ἵστωρ, ορος, cognitor, qui exploravit, videndo cognovit) — τινά, coram cognosco aliquem (alic. faciem), Gal. 1, 18. (Paulus ergo Petrum nondum viderat) — Jos. Ant. 1, 11, 4.

Ἰσχυρός, ά, όν, (ab ἰσχύω) potens, validus; *α.*, de naturis vivis,

validus *α.*, viribus corporis, Matth. 12, 29. (Marc. 3, 27. Luc. 11, 21.) Apoc. 5, 2. 10, 1. 18, 21. — comparat., Luc. 11, 22. — (animo et corpore) fortis (ἐν πολέμῳ), Hebr. 11, 34. Apoc. 19, 18. (hebr. גִּבּוֹר) — *β.*, animo (de eo, qui cupiditates coërcet), 1 Joh. 2, 14. — *γ.*, universe: potens, viribus valens (oppon. ἀσθενής), 1 Cor. 4, 10. — de Deo, Apoc. 18, 8. (Deut. 10, 17. 2 Sam. 22, 31.) — comparat., potentior (qui maiora praestat), Matth. 3, 11. (Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. qui non aqua βαπτίσει, sed πνεύματι ἁγ.) — qui plus valet viribus, 1 Cor. 10, 22. — *δ.*, ex adiuncto: τὰ ἰσχυρὰ τῶν ἀνθρώπων, quod hominum opinione multum valet (in specie: divites, nobiles), 1 Cor. 1, 25. (oppon. ἀσθενής. Oratio concisior pro: ἰσχυρότερον τοῦ ἰσχυροῦ τῶν ἀνθρώπων).

b, de rebus inanimatis, *α.*, quae vim exercent, ut v. c. ventus (vehemens), Matth. 14, 30. — aut cum vi proferuntur, ut φωνή (vox robusta), Apoc. 18, 2. — κραυγή (clamor vehemens), Hebr. 5, 7. (Ex. 19, 19.) — tonitrua (gravia), Apoc. 19, 6. (Gen. 50, 10.) — ἐπιστολαί (severae), 2 Cor. 10, 10. (Xen. Cyr. 3, 8, 48.) — aut ingravescunt, ut λιμός, Luc. 15, 14. — *β.*, firmus; — παράκλησις, Hebr. 6, 18. — *γ.*, πόλις, urbs munita, Apoc. 18, 10.

2, 14. Eph. 2, 15. — vanum, irritum reddo, s. declaro, v. c. *τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ*, Rom. 3, 3. — *τὸν νόμον*, v. 31. (oppon. *ἱστάω*.) Eph. 2, 15. (h. l. vi privo.) Gal. 3, 17. (*τὴν ἐπαγγελίαν*.) — **2.**, Pass., **a.**, cesso, 1 Cor. 13, 8. 10. 2 Cor. 3, 7. 11. 13. 14. Gal. 5, 11. — Rom. 6, 6. (*τὸ σῶμα ἁμαρτίας*, additur per epexegesin: *τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ*.) — **b.**, vi privor, tollor, 1 Cor. 15, 26. — **c.**, irritus, vanus reddor, Rom. 4, 14. (*ἡ ἐπαγγελία*.) — **d.**, *καταργοῦμαι ἀπό τινος*, solvor ab aliquo, Rom. 7, 2. 6. Gal. 5, 4. (qui cupitis per legem *δικαιοῦσθαι*, solvimini a Christo.)

Καταριθμέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *κατά* et *ἀριθμέω*) numero; — pass., *σύν τινι*, Act. 1, 17. (Diod. Sic. 4, 85.)

Καταρτίζω, f. *ίσω*, (ex *κατά* et *ἀρτίζω*, quod duc. ab *ἄρτιος*, cf. lat. ars, artus) aptum, firmum, integrum reddo. Hinc **a.**, reficio (id quod scissum est), — *τί*, propr., *τὰ δίκτυα*, Matth. 4, 21. Marc. 1, 19. — compleo, *τὰ ὑστερήματα*, 1 Thess. 3, 10. — metaph. *τινά*, in viam rectam reduco, Gal. 6, 1. — **b.**, coapto, instruo, 1 Petr. 5, 10. (*καταρτίσαι*, optat. ut Hebr. 13, 21. — Pass., 1 Cor. 1, 10. (*ἵνα μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι* —) 2 Cor. 13, 11. (*καταρτίζεσθε*, curate, ne in partes dissolvamini) Hebr. 11, 3. (*αἰῶνες*, saecula, tempora.) — med. fabricor mihi, Matth. 21, 16. (*αἶνον*, Ps. 8, 3. — in textu hebr. יִסַּד) Hebr. 10, 5. (*σῶμα*, Ps. 39, 7. in textu hebr. legitur: aures mihi perfodisti, i. e. me tui servum in perpetuum reddidi) — *ἔν τινι*, 1 Cor. 1, 10. Hebr. 13, 21. — *εἴς τι*, Rom. 9, 22. — v. *ἐξαρτίζω*. — Hinc voc. seq.

Κατάρτισις, *εως*, *ἡ*, **a.**, instauratio, **b.**, eorum conditio, qui in unum corpus coniuncti sunt, 2 Cor. 13, 9. — Ps. 17, 34.

Καταρτισμός, *οῦ*, *ὁ*, — *τινὸς εἴς τι*, instructio, Eph. 4, 12. cf. 2 Tim. 3, 17.

Κατασείω, f. *-σείσω*, (ex *κατά* et *σείω*, quatio) concutio; — *τὴν χεῖρα*, manum quatio; de eo, qui verba facturus silentium imperat, Act. 19, 33. i. q. *κατασ. τῇ χειρί*, Act. 12, 17. 13, 16. 21, 40. (etiam *κατασείω τινί* simpliciter, Jos. Ant. 17, 16, 2.)

Κατασκάπτω, f. *ψω*, (ex *κατά* et *σκάπτω*, fodio) defodio, suffodio, diruo; — *τί*, Rom. 11, 3. — pass., Act. 15, 16. (*οἱ ὁ* Judic. 6, 28. 1 Reg. 19, 10. Amos. 9, 11.)

Κατασκευάζω, f. *άσω*, (ex *κατά* et *σκευάζω*, quod descend. a *σκεῦος*) instruo, paro; **a.**, de aedificantibus, exstruo: *οἶκον*, Hebr. 3, 3. — *κιβωτόν*, Hebr. 11, 7. — pass., 1 Petr. 3, 20. Hebr. 3, 4. — *σκηνή*, 9, 2. 6. — *οἱ ὁ* pro בָּרָא, Jes. 40, 28. 43, 7. al. — **b.**, de eo, qui aliquid aptum alicui reddit; — *τὴν ὁδόν*, Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. — partic. perf. p., paratus, Luc. 1, 17. cf. Marc. 9, 12.

Κατασκηνόω (ῶ), f. *ώσω*, (ex *κατά* et *σκηνόω*, quod v.) propr., tentoria (sedem) figo (Xen. Cyr. 6, 2, 2.), habito, seq. *ἔν τινι* (*τόπῳ*), Matth. 13, 32. Marc. 4, 32. Luc. 13, 19. Act. 2, 26. — *οἱ ὁ* Job. 18, 15. Ez. 25, 4. Dan. 4, 18. — Hinc voc. seq.

Κατασκήνωσις, *εως*, *ἡ*, propr., tentoriorum collocatio, domicilium,

habitatio; — de latibulis avium, Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. — οἱ ό Ez. 37, 27. — cf. Sap. 9, 8. Tob. 1, 4.

Κατασκιάζω, f. άσω, (ex κατά et σκιάζω, a σκιά) obumbro (umbra tego); — τί, Hebr. 9, 5.

Κατασκοπέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et σκοπέω, a σκόπος) inspicio explorandi caussa; — τί, Gal. 2, 4. (de insidiosa exploratione, 2 Sam. 10, 3. Jos. 2, 2. 3.)

Κατάσκοπος, ου, ὁ, (ex κατά et σκέπτομαι, adiect. verbal.) speculator, explorator, Hebr. 11, 31. (οἱ ό Gen. 42, 9. 1 Sam. 26, 4. — 1 Macc. 12, 26. — Xen. Cyr. 3, 3, 25.)

Κατασοφίζομαι, f. ίσομαι, (verb. depon. med. ex κατά et σοφίζω) dolo (fraudibus) circumvenio, callide infesto; — τινά, Act. 7, 19. (cf. Judith. 5, 11. 10, 19.)

Καταστέλλω, f. -στελῶ, aor. 1. κατέστειλα, perf. p. κατέσταλμαι, (ex κατά et στέλλω) propr., **a.**, demitto. — **b.**, commotum et exasperatum cohibeo, sedo (cf. nostr. stillen); — τινά, Act. 19, 35. — pass., v. 36. (2 Macc. 4, 31. — Jos. Ant. 20, 8, 7. de B. J. 4, 4, 4.)

Κατάστημα, τος, τό, (a καθίστημι) status, habitus, Tit. 2, 3. — Jos. B. J. 1, 1, 4.

Καταστολή, ῆς, ἡ, (a καταστέλλω, demitto) demissio, v. c. velorum, vestis; vestis demissa, vestis, amictus, 1 Tim. 2, 9. (Hesych. καταστολην· περιβολήν.)

Καταστρέφω, f. ψω, (ex κατά et στρέφω) subverto, everto; — τί, Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. — Hagg. 2, 22. Job. 9, 5.

Καταστρηνιάω (vel -νιάζω), f. άσω, (ex κατά et στρηνιάω, verbo novae comoediae, cui praeferendum est verbum τρυφάω) — τινός, luxuriose vivo in damnum alicuius, exstat tantum, 1 Tim. 5, 11.

Καταστροφή, ῆς, ἡ, (a καταστρέφω) subversio, 2 Petr. 2, 6. (Gen. 19, 29.) — ad mentem ref.: perturbatio, 2 Tim. 2, 14.

Καταστρώννυμι (-στρόω), fut. ώσω, (ex κατά et στρώννυμι, cf. nostr. streuen) prosterno (humum); — pass., 1 Cor. 10, 5. (Num. 14, 16. Judith. 14, 4. — Xen. Cyr. 3, 3, 64.)

Κατασύρω, f. -συρῶ, (ex κατά et σύρω) propr., deorsum traho, detraho; — τινὰ πρός τινα, pertraho, Luc. 12, 58. (οἱ ό Jerem. 49, 10.)

Κατασφάζω, s. -ττω, f. -σφάξω, (ex κατά et σφάζω, q. v.) iugulo, trucido, Luc. 19, 27. (οἱ ό Zach. 11, 5. 2 Macc. 5, 12. 6, 9. — Aelian. V. H. 13, 2.)

Κατασφραγίζω, f. ίσω, (ex κατά et σφραγίζω) obsigno, sigillo claudo; — τί, Apoc. 5, 1. (οἱ ό Job. 9, 7. — Sap. 2, 5. Sirac. 42, 6.)

Κατάσχεσις, εως, ἡ, (a κατέχω, aor. 2. κατέσχον, occupavi) **a.**, occupatio. — **b.**, possessio, Act. 7, 5. (Gen. 47, 11. Levit. 27, 16, Ez. 36, 3.) — **c.**, habitatio; — τινός, loci, qui ab aliquo habitati erant, Act. 7, 45. — Gen. 17, 8.

Κατατίθημι, f. -θήσω, (ex κατά et θέω = τίθημι) 1., activ., depono, repono; — τινὰ ἔν τινι (τόπῳ), Marc. 15, 46. (Aelian. V. H. 1, 6.)

— **2.**, med., *κατατίθεμαί τί τινι*, depono mihi aliquid apud aliquem in usus futuros (Xen. Cyr. 7, 5, 34.); — *χάριτας κατατίθεσθαί τινι*, alicui aliquid relinquere quod gratiam pariat), Act. 24, 27. 25, 9. (1 Macc. 10, 23. — Xen. Cyr. 8, 3, 26. Jos. Ant. 2, 6, 3.)

Κατατομή, ῆς, ἡ, (a *κατατέμνω*, concido, mutilo) concisio, mutilatio, Phil. 3, 2. (alludit Paulus ad voc. *περιτομῆς*, quod seq. v. 3. per ironiam, quasi dicturus: videte modo commendatam illam circumcisionem, seu ut rectius dicam, concisionem s. discissionem.) Cf. locum similem Gal. 5, 12.

Κατατοξεύω, f. *εύσω*, (ex *κατά* et *τοξεύω*) — *τινά*, sagitta transfigo aliquem; — pass., Hebr. 12, 20. (e lectione codd.) — Ex. 19, 13.

Κατατρέχω, f. *-θρέξω*, aor. 2. *-έδραμον*, (ex *κατά* et *τρέχω*) decurro; — *κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς*, Act. 21, 32. (1 Reg. 19, 20. — Xen. H. G. 1, 12.)

Καταυγάζω, e lect. codd. idemq. *αὐγάζω*, q. v.

Καταφάγω, ut apud Graecos, ita in N. T. nonnisi aor. 2. *κατέφαγον* occurrit, devorabam, devoravi; — *τί*, **a.**, propr., Matth. 13, 4. Marc. 4, 4. Apoc. 10, 9. 10. 12, 4. — **b.**, metaphor. consumsi, Apoc. 20, 9. (igni.) — 1 Reg. 18, 38. — Joh. 2, 17. — profudi, dilapidavi, Luc. 15, 30. (*καταφαγών σου τὸν βίον*. — Hom. Od. 15, 12.) — Caeterum v. *κατεσθίω*.

Καταφέρω, f. *κατοίσω*, aor. 1. *κατήνεγκα*, aor. 1. p. *κατηνέχθην*, (ex *κατά* et *φέρω*) **a.**, defero, deiicio; — pass., *καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ*, alto sopori immersus, Act. 20, 9. — ibid. *κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπό* cett., depressus per soporem; cf. Herodian. 1, 2, 9. — **b.**, fero contra aliquem (*κατά* scil. *τινός*); — *ψῆφον*, suffragium fero contra aliquem; ita Jos. Ant. 2, 6, 9. 10, 6, 2. (*φέρειν ψῆφον κατά τινος*) damnationem approbo, Act. 26, 10.

Καταφεύγω, f. *ξομαι*, aor. 2. *-έφυγον*, (ex *κατά* et *φεύγω*) — *εἰς τόπον τινά*, confugio aliquo, Act. 14, 6. (Xen. Mem. 3, 5, 12.) — subintellig. *πρὸς τὸν θεόν*, Hebr. 6, 18. (verba: *κρατῆσαι τῆς ἐλπίδος* iungenda cum voc. *παράκλησιν*.)

Καταφθείρω, f. *-φθερῶ*, (ex *κατά* et *φθείρω*) **a.**, corrumpo, depravo; — pass., (Gen. 6, 12.) *κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν*, 2 Tim. 3, 8. (i. e. *ἔχοντες τὸν νοῦν κατεφθαρμένον*. Cf. *διαφθείρω*.) — *καταφθαρήσονται*, 2 Petr. 2, 12. (corrumpentur, ut res corruptioni destinatae. Caedit auctor eos, qui genio indulgent spe immortalitatis abiecta.)

Καταφιλέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *κατά* et *φιλέω*) deosculor (diu multumque osculor) osculor, *τινά*, Matth. 26, 49. Marc. 14, 45. coll. 44. Luc. 7, 38. 45. 15, 20. Act. 20, 37. (Xen. Mem. 2, 6, 33.)

Καταφρονέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *κατά* et *φρονέω*) contemno (despicio); — *τινός*, aliquem, Matth. 18, 10. Rom. 2, 4. 1 Cor. 11, 22. 1 Tim. 4, 12. 2 Petr. 2, 10. (Aelian. V. H. 1, 5. Xen. Mem. 3, 4, 12.) — negligo, non curo, Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. 1 Tim. 6, 2. — non respicio, non perhorresco, Hebr. 12, 2.

Καταφρονητής, οῦ, ὁ, (a *καταφρονέω*, perf. p.) contemtor, Act. 13, 41. (*οἱ ὁ* Habac. 1, 5. 2, 6. Sophon. 3, 5.)

Καταχέω, f. *εύσω*, (ex *κατά* et *χέω*) effundo desuper in aliquem; —

ἐπί τι, Matth. 26, 7. — κατά τινος, Marc. 14, 3. — Ps. 88, 45. Job. 43, 21. — Hom. Il. 23, 282.

Καταχθόνιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κατά et χθών, terra) subterraneus (qui sub terra versatur), Phil. 2, 10.

Καταχράομαι (ῶμαι), f. ήσομαι, (ex κατά et χράομαι) abutor; — τινί, 1 Cor. 7, 31. (distinguuntur h. l. χρώμενοι et καταχρώμενοι) 9, 18. (Aelian. V. H. 3, 13. 9, 9.)

Καταψύχω, f. ξω, (ex κατά et ψύχω) refrigero, Luc. 16, 24. (Gen. 18, 4. — Diod. Sic. 3, 8.)

Κατείδωλος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex κατά et εἴδωλον, cf. κατάδενδρος) idolis refertus, Act. 17, 16.

Κατέναντι, adv., (ex κατά et ἔναντι, q. v.) — τινός, e regione, ex adverso alicui, Marc. 11, 2. 12, 41. 13, 3. — ἡ κατέναντι κώμη, vicus ex adverso situs, Luc. 19, 30. (οἱ ὁ Ex. 19, 2. Dan. 5, 5.) Rom. 4, 17. — κατέναντι οὗ ἐπίστευσε τοῦ θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος pro: κατέναντι τοῦ θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσε ζωοποιοῦντι cett. iungas haec verba cum praecedentibus: ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, v. 16. (Quae v. 17. interposita sunt: καθὼς — τεθεικάσε, uncinis includas.) Qui omnium fidem habentium pater est, coram Deo, quem vita instruere posse credidit mortuos etc.

Κατενώπιον, adv., (ex κατά et ἐνώπιον, q. v.) — τινός, in conspectu alicuius, coram aliquo: τοῦ θεοῦ, Deum quasi ante oculos habens, 2 Cor. 2, 17. 12, 19. — οἱ ὁ Levit. 4, 17. Jos. 23, 9. — (ἅγιοι κ. ἄμωμοι) κατενώπιον τοῦ θεοῦ, ut in conspectu Dei ambulantes, Eph. 1, 4. Col. 1, 22. Idem exprimitur verbis: ἀπὸ προσώπου τῆς δόξης αὐτοῦ, i. e. coram facie sua illustri, 2 Thess. 1, 9.

Κατεξουσιάζω, f. άσω, (ex κατά et ἐξουσιάζω, verbum nonnisi in N. T. obvium) — τινός, potestatem exerceo in aliquem, Matth. 20, 25. Marc. 10, 42.

Κατεργάζομαι, f. άσομαι, aor. 1. med. κατειργασάμην, aor. 1. p. κατειργάσθην, (verbum depon. medium ex κατά et ἐργάζομαι) — τι, **a.**, perficio, i. q. patro, perago, Rom. 1, 27. (τὴν ἀσχημοσύνην.) 2, 9. 7, 15. 17. 18. (distinguitur τὸ θέλειν et τὸ κατεργάζεσθαι) 1 Cor. 5, 3. 1 Petr. 4, 3. — pass., τὰ σημεῖα — κατεργάσθη (exhibita sunt), 2 Cor. 12, 12. — **b.**, efficio, i. e. facio id, e quo aliquid prodeat; α., de homine: κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν (curare, procurare), Phil. 2, 12. — β., de rebus: pario, Rom. 4, 15. 5, 3. 7, 8. 2 Cor. 7, 10. Jac. 1, 3. 20. — τί τινι, 2 Cor. 4, 17. 7, 11. 9, 11. Rom. 7, 13. — **c.**, κατεργάζομαί τινα εἴς τι, formo aliquem (Ex. 15, 17.) ad aliquid, 2 Cor. 5, 5. — **d.**, videtur dici conficiendi, i. e. debellandi et prosternendi sensu, Eph. 6, 13. (cf. Ez. 34, 4. — Xen. Cyr. 4, 6, 4. Jos. Ant. 2, 4, 2.)

Κατέρχομαι, aor. 2. κατῆλθον, (verbum depon. ex κατά et ἔρχομαι) descendo, devenio, **a.**, propr., i. e. de eo, qui e loco superiori (ex urbe in elatiori loco sita) se confert in loca depressiora, Luc. 4, 31. Act. 8, 5. 13, 4. — ἀπὸ τόπου, Luc. 9, 37. Act. 21, 10. 15, 1. 18, 5. — εἰς, Luc. 4, 31. Act.

11, 27. 12, 19. 18, 22. 27, 5. — πρός τινα, 9, 32. — **b.**, metaph., de rebus, quae a Deo coelitus demittuntur, Jac. 3, 15.

Κατεσθίω, aor. 2. κατέφαγον, (v. supr. καταφάγω) **a.**, pr., comedo, devoro. — **b.**, metaph., τινά, α., ubi devorari dicuntur, quae proprie non devorantur, absumo, perdo, Gal. 5, 15. — κατεσθίειν τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν dicuntur avari homines, qui viduarum opes ad se rapiunt, Matth. 23, 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. (cf. Hom. Od. 2, 237.) — β., ubi devorare dicuntur, quae proprie non devorant, v. c. ignis, Apoc. 11, 5. (aor. 2., Joh. 2, 17.) cf. Ps. 68, 9.

Κατευθύνω, f. υνῶ, (ex κατά et εὐθύνω, ab εὐθύς) rectum facio, dirigo; — τοὺς πόδας εἰς ὁδὸν εἰρ., Luc. 1, 79. — τὴν ὁδόν, 1 Thess. 3, 11. (optat.) — Ps. 39, 3. — τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τ. θεοῦ, 2 Thess. 3, 5.

Κατευλογέω, lect. codd. Marc. 10, 16. al. εὐλογέω, q. v.

Κατεφίσταμαι, aor. 2. κατεπέστην, (verb. med. ex κατά et ἐφίστημι) colloco me (insurgo); — τινί, contra aliquem, Act. 18, 12.

Κατέχω, f. καθέξω, item κατασχήσω, (ex κατά et ἔχω) **a.**, detineo, retineo; — τινά, aliquem, α., ne discedat, seq. τοῦ μή c. inf., Luc. 4, 42. — τινὰ πρὸς ἐμαυτόν, Philem. v. 13. (Xen. Mem. 2, 6, 9. et 11. — οἱ ὁ Gen. 42, 19. Ruth. 1, 13.) — pass., κατέχομαι νοσήματι, morbo teneor, Joh. 5, 4. (Aelian. V. H. 12, 64.) — κατέχομαι ἔν τινι, Rom. 7, 6. (adstrictus alicui teneor.) — β., cursum, progressus inhibeo, impedio, Rom. 1, 18. (τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ) 2 Thess. 2, 6. 7. — κατέχω, scil. τὴν ναῦν εἰς τὴν αἰγιαλόν, cursum navis detineo, ut appellam, Act. 27, 40. (Xen. H. G. 2, 1, 19. κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβερνίδα.) — **b.**, teneo (ne mihi excidat); — τὸν λόγον, Luc. 8, 15. 1 Cor. 7, 30. 15, 2. — 2 Cor. 6, 10. — τὰς παραδόσεις, 1 Cor. 11, 2. — τὸ καλόν, 1 Thess. 5, 21. — τὴν παῤῥησίαν μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχεῖν, Hebr. 3, 6. 14. — τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ, 10, 23. — **c.**, κατασχεῖν, occupare, Matth. 21, 38. Luc. 14, 9. — Aelian. V. H. 7, 1. Xen. Cyr. 4, 3, 4. — Dan. 7, 18.

Κατηγορέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. κατήγορος, q. v.) accuso, **a.**, absol., Act. 24, 2. 19. 25, 16. 28, 19. — **b.**, τινός, aliquem, α., de accusatione coram iudice, Matth. 12, 10. Marc. 3, 2. Luc. 11, 54. 23, 2. Joh. 8, 6. Act. 25, 5. Apoc. 12, 10. — τινός τινος (gen. rei), Act. 24, 8. 25, 11. — τινὸς περί τινος, Act. 24, 13. (Xen. H. G. 1, 7, 1.) — τινὸς πολλά, Marc. 15, 3. — κατηγ. τι κατά τινος, Luc. 23, 14. — β., de accusatione extra iudicium, Joh. 5, 45. Rom. 2, 15. (opp. ἀπολογῶ) (Xen. Mem. 1, 3, 4.)

Κατηγορία, ας, ἡ, (a κατήγορος) accusatio, criminatio, (oppon. παρηγορία); — τινός (gen. obi.), Luc. 6, 7. — κατά τινος, Joh. 18, 29. 1 Tim. 5, 19. — τινός (gen. criminis), Tit. 1, 6. (Legitur vox קַטֵיגוֹרְיָא etiam ap. Rabbinos, v. Buxtorf. lex. rabb.)

Κατήγορος, ου, ὁ, ἡ, (ex κατά et ἀγείρω, unde ἀγορεύω, in foro, in concione dico) accusator, Joh. 8, 10. Act. 23, 30. 35. 24, 8. 25, 16. 18. Apoc. 12, 10. — cf. Job. 1, 6. 2, 1. Zach. 3, 1. 2. (cf. συνήγορος, advocatus, patronus, et συνηγορεῖν.)

Κατήγωρ, ορος, ὁ, accusator. **Vox graecitati aliena**; e lect. codd., Apoc. 12, 10. — i. q. κατήγορος.

Κατήφεια, ας, ἡ, (a κατηφής, qui demisso vultu est; — quae vox deducitur a κατά et τὰ φάη, lumina, Etym. M. ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ἀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους) vultus demissio moerorem significans, Jac. 4, 9. (Hom. Il. 22, 293. Jos. Ant. 2, 6, 15. Thuc. 7, 75.)

Κατηχέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et ἠχέω ab ἠχώ) **a.**, pr., circumsono, resonare facio — de magistris discipulos in os dicta repetere docentibus. Hinc. — **b.**, τινά, viva voce doceo, instituo aliquem, 1 Cor. 14, 19. — pass., Rom. 2, 18. — τινά τι, pass., Act. 18, 25. Gal. 6, 6. — τινὰ περί τινος, α., gen. rei, pass., Luc. 1, 4. — β., gen. pers. et accus. rei, pass., fama aliquid accipio de aliquo, Act. 21, 24. (construe: οὐδὲν τούτων ἅ cett.) — seq. ὅτι, Act. 21, 21.

Κατ' ἰδίαν, v. ἴδιος.

Κατιόω (ῶ), f. ώσω, (ex κατά et ἰός, q. v.) aerugine obduco; — perf. p. κατίωμαι, Jac. 5, 3. (Arrian. Dissert. Epictet. 4, 6.)

Κατισχύω, f. ύσω, (ex κατά, scil. τινός, et ἰσχύω ab ἰσχύς) **1.**, τινός, supero aliquem, praevaleo alicui, Matth. 16, 18. (οἱ ὁ Jerem. 15, 18. Sap. 7, 30. cf. praecipue 19, 19. — Aelian. H. A. 5, 19.) — **2.**, absol., invalesco, Luc. 23, 23. (οἱ ὁ 2 Chron. 13, 21. 15, 8. 25, 11.)

Κατοικέω (ῶ), f. ήσω, (ex κατά et οἰκέω) habito, incolo; **a.**, intransit., α., propr., relat. ad loca, ἔν τινι (τόπῳ), Luc. 13, 4. Act. 1, 20. 2, 5. 7, 2. 4. 48. Hebr. 11, 9. Apoc. 13, 12. 17, 2. 8. al. (Gen. 13, 12. 14, 12.) — pro ἐν legitur εἰς in construct. praegnante: me aliquo confero, ut ibi babitem, Matth. 2, 23. 4, 13. Act. 7, 4. — ἐπὶ τῆς γῆς, Apoc. 3, 10. 8, 13. 11, 10. 13, 8. 14. 14, 6. 17, 8. — ἐπί τι (ἐπὶ πᾶν τὸ πρόςωπον τῆς γῆς, super omnem terram, ex hebr. עַל־פְּנֵי), in construct. praegn. (per omnem terram propagari), Act. 17, 26. — seq. adv. loci: ἐκεῖ, Matth. 12, 45. et Luc. 11, 26. — subintell. ἐκεῖ, Act. 22, 12. — ὅπου, Apoc. 2, 13. — β., metaph., ἔν τινι (dat. pers.), s. ἐν τῇ καρδίᾳ τινός, inesse animo eiusque studia regere, Eph. 3, 17., dicitur Christus; Spiritus s., Jac. 4, 5. et in ipso Christo πᾶν πλήρωμα, Col. 1, 19. 2, 9. — ἐκεῖ, de corpore bominis, quod diabolus obsidere, i. e. in quo efficax esse dicitur, Matth. 12, 45. et Luc. 11, 26. — Satanas dicitur habitare in locis, ubi scelera patrantur, Apoc. 2, 13. — δικαιοσύνη, in locis, ubi iustitia Dei probos homines praemiis ornat, 2 Petr. 3, 13. (cf. Jes. 32, 16.) — **b.**, transit., inhabito, incolo, bewohnen; — τί: πάντες οἱ κατοικοῦντες (Ἱερουσαλήμ), Act. 1, 19. 2, 9. 14. 4, 16. 9, 32. 35. 19, 10. 17. Apoc. 17, 2. (cf. Gen. 13, 7. Ez. 25, 16. Dan. 4, 32.) — metapb., Deus dic. templum inhabitare et semper adesse sacra facientibus, Matth. 23, 21. — Hinc voc. sequens.

Κατοίκησις, εως, ἡ, babitatio, domicilium, Marc. 5, 3. (ἔχειν ἔν τ.) — οἱ ὁ Gen. 10, 30. Num. 15, 2.

Κατοικητήριον, ίου, τό, (adi. κατοικητήριος, ία, ιον, a voc. κατοικητήρ) domicilium, habitaculum, Eph. 2, 22. Apoc. 18, 2.

Κατοικία, ας, ἡ, babitatio, babitaculum, Act. 17, 26. — Ex. 35, 3.

Κατοπτρίζομαι, f. ίσομαι, (verb. med. a voc. κάτοπτρον, speculum, et hoc a κατόπτομαι) **a.**, me ipsum in speculo intueor (Artemid. 2, 7.);

— **b.**, velut speculum splendorem repercutio, 2 Cor. 3, 18. (verte [ad mentem Chrysostomi et Theodoreti]: nos, [Christo Domino quasi ex adverso collocati] splendorem eius repercutientes, in eandem imaginem [i. e.] a splendore [Christi] in splendorem transformamur velut a Domino spiritu [i. e. a Domino, qui spiritus est.] — cf. v. 6.)

Κατόρθωμα, τος, τό, (a *κατορθόω*, quod deductum a *κατά* et *ὀρθός*, signif. rectum facio, erigo, stabilio) pl., recte instituta, Act. 24, 3. (Vocabulum aevi serioris.)

Κάτω, adv., (a *κατά*) **a.**, deorsum, Matth. 4, 6. Luc. 4, 9. Joh. 8, 6. 8. Act. 20, 9. — **b.**, infra, Matth. 27, 51. (*ἕως κάτω.*) Marc. 14, 66. 15, 38. Act. 2, 19. (oppon. h. l. voci *ἄνω.*) — *ὁ, ἡ, τὸ κάτω*, inferior, Joh. 8, 23. (oppon. *τὸ ἄνω.*) — de serie temporis: *ἀπὸ διετοῦς κ. κατωτέρω*, a bimulo inde et qui inferiores aetate essent, Matth. 2, 16. (*οἱ ό* Deut. 28, 43. 32, 22. Ex. 20, 4. — Aelian. V. H. 3, 17. *κάτω τοῦ χρόνου.*)

Κατώτερος, α, ον, (comparat. *τοῦ κάτω*, cf. *ἀνώτερος, ἐσώτερος, ἐξώτερος*, al.); — *τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς*, loci terrae inferiores, loci subterranei, i. e. sepulcrum, Eph. 4, 9. (hebr. תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ, Ps. 139, 15. Deut. 32, 22.

Κατωτέρω, v. *κάτω.*

Καῦδα, s. *Καύδη*, v. *Κλαύδη.*

Καῦμα, τος, τό, (a *καίω*, f. *καύσω*, q. v.) aestus, calor, Apoc. 7, 16. 16, 9. — Hinc voc. seq.

Καυματίζω, f. *ίσω*, aestu aduro; — *τινά*, Apoc. 16, 8. (add. *ἐν πυρί.*) — pass., Matth. 13, 6. Marc. 4, 6. — additur *καῦμα μέγα*, Apoc. 16, 9.

Καῦσις, εως, ἡ, (a *καίω*, f. *καύσω*) exustio, Hebr. 6, 8. (cuius finis tendit ad exustionem; *οἱ ό* Jes. 4, 4.)

Καυσόω (ῶ), f. *ώσω*, concremo, accendo, 2 Petr. 3, 10. 12.

Καύσων, ωνος, ὁ, **1.**, aestus solis, Matth. 20, 12. (*βαστάζειν τὸν κ.*) Luc. 12, 55. — **2.**, Eurus (ventus ab oriente admodum aridus), Jac. 1, 11. (Jon. 4, 8.)

Καυτηριάζω, f. *άσω*, (a voc. *καυτήριον*, [et hoc a *καίω*,] i. e. instrumentum, quo utitur *ὁ καυτήρ*, s. quo notae, stigmata inuruntur, das Brenneisen) cauterio noto, notam inuro; — *κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν*, i. e. *κεκαυτηριασμένην ἔχοντες τὴν ἰδ. συν.* (v. *καταφθείρω*), qui habent mentem conscientia scelerum sauciam, 1 Tim. 4, 2.

Καυχάομαι (*ῶμαι*), 2. praes. *καυχᾶσαι* (Rom. 2, 17. 23. 1 Cor. 4, 7. quod contr. ex *καυχάεσαι*, et *ἑλληνικῶς* dictum apud vett. non reperitur et a grammaticis reprobatur), att. *καυχᾷ* (v. supr. *κατακαυχάομαι*), f. *ήσομαι*, (a *καύχη*, iactatio) glorior, **a.**, absol., 1 Cor. 1, 31. 4, 7. 2 Cor. 10, 17. 11, 16. 18. 12, 1. 6. 11. Eph. 2, 9. — **b.**, constr. *α.*, *τί*, 2 Cor. 11, 30. (Prov. 27, 1.) — *β.*, *ἔν τινι*, Rom. 2, 17. 5, 11. 1 Cor. 1, 31. 3, 21. 2 Cor. 10, 17. 2 Thess. 1, 4. Phil. 3, 3. (*οἱ ό* 1 Chron. 16, 35. Jerem. 9, 22.) — *ἔν τινι*, dat. rei, glorior de aliqua re, Rom. 2, 23. 5, 3. 2 Cor. 5, 12. 10, 15. 16. 11, 12. 12, 5. 9. Gal. 6, 13. 14. Jac. 1, 9. 4, 16. — *ἐπί τινι*, Rom. 5, 2. (includitur h. l. notio laetandi, Sirac. 30, 2.) — *κατὰ τὴν σάρκα*, 2 Cor. 11, 18. — *περί τινος*, 2 Cor. 10, 8. —

τινί τι ὑπέρ τινος glorior apud aliquem de aliquo, 2 Cor. 7, 14. 9, 2. cf. 12, 5. — ἐνώπιόν τινος, 1 Cor. 1, 29. — εἴς τι, sibi aliquid gloriandi caussa vindicare, 2 Cor. 10, 15. 16. Hinc vocab. sequens.

Καύχημα, τος, τό, **α.**, sensu obi., id, de quo gloriari possum, cui inest gloriandi materia, α., propr., 1 Cor. 5, 6. 9, 15. Phil. 1, 26. Hebr. 3, 6. (τὸ κ. τῆς ἐλπίδος, spes, quae gloriandi materiam praebet.) — ἔχω καύχημα, gloriari mihi licet (dic. de eo, qui aliquid promeruit pro officio sponte et ultra debitum praestito), Rom. 4, 2. 1 Cor. 9, 16. (οὐκ ἔστι μοι καύχημα.) — τὸ καύχημα ἔχειν εἰς ἑαυτόν, gloriam suam ad semet ipsum restrictam, Gal. 6, 4. — εἰς καύχημα ἐμοί, mihi in gloriam, Phil. 2, 16. — β., metonym., de homine, quo gloriari licet, 2 Cor. 1, 14. (cf. Judith. 15, 10.) — **b.**, sensu subi., gloriatio, iactatio. — ὑπέρ τινος, 2 Cor. 5, 12. 9, 3.

Καύχησις, εως, ἡ, (a v. καυχάομαι) gloriatio, Rom. 3, 27. 2 Cor. 1, 12. 7, 14. (ἐπί h. l. coram, v. ἐπί.) 11, 10. 17. 1 Thess. 2, 19. (στέφανος καυχήσεως, corona, de qua gloriari possim. Ez. 16, 12. Prov. 16, 31. 1 Chron. 29, 13.) — Jac. 4, 16. — ὑπέρ τινος, 2 Cor. 8, 24. — ἔχω καύχησιν, gloriari mihi licet, Rom. 15, 17. 1 Cor. 15, 31. (in utroque loco additur ἐν κυρίῳ, ἐν Χριστῷ, i. e. rebus Christi inserviens.) — οἱ ὁ Jerem. 12, 13.

Καφαρναούμ, v. Καπερναούμ.

Κεγχρεαί, ῶν, αἱ, Cenchreae, portus Corinthiacus, distans ab urbe 70 stadiis, versus orientem, ubi appellebant ex Asia advecti (Plin. H. N. 4, 4. et Strab. 8.), Act. 18, 18. Rom. 16, 1.

Κέδρος, ου, ἡ, hebr. אֶרֶז, cedrus, arbor, ligno constans odorifero quod adhiberi suffimentis solebat (Hom. Od. 5, 60. Aelian. V. H. 5, 6.), Joh. 18, 1. (Codd. habent: τῶν κέδρων; sed mel. τοῦ κεδρών; v. κεδρών.)

Κεδρών, ῶνος, ὁ, torrens prope Hierosolyma oriens et inter vallem eiusdem nominis et oliveti montem in mare mortuum defluens. Nomen obscuri (nam קִדְרוֹן sign. obscurum) ei conciliavit aquae color vel arborum ad ripam consitarum umbra obscurus vel sordibus ex urbe influentibus in nigredinem versus, Joh. 18, 1. (e probabiliori codd. lectione.)

Κεῖμαι, f. κείσομαι, iaceo, **α.**, propr. α., de homine cubante, **א.**, add. not. loci: de infante, Luc. 2, 12. 16. (ἐν φάτνῃ.) — de sepulto: ὅπου ἔκειτο, Matth. 28, 6. Luc. 23, 53. Joh. 11, 41. 20, 12. — ב., absol., de infante, Luc. 2, 34. — de homine in vinculis iacente, Phil. 1, 16. 1 Thess. 3. 3. — β., de rebus, quae immotae aliquod spatium obtegunt; א., subintell. ἐκεῖ, Luc. 24, 12. Joh. 20, 6. 7. 21, 9. — addit. ἐπί τι, incumbo alicui, 2 Cor. 3, 15. — ἐπάνω τινός (de urbe in monte sita), Matth. 5, 14. — etiam de rebus in aliquo loco collocatis, de quibus nos: stehen, da stehen, v. c. de vasis, Joh. 2, 6. 19, 29. — de solio, Apoc. 4, 2. (Jos. 4, 6. Jerem. 24, 1.) — κεῖσθαι πρός τι, admotum esse alicui, Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. — ב., absol., de urbe: τετράγωνος κεῖται, Apoc. 21, 16. de frumentis aliisque rebus alicubi coacervatis, Luc. 12, 19. — de posito fundamento, 1 Cor. 3, 11. — **b.**, metaph., τινί, positus sum, de legibus: 1 Tim. 1, 9. (Aelian. V. H. 2, 7. Xen. Mem. 4, 4, 16.) — ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, 1 Joh. 5, 19. (τῷ πον. dat. neutr. Sens.: scimus

nos Deo natos esse, ideoque dum in hoc mundo vivamus, nobis esse cavendum, ne in peccata delabamur, cum ex mundo nihil offeratur, nisi irritamenta malorum.)

Κειρία, ας, ἡ, fascia, qua vel infantes vinciuntur, vel lecti subtenduntur (Schol. ad Aristoph. Av. v. 817. *κειρίᾳ· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι, ἡ δεσμοῦσι τὰς κλίνας.* Cf. Prov. 7, 16.), vel cadavera hominum linteo involuta ligantur, Joh. 11, 44. (al. codd. *κηρίαις*, quod idem valere ac *κειρίαις* observat Hesych.)

Κείρω, f. *κερῶ*, tondeo, rado; — *τί*, Act. 8, 32. (e Jes. 53, 7.) — med., *τὴν κεφαλήν*, Act. 18, 18. (cf. Num. 6, 18.) — absol., de tondenda coma capitis, 1 Cor. 11, 6.

Κέλευσμα, τος, τό, (apud Attic. *κέλευμα*, a v. *κελεύω*) iussum, speciat. clamor excitatorius (vel quo animalia excitantur instiganturque ab hominibus, ut equi ab aurigis, canes a venatoribus, vel quo signum datur hominibus, v. c. remigibus a gubernatore navis, Lucian. Tyr. c. 19. militibus a duce, Thuc. 2, 92. — Prov. 30, 27.), 1 Thess. 4, 16. (*ἐν κελεύσματι*, cum classico.)

Κελεύω, f. *εύσω*, iubeo; — *τινά* (*ποιεῖν τι*), Matth. 14, 19. 28. Act. 4, 15. — acc. c. inf. aor., Matth. 18, 25. 27, 58. 64. Luc. 18, 40. Act. 5, 34. 8, 38. 22, 30. 23, 10. 25, 6. 17. — abest acc., Matth. 8, 18. 14, 9. Act. 12, 19. 21, 33. (ita et ap. Graec.) — c. inf. praes., Act. 21, 34. 22, 24. 23, 3. 10. 35. 24, 8. 25, 21. 27, 43. — abest acc., Act. 16, 22. — *τινί* seq. inf., Matth. 15, 35. (Xen. Cyr. 1, 3, 8.) — absol. (subint. *τοῦτο*), Act. 25, 23.

Κενοδοξία, ας, ἡ, (a *κενόδοξος*, q. v.) vana, quam de se quis fovet opinio, vana gloria, Phil. 2, 3. (*κατὰ κενοδ.*, v. *κατά*.)

Κενόδοξος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *κενός*, q. v., et *δόξα*, q. v.) vanae gloriae cupidus, Gal. 5, 26.

Κενός, ή, όν, vacuus, inanis; **a.**, propr., de locis, quibus nihil inest (Jud. 7, 16. Gen. 37, 24.). — metaph., vanus: *πίστις*, *κήρυγμα*, 1 Cor. 15, 14. — *κενοὶ λόγοι*, vana verba, Eph. 5, 6. (Ex. 5, 9.) — *κενὴ ἀπάτη*, Col. 2, 8. (*οἱ ὁ* Ex. 5, 9. Mich. 1, 4, 14. Hos. 12, 1.) — *ὦ ἄνθρωπε κενέ*, Jac. 2, 20. (quod enarrant al.: insipide, al. vacue, i. e. qui fructibus deficit.) — **b.**, dotis expers; — *ἀποστέλλειν* et *ἐξαποστέλλειν τινὰ κενόν*, Luc. 1, 53. (Gen. 31, 42. Deut. 15, 13. 16, 16.) — Marc. 12, 3. Luc. 20, 10. 11. cf. Judith. 1, 11. — Hom. Il. 2, 298. — **c.**, de conatu, labore ex quo nihil redundat, irritus; — *ἡ χάρις*, 1 Cor. 15, 10. — *κήρυγμα*, *πίστις*, v. 14. — *κόπος*, v. 58. — *ἡ εἴςοδος*, 1 Thess. 2, 1. — **d.**, neutr. *κενά*, res vanae (*μελετᾶν*), Act. 4, 25. — *εἰς κένον*, in vanum, incassum, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Thess. 3, 5. — Jes. 65, 23. Jer. 6, 29.

Κενοφωνία, ας, ἡ, (a *κενόφωνος*, qui vana loquitur) vana disputatio, s. disputatio de rebus vanis inanibusque, 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16.

Κενόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (ab adi. *κενός*) evacuo, exinanio (quae vox lat. legitur in Cic. orat. in L. Pison. c. 40.), inane (inutile, irritum) reddo, **a.**, *τί*, 1 Cor. 9, 15. — pass., Rom. 4, 14. 1 Cor. 1, 17. — vanum reddo (ut mendacium), v. c. *τὸ καύχημα*, pass., 2 Cor. 9, 3. — **b.**, *κενῶσαι ἑαυτόν* Christus dicitur, i. e. se humilem fecisse s. humiliter se gessisse, Phil. 2, 7.

Κέντρον, ου, τό, (nomen instrum.) aculeus, **a.**, qualis innatus est animalibus nonnullis; aculeus locustarum, Apoc. 9, 10. — de aculeo mortis (venenato scil.), 1 Cor. 15, 55. (cf. Hos. 13, 14.) v. 56. (aculeus, quo letum infertur.) cf. Hos. 5, 12. — **b.**, stimulus ferreus, quo boves concitantur (ut πλέκτρον et naturale dicitur et arte factum.) Act. (9, 5.) 26, 14. (πρὸς κέντρον λακτίζειν, contra stimulum calcitrare, i. e. temere resistere; proverbialis locutio, cf. nostr. wider den Strom schwimmen.) cf. Pind. Pyth. 2, 193. Aeschyl. Agamemn. 633. Eurip. Bacch. 791. Terent. Phorm. 1, 2, 27.

Κεντυρίων, ωνος, ὁ, Centurio, praefectus centum militum; vox origine latina, Marc. 15, 39. 44. 45. — cf. Ἑκατόνταρχος.

Κενῶς, adv., (ab adi. κενός, q. v.) frustra, temere, Jac. 4, 5. (Jes. 49, 4.)

Κεραία, ας, ἡ, (adi. κέραιος, αία, ον a voc. κέρας, cornu, corniculum) extremitas, ut insulae (Philostr. Vit. Sophist. 1, 21, 2.), antennae (Nicet. in Andron. Comnen. 2, 4.); de litteris: apex (ut litterarum hebr. ד, ב, כ, ר), Matth. 5, 18. Luc. 16, 17. Sens.: ne minima quidem legis (scil. ad mores spectantis) pars tolletur.

Κεραμεύς, εως, ὁ, (a v. κεράννυμι, unde et κέραμος) figulus, Matth. 27, 7. 10. Rom. 9, 21. (οἱ ὁ Jes. 29, 16.)

Κεραμικός, ή, όν, (a voc. κέραμος, quod. v.) figlinus, fictilis, Apoc. 2, 27. (οἱ ὁ Dan. 2, 41. — pro κεράμιος.)

Κεράμιον, ίου, τό, (neutr. adi. κεράμιος, fictilis) propr., vas fictile, speciat. amphora, urceus; addit. ὕδατος, hydria, urceus aquarius, Marc. 14, 13. Luc. 22, 10. (οἱ ὁ Jerem. 35, 5. — Polyb. 4, 56, 3.)

Κέραμος, ου, ὁ, (a v. κεράννυμι) argilla, terra figularis, vas fictile; — speciat., tegula, Luc. 5, 19. (Xen. Mem. 3, 1, 7.)

Κεράννυμι (κεραννύω), f. κεράσω, perf. p. κεκέρασμαι, **a.**, misceo. — **b.**, infundo bibendum; — τινί τι (cf. Jes. 10, 14.), Apoc. 18, 6. — pass., Apoc. 14, 10. (h. l. κεκερασμένος pro usitatiori: κεκερασμένος.)

Κέρας, ατος, τό, cf. τὸ ἅλας, (vox affinis voci: τὸ κάρα, caput, cf. lat. cranium, hebr. קֶרֶן, quemadmodum cognata sunt vernaculae linguae vocabula: Hirn et Horn) cornu, **a.**, propr., Apoc. 5, 6. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. 12. 16. — **b.**, trop., extremitas eminens et cornu figuram referens, apex, v. c. altaris, Apoc. 9, 13. (Ex. 29, 18. Levit. 4, 7. 18. 16, 18. Amos. 3, 14. Ps. 117, 27.) — de cornibus aciei: ala, 2 Macc. 15, 20. — Xen. Cyr. 2, 2, 24. — κέρας σωτηρίας, cornu, quod saluti est utenti, Luc. 1, 69. (ex hebr., 2 Sam. 22, 3. Ps. 17, 3. metaphora sumta a cornibus, quibus natura acceptis animalia se defendunt, ut v. c. bos dicitur κερατίζειν; v. τοὺς ὁ Ex. 21, 28. — Quare Lucas construxit cum verbo ἔγειρε, hebr. הֵקִים, i. e. crescere fecit; ἀνέτειλε, Ez. 29, 21. tropo remoto: servatorem nobis nasci iussit. Cf. Sir. 47, 5. 7. 11. — De nato cogitandum esse, patet ex additis: ἐν οἴκῳ — Δαβίδ.)

Κεράτιον, ίου, τό, (diminit. vocabuli κέρας) **a.**, corniculum. — **b.**, fructus arboris silvestris (τῆς κερατείας, des Johannisbrodbaums, Boxhorns) vagina quadam dulci, longitudinem et crassitiem digiti aequante (Plin. lib. 15, c. 28.) et corniculi speciem referente praeditus, ex quo quoddam vini s. liquoris

genus exprimi solebat in Aegypto Syriaque familiare; retrimenta vero (siliquae — *τὰ κεράτια* s. *κεράνια*) porcis proiiciebantur; vesci siliquis etiam homines inferioris conditionis solebant. (Theophrast. 1, 18. Plin. 13, 8. 15, 28. Galen. lib. 7. Dioscor. lib. I.) Luc. 15, 16.

Κερδαίνω, f. *δανῶ*, inf. aor. 1. *κερδᾶναι* e forma antiquiori *ἐκέρδανα*, pro qua seriores invexerunt formam ionic. *ἐκέρδησα* (a *κερδάω*), f. 1. pass. *κερδηθήσομαι* (coniunct. *κερδηθήσωνται*, 1 Petr. 3, 1. librariorum errori debetur, leg. *κερδηθήσονται*), lucror, 1., *τί*, i. e. **a.**, acquiro, *τὸν κόσμον*, Matth. 16, 26. (Marc. 8, 36. Luc. 9, 25.) — Matth. 25, 17. 21. 22. (*ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς*, ad —.) Jac. 4, 13. — **b.**, ubi de incommodo, de damno sermo est: evito, nos: sich etwas ersparen, sich mit etwas verschont erhalten, Act. 27, 21. (*ἔδει*, scil. *ἡμᾶς*, *κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην κ. ζημίαν.*) cf. Jos. Ant. 2, 3, 2. Eurip. Cycl. 310. *κερδῆσαι ζημίαν*, evadere damnum. — 2., *τινά*, lucror aliquem, i. e. et mihi et virtuti aliquem concilio, Matth. 18, 15. 1 Petr. 3, 1. — ad partes meas traho, 1 Cor. 9, 20—22. — *Χριστόν*, Christum nanciscor evergetam, Phil. 3, 8.

Κέρδος, *εος* (*ους*), *τό*, lucrum, Gewinn, Phil. 1, 21. Tit. 1, 11. (*αἰσχροῦ κέρδους χάριν*) — pl., Phil. 3, 7. (opp. *ζημία*) — (Aelian. V. H. 2, 10.)

Κέρμα, *τος*, *τό*, (a v. *κείρω*, incido, in frusta concido) nummuli, nummi minuti (Scheidemünze), qui permutabantur nummis maioribus (v. *κερματιστής*), Joh. 2, 15. (nummi ad permutandum appositi.)

Κερματιστής, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *κερματίζω*) nummularius, argentarius, Joh. 2, 14. (Nummularii in atrio templi sedebant, ut iis praesto essent, qui tributum templo soluturi [constat ex Ex. 30, 13—15. a quovis Judaeo in singulos annos solvendum fuisse dimidium sicli] nummos graecos vel romanos iudaicis permutari vellent.)

Κεφάλαιον, *ου*, *τό*, (neutr. adi. *κεφάλαιος*, *αία*, *αιον* a *κεφαλή*, ad caput pertinens) **a.**, id, quod summum est, Hebr. 8, 1. (*ἐπὶ τοῖς λεγομένοις*, ut verbis nostris summum addamus; al.: summa, i. e. epitome eorum, quae dicimus; sed auctor nondum in eo est, ut, quae dixerit, summatim comprehendat. — **b.**, summa pecuniae, quae computando efficitur (cf. Sirac. 35, 8.). Hinc: summa pecuniae (eine Summe), Act. 22, 28. (*ἐκτησάμην — πολλοῦ κεφαλαίου*, multa pecunia mihi comparavi. De genitivo comitante verba emendi, vendendi v. grammaticos.) Hinc verb. seq.

Κεφαλαιόω (*ῶ*), 1., in capita, in summam redigo (Thuc. 8, 53. Herodot. 3, 159.). — 2., sicut *γναθόω* a *γνάθος* est: *εἰς γνάθους τύπτω*, in malas caedo, et *γαστρίζω* a *γαστήρ* idem est, quod *γαστέρα τύπτω* (Aristoph. Equit. v. 273. *ὑφ' ὧν θηρίων γαστρίζομαι*, quod enarrat Schol.: *εἰς γαστέρα τύπτομαι*, cf. Diog. Laërt. 7, 172.), ita *κεφαλαιοῦν* significare potest: vulnerare caput. Atque hunc sensum habet Marc. 12, 4.

Κεφαλή, *ῆς*, *ἡ*, caput, **a.**, propr., Matth. 5, 36. 6, 17. 10, 30. 14, 8. 11. (Marc. 6, 24 seq.) 26, 7. (Marc. 14, 3.) 27, 29 seq. (Marc. 15, 19. 29.) Luc. 7, 38 seq. Joh. 13, 9. 19, 2. 30. 20, 7. 12. Act. 18, 18. Rom. 12, 20. 1 Cor. 11, 4. 7. 10. 12, 21. Apoc. 1, 14. 4, 4. al. — de capite animalium: Apoc. 9, 7 seq. al. — *κλίνειν που τὴν κ.*, de somnum capientibus, Matth. 8, 20. Luc.

9, 58. — κλίνειν τ. κ., de moribundis, Joh. 19, 30. — ἐπαίρειν τὴν κ., de animum recipiente, Luc. 21, 28. — τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κ. ὑμῶν scil. ἐρχέσθω, scelus vestrum vobis ipsis imputetur (ex hebr.), Act. 18, 6. cf. 2 Sam. 1, 16. 1 Reg. 2, 32 seq. Jud. 9, 57. Hab. 3, 13. Ez. 9, 10. 11, 21. v. supr. αἷμα. (Caput enim est sedes vitae, hinc: capitis damnare, capite plectere, ita dici pro: mortis damnare, morte afficere, ut poena supplicii a capite sumi solet.) — **b.**, metaph., caput, α., de pers., dominus, τινός (de marito uxoris), 1 Cor. 11, 3. Eph. 5, 23. — Christus ἡ κ. τοῦ ἀνδρός, 1 Cor. 11, 3. (ibid. Deus ἡ κ. Χριστοῦ.) — ἡ κεφαλή scil. τῆς ἐκκλησίας, Eph. 4, 15. 5, 23. — τοῦ σώματος τῆς ἐκκλ., Col. 1, 18. 2, 19. — ἡ κεφ. πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, Col. 2, 10. — ita Judic. 11, 11. 2 Sam. 22, 44. — β., κεφαλὴ γωνίας, lapis angularis, quo aedificium sustinetur (der Oberstein der Ecke), Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. (coll. Ps. 117, 22. v. supr. ἀκρογωνιαῖος.)

Κεφαλίς, ίδος, ἡ, diminut. nominis κεφαλή, cf. voces: πινακίς.. γραφίς) capitulum; id, quod capitis formam refert; — trop., κεφαλὶς βιβλίου, volumen libri, (apud profanos non occurrit, sed apud τοὺς ό) Hebr. 10, 7. (Ps. 40, 8. בִּמְגִלַּת־סֵפֶר, ut Ez. 2, 9. — abest βιβλίου, c. 3, 1. 2. Esdr. 6, 2.)

Κημόω (ῶ), f. ώσω, (a κημός, capistrum, camus, fiscella, Ps. 31, 9.) capistro os obturo, camo freno, i. q. φιμόω, 1 Cor. 9, 9. (κημώσεις in codd. pro φιμώσεις, e Deut. 25, 4. ubi οἱ ό· φιμώσεις, quod expressum etiam leg. 1 Tim. 5, 19.)

Κῆνσος, ου, ὁ, vox lat. census (apud Romanos: descriptio et aestimatio bonorum ac facultatum, ad quam tributa solvebantur, relatio nominum, generis, habitationis singulorum civium in tabulas publicas, cf. ἀπογραφή); apud scriptores N. T.: tributum in capita singula imperatum et quotannis solvendum (i. q. φόρος κεφαλικός. Hesych. κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, i. e. Kopfsteuer), Matth. 17, 25. 22, 17. (Marc. 12, 14.) v. 19. τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου, nummus, quo tributum solvitur.

Κῆπος, ου, ὁ, hortus (oleribus et arboribus consitus, Hom. Od. 4, 737.), Luc. 13, 19. Joh. 18, 1. 26. 19, 41. (Xen. Oecon. 4, 13.)

Κηπουρός, οῦ, ὁ, (s. κηπωρός, ex κῆπος, q. v., et οὖρος, custos, cf. θύρωρος) olitor, hortulanus, Joh. 20, 15.

Κηρίον, ου, τό, (a voc. κῆρος, cera) favus, Wachskuchen der Bienen; — κηρίον μελίσσιον, favus apiarius (cui adhuc inest mel), Luc. 24, 42. (οἱ ό 1 Sam. 14, 27. Prov. 16, 24. 24, 13. — Aelian. V. H. 12, 45. Xen. Anab. 4, 8, 20.)

Κήρυγμα, τος, τό, (a κηρύσσω) apud Graec. edictum per praeconem promulgatum, Xen. Cyr. 4, 5, 18. praedicatio per praeconem. — In V. T. adhortatio ad populum nomine Dei per prophetam facta: τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, Matth. 12, 41. et Luc. 11, 32. (cf. Jon. 3, 4.) In N. T. praedicatio Jesu Messiae cum exhortationibus et promissionibus coniuncta, Rom. 16, 25. — κήρυγμα simpliciter, 1 Cor. 1, 21. 2 Tim. 4, 17. 1 Cor. 2, 4. 15, 14. (h. l. observa, quid complexum sit illud κήρυγμα argumenti.) Tit. 1, 3.

Κήρυξ, υκος, ὁ, (v. κηρύσσω) praeco, caduceator (Xen. Cyr. 2, 1, 31.). orator deorum, regum, principum (Dan. 3, 4. Sirac. 20, 14. — Hom. Od. 8, 474.

Diod. Sic. 18, 8.), in N. T. hoc nomen transfertur ad prophetas, populum Dei auctoritate ad emendationem cohortantes, v. c. ad Noachum, 2 Petr. 2, 5. vid. *κήρυγμα;* et dicitur de apostolis, agnitionem Jesu Messiae poscentibus, 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11.

Κηρύσσω, ττω, f. *ξω,* (hebr. קָרָא, videtur esse referendum inter nomina *ὀνοματοπεποιημένα,* ap. Homer. de iis, qui populum ad conventum convocant, Il. 2, 438. aut ad pugnam, v. 440.) praeconem ago, publice acclamo aliis voces, quibus attendendum et obsequendum est; **a.**, universe: clamo, rufen, Apoc. 5, 2. (Joël. 2, 1.) — **b.**, *τί,* i. e. *α.*, publice aliquid annuntio, quod alii sciant, Matth. 10, 27. (Luc. 12, 3.) — *τὸ εὐαγγέλιον,* Gal. 2, 2. — *τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλ.*, Matth. 4, 23. Marc. 1, 14. — *τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ,* 1 Thess. 2, 9. (addit. *εἴς τινας.*) — pass., Matth. 24, 14. (Marc. 13, 10.) 26, 13. Marc. 14, 9. Col. 1, 23. — *τὸν λόγον,* 2 Tim. 4, 2. — *τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως,* Rom. 10, 8. — *τὴν βασιλ. τοῦ θεοῦ,* Luc. 8, 1. 9, 2. Act. 20, 25. 28, 31. — *τινά τινι, Χριστόν,* seu *τὸν Ἰησοῦν,* Act. 8, 5. 19, 13. Phil. 1, 15. 1 Cor. 1, 23. 2 Cor. 4, 5. 11, 4. — pass., *ὁ κηρυχθεὶς διά τ.*, 2 Cor. 1, 19. 1 Tim. 3, 16. — additur per epexegesin: *ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τ. θεοῦ,* Act. 9, 20. — *ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται,* 1 Cor. 15, 12. (h. l. *Χριστός* coniunct. c. passivo per attractionem) — *Μωϋσῆν κηρύσσειν,* quid Moses velit, tenendumque praecipiat, exponere, Act. 15, 21. — *τί τινι,* Luc. 4, 18. 19. Marc. 16, 15. — **β.**, *τί,* publice aliquid commendo (suscipiendum): — *βάπτισμα μετανοίας,* Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. cf. Luc. 24, 47. Act. 10, 37. Gal. 5, 11. — *γ.*, *τί,* divulgo, celebro, Marc. 1, 45. (*τὸν λόγον,* et iunct. cum verbo *διαφημίζειν.*) 7, 36. — **c.**, *τινί* cum coniunct. *ὅτι,* missi praeconis instar indico, Act. 10, 42. — seq. interrog. indir., Marc. 5, 20. et Luc. 8, 39. (*ὅσα ἐποίησεν,* quae fecerit; ergo *κηρύσσω* h. l. celebro, palam praedico.) — seq. *λέγων* cum orat. dir., Marc. 1, 7. Matth. 10, 7. — *κηρύσσειν κ. λέγειν* seq. orat. dir., Matth. 3, 1. 4, 17. — seq. *ἵνα,* Marc. 6, 12. — **d.**, *κηρύσσειν* simpliciter (absque casu obi.), publice docere de Jesu, Matth. 11, 1. Marc. 1, 38. 39. (Luc. 4, 44.) 3, 14. 6, 12. 16, 20. — *ὁ κηρύσσων,* qui id, cui fides habenda est, annuntiat (speciatim intellig. *ὁ τὸν Χριστὸν κηρύσσων*), Rom. 10, 14. 15. (h. l. diserte docetur non posse *κηρύσσειν,* nisi qui missus fuerit.) — addit. *οὕτως,* 1 Cor. 15, 11. — *τινί,* 1 Cor. 9, 27. 1 Petr. 3, 19. (alludere h. l. videtur auctor ad Ez. 11, 24. coll. 1, 2. *ἤγαγέ με εἰς τ. αἰχμαλωσίαν ἐν πνεύματι θεοῦ.*)

Κῆτος, εος (ους), τό, cetus, balaena, bellua marina, Matth. 12, 40. (Jon. 2, 1. ubi *οἱ ό· κήτει μεγάλῳ.*) — Gen. 1, 21. — Hom. Od. 4, 446.

Κηφᾶς, ᾶ, ὁ, (v. *Καϊάφας*) i. e. petra, — i. q. *Πέτρος,* cognomen Simonis apostoli, Joh. 1, 43. 1 Cor. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9. v. *Πέτρος.*

Κιβωτός, οῦ, ἡ, arca lignea, dicitur **a.**, de arca foederis, Hebr. 9, 4. Apoc. 11, 19. (Ex. 25, 10.) — **b.**, de arca Noachi (Gen. 6, 14—19. 7, 1. 7.), Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. — Aelian. V. H. 9, 13.

Κιθάρα, ας, ἡ, cithara, 1 Cor. 14, 7. Apoc. 5, 8. 14, 2. 15, 2. *κιθάρας τοῦ θεοῦ,* i. e. quibus laudes Dei canuntur. — *οἱ ό* Gen. 31, 27. Job.

21, 12. 30, 31. (כִּנּוֹר, quod alibi vertunt: κινύρα, ut 1 Sam. 10, 5.) Jos. Ant. 7, 12, 3. ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ.

Κιθαρίζω, f. ίσω, citharam pulso, Apoc. 14, 2. (οἱ ὁ Jes. 23, 16. — Hom. Il. 18, 570.) — pass. τὸ κιθαριζόμενον, id, quod cithara canitur, 1 Cor. 14, 7.

Κιθαρῳδός, οῦ, ὁ, (ex κιθάρα et ἀοιδός, cantor) citharoedus, qui citharam pulsat et voce sua succinit, Act. 14, 2. 18, 22. (Aelian. V. H. 4, 2. — Aristoph. Vesp. 1318. κιθαρῳδότατος.) Varro de Re Rust. 2, 1, 3.: non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi.

Κιλικία, ας, ἡ, Cilicia, provincia Asiae minoris, ad septentrionem Cappadociam, Lycaoniam et Isauriam, ad meridiem mare mediterraneum, ad orientem Syriam, ad occidentem Pamphiliam habens. Occidentalis eius pars dici solet ἡ τραχεῖα, aspera; orientalis contra πέδιος, campestris. Metropolis eius, Tarsus (nunc Hama dicta), Pauli fuit patria, Act. 6, 9. 15, 23. 41. 21, 39. 22, 3. 23, 34. 27, 5. Gal. 1, 21.

Κινάμωμον (vel κιννάμωμον), ου, τό, (hebr. קִנָּמוֹן, Ex. 30, 23. Cant. 4, 14. unde graecum nomen κίνναμον ortum videtur. Cf. Herodot. 3, 111. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κινάμωμον καλέομεν; addiderunt Graeci voc. ἄμωμον, quod v. supr.) cinnamomum, Zimmet (cortex aromaticus arboris Lauri Cinnamomi, nascentis in Arabia, Aethiopia, Syria, India, maxime in insula Ceylon et in montibus Malabaricis, de quo vid. Plin. H. N. 12, 19.), Apoc. 18, 13.

Κινδυνεύω, f. εύσω, (a voc. κίνδυνος, q. v.) periclitor, in periculo versor, Luc. 8, 23. 1 Cor. 15, 30. — τοῦτο τὸ μέρος κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, huic opificio imminet, ut in contemtum abeat, Act. 19, 27. — κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι, periculum est, ne accusemur, v. 40.

Κίνδυνος, ου, ὁ, periculum; — pl., Rom. 8, 35. 2 Cor. 11, 26. (additi h. l. genitivi id indicant, a quo periculum venit.)

Κινέω (ῶ), f. ήσω, **a.**, moveo, propr., absol.; — pass., Act. 17, 28. (Gen. 7, 21. — Xen. Mem. 1, 1, 14.) — τί; — τὰς κεφαλάς, Matth. 27, 39. Marc. 15, 29. e Ps. 21, 8. — τί τινι dat. instr., Matth. 23, 4. — ἐκ τοῦ τόπου, Apoc. 2, 5. — plur. pass., 6, 14. (coll. Jes. 41, 7.) — **b.**, excito; — στάσιν, tumultum, Act. 24, 5. — **c.**, τὴν πόλιν, perturbo, pass., Act. 21, 30. Hinc voc. seq.

Κίνησις, εως, ἡ, commotio, motus, Joh. 5, 3. (Xen. de Venat. 10, 12.)

Κίς, ὁ, (קִישׁ, a קָשָׁה, durus fuit) Kis, (filius Abielis, pater Sauli, primi regis in Israele, 1 Sam. 9, 1.) Act. 13, 21.

Κίχρημι, f. χρήσω, aor. 1. ἔχρησα, commodo, mutuor, Luc. 11, 5. — v. Χράω.

Κλάδος, ου, ὁ, (a v. κλάω) ramus, Matth. 24, 32. Marc. 13, 28. — pl., Matth. 13, 32. (Marc. 4, 32. Luc. 13, 19.) 21, 8. — in oratione parabolica: per radicem maiores populi iudaici, per ramos intelliguntur illorum posteri, Rom. 11, 16. 17. 18. 19. 21. (Sens.: si arboris cuiusdam radici ea natura est, ut sancta dici debeat; profecto sancti etiam erunt arboris rami. Atqui haec arbor, cui tu, homo pagane, ipse insertus es, est gens iudaica etc.)

Κλάζω, v. κλάω.

Κλαίω, f. *κλαύσω* (Luc. 6, 25. Joh. 16, 20. Apoc. 18, 9. ut Theocrit. Id. 23, 24.) pro *κλαύσομαι*, aor. 1. *ἔκλαυσα*, *ploro*, fleo, lacrimor; **a.**, absol., Marc. 16, 10. Luc. 7, 13. 38. Joh. 11, 31. 20, 11. 13. 15. Act. 9, 39. 21, 13. Apoc. 18, 19. — *πολλά*, Apoc. 5, 4. — *πικρῶς*, Matth. 26, 75. Luc. 22, 62. — doloris ac moestitiae signum pro re signata (i. e. pro dolore ac moestitia), Luc. 6, 21. 25. (oppon. *γελᾷν*.) Joh. 16, 20. Rom. 12, 15. (oppon. *χαίρειν*.) Phil. 3, 18. 1 Cor. 7, 30. Jac. 4, 9. 5, 1. Apoc. 18, 11. 15. — de iis, qui ad naenias plorant, Marc. 5, 38. 39. Luc. 7, 32. 8, 52. — **b.**, *τινά*, deploro, defleo aliquem, Matth. 2, 18. Apoc. 18, 9. (1 Macc. 9, 20. — Xen. Cyr. 5, 2, 32.) — **c.**, *ἐπί τινι*, fleo de aliquo, Luc. 19, 41. — *ἐπί τινα*, Luc. 23, 28.

Κλάσις, *εως*, *ἡ*, (a v. *κλάω*) fractio; — *τοῦ ἄρτου*, Luc. 24, 35. Act. 2, 42.

Κλάσμα, *τος*, *τό*, (a v. *κλάω*) fragmentum, frustum; — pl., Matth. 14, 20. (Marc. 6, 43. Luc. 9, 17.) 15, 37. (Marc. 8, 8. 19. 20.) Joh. 6, 12. 13. — *οἱ ὁ* Levit. 2, 6. Jud. 9, 53. Ez. 13, 19. — Xen. Venat. 10, 5.

Κλαύδη, *ης*, *ἡ*, Claude, Clauda (Vulg. Cauda) insula parva, in extrema ora meridionali et occidentali Cretae insulae sita, Act. 27, 16.

Κλαυδία, *ας*, *ἡ*, Claudia, mulier christiana, 2 Tim. 4, 21.

Κλαύδιος, *ου*, *ὁ*, Claudius — **1.**, Tiberius Claudius Nero Germanicus, Drusi filius, quintus Romanor. Imperator (regnavit annos 13, menses 9, dies 28), Act. 11, 28. (de fame sub eius imperio orta: Jos. Ant. 20, 5, 2. Tacit. Annal. 12, 43. Sueton. Claud. c. 28. Dio Cass. lib. 60. Euseb. H. E. 2, 8. — Orta est illa fames anno Claudii 4. — aerae communis 44.) 18, 2. (Sueton. Vita Claud. c. 25. „Judaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit".) — **2.**, Claudius Lysias, tribunus militum Romanus, Act. 23, 26.

Κλαυθμός, *οῦ*, *ὁ*, (a *κλαίω*, perf. p., i. q. *κλαυσμός*, v. supr. *βαθμός*) fletus, ploratus, Matth. 2, 18. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28. Act. 20, 37. (*οἱ ὁ* 1 Sam. 13, 36. Ps. 6, 8.)

Κλάω, f. *άσω*, frango, Matth. 14, 19. (Marc. 6, 41. et Luc. 9, 16. *κατέκλασε*) 15, 36. (Marc. 8, 6.) 26, 26. (Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24.) Act. 2, 46. 20, 7. 11. 27, 35. 1 Cor. 10, 16. — *ἄρτους εἴς τινας*, panes, qui aliquibus distribuantur, Marc. 8, 19. (cf. Jes. 58, 7.) — metaph., *κλᾶσαι τὸ σῶμα*, i. e. corpus interficere, 1 Cor. 11, 24.

Κλείς, *δός*, acc. *κλεῖδα* et *κλεῖν*, acc. plur. *κλεῖδας* et *κλεῖς* (Matth. 16, 19. Apoc. 1, 18. 3, 7.), clavis; **a.**, *ἔχειν* vel *διδόναι τινὶ τὴν κλεῖδά τινος*, clavem, qua aut aperiatur, aut occludatur aliquid; — *τοῦ φρέατος*, putei aperiendi s. reserandi, Apoc. 9, 1. (coll. v. 2.) occludendi, Apoc. 20, 1. — *τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου*, Apoc. 1, 18. (reserandi scil.) — *τῆς γνώσεως*, potestas s. facultas ad cognitionem perducendi, Luc. 11, 52. (pro quo Matth. 23, 14. *ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*) — *τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν*, potestas aditum ad regnum coeleste dandi et praecludendi, Matth. 16, 19. (sens.: ut tu me esse filium Dei cognovisti, ita hanc de me sententiam tenens potestatem habebis et aperiendi aliis regni coelestis et occludendi. Occludes scil. iis, qui ab agnitione mei abhorrent.) — **b.**, *τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ*, quam Davides tradit, i. e. qua aditus ad regem Messiam vel aperitur vel praecluditur, Apoc. 3, 7. — Isai. 22, 22.

Κλείω, f. *είσω*, perf. p. *κέκλεισμαι*, aor. 1. p. *ἐκλείσθην*, claudo, occludo; — *τί*, **a.**, propr., *τὴν θύραν*, Matth. 6, 6. — pass., Matth. 25, 10. Luc. 11, 7. Joh. 20, 19. 26. Act. 21, 30. — Act. 5, 23. Apoc. 21, 25. — **b.**, metaph., *α.*, in imaginibus Apoc.: *τὸν δράκοντα*, Apoc. 20, 3. — *β.*, de coelo clauso, i. e. pluviam denegante, Luc. 4, 25. Apoc. 11, 6. — *γ.*, *τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπό τινος* (i. e. claudere misericordiam, ut sit instar rei ab aliquo remotae. Cf. *φυλάσσεσθαι ἀπό τινος*), 1 Joh. 3, 17. — *δ.*, *τὴν βασιλ. τῶν οὐρανῶν*, praecludo aditum ad regnum div., Matth. 23, 13. (14.) Apoc. 3, 7. 8.

Κλέμμα, *τος*, *τό*, (a *κλέπτω*, perf. p., cf. *βλέμμα*) furtum, i. e. furto abreptum (Xen. Oecon. 14, 5.); — plur., furta commissa, i. q. *κλοπαί*, Apoc. 9, 21. (*οἱ ὁ* Ex. 22, 2.)

Κλεόπας, v. *Κλεωπᾶς*.

Κλέος, *ους*, *τό*, (a v. *καλέω*; a voc. *κλέος* vero deriv. *κλέω*, fama divulgo, laudo) gloria, laus (Hom. Il. 5, 3.), 1 Petr. 2, 20. — *οἱ ὁ* Job. 28, 22.

Κλέπτης, *ου*, *ὁ*, (a v. *κλέπτω*) fur, Matth. 6, 19. 20. (Luc. 12, 33.) 24, 43. Luc. 12, 33. 39. Joh. 10, 1. 10. 1 Cor. 6, 10. 1 Petr. 4, 15. — is, qui pecuniam intervertit, peculator, Joh. 12, 6. — *ἔρχεσθαι ὡς κλ. ἐν νυκτί*, i. e. venire nemine animadvertente, 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 3, 3. 10. 12. 16, 15. — transfertur hoc nomen ad falsos doctores, quorum non alios interest docere, sed hominum fiducia in suum lucrum abuti, Joh. 10, 8. (cf. Jerem. 23, 36. — Deut. 24, 7. Hos. 7, 1.)

Κλέπτω, f. *ψω*, (cognat. verbo *καλύπτω*, cf. lat.: clam) furor; **a.**, absol., Matth. 6, 19. 20. 19, 18. Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. Joh. 10, 10. Rom. 2, 21. 13, 9. Eph. 4, 28. (Xen. Mem. 4, 2, 15. Cyr. 1, 2, 2.) — **b.**, *τινά*, furtim aufero, clam subduco, Matth. 27, 64. 28, 13. (*οἱ ὁ* 2 Sam. 19, 42. — Xen. Anab. 4, 1, 14.)

Κλεωπᾶς, (al. codd. *Κλωπᾶς*) *ᾶ*, *ὁ*, (חַלְפָּא, putatur idem esse qui *Ἀλφαῖος*) maritus Mariae, quae soror erat matris Jesu, Luc. 24, 18. Joh. 19, 25.

Κλῆμα, *ατος*, *τό*, (a v. *κλάω*, q. v.) ramus (Ez. 17, 23. Mal. 4, 1.), speciatim ramus vitis, palmes, Joh. 15, 2 seq. — plur., v. 5. — Xen. Oecon. 19, 8.

Κλήμης, *εντος*, *ὁ*, Clemens, vir Christianus, Phil. 4, 3.

Κληρονομέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a voc. *κληρονόμος*, q. v., cf. *οἰκονόμος*) **a.**, sortem accipio (s. sorte accipio); — *τί*, Num. 26, 53. 33, 54. hebr. נָחַל. Additur saepius חֵלֶק, *μερίδα*, portionem. — Hinc **b.**, partem mihi destinatam accipio, proprium (quod possideam) accipio; sic in V. T., ubi sermo est de occupanda ab Israëlitis terra Canaanitica, e. g. Num. 32, 18. 19. 30. — Eandem rem respiciunt loci sequentes: *κληρον. τὴν γῆν*, Matth. 5, 5. (cf. Num. 33, 54. Ps. 36, 9. 11.) — *ζωὴν αἰώνιον*, Matth. 19, 30. Marc. 10, 17. Luc. 10, 25. 18, 18. — *τὴν βασιλείαν*, Matth. 25, 34. 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. Gal. 5, 21. — *σωτηρίαν*, Hebr. 1, 14. — *τὰς ἐπαγγελίας*, 6, 12. — *πάντα*, Apoc. 21, 7. i. e. participem fieri, consequi. — **c.**, Quia sorte distribui solebat etiam haereditas, *κληρον.* interdum est: haereditate accipio, Gal. 4, 30. (Gen. 15, 4. 21, 10. Num. 27, 11.) — *τὴν εὐλογίαν*, Hebr. 1, 4. 12, 17. 1 Petr. 3, 9. cf. Rom. 8, 17. Gal. 4, 7.

Κληρονομία, ας, ἡ, (a κληρονόμος) **a.**, haereditas, bonum haereditate acceptum vel accipiendum, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 12, 13. 20, 14. — **b.**, bona, quae alicui possidenda traduntur, Eigenthum (v. κληρονομέω sub b.), Act. 7, 5. Hebr. 11, 8. (נַחֲלָה, Deut. 4, 38.) — ab agris terrae Canaaniticae populo Israëlitico promissis et traditis transfertur ad bona in regno div. obtinenda, Act. 20, 32. Gal. 3, 18. Eph. 1, 14. 5, 5. Col. 3, 24. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 1, 4. — τοῦ θεοῦ, bona, quae Deus tribuet, Eph. 1, 18.

Κληρονόμος, ου, ὁ, (ex voc. κλῆρος, sors, et v. νέμω, tribuo, dispertior) qui sorte accipit, ergo **a.**, haeres, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Gal. 4, 1. (Aelian. V. H. 13, 11.) — θεοῦ, haeres Dei, i. e. bonorum, quae Deus possidet, Rom. 8, 17. Gal. 4, 7. haeredes erunt, qui filii sunt. Hebr. 1, 2. filius Dei, haeres totius mundi, Ps. 2, 8. — τοῦ Ἀβραάμ, Gal. 3, 29. — **b.**, possessor alicuius rei; — τοῦ κόσμου, Rom. 4, 13. 14. — ζωῆς αἰωνίου, Tit. 3, 7. — Hebr. 6, 17. 11, 7. Jac. 2, 5. — v. κληρονομέω sub b.

Κλῆρος, ου, ὁ, (a κλάω, frango) **a.**, frustulum ligni, quod signum sortis sit, sors; — βάλλειν κλῆρ., Matth. 27, 35. Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24. Act. 1, 26. (sortes apud antiquos non e vase extrahebantur, sed ex agitato eiiciebantur, Ez. 24, 6. Jon. 1, 7. Ps. 21, 18. — Hom. Il. 3, 316.) — λαγχάνω τὸν κλῆρον τῆς διακονίας, sortior munus, accipio sortem, qua mihi demandatur munus, Act. 1, 17. — λαβεῖν τ. κλ. τῆς διακ., Act. 1, 25. — **b.**, id, quod sorte tribuitur, pars (cf. Aelian. V. H. 6, 1. 12, 61.); — ἔστι μοι κλῆρος ἔν τινι, participo aliquid, Act. 8, 21. — λαβεῖν τὸν κλ. ἐν τισι, inter aliquos, Act. 26, 18. — ὁ κλῆρος τῶν ἁγίων, felicitas, quae sanctis apud Deum contingit, Col. 1, 12. cf. Matth. 5, 8. Act. 26, 18. Eph. 1, 18. (Sap. 5, 5.) — **c.**, οἱ κλῆροι, coetus Christiani, quorum gubernandorum officium contigit, 1 Petr. 5, 3. — Hinc voc. seq.

Κληρόω (ῶ), f. ώσω, sorte assigno alicui; — pass., sorte legor, hinc omnino: eligor, Eph. 1, 11. (ἐν ᾧ scil. τῷ Χριστῷ, simul cum Christo vitae restituto; ἐν denotat connexum, v. supra ἐν. Sens.: dum Christum e mortuis revocabat, quem rebus humanis praeficeret, simul aeternam nobis ipsis felicitatem destinavit. Sequitur v. 12. εἰς τὸ εἶναι etc.)

Κλῆσις, εως, ἡ, (a καλέω) vocatio, invitatio; **a.**, universe: ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ, i. e. si cui Deus bona destinat, Rom. 11, 29. — **b.**, In N. T. dicitur Deus invitasse homines, scil. ad felicitatem olim in regno coelesti futuram, Eph. 4, 1. 2 Thess. 1, 11. — ἡ ἄνω κλῆσις τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ, invitatio ad loca supera, i. e. ad felicitatem coelestem, Phil. 3, 14. — ἡ ἐπουράνιος κλῆσις, Hebr. 3, 1. — (τίς ἐστιν) ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως (αὐτοῦ), i. e. quam spem s. cuius felicitatis spem praebeat, Eph. 1, 18. — κλῆσις ἁγία, vocatio augusta, 2 Tim. 1, 9. — ἡ κλῆσίς τινος sic dicitur, ut ad vitae conditionem respiciatur, qua ὁ κληθείς, cum vocaretur, usus est — ἡ κλῆσις ὑμῶν (genit. obi.), ratio, qua vos ad felicitatem regni coelestis invitati et coetui eorum, quibus eius sperandae ius est, adscripti estis, 1 Cor. 1, 26. — ἐν τῇ κλήσει, ἡ ἐκλήθη — μενέτω, in qua quisque vitae externa conditione vocatus est, in ea maneat, 1 Cor. 7, 20. — καλεῖν κλήσει, 1 Cor. 7, 20. Eph. 4, 1. 2 Tim. 1, 9.

Κλητός, οῦ, ὁ, ἡ, όν, τό, (adi. verbale a *καλέω*, perf. p.) vocatus; ad felicitatem aetern. invitatus, Matth. 20, 16. 22, 14. (sens.: copia eorum, quibus commoda et ornamenta proponuntur, maior est, quam eorum, qui vere potiuntur, s. inter vocatos locum habet electio.) Apoc. 17, 14. — is, qui ad fidem vocatus atque huic vocationi obsequutus est, Rom. 8, 28. 1 Cor. 1, 24. Jud. v. 1. — *κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, Rom. 1, 6. (cf. *οἱ εὐλογημένοι, διδακτοὶ τοῦ θεοῦ*) — qui ad aliquod munus vocatus est: *κλητὸς ἀπόστολος*, Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. coll. Gal. 1, 15. — *κλητοὶ ἅγιοι*, qui gratia ad sanctitatem vocati sunt, Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2.

Κλίβανος, ου, ὁ, (pro att. *κρίβανος*) testum, s. fornax, in quo coquuntur panes hordeacei (hebr. תַּנּוּר, Ex. 8, 3. Hos. 7, 4. — Herodot. 2, 22. Utuntur etiam nunc Orientales eiusmodi fornacibus, qui, quod formam attinet, altitudine circiter trium pedum speciem referunt inversi urcei fundo destituti, et quibus, si igne intus incenso satis exarduerunt, massa farinacea extrinsecus intrinsecusque allinitur, ut ostio eorum superno obtecto paullatim torreatur), Matth. 6, 30. Luc. 12, 28.

Κλίμα, τος, τό, (a *κλίνω*, inclino) **1.**, inclinatio. — **2.**, inclinatio coeli ab aequatore ad polum, et inde orta temperies, plaga coeli, denique tractus terrae, regio, Rom. 15, 23. 2 Cor. 11, 10. Gal. 1, 21.

Κλινάριον, ίου, τό, (demin. nominis *κλίνη*) lectulus, Act. 5, 15. (e codd. lectione.)

Κλίνη, ης, ἡ, (a *κλίνω*, unde et *κλισμός*, sella, ap. Hom. Il. 11, 623.) lectus triclinaris, Marc. 4, 21. 7, 4. Luc. 8, 16. — Ex. 8, 3. Ez. 23, 4. — cubicularis, Luc. 17, 34. — quo portatur aegrotans, Matth. 9, 2. (Luc. 5, 18. ita structus, ut aegroto imposito a quatuor hominibus portari posset, Marc. 2, 3.) — quem tamen secum ferre aliquis integris viribus usus homo ipse poterat. Matth. 9, 6. Marc. 2, 11. Luc. 5, 25. — pl., Act. 5, 15. (disting. a *κραββάτοις*) — *βάλλειν εἰς κλίνην*, in lectum coniicere, i. e. morbum infligere, Apoc. 2, 22. οἱ ὁ 1 Sam. 19, 13. 2 Sam. 3, 31. Cantic. 3, 7. al. — Xen. Cyr. 8, 8, 16. Nobiliores utebantur *κλίναις ἀργυρόποσι, χρυσόποσι*, Aelian. V. H. 8, 7.

Κλινίδιον, ίου, τό, (diminut. voc. *κλίνη*) lectulus, i. q. *κλινάριον*, Luc. 5, 19. 24. (Artemid. 1, 2. Antonin. 10, 28.)

Κλίνω, f. ινῶ, perf. *κέκλικα*, clino, inclino; **a.**, transit., *τὴν κεφαλήν*, de moribundo, Joh. 19, 30. — in aliquo loco: *ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ*, ubi — reclinet (ad quietem capiendam), Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. — *τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν*, Luc. 24, 5. — *παρεμβολάς*, acies (hostium) in fugam vertere, Hebr. 11, 34. (Hom. Il. 5, 37. Liv. 1, 12. inclinare acies.) — **b.**, intransit. inclino me; — de die ad vesperam inclinante, Luc. 9, 12. 24, 29. — Judic. 19, 8. Jerem. 6, 4.

Κλισία, ας, ἡ, (a v. *κλίνω*, q. v.) tentorium (Hom. Il. 1, 306. 322. thronus, Od. 4, 123.), discubitus, ordo discumbentium; — pl., Luc. 9, 14. (Marc. 6, 39. 40. *συμπόσια, πρασιαί*.) — Jos. Ant. 12, 2, 12.

Κλοπή, ῆς, ἡ, (a *κλέπτω*) furtum, pl., Matth. 15, 19. Marc. 7, 22. — οἱ ὁ Gen. 40, 15. Hos. 4, 2. — Xen. Cyr. 1, 2, 6.

Κλύδων, ωνος, ὁ, (a *κλύζω*, alluo) undae alluentes s. fluctantes, Luc.

8, 24. (Jon. 1, 4.) Jac. 1, 6. — 1 Macc. 7, 4. — Hom. Od. 12, 421. Hinc verb. seq.

Κλυδωνίζομαι, f. *ίσομαι*, fluctibus iactor; — metaph., agitor (fluctuum instar), Eph. 4, 14. (coll. Jac. 1, 6. Jes. 57, 20.)

Κνήθω, f. *κνήσω*, (a *κνάω*, inf. *κνᾶν* et *κνῆν*) frico, scalpo, titillo, pruritum facio. — *κνήθομαι*, pruritu laboro; — *κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν*, i. e. grata auribus audire cupientes, 2 Tim. 4, 3.

Κνίδος, *ου*, *ἡ*, Cnidus s. Gnidus, peninsula et urbs eiusdem nominis maris Aegaei paulum infra Cretam sita (Strab. 14.), Act. 27, 7.

Κοδράντης, *ου*, *ὁ*, vox lat. quadrans (i. e. quarta pars assis semiuncialis, s. decima sexta denarii), in N. T. nummus chalcum atticum dimidium s. *δύο λεπτά* (zwei Pfennige) aequans, Matth. 5, 26. Marc. 12, 42.

Κοιλία, *ας*, *ἡ*, (a *κοῖλος*, *η*, *ον*, cavus) **1.**, venter superior et inferior, Matth. 12, 40. (Gen. 41, 21. Jon. 2, 2.) — **2.**, ventriculus, Matth. 15, 17. — stomachus, Luc. 15, 16. 1 Cor. 6, 13. Apoc. 10, 9. 10. (Ez. 3, 3. — Jerem. 51, 34.) — *δουλεύω τῇ κοιλίᾳ*, ventri deditus sum, Rom. 16, 18. Phil. 3, 19. cf. Sirac. 23, 6. — **3.**, uterus matris, Luc. 1, 41. 42. 44. 2, 21. 11, 27. 23, 29. Joh. 3, 4. — *ἐκ κοιλίας μητρός*, Matth. 19, 12. Luc. 1, 15. Act. 3, 2. 14, 8. Gal. 1, 15. (cf. Ps. 21, 10. Job. 1, 21. Jes. 49, 1.) — *ἐκ κοιλίας αὐτοῦ* (cf. Gen. 15, 4. Jes. 16, 11.), Joh. 7, 38.

Κοιμάω (*ῶ*), f. *ήσω*, dormire facio, sopio (Hom. Il. 12, 281.); — pass., f. 1. *κοιμηθήσομαι*, dormio, obdormio; **a.**, propr., Matth. 28, 13. Luc. 22, 45. Joh. 11, 12. Act. 12, 6. — **b.**, metaph. et per euphemism., *οἱ κοιμώμενοι*, mortui, Matth. 27, 52. 1 Cor. 15, 20. 1 Thess. 4, 13. — *ἐκοιμήθη*, obiit, Act. 7, 60. 13, 36. 1 Cor. 7, 39. 11, 30. 15, 6. — pl., 2 Petr. 3, 4. — 1 Thess. 4, 15. 1 Cor. 15, 18. (qui spem in Christo repositam tenentes diem obierunt) v. 51. — cf. Jes. 14, 8. 1 Reg. 2, 20. 2 Macc. 12, 45.

Κοίμησις, *εως*, *ἡ*, sopor, Joh. 11, 13.

Κοινός, *ή*, *όν*, **a.**, communis (oppon. *ἴδιος*), Act. 2, 44. 4, 32. — *κοινὴ πίστις*, Tit. 1, 4. — *σωτηρία*, Jud. v. 3. — sic et ap. Graec. — **b.**, vulgaris, ap. Judaeos oppon. *τῷ ἁγίῳ*, profanus, Rom. 14, 14. — *κοινὸν ἡγεῖσθαι*, Hebr. 10, 29. (Ez. 42, 20.) — i. q. *ἀκάθαρτον*, Marc. 7, 2. Act. 10, 14. 28. — Apoc. 21, 27. (*οὐ* — *πᾶν κοινόν*, ex hebr., nihil impuri.) Hinc verb. seq.

Κοινόω (*ῶ*), f. *ώσω*, commune reddo (sic ap. prof., v. c. Polyb., Thuc.); e Judaeor. Levitismo **a.**, profanum, impurum reddo, — *τινά*, Matth. 15, 11. 18. 20. Marc. 7, 15. 18. 20. 23. — pass., Hebr. 9, 13. (Num. 19, 8.) — *τί*, Act. 21, 28. — **b.**, impurum declaro s. habeo, Act. 10, 15. 11, 9. 21, 28. (cf. *ἁγιάζω*.)

Κοινωνέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *κοινωνός*) — *τινός*, in communionem, in societatem venio alicuius rei, Hebr. 2, 14. (Aelian. V. H. 3, 17.) — *τινί* (dat. rei), Rom. 15, 27. — *ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις*, 1 Tim. 5, 22. cf. 2 Joh. v. 11. — *τοῖς παθήμασι*, 1 Petr. 4, 13. — *ταῖς χρείαις τινός*, succurro, Rom. 12, 13. — *τινί* (dat. pers.), seq. *εἴς τι*, commercium habeo cum aliquo, Phil. 4, 15. — *κοινωνεῖν τινι ἔν τινι* dic., is, qui alicui partem concedit alicuius rei, Gal.

6, 6. (Fingunt nonnulli h. l. transitivam vim vocis, quasi scriptum esset: *κοινωνεῖν τινά τινος*, seu *κοινωνεῖν τί τινι.*)

Κοινωνία, ας, ἡ, (a *κοινωνός*) **a.**, consortium, societas, communio, Act. 2, 42. (videtur h. l. intelligi communio ciborum in conviviis s. agapis. Chrysost.) Gal. 2, 9. (*δεξιὰ κοινωνίας*, dextera, pignus societatis.) — *τινός*, societas, communio cum aliquo, 1 Cor. 1, 9. 10, 16. — i. q. *μετοχή*, 2 Cor. 6, 14. 13, 13. Eph. 3, 9. Phil. 2, 1. — *κοινωνίαν ἔχειν μετά τινος*, 1 Joh. 1, 6. 1, 3. (h. l. *μετά* duplici sensu, et de eo, quocum mihi intercedit coniunctio, et de eo, cui cum illo coniunctio eadem intercedit, quae mihi.) 1, 7. (*μετ' ἀλλήλων*, i. e. *ὑμεῖς ἄλλος μετ' ἄλλου.*) — *κοιν. ἔχειν τινός*, v. c. laboris, dicitur is, qui aliquam rei partem in se suscepit, *παθημάτων*, qui eadem *παθήματα* fert, Phil. 3, 10. cf. 1 Petr. 4, 13. — *πίστεως*, Philem. v. 6. is, qui eandem fidem profitetur. — *εἴς τι*, Phil. 1, 5. (vocabulo *κοινωνίας* addenda simul motus ad rem notio.) — **b.**, communicatio, collatio, gemeinschaftliche Gabe, seq. *εἴς τινας* inter aliquos (distribuenda), Rom. 15, 26. (*κοιν. τινὰ ποιήσασθαι.*) Ex hoc loco explicandus l. 2 Cor. 8, 4. (*ἡ κοινωνία τῆς διακονίας* dic. pecunia collecta, i. q. *τὸ κοινῶς διακονηθέν*, s. *ἡ χάρις ἡ κοινῶς διακονηθεῖσα*) 9, 13. Hebr. 13, 16. (iunct. c. *εὐποιΐα.*)

Κοινωνικός, ή, όν, (ad *κοινωνίαν* aptus, propensus) pronus ad impertiendum, 1 Tim 6, 18.

Κοινωνός, ή, όν, (a voc. *κοινός*) **1.**, socius, sodalis, 2 Cor. 8, 23. Philem. v. 17. — *εἰμὶ κοινωνός τινι*, socius sum alicui, Luc. 5, 10. — socius sum alicuius aliquid facientis, Hebr. 10, 33. — *τινὸς ἔν τινι*, participo cum aliquo aliquid: *ἐν τῷ αἵματι*, i. e. alicuius socius sum in caede perpetranda, Matth. 23, 30. — **2.**, *τινός* (gen. rei), particeps rei, 2 Cor. 1, 7. (*τῶν παθημάτων*) 1 Petr. 5, 1. (*τῆς δόξης*) 2 Petr. 1, 4. — 1 Cor. 10, 18. (*τοῦ θυσιαστηρίου*, i. e. victimarum, quae sacrificio offeruntur.) — Xen. Mem. 2, 5, 26.

Κοίτη, ης, ἡ, (cohaeret cum *κοιμάω*) **a.**, lectus, Luc. 11, 7. (verbo *εἰσίν* ut cum *εἰς* construatur, inferas motus notionem) Hebr. 13, 4. (torus, lectus coniugalis, ut ap. Hom. saepissime) — pl., lectos frequentare ii dicuntur, qui rei venereae indulgent: *μὴ κοίταις* scil. *περιπατήσωμεν*, Rom. 13, 13. — **b.**, ex hebr. pro semine concubitus (in concubitu emisso); — *κοίτην ἔχειν ἔκ τινος*, concepisse ex aliquo, Rom. 9, 10. (cf. Num. 5, 20. — *κοίτη σπέρματος*, Levit. 15, 16.)

Κοιτών, ῶνος, ὁ, (a *κοίτη*; cf. *νυμφών*, al.) cubiculum; — *ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτ. τοῦ βασιλέως*, cubiculo regio praefectus, cubicularius regius, Act. 12, 20. (*οἱ ό* 2 Sam. 4, 7. Ex. 8, 3.)

Κόκκινος, η, ον, (a voc. *κόκκος*, granum ilicis cocciferae. Sunt autem grana, quae huic ilici adhaerent, ova a vermiculo quodum posita [die angesetzten Eiernester der Schildlaus], quae collecta et ab infectoribus in pulverem trita massam edunt rubram, tincturis adhibendam, Plin. H. N. 9, 41. 16, 8. 22, 2.) coccineus, cocco tinctus, Matth. 27, 28. Hebr. 9, 19. Apoc. 17, 3. 4. 18, 12. 16. (*οἱ ό* Gen. 38, 28. Ex. 25, 4. Levit. 14, 4.)

Κόκκός, ου, ὁ, granum, bacca, v. c. *σινάπεως*, Matth. 13, 31. (Marc. 4, 31. Luc. 13, 19.) 17, 20. Luc. 17, 6. Joh. 12, 24. 1 Cor. 15, 37.

Κολάζω, f. *άσω*, (a *κόλος*, mutilus) propr., **a.**, mutilo, amputo, v. c. arbores, alas; — hinc **b.**, coërceo, castigo. — **c.**, punio; — *τηρεῖν τινα κολαζόμενον*, reservare aliquem, qui puniatur, 2 Petr. 2, 9. — med., *πῶς κολάσωνται αὐτούς*, qua poena eos afficerent, Act. 4, 21. (cf. Luc. 19, 48.)

Κολακεία, *ας*, *ἡ*, (a voc. *κόλαξ*, *κολακεύω*) adulatio; — *λόγος κολακείας*, sermo adulatorius, 1 Thess. 2, 5. (Theophr. Char. 2.)

Κόλασις, *εως*, *ἡ*, (a v. *κολάζω*, q. v.) castigatio, cruciatus, 1 Joh. 4, 18. (*κόλασιν ἔχει*, i. e. secum fert —, cruciat animum; ita *κολάζω* i. q. *βασανίζω*, Sap. 3, 4. 16, 1.) — poena, Matth. 25, 46. (nonnulli codd. habent etiam Marc. 3, 29. v. supr. *αἰώνιος*) — 2 Macc. 4, 38. Sap. 16, 24. — Aelian. V. H. 7, 5.

Κολαφίζω, f. *ίσω*, (a voc. *κόλαφος*, colaphus) — *τινά* (i. e. *πλατείᾳ τῇ χειρὶ πλῆξαί τινα*, manu lata pulso, quod Graeci dicunt: *ἐπὶ κόῤῥης πατάξαι*, expalmare, alapare), colaphos infligo alicui, Matth. 26, 67. Marc. 14, 65. — species pro genere: violenter vexare, 2 Cor. 12, 7. — pass., 1 Cor. 4, 11. 1 Petr. 2, 20.

Κολλάω (*ῶ*), f. *ήσω*, aor. 1. p. *ἐκολλήθην*, signif. med., (a v. *κόλλα*, gluten) glutino, agglutino, conglutino, compingo. — Pass., *τινί*, **a.**, propr., adhaereo alicui (ut gluten), Luc. 10, 11. (*ὁ κονιορτός*) — *οἱ ὁ* Ps. 101, 5. — Thren. 4, 4. — **b.**, trop. de personis, signif. med.: *κολλήθητι τῷ ἅρματι*, applica te —, Act. 8, 29. — *τινί* (dat. pers.), sector aliquem, ut commercium cum eo habeam; — *τῇ πόρνῃ*, 1 Cor. 6, 16. (Sirac. 19, 2.) — *τῷ κυρίῳ*, 1 Cor. 6, 17. (2 Reg. 18, 6.) — familiariter utor aliquo, Act. 5, 13. 9, 26. 10, 28. — sequor aliquem, quocum faciam, Luc. 15, 15. Act. 17, 34. — *τῷ ἀγαθῷ*, Rom. 12, 9. — Adde: Apoc. 18, 5. cf. Jerem. 51, 9. Codd. nonnulli: *ἠκολούθησαν*, sed. codd. mel. *ἠκολλήθησαν*, se conglutinarunt; — *ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ*, sie haben sich aufgethürmt bis —.

Κολλούριον s. *κολλύριον*, *ου*, *τό*, (demin. nominis *κολλύρα*, panis rudior colore cinereo, forma orbiculari) massa similis ei, unde *κολλύρα* conficiebatur, unguenti genus sanandis lippis oculis adhiberi solitum, collyrium (Horat. Sat. 1, 5, 30. Hippocr. de victu acut. c. 68. Dioscor. 1, 2.), Apoc. 3, 18.

Κολλυβιστής, *οῦ*, *ὁ*, (a voc. *κόλλυβος*, nummus minutus, cf. *κολοβός*, mutilus, et lat. incolumis = integer; — item nummus pro permutatione datus, Agio, Aufgeld, collybus, Cic. Verr. 3, 78.) nummularius (*ἀργυραμοιβός*), Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. Joh. 2, 15.

Κολοβόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (a voc. *κολοβός*, mutilus, truncatus) propr., amputo (v. c. *τὰς χεῖρας*, 2 Sam. 4, 12.), mutilo (Polyb. 1, 86, 13.); — de tempore: abbrevio, contraho, Matth. 24, 22. Marc. 13, 20. — cf. hebr. קָצַר, Prov. 10, 27. Ps. 101, 24.

Κολοσσαί, *ῶν*, *αἱ*, (minus recte in nonnullis libris script. *Κολασσαί*) Colossae s. Colossis, urbs celeberrima Phrygiae maioris (Plin. H. N. 5, 41.) sita ad Lycum et in hunc exeuntem Maeandrum fluvium, haud procul a Laodicea et Hierapoli (Herodot. 7, 30.), quibus cum urbibus terrae motu anno Chr. 66. subversa est (Oros. 1, 7.), Col. 1, 2.

Κολοσσεύς (in nonnull. codd. minus recta *Κολασσεύς*), *έως*, *ὁ*, Colossensis. Legitur in subscriptione epistolae ad Colossenses.

Κόλπος (apud Homer. etiam plur., Il. 9, 567. ut Luc. 16, 23.), ου, ὁ, sinus, i. e. a., anterior pars corporis, quae est inter duo brachia (Ruth. 4, 16. 1 Reg. 17, 19.) Luc. 16, 22. 23. Joh. 13, 23. (Veteres in conviviis ita accumbebant, ut caput alterius sinum quasi et pectus alterius sibi proximi occuparet et expleret.) — Deut. 13, 6. Sirac. 9, 1. — *ὁ ὢν εἰς τὸν κ. τοῦ πατρός*, qui in gremio patris sedet ad sinum eius conversus, h. e. qui patri est dilectissimus, Joh. 1, 18. — b., sinus vestis (pars anterior vestis laxioris, quae sinum gremiumque tegebat, Ex. 4, 6. Ruth. 3, 15. Prov. 16, 23. — Horat. Serm. 2, 3, 172. Virg. Aen. 1, 234.), Luc. 6, 38. (cf. Jes. 65, 6. Polyb. 3, 33, 2.) — c., sinus maris (littorum curvitate inclusus, cf. voc. ital. Golfo), Act. 27, 39. (Xen. H. G. 1, 4, 8.)

Κολυμβάω (ῶ), f. ήσω, me immergo, tauchen (cf. lat. columba), nato, Act. 27, 43. — Hinc voc. seq.

Κολυμβήθρα, ας, ἡ, locus aquae plenus iis, qui se lauturi sunt, apparatus, balneum, Joh. 5, 2. — piscina, Joh. 9, 7. — *οἱ ό* 1 Reg. 18, 17. Neh. 2, 11. Nah. 2, 8.

Κολώνια, ίας, ἡ, (vox latina) colonia, Act. 16, 12. (h. l. ita Philipporum urbs appellata, quia eo Julius Caesar aut Octavianus coloniam Romanam deduxerat; cf. Dio Cassius 51, 4.

Κομάω (ῶ), f. ήσω, (a *κόμη*) comam alo, comatus sum, 1 Cor. 11, 14. 15. (Hom. Il. 2, 542.)

Κόμη, ης, ἡ, coma, capilli, 1 Cor. 11, 15.

Κομίζω, f. ιῶ, aor. 1. *ἐκόμισα*, a., activ., *τί*, α., curo. — β., suscipio vel portandum vel curandum (Hom. Il. 13, 196.). — γ., porto, i. e. vel aufero (Hom. Il. 2, 875.), tollo (Il. 2, 183.), — vel apporto, affero, Luc. 7, 37. (Hom. Il. 23, 699. — Neh. 8, 1.) — b., med., α., mecum aufero, Matth. 25, 27. — β., accipio mihi (cf. mercedem ferre, victoriam deportare), Hebr. 10, 36. 11, 39. — aliquid, quod retributionis loco datur, sive sit praemium, sive poena, 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. Col. 3, 25. 1 Petr. 1, 9. 5, 4. 2 Petr. 2, 13. (1 Macc. 13, 37. 2 Macc. 8, 33. — Xen. Cyr. 1, 5, 10.) — γ., recipio, recupero; — *τινά*, Hebr. 11, 19. (Gen. 38, 20.)

Κομψότερον, comparat. adv. *κομψῶς*, belle, (*κομψός* a *κομέω*, ornatus, elegans, cf. lat. comptus) elegantius, melius; — *κομψότ. ἔχω*, me melius habeo, Joh. 4, 52.

Κονιάω (ῶ), f. άσω, perf. pass. *κεκονιαμένος*, (a *κονία*, pulvis, Aelian. V. H. 9, 3. calx, Diod. Sic. 20, 8.) calce obduco, dealbo; — *τάφοι κεκονιαμένοι*, Matth. 23, 27. (Ne polluerentur sepulcris attingendis Judaei, eorum portas mense quovis Adar dealbare solebant. — Luc. 11, 44. habet *μνημεῖα τὰ ἄδηλα*. Ita *οἱ ό* vertunt טֻחוֹת *ἄδηλα*, Ps. 51, 8. Descendit vero haec vox hebr. a טוּחַ, quod *οἱ ό* vertunt *ἀλείφειν*, *ἐξαλείφειν*, Levit. 14, 42. Ez. 13, 10. 11. et hoc i. q. *κονιάω*, Deut. 27, 2.) — *τοῖχος κεκον.* vocatur hypocrita, qui vultu dignitatem prae se fert, animo malitiam occultat, Act. 23, 3.

Κονιορτός, οῦ, ὁ, (ex *κονία* et *ὄρω* s. *ὄρνυμι* excito) propr., pulvis excitatus; deinde omnino pulvis, Matth. 10, 14. (Luc. 9, 5. sed Marc. 6, 11. *τὸν*

χοῦν.) Luc. 10, 11. Act. 13, 51. 22, 23. (οἱ ὁ Ex. 9, 9. Nah. 1, 3. — Deut. 9, 21. Thren. 3, 29.)

Κοπάζω, f. άσω, (a voc. κόπος) propr., defatigor, ab impetu cesso; — ὁ ἄνεμος, Matth. 14, 32. (Marc. 6, 51.) Marc. 4, 32. (οἱ ὁ Gen. 8, 1. Jon. 1, 11. 12. — Herodot. 7, 191.)

Κοπετός, οῦ, ὁ, (a κόπτομαι, v. κόπτω) planctus, Act. 8, 2. (ποιεῖσθαι.) — οἱ ὁ Gen. 50, 10. Jerm. 6, 26. Zach. 12, 10.

Κοπή, ῆς, ἡ, (a κόπτω, caedo) caedes, strages, Hebr. 7, 1. — οἱ ὁ Jos. 10, 10. 20. Gen. 14, 17. Deut. 28, 25. Judith. 15, 5.

Κοπιάω (ῶ), f. άσω, (a κοπιά, defatigatio) **1.**, defatigor labore vel moerore, Matth. 11, 28. — defatigatus cedo, Apoc. 2, 3. cf. Jes. 40, 31. — ἔκ τινος, Joh. 4, 6. (sed ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας Jos. Ant. 2, 15, 3.) — **2.**, laboro (viribus intentis), **a.**, absol., Matth. 6, 28. (Luc. 12, 27.) Luc. 5, 5. Joh. 4, 38. Act. 20, 35. 1 Cor. 4, 12. 15, 10. 16, 16. Eph. 4, 28. 2 Tim. 2, 6. — οἱ ὁ 2 Sam. 17, 2. 23, 20. Jes. 65, 23. Ps. 126, 1. — **b.**, ἔν τινι (dat. instrum.), 1 Tim. 5, 17. — sed ἐν ὑμῖν videtur esse: inter vos, 1 Thess. 5, 12. et ἐν κυρίῳ, in opere domini tractando, Rom. 16, 12. — εἴς τινα, Rom, 16, 6. (εἰς ἡμᾶς, ut in nostrum coetum ingrederetur) Gal. 4, 11. (vereor, ne labor meus frustra in vos penetrarit) — εἰς τοῦτο, ὅτι, idcirco, quod, 1 Tim. 4, 10. — εἰς ὅ, quem in finem (quo etiam contendo), Col. 1, 29. — εἰς κενόν, frustra, Phil. 2, 16.

Κόπος, ου, ὁ, (a κόπτω, tundo) **a.**, ictus. — **b.**, planctus. — **c.**, labor, molestia; — κόπον παρέχειν τινί, molestiam facessere alicui, Matth. 26, 10. Marc. 14, 6. Luc. 11, 7. 18, 5. Gal. 6, 17. — labor, Joh. 4, 38. 1 Cor. 3, 8. 15, 58. 1 Thess. 1, 3. — κόπος κ. μόχθος, 2 Cor. 11, 27. 1 Thess. 2, 9. 3, 5. 2 Thess. 3, 8. — pl., 2 Cor. 6, 5. 10, 15. 11, 23. (Sirac. 14, 15.) Apoc. 14, 13. (Job. 5, 7. Ps. 24, 18.)

Κόπριος, ία, ον, (ab ἡ κόπρος, cf. Ex. 29, 14.) fimosus, stercoreus, Luc. 13, 8. — Femin. mutat. in nomen substant., fimus, stercus, Luc. 13, 8. 14, 35. (οἱ ὁ Job. 2, 8. 1 Sam. 2, 8. Neh. 2, 13.)

Κόπτω, fut. ψω, caedo; — τὶ ἀπό sive ἔκ τινος, abscindo, Matth. 21, 8. Marc. 11, 8. — οἱ ὁ Num. 13, 24. — med., me ipsum caedo, plango, Matth. 11, 17. 24, 30. (Herodot. 6, 58.) — τινά, lugeo aliquem, Luc. 8, 52. 23, 27. (2 Sam. 11, 26. Gen. 50, 10.) — ἐπί τινα, Apoc. 1, 7. — ἐπί τινι, Apoc. 18, 9. (Zach. 12, 10.)

Κόραξ, ακος, ὁ, corvus (Gen. 8, 7.), Luc. 12, 24.

Κοράσιον, ίου, τό, (demin. nom. κόρη) puella (puella tenera), Matth. 9, 24. 25. Marc. 5, 41. (syr. טְלִיתָה, in statu emphatico, hebr. יַלְדָּה, Joël. 4, 3. Zach. 8, 5. — Luc. 8, 54. ἡ παῖς.)

Κορβᾶν, κορβανᾶς, ᾶ, ὁ, (hebr. קָרְבָּן a radice קָרַב, accessit) corbanon, **a.**, munus Deo oblatum s. offerendum, Marc. 7, 11. (Deo devotum est id, quo posses a me iuvari) cf. Jos. Ant. 4, 4, 4. contra Apion. 1, 22. — **b.**, ὁ κορβανᾶς, ᾶ, thesaurus sacer, aerarium (i. q. τὸ γαζοφυλάκιον), Matth. 27, 6. — cf. Jos. de B. J. 2, 9, 4.

Κορέ, ὁ, (קֹרַח) Core, homo quidam, qui contra Moysen rebellavit (Num. c. 16.) Judae v. 11.

Κορέννυμι, f. έσω, (a κόρος, satietas, cf. Esth. 16, 3.) satio, saturo; — τινός (τροφῆς), Act. 27, 38. (Deut. 31, 10. — Xen. Mem. 3, 11, 14.) — trop., κεκορισμένοι ἐστέ, omnibus bonis iam abundatis scilicet, 1 Cor. 4, 8.

Κορίνθιος, ία, ιον, Corinthius, Corinthi incola, Act. 18, 8. 2 Cor. 6, 11.

Κόρινθος, ου, ἡ, Corinthus, olim Ephyra, metropolis Achaiae propriae sita in Isthmo Peloponnesi inter duo maria, Jonicum et Aegaeum (unde bimaris ἀμφιθάλασσος, διθάλασσος dicta, cf. Horat. Od. 1, 7. v. 2. Ovid. Metam. 4, 501. et 5, 407.), et duobus portubus instructa, quorum uno, Cenchreae dicto (v. Κέγχρεαι), ad navigationes Asianas, altero, Lechaeon appellato, ad Italicas utebantur (Strab. lib. 8. pag. 582.). Devastata est a L. Mummio, consule Romanorum, in bello Achaico, postea vero a Julio Caesare restituta. Ut mercatura ac divitiis artibusque florebat, ita etiam cives quam plurimos habebat amoribus impuris ac luxuriei deditos. Putant Paulum anno 52 p. Chr. eo venisse, ac coetum Christianum condidisse, Act. 18, 1. 19, 1. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 1. 23. 2 Tim. 4, 20.

Κορνήλιος, ίου, ὁ, (nom lat. a voc. cornu) Cornelius, centurio quidam ex cohorte Italica, Act. 10, 1 seq.

Κόρος, ου, ὁ, Corus (hebr. כֹּר, 1 Reg. 4, 22.), mensura maxime aridorum (ut tritici, farinae etc.) aequans decem medimnos atticos (Ephas, Ez. 45, 14. Jos. Ant. 15, 9, 2. coll. 3, 15, 3.), Luc. 16, 7.

Κοσμέω (ῶ), f. ήσω, (a κόσμος, q. v.) **a.**, ordine dispono, apte compono (Hom. Il. 2, 554. 3, 1.); — λαμπάδας, Matth. 25, 7. (ἐπισκευάζειν, Ex. 30, 7. hebr. עָרַךְ dicitur, Ex. 27, 21. Levit. 24, 3. 4. quod de struenda mensa dictum, Ez. 23, 41. graece redditur κοσμεῖν.) — **b.**, orno; — τί, α., propr., v. c. οἶκον, pass., Matth. 12, 44. Luc. 11, 25. — τὰ μνημεῖα, ornamentis instruo, Matth. 23, 29. (Xen. Mem. 2, 2, 13.) — τινί (ἀναθέμασι), Luc. 21, 5. Apoc. 21, 19. (Aelian. V. H. 8, 7.) — τινά (vestibus), νύμφην, Apoc. 21, 2. — ἑαυτάς, se ipsas, 1 Tim. 2, 9. 1 Petr. 3, 5. — β., metaph., orno, τί (τὴν διδασκαλίαν), honorem alicui concilio, honesto aliquid, Tit. 2, 10. (add. ἐν πᾶσιν, omnibus in rebus.)

Κοσμικός, ή, όν, (a κόσμος, q. v.) 1., mundanus, terrestris, Hebr. 9, 1. (τὸ ἅγιον κοσμικόν oppon. τῷ ἐπουρανίῳ.) — **2.**, mundo, i. e. deliciis huius mundi deditus; — αἱ κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι, cupiditates, quae ad res sensibus iucundas trahunt, Tit. 2, 12.

Κόσμιος, ία, ιον, item κόσμιος, ὁ, ἡ, ον, τό, (a κόσμος, q. v.) bene compositus, de vestitu, decorus, modestus, 1 Tim. 2, 9. (καταστολή) — de homine modesto, 1 Tim. 3, 2.

Κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, (ex voc. κόσμος et κρατέω, quod v.) **a.**, princeps, dominus mundi, huius saeculi princeps; — pl., οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, qui imperium hoc saeculo exercent idque inter homines occoecatos facile tenent, Eph. 6, 12. (Sena.: non est in

rebus divinis, quas nostra doctrina spectat, pugnandum cum vulgaribus hominibus contra arma carnea, sed contra spiritualia.)

Κόσμος, *ου*, ὁ, propr., **1.**, concinna dispositio, ordo (Hom. Il. 12, 225. Xen. Oecon. 8, 20. Thuc. 3, 77.)

2., ornatus, ornamentum, 1 Petr. 3, 3. (*ἐνδύσεως ἱματίων*) — Hom. Il. 14, 187. — *οἱ ὁ* Jerem. 4, 30.

3., mundus, i. e. **a.**, rerum universitas („nam quem *κόσμον* Graeci nomine ornamenti appellarunt, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum," Plin. H. N. 2, 3. Pythagoram dicunt primum fuisse, qui ea voce hoc sensu uteretur); Matth. 5, 14. Joh. 1, 10. 8, 12. 1 Cor. 8, 4. Phil. 2, 15. — *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, Matth. 13, 35. 25, 34. Luc. 11, 50. Hebr. 4, 3. 9, 26. Apoc. 13, 8. 17, 8. — *πρὸ κατ. κόσμου*, Eph. 1, 4. cf. Joh. 17, 5. 24. — *ἀπὸ κτίσεως κόσμου*, Rom. 1, 20. — *ἀπ' ἀρχῆς κ.*, Matth. 24, 21. Act. 17, 24. — *τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου*, elementa mundi, s. elementa simpliciter dicta, nomine ad religionis argumentum translato: initia, i. e. praecepta iis data, qui perfectiorem doctrinam capere non potuerunt, Gal. 4, 3. Col. 2, 8. 20. — **b.**, orbis terrarum, Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5. *ἡ οἰκουμένη*) 26, 13. Marc. 14, 9. Rom. 1, 8. (*ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ*, ubique locorum pro: in magna terrae parte) 1 Cor. 14, 10. Col. 1, 6. 1 Tim. 3, 16. 1 Petr. 5, 9. Joh. 21, 25. (*ὁ κόσμος* pro spatio amplissimo, in locutione hyperbolica) Rom. 4, 13. — **c.**, complexus rerum visibilium (der Schauplatz des sinnlichen Daseins); ita, ubi filius Dei venisse et Deus filium misisse dicitur in mundum, Joh. 1, 9. 3, 17. 19. 10, 36. 11, 27. 12, 46. 13, 1. 16, 28. 17, 11. 18. — et in aliis locis: Joh. 17, 6. 11. 15. 1 Tim. 1, 15. 6, 7. Hebr. 10, 5. 1 Cor. 3, 22. 7, 33. 34. Gal. 6, 14. — additur etiam *οὗτος*, respectu facto ad mundum invisibilem, Joh. 11, 9. 12, 25. 13, 1. 18, 36. 1 Cor. 5, 10. 1 Joh. 4, 17. — **d.**, complexus rerum quae hominum appetitum excitant et tamen vana sunt et ad scelera abstrahunt, Matth. 16, 26. Marc. 8, 36. Luc. 9, 25. 1 Cor. 7, 31. 2 Petr. 1, 4. 2, 20. 1 Joh. 2, 15. 16. 17. — sedes miseriarum, Joh. 16, 33.

e., mundus ut est *α.*, habitaculum ***hominum***, 2 Cor. 1, 12. — Matth. 13, 38. 18, 7. — dic. *β.*, pro hominibus, Joh. 1, 10. 29. 3, 16. 17. 4, 42. 6, 33. 51. 8, 26. 9, 5. 12, 47. 14, 31. 17, 13. 21. Rom. 3, 6. 19. 1 Cor. 4, 13. 2 Cor. 5, 19. Hebr. 11, 38. 1 Joh. 2, 2. 4, 14. — *γ.*, intellig. profanum vulgus, Joh. 7, 7. 14, 17. 19. 27. 31. 15, 18. 19. 16, 8. 20. 17, 9. 12. 14. 16. 21. 23. 25. 1 Cor. 1, 21. 27. 28. 2, 12. 6, 2. 11, 32. 2 Cor. 7, 10. Hebr. 11, 38. Jac. 1, 27. 2, 5. 4, 4. 1 Joh. 3, 1. 13. (gentiles, Rom. 11, 12. 15.) cf. Luc. 12, 30. Eph. 2, 12. — *δ.*, *ἐλθεῖν*, *ἐξελθεῖν εἰς τὸν κόσμον* dicuntur ii, qui res memorabiles gesturi in publicum prodierunt, Joh. 6, 14. 9, 39. 11, 27. 17, 18. 1 Joh. 4, 1. cf. Act. 2, 5. 1 Cor. 4, 9. — Joh. 7, 4. 12, 19. 14, 22. 18, 20. (nos: das Publicum.)

f., de maiore hominum simul viventium parte (aetas mundi, Weltperiode), hebr. עֹלָם; — *ὁ ἀρχαῖος κ.*, 2 Petr. 2, 5. — *ὁ τότε κ.*, 3, 6. cf. Hebr. 11, 7. 38. — ***κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κ. τούτου***, Eph. 2, 2.

g., complexus, summa, Jac. 3, 6.

Κούαρτος, ου, ὁ, Quartus nom. lat.), vir quidam ignotus, Rom. 16, 23.

Κοῦμι, surge, vox hebr. קוּמִי, Marc. 5, 41.

Κουστωδία, ας, ἡ, (vox latina) custodia, Matth. 27, 65. 66. 28, 11.

Κουφίζω, f. ίσω, (a κοῦφος, levis) levo, allevo; — τί, Act. 27, 38. (οἱ ό Jon. 1, 5. — Xen. Mem. 2, 7, 1.)

Κόφινος, ου, ὁ, cophinus, corbis, canistrum, Matth. 14, 20. Marc. 6, 43. Luc. 9, 17. Joh. 6, 13. (οἱ ό Jud. 6, 19. Ps. 80, 7. — Xen. Mem. 3, 8, 6.)

Κράββατος, ου, ὁ, grabbatus, lectus vilior, Marc. 2, 4. 9. 11. 12. 6, 55. Joh. 5, 8—12. Act. 5, 15. 9, 33.

Κράζω, f. κεκράξομαι, aor. 1. ἔκραξα, **1.**, clamo, altam vocem edo, Matth. 14, 26. Marc. 5, 5. 9, 26. (Luc. 9, 39.) 15, 39. Apoc. 10, 3. 12, 2. — addito: φωνῇ μεγάλῃ, Matth. 27, 50. Marc. 1, 26. Act. 7, 57. Apoc. 10, 3. — ὄπισθέν τινος, clamoribus prosequor aliquem, Matth. 15, 23. — subint. πρὸς θεόν, de iis, qui Dei auxilium implorant, Jac. 5, 4. (Gen. 4, 10. Ex. 22, 23.) — **2.**, exclamo, alta voce loquor, laut rufen; **a.**, τί, Act. 19, 32. 24, 21. — **b.**, seq. orat. dir. (κράξας ἔλεγε), Marc. 9, 24. 10, 48. (Luc. 18, 39.) 15, 13. 14. Joh. 12, 13. Act. 19, 34. 21, 28. 36. 23, 6. Rom. 8, 15. 9, 27. Gal. 4, 6. — κράζω φωνῇ μεγάλῃ, seq. orat. dir., Act. 7, 60. Marc. 5, 7. — ἐν φωνῇ μεγ., Apoc. 14, 15. — κράζω λέγων, clamo his verbis utens, Matth. 8, 29. 14, 30. 20, 30. 31. 21, 9. 27, 23. Marc. 3, 11. 11, 9. Joh. 7, 28. 37. 12, 44. 19, 12. Act. 14, 14. 16, 17. 19, 28. Apoc. 18, 18. 19. — Matth. 9, 27. 21, 15. Marc. 10, 47. Luc. 4, 41. — κέκραγε λέγων, Joh. 1, 15. — κράζω φωνῇ μεγάλῃ λέγων, Apoc. 6, 10. 7, 2. 10. 19, 17. 18, 2. (interiicitur: ἐν ἰσχύει.) — **c.**, τινί, acclamo, Apoc. 14, 15. (coll. Jes. 6, 3. Ps. 118, 145.)

Κραιπάλη, ης, ἡ, (derivandum videtur a voc. κράς, caput, et πάλλω, iacto) crapula (i. e. affectio et noxa capitis facta ex vino intemperantius hausto); — κραιπάλη κ. μέθη, crapula et ebrietas, i. e. comessationes, Luc. 21, 34.

Κρανίον, ου, τό, (demin. nominis κρᾶνον) cranium, calvaria, Matth. 27, 33. Marc. 15, 22. Luc. 23, 33. Joh. 19, 17. (οἱ ό 4 Reg. 9, 35.)

Κράσπεδον, ου, τό, fimbria, **a.**, prominens rei pars, v. c. montis (Xen. H. G. 4, 6, 8.). — **b.**, cirrus, i. e. pannulus ex ora pallii dependens, hebr. צִיצִית, filamentum laneum contortum, Quaste, Troddel, Matth. 9, 20. (Luc. 8, 44.) 14, 36. (Marc. 6, 56.) — adsutas palliis fimbrias habebant Judaei, ut se a gentilibus distinguerent et memores essent legis iuxta Num. 15, 38. — Matth. 23, 5.

Κραταιός, ά, όν, (a κράτος, robur) robustus, 1 Petr. 5, 6. Hinc verb. seq.

Κραταιόω (ῶ), f. ώσω, (antiquiores Graeci: κρατύνω) roboro, validum reddo; — pass., validus reddor, augeor viribus, erstarken; — πνεύματι, Luc. 1, 80. 2, 40. — δυνάμει, Eph. 3, 16. — κραταιοῦσθε, fortes vos praestate, 1 Cor. 16. 13. (Ps. 30, 25.)

Κρατέω (ῶ), f. ήσω, (a κράτος) **1.**, τινά vel τί, **a.**, prehendo; — τινὰ τῆς χειρός, manu prehendo aliquem, Marc. 9, 27. (1 Sam. 15, 27.) — prehensum teneo, Act. 3, 11. — τοὺς πόδας τινός, genua alicuius amplector,

Matth. 28, 9. — trop., τὸν λόγον, arripio, Marc. 9, 10. (πρὸς ἑαυτοὺς iung. cum συζητοῦντες.) — **b.**, comprehendo, Matth. 14, 3. (Marc. 6, 17.) 18, 28. 21, 46. (Marc. 12, 12.) 22, 6. 26, 4. (Marc. 14, 1.) 48. 50. 55. (Marc. 14, 44. 46. 49.) v. 57. Marc. 14, 51. Act. 24, 6. Apoc. 20, 2. (2 Sam. 6, 6. Ps. 136, 9.) — **c.**, teneo, i. e. manu teneo, Apoc. 2, 1. (ἐν τῇ δεξιᾷ.) — **d.**, teneo, i. e. non dimitto, Apoc. 2, 25. 3, 11. — de morte aliquem detinente; — pass., Act. 2, 24. — τινά, firmiter alicui adhaerere, Col. 2, 19. — τὴν παράδοσιν, Marc. 7, 3. 4. 8. (oppon. ἀφίημι.) — pl., 2 Thess. 2, 15. — τὸ ὄνομά τινος, Apoc. 2, 13. — τὴν διδαχήν, v. 14. 15. — non dimitto peccata, i. e. non condono, Joh. 20, 23. (oppon. ἀφίημι. — κεκράτηνται, i. e. irremissa manent.) — **e.**, cohibeo, coërceo, retineo, seq. ἵνα μή, Apoc. 7, 1. — seq. τοῦ μή, Luc. 24, 16. — Huc refero locum, Marc. 3, 21. (— ihm Einhalt zu thun, sc. bono animo impedituri erant, ne turba hominum obrueretur. De h. l. v. verb. ἐξίστημι.)

2., τινός, **a.**, prehendo; — τῆς χειρός τινος, Matth. 9, 25. (Marc. 5, 41. Luc. 8, 54.) Marc. 1, 31. (Gen. 14, 16.) — **b.**, consequor (i. q. τυγχάνω) aliquid (potior aliqua re, compos fio alicuius rei), Act. 27, 13. Hebr. 6, 18. — **c.**, firmiter teneo aliquid (non abiicio); — τῆς ὁμολογίας, Hebr. 4, 14. (cf. 2 Sam. 3, 6. — Diod. Sic. 13, 18. 16, 20.)

Κράτιστος, η, ον, superl. adiectivi κρατύς, compar. κρείττων, (a κρατός) potentissimus, fortissimus, optimus, praestantissimus, Luc. 1, 3. Act. 23, 26. 24, 3. 26, 25. (Xen. H. G. 1, 4, 8. Jos. contra Apion. 1, 1. κράτιστε ἀνδρῶν.)

Κράτος, εος (ους), τό, **1.**, vis, potentia; **a.**, propr., τὸ κράτος τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, potentia roboris eius, Eph. 1, 19. 6, 10. (ex hebr., Jes. 40, 26. Job. 21, 23.) — τῆς δόξης αὐτοῦ, Col. 1, 11. — κατὰ κράτος, potenter, valde, Act. 19, 20. — **b.**, metonym., potenter factum, opus potentiae; — ποιεῖν κρ. (cf. ποιεῖν δυνάμεις), Luc. 1, 51. (ex hebr., cf. Ps. 118, 16.) — **2.**, imperium, potestas, in doxologia, 1 Tim. 6, 16. 1 Petr. 4, 11. 5, 11. Judae v. 25. Apoc. 1, 6. 5, 13. (hebr. עֹז.) — τινός (gen. obi.), Hebr. 2, 14.

Κραυγάζω, f. άσω, (a κραυγή, q. v.) clamo, vociferor (i. q. κράζω), Matth. 12, 19. (Jes. 42, 4.) Act. 22, 23. — seq. orat. dir., exclamo, Joh. 19, 15. — add. λέγων, seq. orat. dir., Matth. 15, 22. (αὐτῷ iung. cum λέγουσα.) Joh. 18, 40. 19, 6. — φωνῇ μεγάλῃ, seq. orat. dir., Joh. 11, 43. (Esdr. 3, 13.) — Reprobant hoc verbum veteres Grammatici. Caeterum cf. κράζω.

Κραυγή, ῆς, ἡ, clamor; — γίνεται, Matth. 25, 5. Act. 23, 9. Eph. 4, 31. Apoc. 14, 18. (Xen. Anab. 1, 2, 17.) — eiulatus, Hebr. 5, 7. Apoc. 21, 4. — οἱ ὁ Ex. 12, 30.

Κρέας, τος, τό, caro (animalis mactati, diff. a σαρκί, carne viventium), Rom. 14, 21. 1 Cor. 8, 13. — οἱ ὁ Gen. 9, 4. Ex. 12, 8. Prov. 23, 20. — Xen. Mem. 4, 3, 10.

Κρείττων s. σσων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, comparat. (positiv. κρατύς, v. κράτιστος), melior, **a.**, i. e. utilior, 1 Cor. 7, 9. 38. 11, 17. 12, 31. Phil. 1, 23. Hebr. 11, 40. 12, 24. 2 Petr. 2, 21. — **b.**, praestantior, Hebr. 1, 4. 6, 9. 7, 7. 19. 22. 8, 6. 9, 23. 10, 34. 11, 16. 35. 1 Petr. 3, 17.

Κρεμάω (ῶ) s. κρεμάννυμι, f. άσω, suspendo, pf. p. κρέμαμαι, suspensus sum, pendeo, aor. 1. p. ἐκρεμάσθην, Luc. 23, 39. (Aelian. V. H. 2, 14.) — ἐπί τι, Matth. 18, 6. — act., τινὰ ἐπὶ τινος, Act. 5, 30. 10, 39. — pass., Gal. 3, 13. (Gen. 11, 19. Deut. 21, 22.) — κρέμαμαι ἔκ τινος, Act. 28, 4. (Xen. Mem. 3, 10, 13.) — ἔν τινι, Matth. 22, 40. (his duobus praeceptis tota lex et prophetae comprehenduntur.)

Κρημνός, ου, ὁ, (a κρεμάννυμι) declivitas loci (locus praeruptus), Matth. 8, 32. Marc. 5, 13. Luc. 8, 33. — Aelian. V. H. 13, 1. — οἱ ό 2 Chron. 25, 12. — Cf. κατακρημνίζω.

Κρής, ητός, ὁ, Cretensis, Cretae (insulae) incola, Act. 2, 11. Tit. 1, 12.

Κρήσκης, ηντος, ὁ, (nom. lat.) Crescens (vir ignot.), 2 Tim. 4, 10.

Κρήτη, ης, ἡ, insula Archipelagi mediterranei, maxima et fertilissima, hodie Candia dicta, Act. 27, 7. 12. 13. 21. Tit. 1, 5.

Κριθή, ῆς, ἡ, hordeum (Hom. Od. 9, 116.), Apoc. 6, 6. (οἱ ό Deut. 8, 8. Ruth. 1, 22. 3, 2.) Hinc voc. seq.

Κρίθινος, η, ον, hordeaceus, Joh. 6, 9. 13. (Xen. Anab. 4, 5, 26.)

Κρίμα, τος, τό, (a v. κρίνω, cerno, discerno, perf. pass.; cf. κλίμα) **1.**, discretio, Joh. 9, 39. (εἰς κρίμα, ut discernantur homines.) — **2.**, decretum, Rom. 11, 33. (οἱ ό Ps. 118, 75.) — **3.**, iudicium, ***a.***, de censura vitiorum, iudicium vel severius vel aequius, quod quis de aliorum vitiis fert, Matth. 7, 2. (κρίματί τινι κρίνειν τινά.) — ***b.***, sensu forensi: iudicium, i. e. sententia iudicis dictio iuris, Rom. 5, 16. — inprimis ubi agitur de demonstranda in puniendo iustitia, sententia condemnatoria, Strafurtheil, Rom. 2, 2. 3. 3, 8. — λαμβάνειν τὸ κρίμα, Matth. 23, (13.) 14. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. Rom. 13, 2. Jac. 3, 1. (μεῖζον κρίμα, severius iudicium experietur.) — εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι, eidem censurae subesse, eandem poenam luere, Luc. 23, 40. — ***c.***, extremum iudicium, Act. 24, 25. Hebr. 6, 2. — **4.**, sententiae executio, animadversio, poena, 1 Cor. 11, 29. (est h. l. annominatio: διακρίνων — κρίμα, ideo, quod corpus Christi non discernit, iudicium experietur.) v. 34. (εἰς κρίμα, ut sequatur vitiorum animadversio.) — τὸ κρίμα βαστάζειν, Gal. 5, 10. — ἔχειν (poenas dare), 1 Tim. 5, 12. — τὸ κρίμα ἄρχεται, iustitiae exercitium in sumenda poena conspicuum, 1 Petr. 4, 17. (cf. Ez. 9, 6.) 2 Petr. 2, 3. (h. l. iunct. cum τῇ ἀπωλείᾳ.) Jud. v. 4. — τὸ κρίμα τινός, quod est vel punitio, i. q. ἡ ἀπώλειά τινος, Apoc. 17, 1. — vel iuris, quod alicuius est, vindicatio: κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος, ius alicui vindico vindicta s. poena ab aliquo sumenda, Apoc. 18, 20. — **5.**, iudicandi potestas, i. e. imperium (διδόναι τινί), Apoc. 20, 4. — **6.**, lis, caussa, κρίματα ἔχειν μετά τινος, 1 Cor. 6, 7.

Κρίνον, ου τό, lilium, die Lilie; — pl., Matth. 6, 28. Luc. 12, 27. — hebr. שׁוּשַׁן, Cant. 1, 2. 2, 16. 6, 1.

Κρίνω, f. νῶ, aor. 1. ἔκρινα, perf. κέκρικα, (cerno, discerno, Xen. Mem. 3, 1, 9.) **1.**, censeo; ***a.***, cum adv.: ὀρθῶς ἔκρινας, recte censuisti (iudicasti), Luc. 7, 43. — ***b.***, seq. εἰ, an, Act. 4, 19. — ***c.***, seq. orat. dir., 1 Cor. 11, 13. — ***d.***, seq. ὅτι, existimo, 2 Cor. 5, 15. — ***e.***, seq. acc. c. inf., Act. 16, 15. (εἰ κεκρίκατε, scil. tum, cum me baptismo initiaretis.) —

f., τινά vel τί seq. accusativo praedicati, κρίνειν τινὰ ἄξιόν τινος, aliquem dignum iudicare aliquo, Act. 13, 46. — ἄπιστον κρίνεται, Act. 26, 8.

2., decerno, a., τί, 1 Cor. 7, 37. — δόγματα, Act. 16, 4. — τοῦτο κρίνατε, hoc iudicatum vobis esto, seq. inf. praefixo art. τό, Rom. 14, 13. (opponit h. l. auctor τὸ κρίνειν τι τῷ κρίνειν τινά) ita etiam 2 Cor. 2, 1. — b., seq. inf. α., apud animum constituo, Act. 7, 7. 20, 16. 25, 25. Tit. 3, 12. — addito: ἐμαυτῷ (apud animum meum), 2 Cor. 2, 1. (3 Esdr. 8, 95.) — praefixo τοῦ, Act. 27, 1. 1 Cor. 2, 2. — β., decretum statuo, ut, Act. 15, 19. — idem seq. acc. c. inf., Act. 21, 25.

3., aestimo, τί; — ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem diei praefero, Rom. 14, 5. ibid. κρίνω πᾶσαν ἡμέραν, diem diei parem habeo (cf. φρονῶ τὴν ἡμέραν, v. 6., cf. Sap. 2, 22.) Joh. 8, 50.

4., iudico, i. e. ius dico, sententiam fero, sensu forensi: α., absol., Joh. 5, 30. Apoc. 19, 11. τινά, iudico aliquem, h. e. א., impero, praesum alicui cum iuris dicendi potestate, Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. — Ps. 2, 10. — ב., ius dico alicui, sententiam fero de aliquo cognita eius caussa, Joh. 5, 22. Act. 3, 13. 17, 31. (iudicio submitto) Rom. 2, 16. 3, 6. 2 Tim. 4, 1. 1 Cor. 6, 2. 1 Petr. 4, 5. — κρίνειν τινὰ κατὰ τὸν νόμον, Joh. 18, 31. Act. 23, 3. 24, 6. — κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, 1 Petr, 1, 17. 2, 23. Apoc. 20, 12. — pass. in ius vocor, Act. 23, 6. 24, 21. 26, 6. Rom. 3, 4. (Ps. 51, 4.) — iudicor, i. e. examinor, ut de me sententia feratur, Act. 25, 9. 10. Apoc. 11, 18. — ג., de sententia condemnatoria: (i. q. κατακρίνω, verurtheilen) Act. 13, 27. — τινά, Joh. 3, 17. 18. 5, 22. 12, 48. 1 Cor. 5, 3. — ד., de vindicta, Apoc. 16, 5. — τινά, castigare, poenis afficere aliquem, Rom. 2, 12. 1 Cor. 11, 31. 32. 2 Thess. 2, 12. Hebr. 10, 30. 13, 4. 1 Petr. 4, 6. Apoc. 18, 8. 19, 2. — κρίνειν τὸ κρίμα τινὸς ἔκ τινος, ius alicui vindicare puniendo altero, Apoc. 6, 10. 18, 20. (Hebr. 10, 30. huc non pertinet.) — Dicitur κεκριμένος ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, i. e. vi atque imperio privatus est, Joh. 16, 11. (i. e. per Christum in vitam reducem factum vita hominibus praestita est contra machinas diaboli.)

5., iudicium fero, de iis, qui iudicum partes suscipiunt, aut arbitros agunt in caussis vitae communis, aut sententiam de aliorum virtutibus vitiisve ferunt; α., de iudicio in genere, κρίνειν simpliciter, Joh. 8, 16. 26. — κατά τι, Joh. 7, 24. 8, 15. — τινά, 1 Cor. 5, 12. — pass., Rom. 3, 7. — τινὰ ἔκ τινος — subint. τινά: ἐν κρίματι κρίνειν, Matth. 7, 2. — κρίσιν κρίνειν δικαίαν, Joh. 7, 24. — τὸ δίκαιον, Luc. 12, 57. — τί, examini subiicio et diiudico (ὅ φημι), 1 Cor. 10, 15. — β., severius (sinistre) iudico, Matth. 7, 1. Luc. 6, 37. Rom. 2, 1. 3. — τινά, ibid. 2, 1. 14, 3. 4. 10. 13. — ἔν τινι, Col. 2, 16. Rom. 14, 22. — iudicem aliorum ago, 1 Cor. 4, 5. — τί, censurae subiicio, 1 Cor. 10, 29. — condemno, verurtheilen, Rom. 2, 27. Jac. 4, 11. 12.

6., med. κρίνομαι, litigo, lites habeo, a., τινί, dat. pers., Matth. 5, 40. (οἱ ὁ Job. 9, 3. 13, 19. — Eurip. Med. v. 609.) — b., μετά τινος, 1 Cor. 6, 6. — c., ἐπί τινος, coram aliquo, 1 Cor. 6, 1. 6. Hinc voc. seq.

Κρίσις, εως, ἡ, a., iudicium, arbitrium, α., universe: κρίσιν κρίνειν, Joh. 7, 24. 8, 16. — κρίσις βλασφημίας (ex hebr., i. q. βλάσφημος), Jud. v. 9. cf. 2 Petr. 2, 11. — β., sensu forensi: א., de iudicio Dei, iudicium, universe:

sententia, Jac. 2, 13. 2 Thess. 1, 5. — pl., Apoc. 16, 7. 19, 2. 2 Petr. 2, 11. — de iudicio extremo, Hebr. 9, 27. — ἡ ἡμέρα κρίσεως, dies iudicio statutus, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. Marc. 6, 11. 2 Petr. 2, 9. 3, 7. 1 Joh. 4, 17. Jud. v. 6. — ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ, Apoc. 14, 7. — Prov. 6, 34. — ἐν τῇ κρίσει, in iudicio, Matth. 12, 41. 42. Luc. 10, 14. 11, 31. 32. — iudicium ferendum, Job. 5, 22. 30. — κρίσιν ποιεῖν, iudicium habere, Joh. 5, 27. — κατά τινος, Jud. v. 15. — speciat., de condemnatione et poena: Act. 8, 33. (ex Jes. 53, 8. in angustiis cum versaretur, sublata est poena eius) Joh. 5, 29. (ἡ ἀνάστασις κρίσεως) Job. 3, 19. Hebr. 10, 27. 2 Petr. 2, 4. Apoc. 18, 10. (iudicium illud, quod condemnatio est) — κρίσις τινός (gen. obi.), Joh. 12, 31. — περὶ κρίσεως, de facta condemnatione, Joh. 16, 8. 11. — εἰς κρίσιν ἔρχεσθαι dic. is, qui in ius vocatur, ut sententiam damnatoriam audiat, Joh. 5, 24. cf. v. 29. — ἔνοχος αἰωνίου κρίσεως, Marc. 3, 29. cf. Matth. 23, 33. — **b.**, de iudicio humano, cognitio iudicialis, 1 Tim. 5, 24. — speciat. ἡ κρίσις, collegium iudicum (septem virorum), Matth. 5, 21. 22. (cf. Deut. 16, 18. 2 Chron. 19, 5. — Jos. Ant. 4, 8, 14. de B. J. 2, 20, 5.) — **b.**, ex hebr. = δικαιοσύνη, iustitia, Matth. 23, 23. Luc. 11, 42. — οἱ ὁ Deut. 32, 4. Gen. 18, 25. Jerem. 10, 24. 17, 11. — **c.**, ius, quod tamquam ius valeat; — ἀπαγγέλλειν τινί, Matth. 12, 18. — **d.**, caussa iusta, Matth. 12, 20. (Jes. 42, 1. 2.). Sens.: caussam iustam sine querelis ac strepitu ad laetum exitum perducet. Hoc Matth. transfert ad Jesum, qui rem suam egit ab omni ostentatione alienus.

Κρίσπος, ου, ὁ, Crispus, archisynagogus Corinthi, Act. 18, 8. 1 Cor. 1, 14.

Κριτήριον, ίου, τό, (a κριτήρ s. κριτής) vel **a.**, intellig. ὄργανον, instrumentum exploratorium, nota, indicium rei; — vel **b.**, δῶμα (v. supr. αἰσθητήριον, ἀκροατήριον); locus, ubi iudicium babetur, tribunal iudicis; — pl., Jac. 2, 6. (Hist. Susann. v. 49.) — metonym., lis, caussa; — pl., 1 Cor. 6, 2. 4. (ἔχειν).

Κριτής, οῦ, ὁ, (a κρίνω) **1.**, iudex, **a.**, sensu forensi; α., iudex civilis, Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. 18, 2. 6. (ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας, i. q. ἄδικος) — τινός (gen. rei), arbiter, Act. 18, 15. — β., de Deo, Hebr. 12, 23. Jac. 4, 12. — γ., de Christo, Act. 10, 42. 2 Tim. 4, 8. Jac. 5, 9. — **b.**, in rebus vitae communis, qui rem aliquam iudicat; — τινός, gen. qualitat., Jac. 2, 4 (διαλογισμῶν πονηρῶν) — τινός, gen. obi. (gen. pers.), qui aliquem iniuriae convincit, Matth. 12, 27. Luc. 11, 19. — qui sinistre iudicat, qui reprehendit; — κριτὴς νόμου, Jac. 4, 11. — **2.**, ut hebr. שֹׁפֵט, de praefectis et magistratibus: **a.**, de ducibus Israëlitarum, Act. 13, 20. (Jud. 2, 16. Ruth. 1, 1. Sir. 10, 1.) — **b.**, de praefectis romanis, Act. 24, 10.

Κριτικός, ή, όν, (a v. κρίνω) propr., aptus ad iudicandum, iudicandi peritus; — ἐνθυμήσεων κ. ἐννοιῶν καρδίας, qui pervestigat s. perscrutatur cogitata mentis, Hebr. 4, 12.

Κρούω, f. ούσω, pulso; — τὴν θύραν, fores pulso, Luc. 13, 25. Act. 12, 13. (Xen. Symp. 1, 11. — τὴν αὐλὴν τῆς σκηνῆς, Judith. 14, 14.) —

abest τὴν θύραν, Matth. 7, 7. 8. Luc. 11, 9. 10. 12, 36. Act. 12, 16. Apoc. 3, 20. (cf. ἀνοίγειν τινί, Matth. 25, 11. v. ἀνοίγω.)

Κρυπτός, ή, όν, (a κρύπτω) absconditus, occultus; — ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, 1 Petr. 3, 4. — Matth. 10, 26. Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. 12, 2. — neutr., ἐν τῷ κρυπτῷ, in occulto, Matth. 6, 4. 6. 18. — ἐν κρυπτῷ, clam, in occulto, Joh. 7, 4. 10. (oppon. φανερῶς) 18, 20. — ὁ ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖος, qui intus, animo nec sola circumcisione, Judaeus est, Rom. 2, 29. τὰ κρυπτά τινος, v. c. τοῦ σκότους, quae tenebrae occultant, 1 Cor. 4, 5. — τὰ — τῶν ἀνθρ., quae homines occultant, Rom. 2, 16. — τὰ — τῆς καρδίας, 1 Cor. 14, 25. — τὰ — τῆς αἰσχύνης, 2 Cor. 4, 2. (v. αἰσχύνη) — τιθέναι εἰς τὴν κρυπτήν, i. e. χώραν (cf. κατ' ἰδίαν et κρυφῇ infr.), in loco abdito collocare, Luc. 11, 33.

Κρύπτω, f. ψω, aor. 2. ἐκρύβην, abscondo, occulto, **a.**, propr.; — pass., Matth. 5, 14. 1 Tim. 5, 25. Hebr. 11, 23. — partic., Apoc. 2, 17. — τὶ ἔν τινι, Matth. 25, 25. — pass., Matth. 13, 44. Col. 3, 3. (oppon. φανεροῦσθαι, v. 4.) — τὶ (τινὰ) εἴς τι, Apoc. 6, 15. — τὶ ἀπὸ προςώπου τινός (occultare et removere) ab oculis alicuius (ex hebr.), Apoc. 6, 16. — ἀπό τινος, Joh. 12, 36. — ἐκρύβη, signif. med., Joh. 8, 59. (ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθε, clam discessit) — **b.**, trop., κεκρυμμένος, clandestinus, Joh. 19, 38. — κεκρυμμένα, res absconditae, i. e. incognitae, Matth. 13, 35. — ἦν — ἀποκεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, Luc. 18, 34. — metaph. 19, 42.

Κρυσταλλίζω, f. ίσω, (a voc. κρύος, glacies; unde κρύσταλλος, q. v.) splendorem et pellucidatem crystalli refero et imitor, instar crystalli splendeo, Apoc. 21, 11. (Sap. 19, 20.)

Κρύσταλλος s. κρύσταλος, ου, ὁ, (a voc. κρύος, glacies, cf. Job. 6, 16. — Hesych.: κρύσταλλος· τὸ πεπηγὸς ὕδωρ ὑπὸ κρύους, quicquid congelatum [cf. lat. crusta] et pellucidum est) crystallus, gemmae genus, Apoc. 4, 6. 22, 1.

Κρυφαῖος, αία, αῖον, (a κρυφή, unde adv. κρυφῇ) abditus, occultus, Matth. 6, 18. — οἱ ὁ Jerem. 23, 24. — Xen. Hier. 10, 6.

Κρυφῇ, adv., (ab adiect. verbali κρυφός, quod derivatur a κρύπτω) clam, occulte, in tenebris, Eph. 5, 12. — οἱ ὁ Deut. 28. 57. Job. 13, 10. Jes. 29, 15. — Xen. Symp. 5, 8.

Κτάομαι (ῶμαι), f. ήσομαι, aor. 1. ἐκτησάμην, **a.**, acquiro s. comparo mihi aliquid (perf. κέκτημαι, possideo, quod tamen in N. T. non occurrit); — τί, Matth. 10, 9. Luc. 18, 12. Act. 8, 20. — κτᾶσθαί τι πολλοῦ magno pretio, Act. 22, 28. — τὶ ἔκ τινος, Act. 1, 18. (ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, Sensus aut hic est: impensa ea, quam pro scelere acceperat, mercede sibi paravit; aut hic: e mercede, quam pro suo scelere tulit, sc. ut furiis conscientiae agitatus vitam suspendio finiret, lucratus est agrum. cf. v. 19.) **b.**, τὶ ἔν τινι, conservo mihi aliquid, 1 Thess. 4, 4. (Xen. Mem. 1, 6, 3. — Ex. 21, 2.) — aliter Luc. 21, 19. (leg. κτήσεσθε — ἐν τῇ ὑπομονῇ, i. e. ὑπομονὴν ἔχοντες, κτήσεσθε, i. q. εὑρήσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.)

Κτῆμα, τος, τό, (a v. κτάομαι, perf. κέκτημαι, cf. χρῆμα, a χράομαι)

possessio, Act. 5, 1. — pl., opes, fundi, agri; — ἔχω, Matth. 19, 22. Marc. 10, 22. Act. 2, 45. — Xen. Mem. 3, 11, 5. — οἱ ὁ Prov. 31, 16. Sirac. 28, 24.

Κτῆνος, εος (ους), τό, (a v. κτάομαι, contr. e κτέανος) pr., possessio, Besitzthum, — iumentum, Luc. 10, 34. pl., Act. 23, 24. 1 Cor. 15, 39. Apoc. 18, 13. — οἱ ὁ Num. 20, 4.

Κτήτωρ, ορος, ὁ, (a v. κτάομαι, 3. perf. p. κέκτηται) possessor, Act. 4, 34.

Κτίζω, f. ίσω, perf. ἔκτισμαι, (deducunt a verbo κέω, iacere facio, et inde formato: κετός) condo, fundo (urbem, castrum, Hom. Il. 20, 216.), creo; — de Deo mundum condente, Marc. 13, 19. Rom. 1, 25. Col. 3, 10. Eph. 3, 9. 1 Tim. 4, 3. Apoc. 4, 11. 10, 6. — pass., 1 Cor. 11, 9. Col. 1, 16. — οἱ ὁ Deut. 4, 32. — Eph. 2, 10. (κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, ea conditione, ut recte factis operam darent.) 2, 15. (ἐν ἑαυτῷ, i. e. ut, dum ipse novam vitae formam indueret, eos, qui disiuncti antea iam in ipso vitae auctore spem vitae aeternae collocarent, ad eandem fidem perduceret, atque ex disiunctis unum novum hominem efficeret.) Eph. 4, 24. (τὸν κτισθέντα κατὰ θεόν, conformatum ad Dei similitudinem.) Hinc voc. seq.

Κτίσις, εως, ἡ, **1.**, creatio, Rom. 1, 20. (κτ. κόσμου) — ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, Marc. 10, 6. 2 Petr. 3, 4. Marc. 13, 19. (add. ἧς [attract. pro ἥν] ἔκτισεν ὁ θεός) — **2.**, meton., **a.**, rerum creatarum complexus, Apoc. 3, 14. Rom. 8, 19—22. (natura rerum ipsa vanitati serviens liberari et instaurari cupit) — (σκηνὴ) οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, (tabernaculum) non pertinens ad has (quas nunc videmus) res creatas, Hebr. 9, 11. — **b.**, res creata, Rom. 1, 25. Col. 1, 15. Hebr. 4, 13. — τὶς κτίσις, res aliqua creata, Rom. 8, 39. (Judith. 9, 14.) — καινὴ κτίσις, nova creatura, i. e. novus homo, Gal. 6, 15. 2 Cor. 5, 17. — πάσῃ τῇ κτίσει, i. e. omnibus hominibus sine discrimine, Marc. 16, 15. Col. 1, 23. — **3.**, ordo, institutum, 1 Petr. 2, 13. (hanc significat. innuit verbum: ὑποτάγητε.)

Κτίσμα, τος, τό, (a v. κτίζω, perf. p.) conditum, creatura, res creata. 1 Tim. 4, 4. Apoc. 5, 13. — pl., Jac. 1, 18. Apoc. 8, 9. (Sap. 9, 2.)

Κτιστής, οῦ, ὁ, (a v. κτίζω, condo) conditor, creator, 1 Petr. 4, 19. (Judith. 9, 13. 2 Macc. 1, 24.)

Κυβεία, ας, ἡ, (a voc. κύβος, cubus, unde κυβεύω, iacto, iacio talos) alea (Xen. Mem. 1, 3, 2.); — trop., ἡ κ. τῶν ἀνθρ., fraudulentia hominum, Eph. 4, 14. (adiunct. πανουργία.)

Κυβέρνησις, εως, ἡ, (a. v. κυβερνάω, guberno) gubernatio, 1 Cor. 12, 28. (Prov. 1, 5. 24, 6.)

Κυβερνήτης, ου, ὁ, (a. v. κυβερνάω) gubernator navis (qui ad clavum sedens cursum navis dirigit), Act. 27, 11. Apoc. 18, 17. — οἱ ὁ Ez. 27, 8.

Κύκλοθεν, adv., (a κύκλος, circulus; si scriptum invenitur κύκλωθεν, hoc derivatur a κύκλῳ, adverbialiter sumto) circumcirca (ἔχειν τι κύκλοθεν, Apoc. 4, 8. — (εἶναι) κύκλ. τινος, Apoc. 4, 3. 4. — οἱ ὁ 1 Reg. 3, 1. Esdr. 1, 6.

Κυκλόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. κύκλος) cingo; **a.**, de circumstantibus,

Joh. 10, 24. Act. 14, 20. — b., de obsidentibus, Luc. 21, 20. Hebr. 11, 30. Apoc. 20, 9. — Ps. 58, 15.

11, 13.) 10, 25. Luc. 12, 28. Rom. 11, 12. 24. Philem. v. 16. Hebr. 9, 14. — *τοσούτῳ* . . seq. *ὅσῳ*, Hebr. 10, 25. — *β.*, *opponitur* alteri, idque tollit, Philem. v. 9. — praecedente sententia negativa aut prohibitiva, Matth. 10, 6. 28. (Luc. 10, 20.) 25, 9. Marc. 5, 26. Rom. 14, 13. (*ἀλλὰ — μᾶλλον*) Eph. 4, 28. 5, 11. 1 Tim. 6, 2. Hebr. 12, 13. — *οὐ μᾶλλον*, 1 Cor. 9, 12. — *οὐχὶ μᾶλλον*, nonne potius? 1 Cor. 5, 2. 6, 7. — *πῶς οὐχὶ μᾶλλον*, 2 Cor. 3, 8. — id, cui opponitur et quod tollitur, e contextu cognoscendum est, Marc. 15, 11. (suppl. *ἢ τὸν Ἰησοῦν*) Phil. 1, 12. (sens.: tantum abest, ut e vinculis meis damnum afferatur doctrinae de Christo, ut inde incrementa capiat numero discentium aucto.) — in correctione: *μᾶλλον δέ*, immo potius, Rom. 8, 34. Gal. 4, 9. (Xen. Cyr. 5, 4, 49. Aelian. V. H. 2, 13.) — subint. *μᾶλλον* et hoc ad *ἤ* ita se habet, ut affirmatio ad negationem, Luc. 18, 14. (pro *ἢ γάρ* leg. *ἤπερ*. Sens.: is, qui absolutus discederet, hic potius erat, quam ille, i. e. hic erat, non ille.) — 2 Cor. 12, 9. — *γ.*, *θέλω μᾶλλον* et *εὐδοκῶ μᾶλλον*, lat. malo, 1 Cor. 14, 5. 2 Cor. 5, 8. (*βούλομαι μᾶλλον*, Xen. Cyr. 1, 1, 1.) — *ζηλοῦν*, 1 Cor. 14, 1. (*μᾶλλον*, suppl. *ζηλοῦτε*.) — *σπουδάζω*, 2 Petr. 1, 10. — *χρῶμαι*, 1 Cor. 7, 21.

Μάλχος, *ου*, *ὁ*, (מַלּוּךְ, Nehem. 10, 4. 27. 12, 2.) famulus quidam summi Pontificis, Joh. 18, 10.

Μάμμη, *ης*, *ἡ*, in scriptis antiquiorum Graecorum: mater (vox puerulorum ad matrem, s. sonus, quem edunt infantes, lac maternum aliumve cibum expetentes). — Recentioribus est i. q. *τήθη*, avia (sic ap. Joseph., Plutarch., Appian., Herodian.), 2 Tim. 1, 5.

Μαμωνᾶς, s. *μαμμωνᾶς*, *ᾶ*, *ὁ*, Mamonas (chald. מָאמוֹנָא, hebr. מָמוֹן — cf. Ps. 37, 3. ubi *οἱ ὁ πλοῦτον* verterunt), nomen idoli Syrorum et Poenorum, divitiarum praesidis, i. q. Pluto Graecorum, divitiae, Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. cf. Phil. 3, 19. Luc. 16, 9.

Μαναήν, *ὁ*, (מְנַחֵם, consolator) Manahen, propheta quidam eccles. Antioch., Act. 13, 1.

Μανασσῆς, *ῆ*, *ὁ*, (מְנַשֶּׁה, oblivisci faciens) Manasses, 1., fil. Josephi primogenitus (Gen. 41, 51.), Apoc. 7, 6. — **2.**, filius Ezechiae, regis Judae (4 Reg. 21, 1.) Matth. 1, 10.

Μανθάνω (forma producta verbi *μήθω*), aor. 2. *ἔμαθον*, f. *μαθήσομαι*, perf. *μεμάθηκα*, disco, 1 Tim. 2, 11. 2 Tim. 3, 7. — scientia augeor, 1 Cor. 14, 31. — *τί*, Rom. 16, 17. 1 Cor. 14, 35. Phil. 4, 9. Apoc. 14, 3. 2 Tim. 3, 14. (*ἐν οἷς*, i. e. *ἐν τούτοις*, *ἅ*.) — suppl. *αὐτά*, Joh. 7, 15. — *τινά*: *Χριστόν*, Eph. 4, 20. (ad hoc non instituti estis, cum Christi cognitione imbueremini.) — *ἀπό τινος*, (gen. rei), ab aliqua re, (h. e. id, quod cognoscendum est, ab aliquo quasi abstrahere), Matth. 24, 32. Marc. 13, 28. Hebr. 5, 8, (h. l. obedientiam discere ex aliquo.) — gen. pers., Gal. 3, 2. (*ἀφ' ὑμῶν*, de fonte et origine cognitionis) Col. 1, 7. (*ἔκ τινος*. Xen. Oec. 13, 6.) Matth. 11, 29. — *παρά τινος* (gen. pers.), 2 Tim. 3, 14. (*παρά τινος*, i. e. quo docente.) — *ἔν τινι* (dat. pers.), in aliquo, i. e. alicuius exemplo, 1 Cor. 4, 6. — seq. *ὅτι*, audio, comperio, Act. 23, 27. — seq. inf., disco (usu, ut sciam hoc illudve

facere), 1 Tim. 5, 4. Tit. 3, 14. Phil. 4, 11. (Xen. Cyr. 1, 6, 6.) — addito adiect. praedicati, loco infinitivi: μανθάνω ἀργός, ich lerne als — desidiam disco, 1 Tim. 5, 13. (discunt desidiam, dum obeunt domos.) — seq. interrog. indir., Matth. 9, 13. — cum emphasi: ἔμαθον, didici, ita ut perceperim, cognovi, Joh. 6, 45.

Μανία, ας, ἡ, (a μαίνομαι, furo) insania, furor, Act. 26, 24. (εἰς μανίαν περιτρέπειν τινά.) — Xen. Mem. 3, 9, 5.

Μάννα, τό, nomen indeclinabile (hebr. מָן et οἱ ό· μάν, τό, Ex. 16, 14. 31. Derivatur h. l. vox a particula interrogat. מָן, quid? At מָן non est vox hebraica, sed syriaca), manna, humor roscidus; — in Arabia aliisque terris orientalibus culusvis anni mensibus Julio et Augusto nascitur, antę solis ortum maxime post nebulam e foliis quarundam arborum exsudans et nobilissimum quidem genus, Tarengabina s. Terendschubil dici solitum, edit arbor apud Linnaeum Hedysarum Alhagi, vernacule Süssdorn, Kameeldorn appellata. Arborum ramis inhaerentem et in grana pellucida coagulatum liquorem Istarum terrarum incolae ante solis occasum excutere eumque collectum ad condiendos cibos, ut nostrates saccharum, adhibere solent. Manna, quod Israëlitis alimento fuit, ex aethere delapsum erat roris Instar. Hinc idem ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ dictus Ps. 104, 40. Sap. 16, 20. (ἀγγέλων τροφή) Joh. 6, 31. Hebr. 9, 4. — in orat. symbolica Apoc. 2, 17.

Μαντεύομαι, f. εύσομαι, (a voc. μάντις, vates) vatem ago, oraculum edo, vaticinor, Act. 16, 16. (Aelian. V. H. 1, 29. — οἱ ό Deut. 18, 10. 1 Sam. 28, 8. Mich. 3, 11.)

Μαραίνω, f. ανῶ, f. 1. p. μαρανθήσομαι, marcescere facio, aridum reddo; — pass., marcesco, flaccesco (Sap. 2, 8. de rosis; et οἱ ό Job. 15, 30.); trop., tabesco (τῷ λιμῷ, Jos. de B. J. 6, 5, 1.), Jac. 1, 11. (μαρανθήσεται, scil. ut gramen, v. 10.)

Μαραναθά, verba syrochald. מָרַנָא אֲתָה, i. e. dominus noster venit s. venturus est (scil. ad iudicium, cf. Apoc. 22, 20. — Hesych.: μαραναθά· ὁ κύριος ἦλθεν, ἢ εἶδον τὸν κύριον), 1 Cor. 16, 22.

Μαργαρίτης, ου, ὁ, (scil. λίθος; cf. voc. ὁ ἀργυρίτης, ἀλαβαστρίτης, πυρίτης, ἀνθρακίτης) margarita, unio, Matth. 13, 46. — pl., 13, 45. 2 Tim. 2, 9. — Apoc. 17, 4. 18, 16. 21, 21. — in locutione gnomica: Matth. 7, 6. (Sens.: nolite doctrinam vestram obtrudere hominibus, quorum mens ad verum torpet.)

Μάρθα, ας, ἡ, (chald. מַרְתָא, domina) Martha, soror Lazari Bethaniensis, Luc. 10, 38 seq. Joh. 11, 1. 5. 19—39. 12, 2.

Μαριάμ, s. *Μαρία*, ας, ἡ, (מִרְיָם, amara, Ruth. 1, 20.) Maria 1., beat. Virgo, mater Christi, Matth. 1, 16. 18. 2, 11. Marc. 6, 3. Luc. 1, 41. Act. 1, 14. (his in locis nomen scriptum est *Μαρία*, in sequentibus vero *Μαριάμ*: Matth. 1, 20. 13, 55. Luc. 1, 27. 30—56. 2, 5. 16. 19. 34.) — 2., Maria Magdalena (e vico Magdala oriunda), Matth. 27, 56. 61. (Marc. 15, 40. 47.) 28, 1. Marc.

16, 1. 9. Luc. 8, 2. 24, 10. Joh. 19, 25. 20, 1—18. — **3.**, mater Jacobi et Josis, Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. Luc. 24, 10. — **4.**, soror, Lazari et Marthae, Luc. 10, 39. 42. (7, 37?) Joh. 11, 1—45. 12, 3. — **5.**, uxor Cleopae, Joh. 19, 25. — **6.**, mater Joannis Marci, Act. 12, 12. — **7.**, mulier quaedam Christ., Rom. 16, 6.

Μάρκος, ου, ὁ, Marcus (v. *Ἰωάννης*, n. 4.), Act. 12, 12. 25. (13, 5.) 15, 37. Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Philem. v. 24. 1 Petr. 5, 13. — auctor secundi evangelii. Tradiderunt antiqui scriptores Marcum Romae Petro adfuisse hermeneuten; hinc abiisse eum Alexandriam, atque hic post aliquod temporis intervallum ab hominibus gentilibus supplicio affectum esse.

Μάρμαρος, ου, ὁ, ἡ, (scil. *λίθος*, i. q. *λευκός*, a *μαρμαίρω*, splendeo, mico, Jos. Ant. 19, 8, 2.) marmor (Pliu. H. N. 35, 2.), Apoc. 18, 12. (ὁ *μάρμαρος*, Epist. Jerem. v. 1. — *μαρμαρινός*, marmoreus, Cant. 5, 15.)

Μάρτυρ, ος, ὁ, v. *μάρτυς*. Hinc verb. seq.

Μαρτυρέω (ῶ), f. *ήσω*, **1.**, testis sum, testor, i. e. me vidisse, audivisse aliquid vel expertum scire affirmo; ***a.***, absol., testimonium edo (non retineo), Joh. 15, 27. Act. 26, 5. — add. *λέγων* cum orat. dir., Joh. 1, 32. 4, 39. — *μαρτυρῶ*, mediae orationi intersertum, 2 Cor. 8, 3. — testimonio comprobo, 1 Joh. 5, 6. (*ὅτι*, quandoquidem, ut Joh. 15, 27.) v. 7. — *μαρτυρεῖν* dicitur Jesus id, quod ipsi vere accidit, praedicens, Joh. 13, 21. cf. 4, 44. — Deus, qui aliquid ita esse (scil. ita, ut auctor docet) ipse professus est, Hebr. 7, 17. vel significavit, 11, 4. — ***b.***, constr., *α.*, *περί τινος*, gen. pers., testimonium edo de aliquo, Joh. 1, 7. 8. (coll. v. 15. 32.) 2, 25. 5, 31. 32. 37. 39. 8, 13. 14. 18. 10, 25. 15, 26. — 1 Joh. 5, 9. 10. — gen. rei, *περὶ τούτων*, Joh. 21, 24. — *μαρτυρῶ περὶ τοῦ κακοῦ*, sc. proferens argumenta, quibus *τὸ κακόν* demonstretur, Joh. 18, 23. — *β.*, *τί*, testor aliquid; — *ὃ ἑώρακα*, Joh. 3, 11. 32. — 5, 32. 19, 35. 22, 10. Act. 26, 22. 1 Joh. 1, 2. 1 Tim. 6, 13. — Apoc. 1, 2. 22, 20. — pass., Rom. 3, 21. (Jes. 46, 13. Habac. 2, 4.) — *τινά*, — pass., Hebr. 11, 4. — seq. infin. v. 5. — *γ.*, seq. *ὅτι*, Joh. 1, 34. (*μεμαρτύρηκα*, scil. iis, qui post hoc *φαινόμενον* ad baptismum accesserant.) 1 Joh. 4, 14. — interseritur *περί* c. gen., Joh. 5, 36. 7, 7. — pass., *μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ*, quem vivere testimonio constat, Hebr. 7, 8. — *κατά τινος* (de aliquo), *ὅτι*, 1 Cor. 15, 15. — *δ.*, *τινί*, dat. rei (dat. commodi): *τῇ ἀληθείᾳ*, veritati testimonium addere, Joh. 5, 33. 18, 37. — *σοῦ τῇ ἀληθείᾳ*, verae religioni, quam tu tenes, 3 Joh. v. 3. 6. — *τῷ λόγῳ*, Act. 14, 3. — Luc. 11, 48. (operibus patrum vestrorum testimonium adiungitis, quo ea esse patrata a patribus vestris constet.) — *τινί* dat. pers., alicui testor id, quod me testari de se vult (*τινὶ ὅτι*), Matth. 23, 31. Joh. 3, 28. Rom. 10, 2. Gal. 4, 15. Col. 4, 13. (in his loc. sequitur *ὅτι* cum verbis ad eum ipsum, cui testimonium datur, referendis.) — *ἡμῖν*, nobis, quos interest scire, Hebr. 10, 15. (nobis confirmat.) — *τινί*, testimonium edo in gratiam alicuius, quo commendetur, Act. 15, 8. — *τινὶ ἐνώπιόν τινος*, 3 Joh. v. 6. — *τινὶ καθώς*, cett., 3 Joh. v. 3. — *τινί τι*, 1 Joh. 1, 2. — *τινί τι ἐπί τινι* (haec de coetibus constituta), Apoc. 22, 16. — sequitur acc. c. inf., sed interserto dat. *τινί* (in alic. honorem), Act. 10, 43. — *ε.*, Notanda constructio praegnans: *σὲ δεῖ εἰς Ῥώμην*

μαρτυρεῖν, scil. *ἐλθόντα*, sive sic ut *μαρτυρεῖν* involvat perlationem testimonii, Act. 23, 11.

2., cum emphasi: testimonium laudis dico; **a.**, *τινί*, Luc. 4, 22. — *ἐπί τινι*, propter aliquid, Hebr. 11, 4. — *μεμαρτύρηταί τινι ὑπό τινος*, 3 Joh. v. 12. — **b.**, pass., *μαρτυροῦμαι*, testimonio honorifico ornor, Act. 6, 3. — *ἔν τινι*, ab aliqua re, laudor, 1 Tim. 5, 10. Hebr. 11, 2. — *ἐμαρτυρήθην διά τινος*, testimonium honorificum nactus sum per aliquid, Hebr. 11, 39. — *μαρτυροῦμαι ὑπό τινος*, testimonio honorifico ornor ab aliquo, Act. 10, 22. 16, 2. 22, 12.

3., med., testificor, Act. 26, 22. — obtestor, 1 Thess. 2, 12. — i. q. *διαμαρτύρομαι*.

Μαρτυρία, *ας*, *ἡ*, (a voc. *μάρτυρ*, unde adi. *μαρτύριος*) testatio, testimonium; **a.**, de testimonio coram iudice, Luc. 22, 71. — plur., Marc. 14, 56. — *ἡ μαρτυρία τινός*, Joh. 8, 17. (Deut. 19, 15.) Marc. 14, 59. — *ζητεῖν μαρτ. κατά τινος* (adversus aliquem, Marc. 14, 55. — **b.**, sensu historico, universe: testimonium eius, qui aliquid se vidisse vel audivisse asserit, aut id proloquitur, quod verum esse experientia edoctus scit: *ἡ μαρτ. τινός*, Joh. 5, 31. 8, 13. 14. 19, 35. 21, 24. Tit. 1, 13. — speciat. in caussa Christi; *α.*, professio testium fidem illis factis et eventis faciens, e quibus Jesum a Deo ad homines missum esse cognosci possit, pr. de testimonio Joannis baptistae, Joh. 1, 7. 19. (coll. v. 27. 32. 34. 5, 33. 36. (pro: *μαρτυρίαν μείζω τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου*.) — Pauli, Act. 22, 18. (*ἡ μαρτ. περὶ τοῦ Χριστοῦ*, coll. v. 6—13. 26, 13—18.) — Joannis apostoli, Apoc. 1, 2. 9. (*ἡ μαρτ. Ἰησοῦ Χριστοῦ*, videtur esse gen. obi.: testimonium, quo comprobatur, Jesum esse Messiam, propter voc.: *μαρτυρεῖν μαρτυρ*. Reliqui cultores Christi ab apostolis instituti, dicuntur *ἔχειν* (tenere) *τὴν μαρτυρίαν*, Apoc. 6, 9. (*διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*, cf. 1, 2. v. *μαρτυρέω*) 12, 11. 17. 20, 4. — quamquam *ἡ μαρτυρία τ. Ἰησοῦ* aliter explicatur c. 19, 10. — impropr., de testimonio Dei exhibito, tum per dotes facultatesque, quibus Jesum instruxit, tum per mandata, quae ei dedit exsequenda, Joh. 5, 32. 36. 1 Joh. 5, 9—11. — Jesus ipse de rebus div. exponens dicitur testari, quae viderit audiveritque, Joh. 3, 11. — testis Dei, i. e. qui oracula Dei pronuntiat, Apoc. 11, 7. (Zach. 4, 14.) — Nota phrases: *τὴν μαρτυρίαν ἔχειν*, i. e. testim. habere, Joh. 5, 36. Apoc. 19, 10. — tenere, Apoc. 6, 9. 12, 17. — *ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*, 1 Joh. 5, 10. — *λαμβάνειν τὴν μαρτ. τινός*, 1 Joh. 5, 9. — *λαμβ. παρά τινος*, Joh. 5, 34. — *ἡ μαρτ. ἐστὶν ἀληθής*, Joh. 5, 31. 32. 8, 13. 14. 21, 24. Tit. 1, 13. (3 Joh. v. 12.) — **c.**, de testimonio probitatis, 3 Joh. v. 12. — *καλὴν ἔχειν ἀπό τινος*, 1 Tim. 3, 7. — *μαρτυρίαν μαρτυρεῖν περί τινος*, Joh. 5, 32. 1 Joh. 5, 9. 10.

Μαρτύριον, *ίου*, *τό*, testimonium; *ἀποδιδόναι*, Act. 4, 33. — *τὸ μ. τινος*, testimonium, quod quis edit, 1 Cor. 2, 1. 2 Cor. 1, 12. 2 Thess. 1, 10. — *τινός*, gen. obi. testim. de aliquo, 1 Cor. 1, 6. 2 Tim. 1, 8. Hebr. 3, 5. — *εἰς μαρτύριόν τινι*, ut testimon. habeat, Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14.) 10, 18. (Marc. 13, 9. Luc. 21, 13.) Marc. 6, 11. (Luc. 9, 5. — *ἐπ' αὐτούς* iungend. cum *ἀποτινάξατε*, cf. Act. 13, 51.) — *καιροῖς ἰδίοις*, 1 Tim. 2, 6. (accus. apposit. ut esset eiusmodi testimonium, quod certae aetatis hominibus

exhiberetur.) — ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, Act. 7, 44. Apoc. 15, 5. (e versione τῶν ὁ Ex. 25, 22. 29, 42. 44. 30, 16. Hi enim voc. מוֹעֵד, i. e. συναγωγή, non a עֵד, convenit, sed a verbo עוּד, quod est testari, derivarunt.)

Μαρτύρομαι, (a μάρτυρ) **a.**, testem sumo aliquem; — subint. τὸν θεόν (Judith. 7, 28.), Deum contestor, scq. ὅτι, Act. 20, 26. Gal. 5, 3. — **b.**, obtestor, per Deum rogo, seq. acc. c. inf., Eph. 4, 17. (Polyb. 13, 8, 6.)

Μάρτυς, υρος, ὁ, ἡ, pl. μάρτυρες, dat. μάρτυσι, (forma Aeol. nominat. μάρτυρ in N. T. non legitur) *testis* **a.**, qui quae ipse vidit audivitque asseverat; — sensu forensi (cf. μαρτύριον); — pl., Matth. 18, 16. 26, 65. (Marc. 14, 63.) Act. 6, 13. 7, 58. 2 Cor. 13, 1. 1 Tim. 5, 19. Hebr. 10, 28. (Ex. 23, 1. Deut. 17, 6.) — sensu historico; testis alicuius rei, qui eam vidit, et se vidisse aut asseverat, aut certe asseverare potest, 1 Tim. 6, 12. Act. 10, 41. — τινός, gen. obi., Luc. 24, 48. Act. 1, 22. 2, 32. 3, 15. 5, 32. 10, 39. 26, 16. 1 Petr. 5, 1. — gen. possess., Act. 13, 31. (qui pro aliquo testimonium edit.) — μάρτυρα εἶναί τινι, testimonio rebus alicuius inservire, Act. 1, 8. 22, 15. — μάρτυρες Ἰησοῦ dicuntur specialim, qui suum testimonium vel morte sponte pro eo suscepta confirmarunt, Act. 22, 20. Apoc. 2, 13. 17, 6. — **b.**, testis esse dicitur, ad cuius testimonium provocatur. Sollennis est formula: μάρτυς μού ἐστιν ὁ θεός eorum, qui ad Deum omniscium provocant, Rom. 1, 9. Phil. 1, 8. (seq. ὡς.) 1 Thess. 2, 5. — 2 Cor. 1, 23. (μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλεῖν) 1 Thess. 2, 10. — **c.**, testis esse dic., qui suo exemplo confirmat aliquid, Hebr. 12, 1. (testes, fidei praestantiam confirmantes.) — **d.**, testes Dei, qui consiliorum Dei sunt fidi interpretes, Apoc. 11, 3. — in his Christus, Apoc. 1, 5. 3, 14. (ὁ μάρτυς ὁ πιστός, Ps. 88, 38.)

Μασσάομαι s. μασάομαι, f. ήσομαι, (lat.) mando, kauen (unde τὸ μάσσημα s. μάσημα, ἡ μάσσησις. Habent Graeci etiam verbum μάσσομαι, μάττω, depso, manibus comminuo et misceo, de pistoribus dici solitum; quae voces omnes a stirpe verbi μάω natae sunt); — τὰς γλώσσας, linguas frendere dentibus et mordere, Apoc. 16, 10.

Μαστιγόω (ῶ), f. ώσω, (a μάστιξ, q. v.) flagellis caedo; — τινά (i. q. μαστίζω), Matth. 10, 17. 20, 19. (scil. αὐτόν, Marc. 10, 34. Luc. 18, 33.) 23, 34. (ἐξ αὐτῶν, scil. τινάς, i. q. δέρω, Marc. 13, 9.) Joh. 19, 1. — Herodot. 3, 154. Aelian. V. H. 12, 62. Xen. Cyr. 1, 3, 18. — de Deo, ubi cum patre liberos castigante s. paedagogo comparatur, Hebr. 12, 6. (respondet in altero membro παιδεύειν. Cf. Jerem. 5, 3. Prov. 3, 12. Judith. 8, 27.)

Μαστίζω, f. ίξω, (etiam μαστιγέω, Herodot. 1, 114. forma poët. μαστίω; videtur descendere a μαστός, comminutus, zermalmt, gegerbt, quamquam hoc non occurrit. Conferri potest μάσθλη, ἱμάσθλη, gegerbtes Leder, Riemen, et δέρω, i. e. durchprügeln); — τινά, flagris caedo, flagellare, Act. 22, 25. (οἱ ὁ Num. 22, 25. — Sap. 5, 11.)

Μάστιξ, ιγος, ἡ, (a v. μαστίζω) flagrum, flagellum (etiam scutica, i. e. flagellum levius, quo paedagogi utebantur, hebr. שׁוֹט, cf. 1 Reg. 12, 11. Prov. 26, 3. Sirac. 28, 17.) — pl., Act. 22, 24. Hebr. 11, 36. — metaph. de morbis, corpus cruciantibus, eine Plage, Marc. 5, 29. 34. — plur., 3, 10. Luc. 7, 21.

Μαστός, οῦ, ὁ, (a μάσσω, depso, s. forsitan a μάω, hervorgedrängt) mamma, uber (οἱ ὁ Job. 3, 12. Cant. 1, 13. al.); — plur., mammillae (viri), Apoc. 1, 13. — ubera (feminarum), Luc. 11, 27. (θηλάζειν τοὺς μ.) 23, 79.

Ματαιολογία, ας, ἡ, (ab adi. ματαιολόγος) vaniloquentia, 1 Tim. 1, 6. (ἐξετράπησαν εἰς μ. — cf. Act. 26, 24.)

Ματαιολόγος, ου, ὁ, (ex μάταιος et adiect. verbali verbi λέγω) vaniloquus, vana, inepta proferens; — pl., Tit. 1, 10.

Μάταιος, αία, ον, et μάταιος, ὁ, ἡ, ον, τό, cf. ἀργός, αὐτόματος (Jac. 1, 26. Tit. 3, 9. a μάτη, v. μάτην), vanus; **a.**, de eo, quod non praestat id, quod iactat, iunct. c. ἀνωφελής, Tit. 3, 9. — opp. verus; ἡ θρησκεία, Jac. 1, 26. — ἡ πίστις, 1 Cor. 15, 17. — διαλογισμοί, 1 Cor. 3, 20. (Ps. 93, 11.) — **b.**, τὰ μάταια, res vanae, de diis gentilium eorumque cultu (hebr. הֶבֶל, Jer. 2, 5. et 10, 3. — יָלַךְ אַחֲרֵי הַהֶבֶל, πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματ., 2 Reg. 17, 15. cf. 1 Reg. 16, 13. — הֲבָלִים, μάταια, Jerem. 8, 19. — εἴδωλα, Deut. 32, 21. Jerem. 14, 22.), Act. 14, 15. Hinc ἀναστροφὴ ματαία (gentilium, qui vana sectantur), 1 Petr. 1, 18. Hinc voc. seq.

Ματαιότης, ητος, ἡ, vanitas; **a.**, id, cui nihil veri et idonei subest, 2 Petr. 2, 18. (φθέγγεσθαι ὑπέρογκα ματαιότητος, fastuosa vanitatis proferre.) — ἡ ματ. τοῦ νοός, mens, quae vana pro veris habet, Eph. 4, 17. (περιπατεῖν ἐν ματαιότητι τοῦ νοός, de gentilibus superstitiosis, v. supr. μάταιος.) — **b.**, fragilitas, id, quod nihil in se habet roboris, Rom. 8, 20. (i. q. ἡ φθορά, v. 21.) cf. Eccles. 1, 2. 14.

Ματαιόω, f. ώσω, (μάταιον reddo) — pass., ad vanitatem delabor, Rom. 1, 21. (וַיֶּהְבָּלוּ, 2 Reg. 17, 15. Jerem. 2, 5. v. supr. μάταιος.

Μάτην, (acc. voc. μάτη; — εἰς μάτην, apud Graec. i. q. εἰς κενόν) adv., frustra (cf. ἀκμήν, δωρεάν, λίαν), Matth. 15, 9. (Marc. 7, 7. — ex Jes. 29, 13. ubi οἱ ὁ pro וַתְּהִי legisse videntur וְתֹהוּ.)

Ματθαῖος, ου, ὁ, (מַתִּיָה, ex מַתָּן donum et יָהּ, donum Dei, i. q. Graec. Θεόδωρος) Matthaeus; Apostolus et Evangelista, olim vectigalium exactor; appellabatur Levi et fuit filius Alphaei; Matth. 9, 9. 10, 3. Marc. 2, 14. 3, 18. Luc. 5, 27. 6, 15. Act. 1, 13.

Ματθάν, ὁ, (מַתָּן donum) Matthan, Eleasaris cuiusdam filius, e posteris Serubabelis, Matth. 1, 15.

Ματθάτ, ὁ, (a נָתַן, dedit, ut nomina praecedentia) Matthat, **1.**, unus e maior. Christi, filius Levi, Luc. 3, 24. — **2.**, unus e proavis viri modo commemorati, filius Levi, Luc. 3, 29.

Ματθίας, α, ὁ, (v. Ματθαῖος) Matthias, apostolus, qui in locum Judae Iscarioth successit, Act. 1, 23. 26.

Ματταθά, ὁ, (a נָתַן, ut nomina superiora) Mattatha, fil. Nathanis, nepos Davidis, Luc. 3, 31.

Ματταθίας, ου, ὁ, (ab hebr. ut nomina praecedentia) Mattathias,

1., unus e maiorib. Christi, fil. Amosi, Luc. 3, 25. — 2., unus e proavis viri modo dicti, Luc. 3, 26.

Μάχαιρα, ας, ἡ, (cohaeret c. μάχη et lat. mactare; οἱ ό Gen. 22, 6. Jud. 19, 29. hoc voc. exprimunt hebr. מַאֲכֶלֶת et Jos. 5, 2. חֶרֶב) culter (aliquantum incurvatus), gladius (minor), ensis; instrumentum impetum facientium aut depellentium, Matth. 26, 51. (ἀποσπάω τὴν μ., Marc. 14, 47. — σπάω, Act. 16, 27. Joh. 18, 10. ἑλκύω) v. 52. (h. l. τὴν μ. ἀποστρέφω εἰς τ. τόπον αὐτῆς, i. q. βάλλω εἰς τ. θήκην, Joh. 18, 11. — Matth. 26, 52. (λαμβάνω et ἀπόλλυμαι ἐν μ.) Luc. 22, 36. 49. (πατάσσω ἐν μ.) Apoc. 6, 4. 13, 14. — ἐν μαχαίρᾳ (ut πατάσσω, ἀπόλλυμαι, in locis laud.; ita) ἀποκτείνω et ἀποκτείνομαι, Apoc. 13, 10. — στόμα et στόματα μαχαίρας, acies ensis (hebr. לְפִי חֶרֶב, Jos. 8, 24. Gen. 34, 26. — pl., 1 Sam. 13, 21. Jud. 3, 16.), Hebr. 11, 34. Luc. 21, 24. — μάχαιρα δίστομος, gladius anceps, Hebr. 4, 12. — plur., Matth. 26, 47. 55. (Marc. 14, 43. 48. Luc. 22, 52.) Luc. 22, 38. — gladius instrumentum magistratus s. iudicis, Act. 12, 2. (ἀναιρεῖν τινα μαχαίρᾳ) Rom. 8, 35. 13, 4. (τὴν μ. φορεῖν dic., cui gladius commissus est, scil. ut eo, quando supplicium de aliquo malefico sumendum est, utatur.) — in oratione metaph. commemoratur gladius, instrumentum bellicum, pro bello s. pro rixis, quibus pax tollitur; — βαλεῖν μάχαιραν ἐπὶ τὴν γῆν, bellum terrae immittere, Matth. 10, 34. (cf. Apoc. 6, 4. Sed Luc. 12, 52. habet διαμερισμόν.) — ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος, gladius, quo errores vincit suamque vim ac virtutem comprobat spiritus, qui gladius esse dicitur ῥῆμα θεοῦ, Eph. 6, 17.

Μάχη, ης, ἡ, (a μάσσω; cf. lat. manus conserere) **a.**, pugna, proelium. — **b.**, lis, contentio; — pl., 2 Cor. 7, 5. 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. (μάχαι νομικαί, contentiones de lege) Jac. 4, 1. (οἱ ό Gen. 13, 8. Prov. 15, 18. 26, 20.) Hinc verb. seq.

Μάχομαι, f. ήσομαι, pugno; **a.**, propr. de iis, qui manus conserunt, Act. 7, 26. (Ex. 21, 22. Jos. 9, 18.) — **b.**, trop. de iis, qui verbis pugnant, discepto, contendo, altercor, 2 Tim. 2, 24. — iunct. c. πολεμεῖν, Jac. 4, 2. (2 Sam. 14, 6. Neh. 13, 11.) — πρός τινα, Joh. 6, 52. (ita et Graeci, Thuc. 1, 18.)

Μεγαλαυχέω (ῶ), f. ήσω, (a μεγαλαυχής, et hoc ex obsol. μέγαλος = μέγας et αὔχω = αὐχέω) magna iactor; — ἡ γλῶσσα, Jac. 3, 5. (opponuntur μικρός et μεγαλαυχεῖν, et hoc videntur significari arroganter dicta quaecunque, quibus alii laeduntur et lacessuntur et rixae conflantur.)

Μεγαλεῖος, εία, ον, (a μέγας, obsol. μέγαλος) magnificus (Xen. Mem. 4, 1, 4.) — μεγαλεῖα (ποιεῖν τινι), magna et praeclara, Luc. 1, 49. — τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ, magnae Dei virtutes (hebr. גְּדֹלוֹת, Ps. 71, 19. cf. Sirac. 17, 9. 42, 21. i. q. τὰ θαυμάσια, 18, 4.), Act. 2, 11. — Hinc voc seq.

Μεγαλειότης, τητος, ἡ, magnificentia (eius, qui gloriosus est, i. q. δόξα, v. Jerem. 33, 9.), 2 Petr. 1, 16. (cf. μεγαλοπρεπὴς δόξα, v. 17.) — numinis, Dei, Luc. 9, 43. — τῆς Ἀρτέμιδος, Act. 19, 27.

Μεγαλοπρεπής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex μέγας, obsol. μέγαλος,

et *πρέπει*, decet) magnum virum decens (Xen. Mem. 3, 10, 5. oppon. *τὸ ταπεινόν*), magnificus; — *δόξα*, 2 Petr. 1, 17. (cf. 2 Macc. 8, 15. 15, 13.)

Μεγαλύνω, f. *υνῶ*, (ab obsol. *μέγαλος*) 1., magnum facio; — *τινά* vel *τί*, propr., de mensura, Matth. 23, 5. — metaph., illustrem facio, Luc. 1, 58. (*τὸ ἔλεος*, cf. Gen. 19, 19. Ps. 56, 11.) — 2., magnum habeo s. declaro, i. e. magni aestimo, laudo, celebro (hebr. Hiphil, ut in verbis *δικαιόω*, *ὑψόω*, *καθαρίζω*, *ἁγιάζω*, al.); — magni aestimo, Act. 5, 13. — celebro, Luc. 1, 46. Act. 10, 46. — pass. *ἔν τινι*, laudem consequor de aliquo, 2 Cor. 10, 15. Phil. 1, 20.

Μεγάλως, adv., valde, Phil. 4, 10. (*ἐχάρην*, cf. 1 Chron. 29, 19. *εὐφράνθη μεγ.* — *εὐεργετεῖν*, 2 Macc. 10, 38.)

Μεγαλωσύνη, *ης*, *ἡ*, (ab obsol. *μέγαλος*) maiestas (hebr. גְּדוּלָּה, 2 Sam. 7, 23. Ps. 145, 3. 6. — גֹּדֶל, Deut. 32, 3.), ponitur pro nomine Dei, Hebr. 1, 3. 8, 1. (cf. Luc. 22, 69.) — in doxologia (ut *δόξα*, *κράτος*, *δύναμις*, al.), Jud. v. 25.

Μέγας, *άλη*, *μέγα*, compar. *μείζων* et *μειζότερος*, 3 Joh. v. 4. (a compar. *μείζων*) compar. poët., superl. *μέγιστος*, qui exstat tantum 2 Petr. 1, 4. — *magnus*, i. e. **a.**, magnus mensura. — magna esse possunt *corpora*, vel inanimata, Matth. 27, 60. (Marc. 16, 4.) Marc. 4, 32. Luc. 13, 19. Apoc. 8, 8. 12, 10. 18, 21. — vel animata, Joh. 21, 11. Apoc. 12, 3. 9. 14. — magnae dicuntur res *amplae*, Marc. 14, 15. Luc. 13, 19. 16, 26. Act. 10, 11. 11, 5. 1 Cor. 16, 9. Apoc. 9, 2. 14. (16, 12.) 11, 8. (14, 8. 16, 19. 17, 5. 18. 18, 2. 10. 16. 18. 19.) 14, 19. — res *altae*, Marc. 13, 2. Apoc. 20, 11. — *longae*, Apoc. 6, 4. 20, 1. — *numerosae* (quantitas discreta), Marc. 5, 11. (*ἀγέλη*) — donationes *largae*, 1 Tim. 6, 6. Hebr. 10, 35. — potest magnitudo referri ad vim eiusque *intensionem*, Matth. 7, 27. (Luc. 6, 49.) 8, 24. 26. (Marc. 4, 39.) 24, 31. 27, 46. 50. 28, 2. Marc. 4, 37. Luc. 4, 33. 21, 11. 23, 23. Joh. 6, 18. Act. 4, 33. 8, 2. 7. 16, 26. 23, 9. Apoc. 1, 10. 5, 2. 12. 6, 10. 12. 13. 7, 2. 8, 13. 10, 3. 11, 12. 15. 19. 14, 18. 16, 9. 18. 26. — ex iis quae sentiuntur, adde: Matth. 24, 21. (*θλῖψις*) Luc. 4, 25. 21, 23. Act. 7, 11. 8, 1. 11, 28. Apoc. 2, 22. 7, 14. 16, 21. — magnae dicuntur res admirandae, Matth. 4, 16. (*φῶς*) 24, 24. (*σημεῖα*) Luc. 21, 11. Act. 6, 8. 8, 13. Apoc. 12, 2. 15, 3. al. — cadit illud epitheton etiam in affectus animi, Matth. 2, 10. 15, 28. 28, 8. Marc. 4, 41. 5, 42. Luc. 2, 9. 10. 8, 37. 24, 52. Joh. 15, 13. Act. 4, 33. 5, 5. 11. 8, 8. 15, 3. Rom. 9, 2. Apoc. 11, 11. 12, 12. — homines sunt (aetate et statura) *μικροὶ κ. μεγάλοι* (infantes et adulti), Act. 8, 10. 26, 22. Hebr. 8, 11. Apoc. 11, 18. 13, 16. 19, 5. 18. (Gen. 19, 11.)

b., magnus *dignitate*, ut Deus ac numina — *α.*, absol., Matth. 20, 26. (opp. *διάκονος*) — Marc. 10, 43. Luc. 9, 48.) insignis (hebr. רַב): Matth. 5, 19. Luc. 1, 32. Act. 8, 9. — *μέγας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*, Luc. 1, 15. — pl. *οἱ μεγάλοι*, principes, Matth. 20, 25. Marc. 10, 42. — *β.*, adiect. nominib. — Dei, numinum, regum, sacerdotum, prophetarum, Matth. 5, 35. Luc. 7, 16. Act. 8, 10. 19, 27. 28. 34. 35. Hebr. 4, 14. 10, 21. 13, 20. Tit. 2, 13. Apoc. 17, 1. 19, 2.

c., gravis: ἐντολή, Matth. 22, 36. 38. — μυστήριον, Eph. 5, 32. 1 Tim. 3, 16. — Referas huc: μεγάλην ἡμέραν (insignis), Act. 2, 20. (alias in scriptis V. T. dicta φοβερά, v. Joël. 2, 11. 31. Mal. 4, 4.) Jud. v. 6. Apoc. 6, 17. 16, 14. — neutr. μέγα, magni quid (admiratione dignum), 1 Cor. 9, 11. (μέγα εἰ, num mirum est si s. quod.) cf. Jes. 49, 6. — οὐ μέγα, 2 Cor. 11, 15. (cf. Gen. 45, 28.)

d., splendidus, magno apparatu instructus, sollennis (prae caeteris); — δοχή, Luc. 5, 29. 14, 16. (Gen. 21, 8. Dan. 5, 1.) — δεῖπνον, Apoc. 19, 17. — οἰκία, 2 Tim. 2, 20. (Jerem. 52, 13. 2 Chron. 2, 5. 9.) — ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ἑορτῆς, Joh. 7, 37. 19, 31.

e., neutr. pl. μεγάλα, ut lat. magna, i. e. superba (λαλεῖν), Apoc. 13, 5. (Dan. 7, 8 seq.) — Comparat. μείζων et superl. μέγιστος v. suis locis.

Μέγεθος, εος (ους), τό, (a μέγας) magnitudo, Eph. 1, 19.

Μεγιστάν, ᾶνος, ὁ, (Sirac. 4, 7. voc. aevi serioris, dialecto alexandr. proprium) plerumque numero plur., οἱ μεγιστᾶνες, proceres, magnates (οἱ ὁ Jerem. 14, 3. Nah. 2, 6. Jon. 3, 7. Dan. 5, 1 — 3. 2 Chron. 36, 18. Jes. 34, 12.) Marc. 6, 21. Apoc. 6, 15. 18, 23. (Jos. Ant. 11, 2. 3. 20, 2. 2.)

Μέγιστος, ίστη, ον, (superl. ab adi. μέγας) maximus; — τὰ μέγιστα ἐπαγγέλματα, 2 Petr. 1, 4.

Μεθερμηνεύω, f. εύσω, (ex μετά et ἑρμηνεύω) transfero in linguam vernaculam, Matth. 1, 23. (ἐστὶ μεθερμηνευόμενον, i. e. est, si in linguam vernaculam transferatur) Marc. 5, 41. 15, 22. 34. (not.: recte colligitur ex hoc additamento, auctores graece Graecis scripsisse) Joh. 1, 42. Act. 4, 36. 13, 8.

Μέθη, ης, ἡ, (vox affinis voc. μέθυ, vinum mulsum; cf. nostr. Meth) ebrietas, Luc. 21, 34. (βαρύνεσθαι μέθῃ.) pl., Rom. 13, 13. Gal. 5, 21. (hebr. שֵׁכָר, Prov. 20, 1. Jes. 28, 7. et שִׁכָּרוֹן, Ez. 23, 33. 39, 19. Judith. 13, 15. cf. Aelian. V. H. 3, 14. (v. μεθύσκω, μεθύω.)

Μεθίστημι (et μεθιστάνω, 1 Cor. 13, 2.), f. μεταστήσω, (ex μετά et ἵστημι) propr., transpono, transloco (ita ut sedes invertatur), umstellen (v. μετοικίζω), *a.*, propr., de mutatione sedis et loci: τί vel τινά, 1 Cor. 13, 2. (ὄρη; — pass.; Jes. 54, 10. loco suo moveri.) — εἴς τι, Col. 1, 13. (2 Macc. 11, 23. — Polyb. 2, 17, 11.) — τινά τινος, removeo ab —; pass., Luc. 16, 4. (1 Macc. 11, 63. construuntur sic et alia verba apud Graecos, v. c. νοσφίζω, ἐλευθερόω, λύω, σώζω, εἴργω, κωλύω, al.; ut his nonnunquam diserte additur ἀπό, ita et verbo μεθίστημι, Polyb. 4, 87.) — absque gen., Act. 13, 22. — *b.*, τινά simpliciter, metaph., ut nos: verrücken, i. e. in aliam transfero s. deduco sententiam, Act. 19, 26.

Μεθοδεία, ας, ἡ, (cohaeret c. μέθοδος, investigatio dolosa, Artemid. 3, 25. — μεθοδεύειν is dicitur, qui alicuius vestigia legit, eum capturus, Polyb. 38, 4, 16. — 2 Sam. 19, 27. ex μετά et ὁδός. Sed nomen μεθοδείας apud Graecos non occurrit.) — ἡ μεθ. τῆς πλάνης, dolus, astutia, Eph. 4, 14. — plur., 6, 11.

Μεθόριον, ίου, τό, (neutr. adi. μεθόριος, ία, ιον; ex μετά, cum,

et ὅρος, terminus) confinium; — τὰ μεθόριά τινος, confinia alicuius (terrae), i. e. loca alicui regioni adiacentia, vicina, Marc. 7, 24. (Xen. Cyr. 1, 4, 16.)

Μεθύσκω, (Deut. 32, 42. a μέθυ, temetum, vinum, vid. μέθη) *inebrio*, ebrium reddo; — τινά (Jerem. 51, 7. Habac. 2, 15.); -ύσκω, cf. πιπίσκω; — pass., inebrior, Luc. 12, 45. 1 Thess. 5, 7. — οἴνῳ, Eph. 5, 18.

Μέθυσος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, et μέθυσος, ύση, ον, (a voc. μέθυ, vinum mulsum, temetum) vinolentus, ebrius (Prov. 23, 21. 26, 9.), 1 Cor. 5, 11. — pl., 6, 10. (Phryn.: μέθυσος ἀνήρ, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μεθυστικός· γυναῖκα δὲ ἐρεῖς μέθυσον καὶ μεθύσην; tamen recentiores, v. c. Plut., Lucian., al. etiam de viris dixerunt.)

Μεθύω, f. ύσω, (a voc. μέθυ, vinum mulsum, temetum; habetur eius praesens tantum et imperfectum) **a.**, activ., α., transit., ebrium facio; — τινὰ ἀπό τινος, Deut. 32, 42. — β., intransit., ebrius sum, Act. 2, 15. 1 Cor. 11, 21. 1 Thess. 5, 7. (h. l. distinguitur a μεθύσκω.) — partic., Matth. 24, 49. — ἔκ τινος, Apoc. 17, 6. — **b.**, pass. (signif. med.), aor. 1. ἐμεθύσθην, Joh. 2, 10. (1 Macc. 16, 16. — μεθυσθήσομαι, 1 Sam. 1, 14.) — ἔκ τινος (ἐκ τοῦ οἴνου), Apoc. 17, 2. (legitur ἀπό, Sirac. 1, 16.)

Μειζότερος, α, ον, comparat., (poëtic. a μείζων; 3 Joh. 5, 4.) v. μέγας.

Μείζων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, comparat. adi. μέγας, maior; **a.**, in comparatione cum aliis rebus, sive hae per se sint magnae, sive parvae, — de mole: Matth. 13, 32. — de quantitate: πλοῦτος, Hebr. 11, 26. — praestantior (σκηνή), Hebr. 9, 11. — ref. ad vim, 1 Cor. 13, 13. — gravior (μαρτυρία), 1 Joh. 5, 9. (ἁμαρτία) Joh. 19, 11. — 15, 13. (ἀγάπη.) — τινί, aliqua re (quod attinet ad), 2 Petr. 2, 11. — ref. ad auctoritat., μείζων, nobilior, praestantior, Matth. 23, 17. 19. — τοῦ ἑτέρου, Luc. 22, 27. — ὑμῶν, Matth. 23, 11. (Luc. 22, 26. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, oppon. νεώτερος.) — αὐτῶν, Luc. 22, 24. (subintell. τῶν ἄλλων s. ἐν ἑαυτοῖς) Marc. 9, 34. — Matth. 18, 1. (ἐν τῇ βασιλείᾳ, cf. v. 3.) v. 4. (maiorem reliquis esse: potiri felicitate regni div.) — ὁ μείζ., natu maior, Rom. 9, 12. — **b.**, in comparatione cum eo instituta, quem ipse auctor pro magno haberi vult, absol., μείζων, superior, Hebr. 6, 13. — ὁ μείζων, v. 16. — add. nom. subst. vel τίς, Matth. 11, 11. Luc. 7, 28. — μείζων praedicati locum obtinens, potentior, Joh. 10, 29. 14, 28. 1 Joh. 3, 20. 4, 4. — Joh. 5, 36. (μείζω s. μείζονα τοῦ Ἰωάννου, i. e. τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου. — Neutr. pl., μείζω (i. e. μείζονα) τούτων, his adeo mirabiliora, Joh. 1, 51. 5, 20. 14, 12. — neutr. sing., adv., vehementius (κράζω), Matth. 20, 31. (Marc. 10, 48. et Luc. 18, 39. μᾶλλον.)

Μέλας, αινα, αν, gen. ανος, αίνης, ανος, ater, niger. Apoc. 6, 5. 12. Matth. 5, 36. (oppon. λευκός.) — Neutr. τὸ μέλαν substant., atramentum, 2 Cor. 3, 3. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 13.

Μελεᾶς, ᾶ, ὁ, Melea, unus e posteris Davidis regis, Luc. 3, 31.

Μέλει, 3. praes. verbi μέλω imperson. dict., imperf. ἔμελε, f. μελήσει, curae est; — τινί, alicui (— μοί, mihi curae est, curo); **a.**, οὐδέν μοι μέλει, nihil curo, Act. 18, 17. (Hom. Il. 5, 490.) — **b.**, μοὶ μέλει τινός, curo aliquid, 1 Cor. 9, 9. (Xen. Cyr. 3, 1, 50. Aelian. V. H. 12, 50.) — abest gen. et e contextu addend. τούτου, 1 Cor. 7, 21. (Xen. Anab. 5, 3, 13.) — **c.**, μέλει

μοι περί τινος, gen. pers., curo aliquem, rationem habeo alicuius, Matth. 22, 16. et Marc. 12, 14. Joh. 10, 13. 12, 6. 1 Petr. 5, 7. (Xen. Mem. 3, 6, 10. — Sap. 12, 13.) — *d*., seq. ὅτι, Marc. 4, 38. (cum hoc l. cf. Jon. 1, 6.) Luc. 10, 40.

Μελετάω (ῶ), f. ήσω, (a μελέτη, cura, exercitatio) curam gero (i. q. ἐπιμελοῦμαι), studiose tracto, exerceo; — τί, 1 Tim. 4, 15. (Xen. Mem. 1, 2, 21.) — meditor aliquid, Act. 4, 25. (e Ps. 2, 1. cf. Prov. 8, 7. Jes. 59, 8. 13. Ps. 118, 48. — Xen. Mem. 1, 2, 21.) Marc. 13, 11.

Μέλι, τος, τό, (habent scil. Graeci adiectiva in ύς [εῖα], ύ, et in ις, neutr. ι, exeuntia, et neutra plerumque faciunt liquorum et φαρμάκων nomina, v. c. τὸ δάκρυ, τὸ κόμμι, πίπερι, σίναπι. Quorum genitivus pro varietate stirpis variat modo syllabas proiiciens ιτος, modo ιδος, modo εος) mel, Apoc. 10, 9. 10. (γλυκύ.) — ἄγριον, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. — οἱ ὁ Gen. 43, 11.

Μελίσσιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a voc. μέλισσα, apis) ab apibus proficiscens; — κηρίον, Luc. 24, 42. (1 Sam. 14, 27.)

Μελίτη, ης, ἡ, Melita, (nomen insulae in mari mediterraneo inter Africam et Siciliam sitae (Pomp. Mela 2, 7.), hodie Malta vocatur (distinguenda haec Sicula Melita est a Melita Illyrica in mari Adriatico sita, hodie Meledo dicta), Act. 28, 1.

Μέλλω, f. ήσω, imperf. ἔμελλον et (attic.) ἤμελλον, 1., futurus sum. — sibi invicem opponuntur τὰ μέλλοντα et τὰ ἐνεστῶτα, Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. — εἰς τὸ μέλλον, in futurum, Luc. 13, 9, 1 Tim. 6, 19. — τὸ μέλλον, Rom. 5, 14. (Adamus suo παραπτώματι, v. 15. τύπος est τοῦ μέλλοντος, i. e. eius, quod per Christum eiusque χάρισμα generi humano futurum est. Nimirum ut τὸ παράπτωμα ab uno ad alios transiit, ita etiam transiturum τὸ χάρισμα est ab uno ad alios.) — ὁ αἰὼν ὁ μέλλων, Matth. 12, 32. Eph. 1, 21. — ἡ μέλλουσα ζωή, 1 Tim. 4, 8. — ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλ., Hebr. 2, 5. — ἡ μ. ὀργή, Matth. 3, 7. — πόλις, Hebr. 13, 14. — τὰ μέλλοντα ἀγαθά, Hebr. 9, 11. 10, 1. — μέλλω seq. infin.: α., futurus sum (in Begriff sein, etwas zu thun), inf. praes., ἤμελλε τελευτᾷν, Luc. 7, 2. Joh. 4, 47. (ἀποθνήσκειν) Act. 3, 3. 5, 35. (22, 26.) 16, 27. 18, 14. 20, 3. — inf. pass., Act. 21, 27. 28, 6. (ἔμελλον) 26, 2. 33. 27, 2. Apoc. 10, 4. — ὡς μέλλων, Act. 23, 15. 20. 27, 30. — β., in mentem sumsi, propositum mihi est, vorhaben, den Sinn auf etwas gerichtet haben; seq. inf. praes., Matth. 2, 13. Luc. 10, 1. 19, 4. Joh. 6, 6. 15. 71. 7, 35. 12, 4. (Luc. 22, 23.) 14, 22. Act. 12, 6. 17, 31. 20, 7. 13. Hebr. 8, 5. — seq. inf. aor., Apoc. 2, 10. 3, 16. 12, 5. — γ., fato s. decreto Dei mihi certo praefinitum est (sollen), c. inf. verbi activi: inf. praes., Matth. 17, 12. (μέλλει πάσχειν) 11, 14. 16, 27. 20, 22. (sed Marc. 10, 38. πίνω) Luc. 9, 31. 24, 21. Joh. 7, 39. 11, 51. (aliter 4, 47.) 12, 33. 18, 32. Act. 23, 3. 26, 23. Hebr. 1, 14. 11, 8. Apoc. 3, 10. 8, 13. — Act. 20, 38. Apoc. 17, 8. — inf. verbi pass., praes., Matth. 17, 22. (Luc. 9, 44. sed Marc. 9, 31. παραδίδοται) Marc. 13, 4. (Luc. 21, 7.) Luc. 19, 11. (παραχρῆμα μέλλει —) 21, 36. Act. 26, 22. Rom. 4, 24. 1 Thess. 3, 4. Jac. 2, 12. 1 Petr. 5, 1. Apoc. 1, 19. 6, 11. — inf. aor., Rom. 8, 18. Gal. 3, 23. — inf. fut., μέλλω ἔσεσθαι, Act. 11, 28. 24, 15. 27, 10. — Nota etiam fut. μελλήσετε ἀκούειν, l. e. tempus veniet, quo audituri estis, Matth. 24, 6. — Dicitur δ., omnino de iis, quae certo futura sunt,

Rom. 8, 13. (μέλλετε ἀποθνήσκειν, in altero membro: ζήσεσθε.) — ὁ μέλλων (πιστεύειν), qui e posterioris temporis hominibus Christo nomen dabit, 1 Tim. 1, 16.

2., *cunctor:* τί μέλλεις; Act. 22, 16. (Xen. Cyr. 1, 3, 15. Recte igitur Hesych.: μελλήσας· βραδύνας.)

Μέλος, εος (ους), τό, membrum, 1 Cor. 12, 14. Jac. 3, 5. (μικρόν.) — pl., Matth. 5, 29. 30. Rom. 12, 4. 1 Cor. 12, 12 seq. (ἀσθενέστερα, ἀναγκαῖα) v. 25. 26. Jac. 3, 6. — pl., Rom. 6, 13. 19. 7, 5. 23. Col. 3, 5. Jac. 4, 1. — metaph. τὰ σώματα Christianorum dicuntur μέλη Christi, quippe qui caput ecclesiae est, (Eph. 4, 15. 16.) 1 Cor. 6, 15. 12, 27. Eph. 5, 30. ideoque Christiani secum iuncti esse dicuntur veluti unius corporis membra, Rom. 12, 5.

Μέλχι, ὁ, (מַלְכִּי, rex meus) Melchi, 1., unus e maioribus Josephi, mariti Mariae S. Virg., Luc. 3, 24. — **2.**, unus e maioribus viri modo dicti, Luc. 3, 28.

Μελχισέδεκ, ὁ, מַלְכִּי־צֶדֶק, rex iustitiae) Melchisedecus, rex urbis Salem (postea Hierosolymar. nomine appellatae), qui Abrahami aetate vixit (Gen. 14, 18.) Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 10 seq.

Μεμβράνα, ας, ἡ, lat. membrana, i. e. charta pergamena (Pergameni reges, cum charta indigerent, membranas primo excogitarunt; unde et pergamenarum nomen hucusque tradente posteritate sibi servatum est etc., Isidor. 6, 11. Plin. 13, 11. ex Varrone tradidit, aemulatione circa bibliothecas supprimente chartas Ptolemaeo membranas Pergami repertas ab Eumene), 2 Tim. 4, 13.

Μέμφομαι, f. ψομαι, aor. 1. ἐμεμψάμην, (verb. depon. med.) vitupero, Rom. 9, 19. — τινί, Hebr. 8, 8. (Aelian. V. H. 2, 16. Xen. Cyr. 2, 2, 13.)

Μεμψίμοιρος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex μέμφομαι, q. v., et μοῖρα, fatum, sors; cf. δεισιδαίμων) qui de sua sorte conqueritur, querulus, haud contentus, Jud. v. 16. (Lucian. Diall. D. 20, 5. Polyb. 18, 31, 7.)

Μέν, coniunctio discretiva, quae ad sequentem coniunctionem adversativam (δέ vel ἀλλά) aut expressam aut mente addendam refertur, **a.**, praecedens μέν vim habet *concessivam*, instar latinae particulae *quidem*, s. quamquam; sequens vero δέ (ἀλλά) exceptionem aut restrictionem aut gradationem facit, Matth. 3, 11. (Marc. 1, 8. Luc. 3, 16. Act. 1, 5. 11, 16.) 9, 37. (Luc. 10, 2.) 16, 3. (Luc. 12, 56.) 17, 11. 12. (Marc. 9, 12. 13.) 20, 23. (Marc. 10, 39.) 22, 8. 23, 28. Job. 16, 22. 19, 32 et 33. Act. 13, 36. 37. 21, 39. 22, 3. Rom. 2, 25. 6, 11. 7, 25. 1 Cor. 1, 18. 9, 24. 11, 7. 14 et 15. 12, 20. 15, 51. 2 Cor. 10, 10. Tit. 1, 15. 1 Petr. 1, 20. — μὲν et δὲ ubi strictim proposita in partes dispescuntur, Matth. 25, 33. Luc. 23, 41. Joh. 16, 9 et 10. Act. 23, 8. Rom. 2, 7. 8. 5, 16. 8, 17. 11, 22. 28. Hebr. 3, 5. 6.

b., μέν et δέ, *articulo soli* aut pronominibus addita, et α., quidem, ut τὸ· δέ. Distinguat vel opponat, **א.**, ὁ μὲν — ὁ δέ, hic quidem (quamquam hic) ille vero (tamen, contra) Phil. 1, 16 et 17. Hebr. 7, 20. 23 et 24. — ὁ μὲν, (is, cuius modo mentio facta est, Er) — ὁ (οἱ) δέ, ille (illi) vero, Act. 28, 5 et 6. — **ב.**, ὅς μὲν — ὅς δέ, alter quidem, alter vero (tamen), Act. 14, 4. (alii scriptum volunt: οἱ μὲν — οἱ δέ) 17, 32. (al. οἱ μὲν — οἱ δέ) οἱ μὲν — ὁ δέ, illi, hic autem (Er aber), Hebr. 12. 10. Jud. v. 22 et 23. — **ג.**, τοῦτο μὲν —

τοῦτο δέ, partim quidem — partim vero etiam, Hebr. 10, 33. — γ., *τινὲς μὲν — τινὲς δὲ καί*, quidam — quidam vero etiam, Phil. 1, 15. — *ἐκεῖνοι μὲν*, — *ἡμεῖς δέ*, 1 Cor. 9, 25. — *β.*, ita, ut utraque coniunctio soli partitioni inserviat (et suam adversativa coni. *δέ* vim amittat): *ὃς μὲν — ὃς δέ, ὃς δέ*, alter — alter, Matth. 21, 35. 25, 15. — 1 Cor. 11, 21. — *ὁ μὲν, ὁ δέ*, Matth. 13, 8. — *οἱ μὲν, οἱ δέ*, Act. 28, 24. Phil. 1, 16. 17. — *οἱ μὲν, ὁ δέ*, Hebr. 7, 5. 6. 21. 23. 24. — *οἱ μὲν — ἄλλοι δέ, ἕτεροι δέ*, Matth. 16, 14. Joh. 7, 12. — (deest *οἱ μὲν*, Marc. 8, 28. Luc. 9, 19.) Luc. 8, 5—8. Joh. 7, 12. — *ὃ* (*ἃ*) *μὲν — ἄλλο* (*ἄλλα*) *δέ*, Matth. 13, 4—8. (Marc. 4, 4—8. — sed Luc. 5, 5—8. *ὃ μὲν, ἕτερον, ἕτερον*) *ὃς μὲν, ὁ δὲ ἀσθενῶν*, Rom. 14, 2. — *ὃς μὲν, ἄλλος δὲ*, 1 Cor. 12, 8—10. — *ἄλλος μὲν, ἄλλος δέ*, 1 Cor. 15, 39. — *ἄλλοι μὲν, ἄλλο τὶ*, Act. 19, 32. — *ἐγὼ μὲν, ἐγὼ δέ*, 1 Cor. 1, 12. — *ἐγὼ μὲν, ὑμεῖς δέ*, Phil. 3, 1. — *ὅσα μὲν, ὅσα δέ*, Jud. v. 10.

c., *μέν — δέ* addita *α.*, ***coniunctionibus***: *εἰ μὲν*, si quidem, *εἰ δέ*, sin autem, Act. 18, 14. 15. 19, 38. 39. 25, 11. — *εἰ μὲν, νῦν δέ*, si quidem — jam vero (atqui), Hebr. 11, 15. — *κἂν μὲν, εἰ δὲ μήγε*, Luc. 13, 9. — *β.*, addita ***praepositionibus***: *εἰς μὲν, εἰς δέ*, Hebr. 9, 6. — *ἀπὸ μὲν, ἐπὶ δέ*, 2 Tim. 4, 4. — *γ.*, addita ***adverbiis***: *πρῶτον μὲν, ἔπειτα δέ*, Hebr. 7, 2. Jac. 3, 17.

d., *μέν* seq. *ἀλλὰ*, Rom. 14, 20. 1 Cor. 14, 17. — seq. *οὐ πολλῷ μᾶλλον*, Hebr. 12, 9. — *οὓς μέν*, seq. *ἔπειτα*, 1 Cor. 12, 28. — *τὴν μὲν ἀπ' ἀρχῆς* — seq. *καὶ νῦν*, Act. 26, 4. (coll. v. 6.) cf. 17, 30. — Nullum sequitur correlatum, Luc. 3, 18. Act. 1, 1. 6. 5, 41. 8, 4. 9, 31. 12, 5. 13, 4. 17, 12. 17 et 18. 23, 18. 31 et 32. (in his locis auctor formula: *ὁ*, s. *οἱ μὲν οὖν* narratas res in epitomen redigit, ut ad alia transeat.) — alias *τὸ· μέν*, cui nullum *δέ* respondet, vocem secum iunctam sono elevat exprimendum per: certe, s. quod attinet ad, Act. 27, 21. 28, 22. Rom. 7, 12. 10, 1. 1 Cor. 6, 4. 7. 2 Cor. 11, 4. 12, 12. Col. 2, 23. Hebr. 6, 16. 9, 1. — aut auctor, scriptae voculae *μέν* immemor, structura mutata ad alia perrexit e. g. Gal. 4, 24. — Nonnumquam sequitur quidem particula adversativa, sed concinnitas neglecta est, e. g. Rom. 3, 2. (coll. v. 5.) — Saepius *τὸ μέν* ipsum in protasi omissum est. — Not.: particulae *γάρ* et *οὖν*, si ad *μέν* accedunt, alterum ab eo locum occupant.

Μενοῦν, s. divisim scriptum: *μὲν οὖν*, quidem igitur, Phrynichus ab initio enuntiationum poni vetat.

Μενοῦνγε, imo potius, quin imo, Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. (Hac formula qui utitur, colligit e modo dictis, quae ad refellendum alterum faciunt. Suid.: *τὸ ἀληθές, μᾶλλον μὲν οὖν*. Atticos ab initio periodorum posuisse, nullo contra Phrynichum probabitur exemplo.)

Μέντοι, (ex *μέν* et *τοί*) tamen. Semper in N. T. ut in scriptis Graecorum aliud ante se verbum habet: *ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος*, 2 Tim. 2, 19. *ὁμοίως μέντοι*, Jud. v. 8. — *οὐδεὶς μ.*, Joh. 4, 27. 7, 13. — *οὐ μ.*, non tamen, 20, 5. 21, 4. — *εἰ μ.*, Jac. 2, 8.

Μένω, f. *μενῶ*, aor. 1. *ἔμεινα*, perf. *μεμένηκα*, plusqperf. *μεμενήκειν*, sine augm., (1 Joh. 2, 19. v. *ἐκβάλλω*) lat. maneo. Dicitur ita, ut 1., involvat ***actionis*** notionem, commoror (i. e. diutius me teneo), et refertur **a.**, ad locum, commoror *ποῦ μένεις;* Joh. 1, 39. 40. — *ἔν τινι* (dat loci): *ἐν οἰκίᾳ*,

Luc. 8, 27. 10, 7. Joh. 7, 9. 11, 6. Act. 16, 15. 20, 15. 27, 31. 28, 30. 2 Tim. 4, 20. — trop., ἔν τινι (dat. pers.), adhaereo alicui (in formulis mysticis, ap. Joh. obviis), Joh. 15, 4. 5. 6. 1 Joh. 2, 6. 3, 6. 24. 4, 12. 13. 16. — ἐκεῖ, Matth. 10, 11. (κἀκεῖ, i. e. παρὰ τούτῳ, Marc. 6, 10. Luc. 9, 4.) Joh. 2, 12. 10, 40. — ὧδε, Matth. 26, 38. Marc. 14, 34. — παρά τινι, apud aliquem, Act. 9, 43. 18, 3. 20. 21, 7. 8. Joh. 14, 17. — μετά τινος, Luc. 24, 29. Joh. 14, 16. — trop., aliquem non desero partes eius constanter sequor, 1 Joh. 2, 19. σύν τινι, Luc. 1, 56. 24, 29. — καθ' ἐμαυτόν, domi, Act. 28, 16. coll. v. 30. — μένω ἐπί τινα, de motu in construct. praegn., me demitto in aliquem (cf. καθίζω et ἀναπαύω), Joh. 1, 32. 33. — trop. (cf. ἔρχομαι), Joh. 3, 36. — temporis spatium, per quod quis manet, notatur accusativo, Joh. 2, 12. 11, 6. Act. 28, 30. Luc. 1, 56. al.

Refertur **b.**, ad res, quas quis iam suscepit: ἔν τινι, persevero in aliquo, constanter teneo; — ἐν τῷ λόγῳ, Joh. 8, 31. (ἐν τῇ ἀγάπῃ, Joh. 15, 9. 10.) — ἐν πίστει, 1 Tim. 2, 15. — ἐν οἷς (ἐν τούτοις, ἃ) ἔμαθον, 2 Tim. 3, 14. — ἐν τῇ διδαχῇ, 2 Joh. v. 9.

c., Refertur ad statum, quem quis tenere pergit, in quo perseverat, scil. additur οὕτω, 1 Cor. 7, 40. — ὡς, v. 8. — ἄγαμος, 1 Cor. 7, 11. — πιστός, 2 Tim. 2, 13. — ἔν τινι, 1 Cor. 7, 20. (ἐν τῇ κλήσει.) — ἐν τούτῳ, v. 24.

d., μένω τινά, maneo aliquem, Act. 20, 5. 23. (Dem. p. 50, 26.) Dicitur

2., ita, ut involvat *passionis* notionem: esse pergo, i. e. non tollor, perduro. **a.**, de personis, superstes sum, vivo, Phil. 1, 25. — addit. εἰς τὸν αἰῶνα, Joh. 12, 34. Hebr. 7, 24. 1 Joh. 2, 17. (oppon. παραγίνομαι.) — ἕως ἄρτι, 1 Cor. 15, 6. (oppon. οἱ κοιμηθέντες.) — ἕως ἔρχομαι, Joh. 21, 22. 23. — de rebus, v. c. de urbibus, Hebr. 13, 14. Matth. 11, 23. (ἔμειναν ἄν, perdurassent.) — de operibus, 1 Cor. 3, 14. — consiliis, Rom. 9, 11. 1 Cor. 13, 13. Hebr. 13, 1. (μενέτω, ne tollatur, ne desinat.) — de institutis, Hebr. 12, 27. (τὰ μὴ σαλευόμενα.) — ὁ καρπός, Joh. 15, 16. Hebr. 10, 34. — ἁμαρτία, Joh. 9, 41. — ἡ βρῶσις ἡ μένουσα εἰς ζωὴν αἰώνιον, quae ita manet, ut tribuat vitam perennem, Joh. 6, 27. (oppon. ἡ ἀπολλυμένη.) — μένει εἰς τὸν αἰῶνα, 2 Cor. 9, 9. 1 Petr. 1, 23. 25. — ὀλίγον, Apoc. 17, 10. — speciat. nota μένω, non translocor ad alium possessorem, Act. 5, 4.

b., adduntur voces, quibus duratio ad certam conditionem refertur; ἔν τινι, propr., dat. loci: ἐν τῇ οἰκίᾳ, Joh. 8, 35. (cf. Gen. 21, 10. Sens.: si essetis Abrahami filii, libertate uteremini, eique adhaereretis, qui ut ipse liber est, ita libertatem aliis parat.) — trop., μένει τι ἐν ἐμοί, scil. id, quod a me tenetur, Joh. 5, 38. (ὁ λόγος τοῦ θεοῦ) 15, 7. (τὰ ῥήματα) 15, 11. (ἡ χαρά) 1 Joh. 2, 14. 24. 27. 3, 9. 17. 2 Joh. v. 2. — μένω ἔν τινι, addito nomine status: ἐν τῷ θανάτῳ, 1 Joh. 3, 14. — ἐν τῇ σκοτίᾳ, Joh. 12, 46. — ἐν τῷ φωτί, 1 Joh. 2, 10. — ἔν τινι (dat. pers.), coniunctus maneo cum aliquo (praevalente notione passionis), Joh. 6, 56. (alibi v. c. Joh. 15, 4. praevalet actionis notio.) — ἐπί τινος, — ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, cruci affixus, Joh. 19, 31. — ἐπί τινι, trop., τῇ ἀναγνώσει, lectioni quasi iniectus, 2 Cor. 3, 14. — μένω τις, — μόνος, Joh. 12, 24. Act. 27, 41. — ἱερεύς, Hebr. 7, 3. — τινί, Act. 5, 4.

Μερίζω, f. ίσω, (a μέρος, μέρη facio) divido, i. e. **a.**, in partes

(*numero* diversas) dissolvo, disseco, *τί* s. *τινά*, pass., *μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος*, differunt, 1 Cor. 7, 34. — *τινί τι*, aliquid divido (distribuo) alicui, Hebr. 7, 2. Marc. 6, 41. — aliquid veluti portionem tribuo, einem zutheilen, Rom. 12, 3. 1 Cor. 7, 17. 2 Cor. 10, 13. — med. *μερίζομαί τι μετά τινος*, divido (mihi) aliquid cum aliquo, Luc. 12, 13. — **b.**, in partes divido, quo tollatur *aequalitas*, i. e. in partes *contrarias* discindo; pass., *μερίζομαι κατ' ἐμαυτόν*, mecum ipse discordo, contra me ipsum insurgo, Matth. 12, 25. 26. (Marc. 3, 24. 25. Luc. 11, 18.) 1 Cor. 1, 13. (*μεμέρισται ὁ Χριστός;* num in partes dissectus est?)

Μέριμνα, *ας*, *ἡ*, (a *μερίζω* et *μερίζομαι*, diversas in partes distrahor, cf. Virg. Aen. 4, 285.) cura, 1 Petr. 5, 7. (ex Ps. 54, 23.) — *τινός*, gen. obi., ut lat. cura alicuius (rei, hominis), 2 Cor. 11, 28. Matth. 13, 22. (*ἡ μέρ. τοῦ αἰῶνος τούτου*, cura rerum ad hauc terrestrem vitam pertinentium.) — plur., *αἱ μέρ. τοῦ αἰῶνος*, Marc. 4, 19. Luc. 8, 14. — *μέριμναι βιωτικαί*, curae rerum ad victum pertinentium, Luc. 21, 34.

Μεριμνάω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *μέριμνα*) curo, 1., absol. i. q. sollicitus sum (de aliqua re), Matth. 6, 27. Luc. 12, 25. v. 31. — oppon. *ἀμέριμνον εἶναι*, 1 Cor. 7, 32. — *μηδέν*, plane non, Phil. 4, 6. — 2., constr. **a.**, *τινί* (curo alicui, ut construunt Plaut. et Apul.), i. e. propter aliquem (s. aliquid), Matth. 6, 25. (*τῇ ψυχῇ, τῷ σώματι*, Luc. 12, 22.) h. l. per epexeges. additur: *τί φάγητε, τί ἐνδύσησθε*. — *περί τινος*, propter aliquid, Matth. 6, 28. Luc. 12, 26. — *περί τι*, Luc. 10, 41. (sed vid. h. l. auctor *περί* cum acc. constructum, i. e. circa, posuisse propter verbum *τυρβάζῃ*.) — *εἰς τὴν αὔριον*, in posterum diem, i. e. curo res, quae postero die praesto sint (v. *εἰς*), Matth. 6, 34. — **b.**, *τί*, curo aliquid (i. e. ut paretur aliquid): *τὰ τοῦ κυρίου*, 1 Cor. 7, 32—34. — *τὰ περί τινος*, Phil. 2, 20. — *ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*, ut membra unum idemque curent pro se invicem, 1 Cor. 12, 25.

Μερίς, *ίδος*, *ἡ*, (a *μερίζω*) pars, i. e. **a.**, id, quod non totum est, i. q. nostr. Bestandtheil: *τινός*, v. c. regionis, Act. 16, 12. — **b.**, portio, Antheil (pars alicui assignata, hebr. חֵלֶק); — *ἐκλέξασθαι μερίδα*, Luc. 10, 12. (eam portionem, quae bona dici meretur, sibi elegit Maria.) — *ἔστι μοι μερὶς μετά τινος*, est mihi consortium cum aliquo, 2 Cor. 6, 15. (Deut. 10, 9. 1 Reg. 12, 16. cf. *ἔχειν μέρος μετά τινος*, Joh. 13, 8.) — *ἔστι μοι μερὶς ἢ κλῆρος ἔν τινι*, venio in alicuius rei communionem, Act. 8, 21. — *ἱκανοῦν τινα εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί*, aptum aliquem reddere ad obtinendam communionem lucis, quae sanctorum peculium est, Col. 1, 12. (*τοῦ κλήρου*, gen. appositionis pro: *εἰς τὴν μερίδα ἐν τῷ φωτί, ἥ ἐστιν ὁ κλῆρος τῶν ἁγίων*.)

Μερισμός, *οῦ*, *ὁ*, (a *μερίζω*) **a.**, *τινός*, gen. obi., disiunctio, dissectio, Hebr. 4, 12. — **b.**, distributio (v. supr. *μερίζω*) Hebr. 2, 4. (plur., distributiones varii generis, cf. 1 Cor. 12, 8—11.) — *οἱ ὁ* Jos. 11, 23.

Μεριστής, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *μερίζω*) partitor, Luc. 12, 14.

Μέρος, *εος* (*ους*), *τό*, (a *μείρομαι*, partior, deputatam mihi partem

sumo) pars, i. e. 1., quod cum alio ad unum pertinet, Bestandtheil (cf. *μερίς a.*), Luc. 11, 36. Joh. 19, 23. Apoc. 16, 19. — *τὸ — τινός*, gen. totius, Luc. 15, 12. (*τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας*. Potest tamen h. l. exprimi voce portionis, v. infr.) 24, 42. — e contextu intelligendum est, cuius pars dicta sit, Eph. 4, 16. Act. 5, 2. 23, 6. (*ὅτι τὸ ἓν μέρος*, scil. *τοῦ συνεδρίου ἐστὶ Σαδδουκαίων*) v. 9. (concise dictum: *τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων* pro: *οἱ ὄντες τοῦ μέρους ἐκείνου, ὃ ἦν τῶν Φαρισαίων*, ea synedrii pars, quae simul esset aliqua pars Pharisaeorum.) — speciat. *τὰ μέρη γῆς τινος*, tractus s. regiones ad aliquam terram pertinentes, Matth. 2, 22. (*τῆς Γαλιλαίας*) 16, 13. (Marc. 8, 27. *τὰς κώμας*) Act. 2, 10. Eph. 4, 9. — Nonnunquam *τὰ μέρη τινός* dicuntur loci et regiones alicui loco s. regioni vicinae et adiacentes, Matth. 15, 21. (Marc. 7, 24. *τὰ μεθόρια*) Marc. 8, 10. (Matth. 15, 39. *τὰ ὅρια*) — Joh. 21, 6. *εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου*, h. e. in partes (in loca) a navi dexteras, s. ad latus dexterum. — *τὰ ἀνωτερικὰ μέρη*, regiones superiores (quibus opposita *τὰ κατώτερα*, cum illis ad unum pertinentia), Act. 19, 1. — 20, 2. (*τὰ μέρη ἐκεῖνα*, illas regiones, quippe quae partes sunt alicuius terrae, nominatim Macedoniae, v. 1.) — periphrases adverbiorum: *ἀνὰ μέρος*, partem s. aliquantum, singuli, ita ut alter alterum excipiat, 1 Cor. 14, 27. — *κατὰ μέρος*, singillatim, per partes eundo, Hebr. 9, 5. (2 Macc. 2, 30. 15, 33. — Polyb. 1, 4, 6.) — *μέρος τι*, (acc. absolute pos.), ex parte, 1 Cor. 11, 18. (Thuc. 2, 64. 4, 30. Cf. *πάντα*, omnibus in rebus, *οὐδέν, τί, πάντα τρόπον*) — *ἀπὸ μέρους*, ex parte (si a certa parte res aestimatur), Rom. 11, 25. 15, 15. 24. 2 Cor. 1, 14. 2, 5. — *ἐκ μέρους*, si ad singulos (singula) respicitur, 1 Cor. 12, 27. — ex parte, i. e. non *τελέως*, igitur imperfecte, 1 Cor. 13, 9. 12. v. 10. *τὸ ἐκ μέρους* opponitur *τῷ τελείῳ*. — *μέρος*, pars, i. q. nostr.: Stück; *ἐν τῷ μέρει τούτῳ*, hac parte, i. e. quod hoc attinet, hac ratione, 2 Cor. 3, 10. 9, 3. 1 Petr. 4, 16. — *ἐν μέρει* (in Betreff) *τινός*, Col. 2, 16. — *τοῦτο τὸ μέρος*, haec pars (scil. religionis nostrae, quae in idolorum confectione est), Act. 19, 27.

Μηδείς, *μηδεμία*, *μηδέν*, (ex *μηδέ* et *εἷς*, ut *οὐδείς* ex *οὐδέ* et *εἷς*) legitur aut cum nomine iunctum, nullus, a, um, aut absolute posit., nullus, nemo, neutr. nihil. — Tractandum est **a.**, de *constructione:* dicitur *μηδείς* (non: *οὐδείς*) in constructione *α.*, cum imperativo (v. supr. *μή*), **א.**, ubi *μηδείς* est *subiectum* vetitae actionis, 1 Cor. 3, 18. 21. 10, 24. Gal. 6, 17. Eph. 5, 6. Col. 2, 18. 1 Tim. 4, 12. Tit. 2, 15. Jac. 1, 13. 1 Joh. 3, 7. — neutr. *μηδέν*, suppl. *ἔστω*, Matth. 27, 19. — **ב.**, ubi *μηδείς pendet* ab imperat. (casu dat. aut acc. positum): *μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε*, Rom. 13, 8. 1 Tim. 5, 22. — *μηδέν* (accusat.) *φοβοῦ*, Apoc. 2, 10. Luc. 3, 13. 9, 3. — *β.*, c. 2. coni. aor., **א.**, ubi *μηδείς* a verbo pendet, ut: *μηδενὶ εἴπητε*, Matth. 17, 9. (aliter Luc. *οὐδενὶ εἶπον*, c. 9, 7.) — acc., Luc. 3, 14. 10, 4. — *μηδέν* (acc.), Act. 16, 28. — in eadem structura: *κατὰ μηδένα τρόπον*, 2 Thess. 2, 3. — praefixo: *ὅρα*, Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. *ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς*.) — **ב.**, intersertum coniunctionibus et ab iis pendenti coniunctivo: *ἵνα μηδείς*, Apoc. 3, 11. Marc. 5, 43. — *ἵνα μηδενί*, Matth. 16, 20. (Marc. 8, 30.) Marc. 7, 36. 9, 9. — *ἵνα μηδέν*, Marc. 6, 8. — *ὅπως μηδέν*, Act. 8, 24. Tit. 3, 13. — *γ.*, construct. cum infinitivo, qui **א.**, ab alio pendet verbo, v. c. a *παραγγέλλω*: *μηδενὶ εἰπεῖν*, Luc. 8, 56. 9, 21. Act. 23, 22. — *δείκνυμι*, *λέγειν μηδένα*, Act. 10, 28. — *διατάσσομαι*, *κωλύειν μηδένα*, Act. 24, 23. — *ἀναθεματίζω ἐμαυτὸν γεύσασθαι μηδενός*, Act. 23, 14.

— *κρίνω* (acc. c. inf.), Act. 21, 25. — *εὔχομαι* (*ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν*), 2 Cor. 13, 7. — *βούλομαι* (*τοὺς — μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι*), 1 Tim. 5, 14. — *ὑπομιμνήσκω τινά* (*μηδένα βλασφημεῖν*), Tit. 3, 2. (coll. v. 1.) — *ἀπειλῶ μηκέτι λαλεῖν μηδενί*, Act. 4, 17. — *δέον ἐστίν* (*ὑμᾶς μηδὲν πράττειν*), Act. 19, 36. — *ἔδοξε* (*ἐπιτίθεσθαι μηδὲν βάρος*), Act. 15, 28. — *θεωρῶ* (*μηδὲν γινόμενον*), Act. 28, 6. — aut qui pendet ב., a praegresso *διὰ τό*, Act. 28, 18. Hebr. 10, 2. — aut qui ג., substantive positus est, et coniunctus cum verbis ad aliquem finem relatis, 1 Thess. 3, 3. — *δ.*, Pendens a participio, in casu dat., Act. 11, 19. Rom. 12, 17. — acc., *μηδένα*, Joh. 8, 10. Act. 9, 7. — *μηδέν*, Act. 4, 21. 27, 33. 1 Cor. 10, 25. 27. 2 Cor. 6, 10. 2 Thess. 3, 11. 1 Tim. 5, 21. (partic. addit. ad *ἵνα*) 6, 4. Tit. 2, 8. Jac. 1, 6. 3 Joh. v. 7. — 2 Cor. 6, 3. (*μηδεμίαν προςκοπήν*) 1 Petr. 3, 6. (*μηδεμίαν πτόησιν*) Act. 13, 28. (*μηδ. αἰτίαν*) 25, 17. (*ἀναβολὴν μηδ.*) Act. 24, 29. (*μηδὲν ἔγκλημα*) — acc. ellipt., Phil. 2, 3. (suppl. *πράσσοντες*) — in eadem constructione: *ἐν μηδενί*, Phil. 1, 28. — gen. absol., Act. 19, 40. — **b.**, de vocis vi; legitur *α.*, absol., *μηδείς*, Marc. 5, 43. Apoc. 3, 11. al. — *μηδενί*, Matth. 16, 20. Marc. 7, 36. 8, 30. 9, 9. al. — *μηδένα*, Joh. 8, 10. Act. 9, 7. al. — *μηδέν*, Marc. 6, 8. Luc. 6, 35. al. — cum gen., Act. 4, 17. 24, 23. — abest *τούτων*, Apoc. 2, 10. — *ἐν μηδενὶ ζημιοῦσθαι*, 2 Cor. 7, 9. — *λείπεσθαι*, Jac. 1, 4. — *πτύρεσθαι*, Phil. 1, 28. — *ὑστερεῖσθαι*, 1 Cor. 1, 7. (acc. c. inf.) — *μηδὲν εἶναι*, nihil, i. e. nullius pretii esse, Gal. 6, 3. (oppon. *εἶναι τι.*) — *β.*, adiect. nominibus: fem., Act. 13, 28. 25, 17. 28, 18. 1 Tim. 5, 14. Hebr. 10, 2. 1 Petr. 3, 6. — neutr., Act. 15, 28. 16, 28. 19, 36. 40. 21, 25. 23, 29. 28, 6. Tit. 2, 8. 2 Cor. 13, 7. — *γ.*, *μηδέν* (accus.), nihil, i. e. plane non, nulla ratione (ut *οὐδέν*, v. *οὐδείς*), Act. 10, 20. (c. particip.) 11, 12. (c. particip.) cf. Aelian. V. H. 14, 33. — ut dici solet *ποιεῖν τινά τι*, ita quoque *οὐδέν* et *μηδέν* (si hoc ob constructionis leges postulatur, v. supr. sub a.) adiungitur verbis: *βλάπτειν*, Luc. 4, 35. (c. particip.) — *ὠφελεῖσθαι*, Marc. 5, 26. (particip.) *ὑστερεῖσθαι*, 2 Cor. 11, 5. (post *λογίζομαι*, acc. c. inf.) — *μεριμνᾶν*, Phil. 4, 6. (imperat.) — Duplex negatio: *μηκέτι μηδείς*, Marc. 11, 14. (pro *φάγοι* leg. *φάγῃ*) Act. 4, 17. — *μηδενὶ μηδέν*, Marc. 1, 44. — *μηδεμίαν ἐν μηδενί* cett., 2 Cor. 6, 3. — *μή — ἐν μηδενί*, Phil. 1, 28. — *μὴ μηδεμίαν*, 1 Petr. 3, 6. — *μήτις κατὰ μηδένα τρόπον*, 2 Thess. 2, 3. (Xen. Mem. 1, 2, 39.) Cf. infr. *μηκέτι*, *μηδέπω*, *μήποτε*.

Μηδέποτε, adv., (ex *μηδέ* et *ποτέ*, differt ab *οὐδέποτε*, ut *μή* ab *οὐ*, *μηδείς* ab *οὐδείς*) nunquam, 2 Tim. 3, 7. (c. infinitivo, qui ab alio pendet verbo; v. *μηδείς* et *μή*.)

Μηδέπω, adv., (ex *μηδέ* et *πῶ*, differt ita ab *οὐδέπω*, ut *μή* ab *οὐ*) nondum, Hebr. 11, 7. (constr. c. particip.; v. *μηδείς* et *μή*.)

Μῆδος, *ου*, *ὁ*, Medus, oriundus ex Media, provincia Asiae nunc Persarum imperio subiecta (habebat Media a septentrione mare Caspium, ab oriente Hyrcaniam, Parthiam et Susianam, a meridie Persidem, ab occidente Assyriam et Armeniam maiorem. Urbs eius primaria erant Ecbatana, Jos. Ant. 10, 2, 7.), Act. 2, 9.

Μηκέτι, adv., (ex *μή* et *ἔτι*, differt ab *οὐκέτι*, ut *μή* ab *οὐ*, de constructione v. sub *μή*, *μηδέ*, *μηδείς*, *μηδέποτε* et *μηδέπω*) ne amplius,

a., c. coni. aor., Matth. 21, 19. (Marc. 11, 14.) Marc. 9, 25. — vel c. imperat. praes., Joh. 5, 14. 8, 11. Eph. 4, 28. 1 Tim. 5, 23. (Xen. Cyr. 3, 2, 13.) — **b.**, c. 1. plur. praes. coni., Rom. 14, 13. (v. *μή*, *μηδέ*.) — **c.**, c. *ἵνα*, 2 Cor. 5, 15. Eph. 4, 14. — **d.**, c. inf. pendente *α.*, ab alio verbo, v. c. *ἐπιβοῶ*, Act. 25, 24. — *ἀπειλῶ*, Act. 4, 17. Eph. 4, 17. (ita habent in constructione acc. c. inf. Xen. Mem. 4, 3, 8. Aelian. V. H. 12, 51.) — *β.*, ab *εἰς τό*, 1 Petr. 4, 2. — *γ.*, ab *ὥστε*, Marc. 1, 45. 2, 2. — *δ.*, praefixum habente *τοῦ*, Rom. 6, 6. (ut ne amplius.) — **e.**, c. participio, Act. 13, 34. Rom. 15, 23. 1 Thess. 3, 1. Cf. *μή* et *μηδείς*.

Μῆκος, *εος* (*ους*), *τό*, longitudo, Apoc. 21, 16. Eph. 3, 18. (*τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος*, vulgo hoc habent pro adumbratione magnitudinis ac multitudinis, scil. beneficiorum. Sed loquitur Paulus de exstruendo aedificio, usurpans verba: *ῥιζοῦσθαι*, *θεμελιοῦσθαι*. Sens.: Christus in vobis habitet in amore radices agentibus ac fundatis sic, ut possitis intelligere, quae sit exstruendi firmi aedificii latitudo, longitudo etc. Scil. haec omnia suppeditat amor Christi, v. 19.) Hinc verb. seq.

Μηκύνω, f. *υνῶ*, prolongo, in longitudinem produco (cf. *πλατύνω*, *ταχύνω*, *βαρύνω*, οἱ ὁ Jes. 44, 14. — Xen. Mem. 3, 13, 5.), pass. (cf. *αὐξάνω*), Marc. 4, 27.

Μηλωτή, *ῆς*, *ἡ*, (a *μῆλον*, ovis; cf. graec. *χαμηλωτή*) pellis ovina; — pl., Hebr. 11, 37. (*ἐν μηλωταῖς*, amicti pellibus ov., v. *ἐν*. Exscripsisse videtur haec verba Clem. Rom. 1. ep. ad Cor. — addidit: *λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον*.) cf. 1 Reg. 19, 13. 2 Reg. 2, 8.

Μήν, partic. affirmat., certo, sane (Sap. 6, 23.); *ἦ μήν*, q. v.

Μήν, *νός*, *ὁ*, **a.**, mensis, Luc. 1, 36. — pl. acc. (quam diu?) Luc. 1, 24. 56. Act. 7, 20. 18, 11. Jac. 5, 17. Apoc. 9, 5. 10. 11, 2. 13, 5. (v. supr. *ἡμέρα* — *ποιεῖν μῆνας*, transigere, Act. 20, 3. — *ἐν τῷ μ.*, Luc. 1, 26. — *εἰς τὸν μῆνα*, Apoc. 9, 15. — *ἐπί* c. acc., Luc. 4, 25. Act. 19, 8. — *κατά* distribut., Apoc. 22, 2. (Xen. Oecon. 9, 8.) — *μετά*, Act. 28, 11. — **b.**, novilunium (ex usu hebr. חֹדֶשׁ, quod et mensem notat et novilunium, ut Num. 28, 11. 29, 1.), Gal. 4, 10. (primus cuiusvis mensis dies, quo luna nova apparebat, festus erat Judaeis, cf. Levit. 23, 24. Num. 28, 11. Ps. 80, 3.)

Μηνύω, f. *ύσω*, (cf. lat. moneo et nostr. meinen) indico; — *τί*, Joh. 11, 57. 1 Cor. 10, 28. — significo, seq. *ὅτι*, Luc. 20, 37. — *τινί τι*, Act. 23, 30. (2 Macch. 3, 7. 6, 11. 14, 37.)

Μὴ οὐκ, v. *μή*.

Μήποτε, part., (compos. ex *μή* et *ποτέ*, ita differens ab *οὔποτε*, ut *οὐκ* a *μή*; v. *μή*, *μηδέ*, *μηδείς*, *μηδέποτε*, *μηδέπω*, *μηκέτι*) continet in se *μή* **a.**, coniunctionem prohibitiv. *ne: ne quando*, *ne forte*. Constr. c. coni. aor. et refertur *α.*, ad verbum praecedens, ita ut designatae per illud actionis finem indicet, Matth. 4, 6. (Luc. 4, 11. hebr. פֶּן, Ps. 90, 12.) 13, 15. 15, 32. (Marc. 4, 12. Act. 28, 27.) — praeced. *προςέχω*, caveo, ne, Luc. 21, 34. — *φοβοῦμαι*, Hebr. 4, 1. — praefixum habet *ἵνα*, Luc. 14, 29. — *β.*, Non pendet a verbo enuntiationis praecedentis, sed toti sententiae praecedenti additur ex ore loquentis, quippe caussam, cur rem modo dictam ipse affirmaverit negaveritve,

imperaverit vetueritve, indicantis (de quo usu cf. sub ἵνα) et est ita ex mente loquentis aestimatum, i. q. alioquin fiet quod fieri non vis, Matth. 5, 25. (Luc. 12, 58.) 7, 6. 25, 9. (ante μήποτε cogites: οὐ θέλομεν, μήποτε — sens. minime; alioquin οὐκ ἀρκέσει) 27, 64. Marc. 4, 12. 14, 2. Luc. 14, 8. Act. 5, 39. Hebr. 2, 1. — constr. c. indicat., Hebr. 9, 17. (h. l. μή opponitur τῷ ποτέ, haud unquam.) — **b.**, interrogat ut part. εἴποτε, an forte, sed cum **dubitatione**: *annon*; ita in interrogat. dir. construct. c. indic., Joh. 7, 26. — in indirecta, praecedente βλέπε, βλέπετε, — Hebr. 3, 12. (μήποτε ἔσται suppl. φοβητέον ἐστί, Marc. 14, 2. Sed Matth. 26, 5. μὴ γένηται, ne fiat) — constr. cum optat. ubi verba tamquam ab aliquo cogitata referuntur, Luc. 3, 15. — constr. c. coni., 2 Tim. 2, 25.

Μήπω, adv., (ex μή et πώ; differt sic ab οὔπω, ut μή ab οὐ, i. e. non locum habet in ea constructione, quae τὸ οὐ non admittens requirit τὸ μή. Quare v. μή et composita: μηδέ, μηδείς, μηδαμῶς, μηκέτι, μήποτε, μήπως, μήτις) Rom. 9, 11. (iunct. c. partic., ut Xen. Mem. 4, 4, 23.) Hebr. 9, 8. (in constr. acc. c. inf.) — Act. 27, 29. (codd. μήπου.)

Μήπως, (ex μή et πώς) **a.**, ne, ne quo modo, constr. c. coni. (aor.), 1 Cor. 9, 27. 2 Cor. 2, 7. — ne forte (i. e. ne fiat id, quod fieri nolumus), 9, 4. Gal. 2, 2. — praeced. φοβοῦμαι, metuo (et caveo), ne forte, Act. 27, 29. 2 Cor. 11, 3. 12, 20. (h. l. bis posit. reperitur; ad μήπως ἔρεις etc. suppl. εὑρεθῶσι) Rom. 11, 21. (suppl. φοβητέον ἐστίν, metuendum, ne non parciturus sit.) — βλέπετε, 1 Cor. 8, 9. — **b.**, μή cum dubitat. (praecedente: φοβοῦμαι) μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς, metuo, ne — laboraverim, i. e. cum metu suspicor, me operam perdidisse (v. supr. μήποτε), Gal. 4, 11. (τρέχω scil. et nunc quoque, ἔδραμον, scil. tunc temporis.) — Hom. Od. 5, 300. Thuc. 3, 53. — Not. loc. 1 Thess. 3, 5. (γνῶναι — μήπως ἐπείρασεν, annon tentaverit, et μήπως — γένηται, und nicht vielleicht sein werde, γένηται pro futuro.)

Μηρός, οῦ, ὁ, femur (οἱ ὁ Gen. 24, 2. 9.), Apoc. 19, 16. (— γεγραμμένον.)

Μήτε, coniunct., (ex μή et enclit. τέ) **a.**, neque, und nicht; bis posit., weder, noch (differt ab οὔτε, ut μή ab οὐ) a μηδέ differt eo, quod μηδέ separat, quae diversi, μήτε vero, quae unius eiusdemque generis sunt s. quae partes sunt unius rei, praeced. μή c. imperat., Luc. 9, 3. Jac. 5, 12. Eph. 4, 27. (sens.: ne irascimini modum excedentes [nec tum, si iusta est irascendi caussa, v. 26.], neque admittite calumniatorem.) — praecedente μή c. coniunct. aor., Apoc. 7, 3. — praecedente ἵνα μή, Apoc. 7, 1. — praecedente εἰς τὸ μή, 2 Thess. 2, 2. — (μήτε διὰ πνεύμ. μήτε διά, scil. Ita totum dividitur in partes.) μήτε c. inf., praeced. λέγω, Matth. 5, 34—36. (μήτε, μήτε, scil. τὸ ὀμόσαι dividitur.) Act. 23, 8. (μηδὲ ἄγγελον μήτε πνεῦμα. Scil. ἄγγελ. et πν. ad idem genus pertinent, ita ut sublato uno tollatur alterum. Sed post ἀνάστασιν ponendum erat μηδὲ ἄγγ., quia haec sunt diversi generis.) 12. — ἀναθεματίζω, v. 21. — cum particip., Matth. 11, 18. (Luc. 7, 33.) Act. 27, 20. 1 Tim. 1, 7. Hebr. 7, 3. — **b.**, ne — quidem, praeced. ὥστε, Marc. 3, 20. (alii codd. μηδέ, sed μήτε sign. copulativam includens videtur recte se habere; sens.: ita ut

cum alia omittere cogerentur, tum nec cibum capere possent; τε scil. h. l. cumulat, adiectum iis, quae apostolos negotiis impeditos omisisse nemine monente intelligi posset. Alia est ratio loci Marc. 2, 2.)

Μήτηρ, ἑρος (τρός), ἡ, mater, **a.**, propr. (genitrix), Matth. 1, 18. 2, 11. 13. 14. 20. 21. et saepius. — **b.**, trop., α., de ea, quae instar matris est, Matth. 12, 49. 50. (Marc. 3, 35.) Joh. 19, 27. Rom. 16, 13. cf. 1 Tim. 5, 2. — β., (urbs) ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν, quae parit et fovet τὰς πόρνας cf. ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους, Joh. 8, 44.) Sed ad Hierosolymam coelestem μητρός nomen idcirco transfertur, quia confertur cum matre Sarah. Dicitur mater fidelium, τῶν ὄντων ἐκ τῆς πίστεως τοῦ Χριστοῦ, Gal. 4, 25. 26.

Μήτι, particula, (ex μή et τί, pronomine indefinito, quod ut lat. quid post si et ne, num, i. q. nostratum illud: etwa) **a.**, iunct. c. εἰ, qu. v. — **b.**, particula interrogat., (v. μή, μήποτε, μήπω, μήτις) an forte? α., ubi is, qui interrogat, responsionem exspectat negantem, constr. c. indicat., Matth. 7, 16. (μήτι συλλέγουσιν;) cf. Jac. 3, 11. Matth. 26, 22. 25. (Marc. 14, 19.) Marc. 4, 21. Luc. 6, 39. Joh. 7, 31. 18, 35. Act. 10, 47. 2 Cor. 12, 18. — μήτι ἄρα, 2 Cor. 1, 17. — β., in interrog. indir., ubi is, qui interrogat, sè significat non dubitare, quin id, de quo interroget, vere ita sit, Matth. 12, 23. μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ; — Joh. 4, 29. 8, 22. — μήτιγε βιωτικά; nonne certe —? (num dubitare licet, an —?) 1 Cor. 6, 3. (i. e. imo etiam τὰ βιωτικά.)

Μήτις, (ex μή et τίς) **a.**, ne quis, constr. c. coni. aor., 2 Thess. 2, 3. — **b.**, constr. c. indicat., num quis? Joh. 4, 33. 7, 48. (v. μή, μήποτε, μήπω, μήτι.)

Μήτρα, ας, ἡ, (a voc. μήτηρ) matrix, uterus, Luc. 2, 23. (Ex. 13, 2. 12.) Rom. 4, 19. (οἱ ὁ Num. 3, 12. — Aelian. V. H. 10, 3.)

Μητραλοίας (att. μητραλῴας), ου, ὁ, (ex μήτηρ et ἀλοίω, trituro, percutio) matricida, matris percussor; — plur., 1 Tim. 1, 9.

Μητρόπολις, εως, ἡ, (e vocc. μήτηρ et πόλις) metropolis, urbs primaria in subscriptione suspecta, 1 Tim. 6, 23.

Μιαίνω, f. μιανῶ, aor. 1. ἐμίηνα, att. ἐμίανα), perf. p. μεμίασμαι, (Num. 5, 13 seq. Hagg. 2, 14. Tit. 1, 15. ubi tamen pro μεμιασμένος al. μεμιαμμένος, cf. Sap. 7, 25.), aor. 1. ἐμιάνθην, (cf. λυμαίνομαι, ῥαίνω, λευκαίνω, μελαίνω, λεαίνω, γλυκαίνω, χαλεπαίνω) **a.**, tingo colore alieno, Hom. Il. 4, 141. (φοίνικι.) — **b.**, polluo, inquino, foedo (hebr. טִמֵּא, lat. contamino); — τινά s. τί, α., sensu morali: τὴν σάρκα (de re venerea), Jud. v. 8. — τὴν συνείδησιν, τὸν νοῦν (de iis, qui pravis libidinibus indulgent), pass., Tit. 1, 15. — de hominibus: οἱ μεμιασμένοι, inquinati (oppon. καθαρός), ibid. et Hebr. 12, 15. — β., sensu levit. de hominibus, pass., Joh. 18, 28. (Levit. 22, 5. Num. 5, 13. Tob. 2, 9.) Hinc voc. seq.

Μίασμα, τος, τό, propr. inquinamentum ortum vel tinctura vel pollutione, Schandfleck; — pl., τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου (ἀποφυγεῖν), sordes mundi (quae ex mundo i. e. rebus sensus titillantibus contrahuntur), 2 Petr. 2, 20. (coll. v. 18. 22.)

Μιασμός, οῦ, ὁ, (a v. μιαίνω, perf. p.) propr., actio inquinandi,

maculatio (vox latinitatis serior.), pollutio (vox lat. serior.), 2 Petr. 2, 10. (ἐπιθυμία μιασμοῦ, voluptas s. libido polluens.)

Μίγμα, τος, τό, (a v. μίγνυμι, perf. p.) id, quod miscendo ortum est, mixtura, Joh. 19, 39. (Sirac. 38, 8.)

Μίγνυμι (producta forma obsoleti: μίγω), f. μίξω, misceo, vernac. mischen; — τί, **a.**, τινί, aliquid aliqua re, Apoc. 8, 7. 15, 2. (Xen. Mem. 4, 3, 6. Cyr. 6, 2, 28. Aelian. V. H. 3, 18. 9, 9.) — **b.**, μετά τινος, Matth. 27, 34. Luc. 13, 1. (i. e. quos dum sacrificia offerebant, Pilatus necari iussit, ita ut victimarum sanguis cum immolantium sanguine misceretur.)

Μικρός, ά, όν, (oppon. μέγας) parvus, (comparat. μικρότερος, έρα, ον, oppon. μείζων) **a.**, mole et statura; mole, comparat., Matth. 13, 32. Marc. 4, 31. Jac. 3, 5. — statura: Luc. 19, 3. (τῇ ἡλικίᾳ.) — hinc etiam de aetate: (natu) minor, Marc. 15, 40. — ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, Act. 8, 10. Hebr. 8, 11. (Jerem. 31, 34.) — μικρός τε κ. μέγας, jung und alt, i. e. omnes, Act. 26, 22. — pl., Apoc. 11, 18. 13, 16. 19, 5. 18. 20, 12. (Jer. 6, 13. 31, 34. 42, 1. Esth. 1, 20. — **b.**, tempore, accus., (quamdiu?) μικρὸν χρόνον, Joh. 7, 33. (εἰμί) 12, 35. Apoc. 6, 11. (ἀναπαύομαι) 20, 3. — **c.**, quantitate (copia ac multitudine, Stoffmenge), id, quod non multas partes continet, μικρὰ ζύμη (i. q. aliquantulum ζύμης, oppon. πολύ. Xen. Mem. 3, 14, 1. Nam ζύμη est voc. materiae), 1 Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. — μικρὸν ποιμνίον, Luc. 12, 32. — **d.**, dignitate: ἕνα τῶν — τούτων (ex hebr. pro: ἕνα μικρὸν τούτων, v. ἐλάχιστος), Matth. 10, 42. 18, 6. 10. 14. (Marc. 9, 42. Luc. 9, 48.) Luc. 17, 2. — Matth. 11, 11. (Luc. 7, 28. Sens.: qui in regno div. reliquis eius civibus minor est, is cum sit civis regni divini, vel mortalium maximo, ergo etiam Joanne maior est. Quare non est, quod mihi portitorum usum exprobretis nam et hi regni div. civitatem adipisci possunt. — Neutr. μικρόν, paullulum (spatio), Matth. 26, 39. (Marc. 14, 35.) tempore, Joh. 13, 33. 14, 19. 16, 16. 17. 19. Hebr. 10, 37. (ἔτι μικρόν ὅσον ὅσον, — Jes. 26, 20.) — μετὰ μικρόν, paullo post, Matth. 26, 73. (Marc. 14, 70.) — quantitate: 2 Cor. 11, 1. 16.

Μίλητος, ου, ἡ, et Μίλητον, ου, τό, Miletus s. Miletum, urbs maritima Cariae s. Joniae prope ostia Maeandri, haud procul ab Epheso sita, coloniarum multarum parens, oraculo Apollinis celebris, hodie Melasso dicta, Act. 20, 15. 17. 2 Tim. 4, 20.

Μίλιον, ίου, τό, milliare, spatium mille passuum, vernac. Meile (est vox lat. ducta a mille, quam ut Graeci iam Strabonis tempore habuerunt, Strab. Geogr. lib. 5, p. 332. 6, p. 425., ita et Talmudici adoptarunt: מיל), aequabat milliare Roman., octo stadia Graecor., quintam partem milliarii germanici, Matth. 5, 41.

Μιμέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (a μῖμος, mimus, i. e. imitator) imitor; — τινά, aliquem, 2 Thess. 3, 7. 9. — τί, Hebr. 13, 7. (τὴν πίστιν) 3 Joh. v. 11. (τὸ κακόν.) Hinc voc. seq.

Μιμητής, οῦ, ὁ, imitator; — γίνομαί τινος (gen. pers.), pl., 1 Cor. 4, 16. 11, 1. Eph. 5, 1. 1 Thess. 1, 6. 2, 14. Hebr. 6, 12. — τινός (gen. rei, v. μιμέομαι), 1 Petr. 3, 13. (τοῦ ἀγαθοῦ.)

Μιμνήσκω (producta forma verbi μνάω, in memoriam revoco, Hom.

Il. 1, 407. Od. 3, 103.), med. f. μνήσομαι, aor. 1. ἐμνήσθην, f. 1. p. μνησθήσομαι, mihi in memoriam revoco, recordor, perf. μέμνημαι, memini) α., aor. 1., pass. ἐμνήσθην, α., signif. pass., in memoriam revocatus sum, mentio mei facta est; — ἐνώπιόν τινος (ex hebr., cf. Tob. 12, 15.), Act. 10, 31. Apoc. 16, 19. — (passive etiam Ez. 18, 22. et ἀναμνησθῆναι, Num. 10, 9. Ps. 108, 15.) — β., signific. med., τινός, memini alicuius, Matth. 26, 75. Luc. 23, 42. 24, 8. Act. 11, 16. 2 Petr. 3, 2. Jud. v. 17. — μνησθῆναι ἐλέους, pristini amoris recordari, Luc. 1, 54. — τῆς διαθήκης (promissionum a se factarum), 1, 72. (Gen. 9, 15. Ex. 2, 24.) — μὴ μνησθῆναι τῶν ἁμαρτιῶν τινος, i. e. condonare peccata, Hebr. 8, 12. 10, 17. (ex hebr., v. Ps. 24, 7. Jes. 43, 25. coll. Jerem. 14, 10. 1 Macc. 5, 4. 6, 12.) — b., perf. μέμνημαι τινος, memor sum, 1 Cor. 11, 2. 2 Tim. 1, 4. Hebr. 13, 3. — sequentibus coniunctt.: ὅτι, ἐμνήσθην, med., Matth. 5, 23. 27, 63. Luc. 16, 25. Joh. 2, 17. 22. 12, 16. (Xen. Cyr. 3, 1, 27.) — ὡς, Luc. 24, 6.

Μισέω (ῶ), f. ήσω, odi, odio prosequor; — pass., odio sum, invisus sum; activ., α., τινά, α., odio prosequor, infesto aliquem, Matth. 5, 43. (fut. pro imperat. [ad consuetudinem versionis Alex., cf. Matth. 4, 7.] — cf. Levit. 26, 17. Deut. 9, 24. 7, 16.) Luc. 1, 71. 6, 22. 27. 19, 14. Joh. 7, 7. 15, 18. 19. 24. 25. 17, 14. Eph. 5, 29. Tit. 3, 3. 1 Joh. 2, 9. 11. 3, 13. 15. 4, 20. Jud. v. 23. — pass., Matth. 10, 22. 24, 9. 10. (Marc. 13, 13. Luc. 21, 17.) — β., minus diligo, posthabeo, negligo, Matth. 6, 24. (Luc. 16, 13.) Luc. 14, 26. (coll. Matth. 10, 37.) Joh. 12, 25. Rom. 9, 13. (Mal. 1, 2. 3. — Deut. 21, 15. 16. 22, 13. 16.) — γ., aversor, detestor, Apoc. 17, 16. — b., τί, aversor, Joh. 3, 20. (τὸ φῶς) detestor, Rom. 7, 15. (cf. Tob. 4, 15.) Hebr. 1, 9. Apoc. 2, 6. 15. — pass. τὸ μεμισημένον, detestandum, Apoc. 18, 2. (Deut. 12, 31. 16, 22. Jerem. 33, 15. Prov. 25, 17.)

Μισθαποδοσία, ας, ἡ, (a μισθαποδότης, q. v.) solutio mercedis promeritae, merces; Hebr. 10, 35. (ἔχειν, secum ferre) 11, 26. — de poena: Hebr. 2, 2. (ἔνδικος.)

Μισθαποδότης, ου, ὁ, (ex μισθός et ἀποδίδωμι, reddo, debitum solvo) remunerator, is, qui mercedem persolvit, Hebr. 11, 6.

Μίσθιος, ία, ιον, vel μίσθιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a voc. μισθός, q. v.) mercenarius, mercede conductus; — plur., Luc. 15, 17. 19. (οἱ ὁ Levit. 25, 50. Job. 7, 1. — Tob. 5, 12. Sirac. 7, 20. 31, 22. 37, 11.)

Μισθόομαι (οῦμαι), f. ώσομαι, (med. verbi μισθόω, loco alteri mercede, ich verdinge, vermiethe, a μισθός, Aelian. V. H. 6, 1.) conduco, ich miethe, dinge: τινά, Matth. 20, 1. 7. (Aelian. V. H. 14, 17. Xen. Anab. 6, 2. 13. — οἱ ὁ Deut. 23, 4. 2 Chron. 24, 12.)

Μισθός, οῦ, ὁ, (cf. german. Miethe) quod ex pacto datur, merces, Rom. 4, 4. (κατὰ ὀφείλημα) Luc. 10, 7. et 1 Tim. 5, 18. Joh. 4, 36. Jac. 5, 4. Jud. v. 11. (Gen. 29, 15. Levit. 19, 13. Job. 7, 2.) Apoc. 22, 12. (οἱ ὁ Gen. 31, 7. Mal. 3, 5. — Xen. Mem. 1, 6, 5. Aelian. V. H. 1, 24. 8, 8.) — praemii sensu, Belohnung, Matth. 5. 12. (Luc. 6, 23. 35.) 1 Cor. 9, 18. — semper tamen inest notio debiti (ita et hebr. שָׂכָר, Gen. 15, 1.) — Caeterum nota phrases:

μισθὸν ἔχειν, Matth. 5, 46. 1 Cor. 9, 17. (ad mercedem adspirare posse.) — παρά τινος, Matth. 6, 1. — λαμβάνειν, Matth. 10, 41. 1 Cor. 3, 8. 14. — μὴ ἀπολέσαι, Matth. 10, 42. Marc. 9, 41. — ἀπολαμβάνειν, 2 Joh. v. 8. — ἀπέχειν (iam accepisse, weghaben), Matth. 6, 1 seq. — τὸν μισθὸν τῆς ἀδικίας (ex hebr., merces sceleri debita) λαμβάνειν, Act. 1, 18. — κομίζειν, 2 Petr. 2, 13. — ἀγαπᾶν, v. 15. — δοῦναι, Apoc. 11, 18. — ἀποδιδόναι, Matth. 20, 8. — c. gen., μ. προφήτου, δικαίου, praemium, quo interpres Dei, s. probus quisque ornandus est, Matth. 10, 41.

Μίσθωμα, τος, τό, (a μισθόω, perf. p.) merces, qua aliquid utendum vel locatur vel conducitur (Aelian. V. H. 4, 12. — οἱ ὁ de mercede meretricia, Hos. 2, 12. Deut. 23, 18. Mich. 1, 7. Prov. 19, 13. — Ez. 16, 30—32.) illud ipsum, quod mercede vel locatur vel conducitur, v. c. aedificium, domicilium, deversorium (cf. nostr. Miethe), Act. 28, 30.

Μισθωτός, οῦ, ὁ, (adi. verbale a perf. p. verbi μισθόομαι, q. v.) conductus, mercenarius, Joh. 10, 12. 13. — pl., Marc. 1, 20. (οἱ ὁ Ex. 12, 45. Levit. 19, 13. al.)

Μιτυλήνη, ης, ἡ, Mitylene, urbs primaria et littoralis insulae Lesbi (in mari Aegaeo), hodie Castro dicta (urbs patria Alcaei, Sapphus et Pittaci), Act. 20, 14.

Μιχαήλ, ὁ, (ex מִי quis? et כָּאֵל sicut Deus) Michael (nomen Archangeli, Dan. 12, 1.) Judae v. 9. (cf. Targum Jonath. ad Deut. 34, 6.) Apoc. 12, 7.

Μνᾶ (contract. e mina), ᾶς, ἡ, mina, eine Mine, nomen ponderis, hebr. מָנֶה, secund. 1 Reg. 10, 17. coll. 2 Chron. 9, 16. centum siclos sacros, secund. Ez. 45, 12. siclos sacros 60 aequans (Jos. Ant. 7, 8, 5. σίκλους διακοσίους· οὗτοι δὲ εἰσὶ πέντε μναῖ), apud τοὺς ὁ vox graeca legitur etiam Esdr. 2, 69. — Continebat mina attica centum drachmas, s. centum denarios romanos (25 siclos sacros) Luc. 19, 13. 25.

Μνάομαι, v. μιμνήσκομαι.

Μνάσων, ονος, ὁ, (a graeco v. μνάω in memoriam revoco, reminiscens. Cf. Ἰάσων), Mnason, vir Christianus, patria Cyprius, Act. 21, 16.

Μνεία, ας, ἡ, (a v. μιμνήσκω) recordatio, memoria, mentio; — ποιεῖσθαι μνείαν τινός, mentionem facere alicuius, Rom. 1, 9. Eph. 1, 16. 1 Thess. 1, 2. Philem. v. 4. (οἱ ὁ Ps. 110, 4. Job. 14, 13.) Phil. 1, 3. (etiam h. l. ὑμῶν est gen. obi., ut patet e v. 4.; al. sumunt pro gen. subi.) — μν. ἔχειν τινός, memoriam alicuis recolere, 1 Thess. 3, 6. — ἀδιάλειπτον ἔχειν τὴν περί τινος μνείαν, 2 Tim. 1, 3.

Μνῆμα, τος, τό, (a μνάω, perf. p. μέμνημαι) monumentum, id, quod fit ad memoriam rei vel hominis alicuius conservandam, Hom. Il. 23, 619. Od. 15, 126. — speciatim monumentum sepulcrale, apud seriores: *sepulcrum* (locus, ubi conditur corpus mortuum), i. q. μνημεῖον, Luc. 24, 1. Act. 2, 29. 7, 16. — pl., Marc. 5, 5. Luc. 8, 27. Apoc. 11, 9. (οἱ ὁ Ex. 14, 11. Num. 33, 16 seq. Jes. 65, 4. Ez. 32, 23. — Erant Hebraeor. sepulcra speluncae in rupibus aut arte aut natura factae, atque ita amplae, ut commode ingredi ibique versari liceret. Claudebantur, ne aditus ad ea bestiis pateret, aut ianuis aut saxis.)

Μνημεῖον, *ου*, *τό*, (a *μνάω*, propr., locus, ubi memoria alicuius recolitur, cf. voces templorum: *τὸ βακχεῖον*, *ἀσκληπιεῖον*, *μουσεῖον*. — domiciliorum, v. c. *τὸ βασιλεῖον*, *βουλεῖον*, aliorumque aedificiorum: *δοχεῖον*, *βαλνεῖον*, al.) speciat. *sepulcrum* (i. q. *μνῆμα*), Matth. 27, 60. 28, 8. (Marc. 15, 46. 16, 2. 3. 5. 8. Luc. 23, 55. 24, 2. 9. 12. 22. 24.) Marc. 6, 29. Joh. 11, 17. 31. 38. 12, 17. 19, 41. 42. 20, 1—4. 6. 8. 11. Act. 13, 29. — pl., Matth. 23, 29. (Luc. 11, 47. 48.) 27, 52. 53. Marc. 5, 2. Joh. 5, 28. (*οἱ ό* Gen. 23, 6. 9. 35, 20. de sepulcris Hebraeor. v. not. ad voc. *μνῆμα*.)

Μνήμη, *ης*, *ἡ*, (a *μνάω*, perf. p.) **a.**, memoria; **b.**, mentio (i. q. *μνεία*); — *μνήμην ποιεῖσθαί τινος*, meminisse alicuius, 2 Petr. 1, 15. (*οἱ ό* Ps. 29, 5. Prov. 10, 7. Eccles. 9, 5. — Aelian. V. H. 5, 3. Thuc. 2, 54.)

Μνημονεύω, f. *εύσω*, (a *μνήμων*, memor) **a.**, memini, i. e. *α.*, recordor, absol., Marc. 8, 18. — constructe: *τινός*, Luc. 17, 32. Joh. 15, 20. 16, 4. 21. Act. 20, 35. 1 Thess. 1, 3. Hebr. 11, 15. — admonentur lectores, ut memores huius illiusve sint, i. e. ut rationes, huic recordationi congruas ineant. Col. 4, 18. Hebr. 11, 15. Speciat. *τῶν πτωχῶν*, i. e. curare pauperes, Gal. 2, 10. — *β.*, *τινά* vel *τί*, mihi certo tempore aliquid in memoriam revoco (ut lat. memini aliquid); *τινά*, 2 Tim. 2, 8. — *τί*, Matth. 16, 9. 1 Thess. 2, 9. — *τὰ ἀδικήματα*, de Deo puniente, Apoc. 18, 5. (v. *μιμνήσκω*.) — *οἱ ό* Ex. 13, 2. Jes. 43, 18. 2 Macc. 9, 21. — Xen. Mem. 2, 7, 7. — *γ.*, seq. *ὅτι*, Act. 20, 31. Eph. 2, 11. 2 Thess. 2, 5. — cf. Sir. 7, 18. — *δ.*, seq. interrog. indir., Apoc. 2, 5. 3, 3. — **b.**, mentionem facio: *περί τινος*, Hebr. 11, 22.

Μνημόσυνον, *ου*, *τό*, (ab adi. *μνήμων*, memor) monumentum (id, quo memoria alicuius servatur), Herodot. 2, 121. — id, quod aliqua fecit, dicitur commemoratum iri *εἰς μνημόσυνον αὐτῆς*, i. e. ut sit res, quae illius memoriam conservet renovetque, Matth. 26, 13. Marc. 14, 9. — *εἰς μνημ.* (scil. *σοῦ*) *ἐνώπιον τ. θεοῦ*, Act. 10, 4. — *οἱ ό* (hebr. זִכָּרוֹן), Ex. 17, 14. (אַזְכָּרָה), Levit. 2, 2. 16. 5, 12. al. (זֵכֶר) Ps. 111, 6. Hos. 14, 7.

Μνηστεύω, f. *εύσω*, (ab adi. verb. *μνηστός*, desponsatus, sponsus, et hoc a perf. p. verbi *μνάω*) — *τινά* (*γυναῖκα*), aliquam ambio mihique desponderi posco (Hom. Od. 18, 276. Xen. H. G. 6, 4, 37. *ἐμνήστευε — λαβεῖν*. — alias: *μνᾶσθαι*. Hom. Od. 1, 42. — *οἱ μνηστῆρες*, proci) — pass., despondeor, desponsata sum: *τινί*, Matth. 1, 18. Luc. 1, 27. 2, 5. — *οἱ ό* Deut. 22, 23 seq. — med., mihi uxorem posco, *τινά*, Deut. 20, 7. Hos. 2, 19.

Μογιλάλος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, *ον*, *τό*, (ex *μόγις*, q. v., et *λάλος*, loquens) difficulter loquens, Marc. 7, 32. (Jes. 35, 6.)

Μόγις, adv., (a voc. *μόγος*, labor) aegre, difficulter, Luc. 9, 39.

Μόδιος, *ου*, *ὁ*, modius (ab hebr. מָדַד, unde et lat. metior, modus), mensura aridorum capiens 16 sextarios (sex modios continebat medimnus atticus. Corn. Nep. Att. 2.), Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 11, 33.

Μοιχαλίς, *ίδος*, *ἡ*, (a voc. *μοιχός*, vox antiquis ignota, sed ap. Plut., Lucian., Heliod. et Alex. satis crebra, i. q. *μοιχάς*) moecha, adultera, Rom. 7, 3. 2 Petr. 2, 14. (oculi, quibus semper obversatur adultera.) — pl., Jac. 4, 4.

— *γενεὰ μοιχαλίς*, gens impura, flagitiosa, Matth. 12, 39. (16, 4. Marc. 8, 38. Judaei illa aetate sibi licentiam indulgebant divortia quavis de caussa faciendi; quare et contra Joannem baptistam, legis Mosaicae vindicem, a proceribus Judaeorum excusabatur Herodis Antipae adulterium, v. Luc. 16, 16. Matth. 19, 3. [Marc. 10, 2. 5.] His et ipse Jesus suam de legis sanctitate doctrinam opposuit, cf. Matth. 5, 28—32.) — cf. Luc. 16, 18.

Μοιχάομαι (*ῶμαι*), f. *ήσομαι*, (med. verbi *μοιχάω τινά*, stupro matronam polluo) adulterium committo, moechor, Matth. 5, 32. 19, 9. Marc. 10, 12. — *ἐπί τινα*, v. 11. (cf. *πορνεύειν εἴς τινα*, Num. 25, 1.) hebr. נָאַף, Jerem. 3, 8. 5, 7. 9, 2. al.

Μοιχεία, *ας*, *ἡ*, (a *μοιχεύω*) adulterium, Joh. 8, 3. Gal. 5, 19. — plur., Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. — *οἱ ό* Jerem. 13, 27. Hos. 2, 2 (4).

Μοιχεύω, f. *εύσω*, (a *μοιχός*) adulter sum, adulteria committo; **a.**, absol., Matth. 5, 27. 19, 18. Marc. 10, 19. Luc. 16, 18. Rom. 13, 9. 18, 20. Jac. 2, 11. (not. h. l. *εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις*, i. e. si adulterio abstines; Rom. 2, 22. (Xen. Mem. 2, 1, 5.) — **b.**, *τινά* (*γυναῖκα*), Matth. 5, 28. (*οἱ ό* Deut. 5, 17. Levit. 20, 10. — Lucian. Diall. Deor. 6, 4.) — pass., de uxore adulterium patiente, Joh. 8, 4. — *μετά τινος*, Apoc. 2, 22. (*οἱ ό* Jerem. 3, 8.)

Μοιχός, *οῦ*, d, adulter; — plur., Luc. 18, 11. 1 Cor. 6, 9. Hebr. 13, 4. Jac. 4, 4. (*οἱ ό* Job. 24, 15.)

Μόλις, adv., (a *μόλος*, labor; v. supr. *μόγις*) difficulter, aegre, vix, Act. 14, 18. 27, 7. 8. 16. Rom. 5, 7. 1 Petr. 4, 18. (Xen. Cyr. 1, 3, 4.)

Μολόχ, (hebr. מֹלֶךְ, מַלְכָּם, 1 Reg. 11, 5. 2 Reg. 23, 13. — בַּעַל dictus, Jerem. 19, 5. 32, 35.) nomen idoli Ammonitarum, cui praeter animalia homines quoque et infantes immolabantur, Levit. 18, 21. 20, 2. 1 Reg. 11, 7. 2 Reg. 23, 10. v. supr. *γέεννα*. — Descripsit Jalcut. in comment. in Jerem. 7. eius figuram ita, quod fuerit imago aerea, habens faciem vituli, manus expansas, et intrinsecus excavata, Act. 7, 43. (ex Amos. 5, 26. ubi *οἱ ό· μολόχ*, quamquam vertendum fuerat: *βασιλέως ὑμῶν*, i. e. idoli vestri. Idola enim reges dicebantur, quia coli honore regio solebant.)

Μολύνω, f. *νῶ*, aor. 1. *ἐμόλυνα*, polluo, inquino; — *τί*, Apoc. 3, 4. (cf. Tob. 3, 15.) — pass., 1 Cor. 8, 7. (*ἡ συνείδησις*, usus est hoc verbo auctor, quia de esu carnis idolis immolatae dicere coeperat; *μολύνεται*, i. e. conscientia contractae impuritatis mens turbatur.) — med. *μετά τινος*, Apoc. 14, 4. (v. *μετά*.) Hinc voc. seq.

Μολυσμός, *οῦ*, *ὁ*, pollutio (cf. *μιασμός*); — *τινός*, id quod polluit s. inquinat, — *τῆς σαρκός*, 2 Cor. 7, 1. — *οἱ ό* Jerem. 23, 15. — 2 Macc. 5, 27.

Μομφή, *ῆς*, *ἡ*, (a v. *μέμφομαι*, perf. 2.) vituperium; — *ἔχειν μομφὴν πρός τινα*, materiam habere de aliquo conquerendi, Col. 3, 13. (Eurip. Orest. v. 1069.)

Μονή, *ῆς*, *ἡ*, (a v. *μένω*, perf. 2. *μέμονα*) mansio, habitatio, domicilium; — *μονὴν ποιεῖν παρά τινι*, Joh. 14, 23. (*μον. ποιεῖσθαι*, Thuc. 1, 131. Jos. Ant. 8, 13, 7. 13, 2, 1.) — pl., v. 2.

Μονογενής, *έος* (*οῦς*), d, *ἡ*, *ές*, *τό*, (ex *μόνος* et *γένος*) **a.**, uni-

genitus (filius unicus, filia unica), Luc. 7, 12. 8, 42. 9, 38. Hebr. 11, 17. — **b.**, sensu hyperphysico: filius Dei, is, quocum Deus pater ab aeterno essentiam suam communicavit, et qui naturam humanam induit (ὁ λόγος ὁ ἐνσαρκωθείς), Joh. 1, 14. 18. 3, 16. 1 Joh. 4, 9.

Μόνος, η, ον, **1.**, adi., solus (sine socio), **a.**, cum verbis: εἶναι, εὑρίσκεσθαι, καταλείπεσθαι etc., Matth. 14, 23. Marc. 6, 47. Luc. 9, 36. Joh. 8, 9. 16. 16, 32. — additum pronominibus: αὐτός, σύ etc. μόνος, Matth. 18, 15. Marc. 9, 2. 8. Luc. 10, 40. 24, 18. Joh. 6, 15. 12, 24. 16, 32. (ἀφιέναι τινά) Rom. 11, 3. — pl., 1 Thess. 3, 1. — **b.**, refertur cum suo nomine etiam ad alia verba, ut id, quod praedicati locum teneat, dicatur alicui aut soli convenire aut minus, Rom. 16, 4. 1 Cor. 9, 6. 2 Tim. 4, 11. Hebr. 9, 7. Matth. 4, 10. (Luc. 4, 8.) — pl., Luc. 24, 12. Joh. 6, 22. 1 Cor. 14, 36. Col. 4, 11. — cum negat., Matth. 4, 4. — ὁ μόνος θεός, Joh. 5, 44. 17, 3. Rom. 16, 27. 1 Tim. 1, 17. 6, 15. 16. Jud. v. 4. 25. Apoc. 15, 4. — posit. post οὐ, εἰ, μή, redundat, Matth. 12, 4. 17, 8. 24, 36. Luc. 5, 21. 6, 4. Phil. 4, 15. (Apoc. 9, 4.) — **2.**, Neutr. adv., solum, tantum, modo; **a.**, simplex μόνον, idque additum obiecto: Matth. 5, 47. 10, 42. Act. 18, 25. Gal. 3, 2. — 2 Thess. 2, 7. — genitivo: Rom. 3, 29. Hebr. 9, 10. — relatum ad actionem verbo expressam, Matth. 9, 21. 14, 36. Marc. 5, 36. Luc. 8, 50. Act. 8, 16. 1 Cor. 7, 39. (μόνον scil. γενέσθω) 1 Cor. 15, 19. Gal. 1, 23. 2, 10. — μόνον ante μή, Gal. 5, 13. — ἵνα, 6, 12. — ἕως, 2 Thess. 2, 7. — **b.**, οὐ (μή) μόνον, Gal. 4, 18. Jac. 1, 22. 2, 24. (οὐ scil. δικαιοῦται.) — seq. ἀλλά, Act. 19, 26. — ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, Phil. 2, 12. — ἀλλὰ καί, Matth. 21, 21. Joh. 5, 18. 11, 52. 12, 9. 13, 9. 17, 20. Act. 19, 27. 21, 13. 26, 29. 27, 10. Rom. 1, 32. 4, 12. 16. 23. 24. 2 Cor. 7, 7. al. — Apud Paulum saepe: οὐ μόνον δέ, non solum hoc quod dixi (hoc non satis est), Rom. 5, 3. 11. 8, 23. 9, 10. 2 Cor. 8, 19. Act. 26, 29.

Μονόφθαλμος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex μόνος et ὀφθαλμός) altero oculo privatus (antiquiores Graeci ἑτερόφθαλμος), Matth. 18, 9. Marc. 9, 47. — Lucian. Ver. H. 1, 3.

Μονόω (ῶ), f. ώσω, (a μόνος) solum relinquo. — pass., derelinquor, 1 Tim. 5, 5. (vidua μεμονωμένη, desolata, Xen. Venat. 9, 9. Aelian. V. H. 9, 40. Jos. Ant. 14, 2, 1.)

Μορφή, ῆς, ἡ, (unde lat.) forma, species externa, Marc. 16, 12. Phil. 2, 6. 7. (λαμβάνω, induo. Sens.: Deo similis cum esset, servo similem se fecit.) Hinc voc. seq.

Μορφόω (ῶ), f. ώσω, formo (οἱ ὁ Jes. 44, 13.). — pass., Gal. 4, 19. (sens.: quibus edocendis et in fide confirmandis totum me do, usque dum toti sitis Christo addicti.)

Μόρφωσις, εως, ἡ, **a.**, formatio. — **b.**, species (cui oppon. ἡ δύναμις): τινός, alicuius rei, 2 Tim. 3, 5. — **c.**, norma: τῆς γνώσεως, Rom. 2, 20.

Μοσχοποιέω (ῶ), f. ήσω, (ex μόσχος et ποιέω) vituli imaginem fabricor, Act. 7, 41. (Ex. 32, 4. ἐποίησεν μόσχον.)

Μόσχος, ου, ὁ, ἡ, iuvencus, iuvenca, Luc. 15, 23. 27. 30. Apoc. 4, 7. — pl., Hebr. 9, 12. 19. — οἱ ὁ Ex. 32, 4 seq. Levit. 4, 3—5. Hos. 10, 5. Prov. 15, 17.

Μουσικός, ή, όν, (a voc. *μοῦσα*, musa, canticum) propr., artium musis sacrarum studiosus et peritus (Aelian. V. H. 4, 15.). — speciat., musices peritus, Apoc. 18, 22. (Xen. Cyr. 1, 6, 38. — Dan. 3, 5. 1 Macc. 9, 39.

Μόχθος, ου, ὁ, labor molestus ac difficilis, 2 Cor. 11, 27. 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 8. (Num. 23, 21. Sap. 10, 10. 17. — Xen. Symp. 2, 4. 8, 40. — *οἱ ό* Deut. 26, 7. Cohel. 2, 10 seq.)

Μυελός, οῦ, ὁ, (intimo inclusum, a *μύω*, claudo) medulla, pl., Hebr. 4, 12. (Eurip. Hippol. v. 255.)

Μυέω (ῶ), perf. p. *μεμύημαι*, (a *μύω*, claudo) sacris (silentio obtegendis) initio aliquem; — *ἐν πᾶσι μεμύημαι*, i. e. omnia calleo, s. omnia usu didici, Phil. 4, 12. — Hesych.: *μεμύημαι· πεπείραμαι.*

Μῦθος, ου, ὁ, (a *μύω*, claudo) 1., ap. Hom. cogitatum, consilium, Il. 1, 552. Od. 2, 314. — 2., narratio, Hom. Od. 2, 368. — dictum, verbum, Xen. Mem. 1, 2, 58. — Sirac. 20, 19. — 3., ap. recentiores: narratio ficta, fabula, plur., 1 Tim. 1, 4. 4, 7. 2 Tim. 4, 4. Tit. 1, 14. 2 Petr, 1, 16. (Diod. Sic. 1, 19. Herodian. 1, 11, 6.) oppon. *λόγος* ap. Euseb. H. E. 3, 23.

Μυκάομαι (ῶμαι), mugio (propr. de tauris, ut Hom. Il. 21, 237.), rugio (de leone), Apoc. 10, 3.

Μυκτηρίζω, f. *ίσω*, (a *μυκτήρ*, nasus, nares, cf. lat. emungo) propr., naso adunco s. naribus suspensis derideo, *τινά*, aliquem; pass., Gal. 6, 7. (*οὐ μυκτηρίζεται*, non patitur sibi illudi.) — *οἱ ό* Job. 22, 19. Jerem. 20, 7. — Prov. 1, 30. 15, 20.

Μυλικός, ή, όν, (a *μύλη*, mola) molaris, Marc. 9, 42. (*λίθος*.)

Μύλος, ου, ὁ, lapis molaris, Apoc. 18, 21. — *μύλος ὀνικός*, Matth. 18, 6. et Luc. 17, 2. (mola maior duobus constabat lapidibus, superiori et inferiori, quorum ille, mobilis, *τὸ ἐπιμύλιον* dicebatur, Hebraeis רֶכֶב, quia alteri lapidi quasi inequitaret, 2 Sam. 11, 21.; hic immobilis, רֵחַיִם vocatur, Deut. 24, 6. Ex. 11, 5. — mola cum asinorum opera versari soleret, lapis ille mobilis vulgo dictus est *ὁ ὀνικός* et *ὁ ὄνος*.) — *φωνὴ μύλου*, strepitus, quem faciunt molae, Apoc. 18, 22.

Μύλων, ωνος, ὁ, (locus, in quo mola versatur, cf. *ἅλων*, locus, in quo trituratur) pistrinum, Matth. 24, 41.

Μύρα, ων, τά, Myra, orum, urbs littoralis Lyciae, quae erat Asiae regio littoralis inter Cariam et Phrygiam, Act. 27, 5.

Μυριάς, άδος, ή, (ab adi. *μυρίος*, q. v.; syllaba *-άς*, notat numerum, qui mensurae usum praestat plures comprehendens unitates; cf. *ή μονάς, δυάς, τριάς, δεκάς* etc.) numerus decem millium, decem millia, Act. 19, 19. — *οἱ ό* Esdr. 2, 64. 69. Deut. 33, 17. — Xen. Cyr. 2, 2, 2. — plur. c. gen. pro numero infinito, ut lat. sexcenti, nostr. Tausend, Luc. 12, 1. Act. 21, 20. Hebr. 12, 22. Jud. v. 14. Apoc. 5, 11. 9, 16.

Μυρίζω, f. *ίσω*, (a *μύρον*) ungo, inungo; — *τινά* vel *τί*, Marc. 14, 8. (Matth. 26, 13. *βάλλειν τὸ μύρον ἐπί*.)

Μυρίος, ία, ίον, **a.**, innumerus, infinitus (Hom. Il. 1, 2. 18, 88. Od. 15, 451. Jos. Ant. 5, 3, 2. 7, 1, 5.) pl. *μυρίοι, ίαι, ία*, innumeri; sed **b.**, accentu

retracto: *μύριοι, ιαι, ια*, decem millia, decies mille, Matth. 18, 24. (*μύρια τάλαντα.*) — Esth. 3, 9. 1 Chron. 29, 7. — ut lat. sexcenti pro infinito numero, 1 Cor. 4, 15. (*μύριοι παιδαγωγοί*) 14, 19. — Dan. 7, 10. — Xen. Cyr. 5, 1, 12.

Μύρον, ου, τό, (a *μύρω*, fluo, v. c. *δάκρυσι*, Hom. Il. 22, 427. cf. lat. moereo. — *τό*, nomina herbarum, liquorum, *φαρμάκων*, aromatum maximam partem generis sunt neutrius) unguentum, Matth. 26, 7. (9.) 12. Marc. 14, 3. 4. Luc. 7, 37. 38. 46. (h. l. disting. ab *ἐλαίῳ*) 23, 56. Joh. 11, 2. 12, 3. 5. Apoc. 18, 13. — οἱ ὁ Cant. 1, 3. 4, 14. 16. Prov. 27, 9. Ps. 132, 2. Ex. 30, 25. — Aelian. V. H. 9, 9.

Μυσία, ας, ἡ, Mysia, provincia Asiae minoris ad littus maris Aegaei, Lydiam inter et Propontidem (habuit urbes Pergamum, Troada et Assum), Act. 16, 7. 8.

Μυστήριον, ίου, τό, (a *μυστήρ* s. *μυστής*, et hoc a *μύω*, claudo) propr., **a.**, locus, ubi secretis et silentio premendis rebus homines initiantur, cf. *ἀκροατήριον*. — **b.**, res secreta (quam nec omnes capiunt, nec omnibus tradi fas est), 1 Cor. 13, 2. 14, 2. — *α.*, res, quae ultra orbem rerum visibilium positae sunt nec nisi a paucis cognoscuntur, Eph. 5, 32. — *τὸ μυστ. τῆς βασ. τοῦ θεοῦ*, i. e. id, quod de regno Dei sub imaginibus traditur, Marc. 4, 11. (pl., Matth. 13, 11. et Luc. 8, 10. doctrinae secretiores, quae imaginibus ad adumbrandum regnum div. propositis subsunt.) — ea, quae figuris symbolicis subsunt, Apoc. 1, 20. 10, 7. 17, 5. 7. — *β.*, res ex arcanis consiliis Dei, Rom. 11. 25. 1 Cor. 15, 51. — spec. de consilio Dei paganos ad salutem perducendi, Rom. 16, 25. (not. *σεσιγημένον*) 1 Cor. 2, 7. (sapientia in tradendis rebus, quae homines latuerunt, conspicua) Col. 1, 26. 27. 2, 2. Eph. 1, 9. 3, 3. 4. 9. — Hinc *τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου*, i. e. *τὸ εὐαγγέλιον, ὅ ἐστι μυστήριον*, s. doctrina secreta, quae *τῷ εὐαγγελίῳ* continetur, Eph. 6, 19. (not. *ἐν παῤῥησίᾳ*, ex adverso positum nomini *μυστηρίου*, i. e. oratione aperta et imperterrita.) — *τὸ — τοῦ Χριστοῦ*, aut: doctrina de arcano Dei consilio per Christum patefacta, aut: consilium Dei cum Christi illustratione coniunctum, Col. 4, 3. — *τὸ — τῆς πίστεως*, doctrina de arcanis Dei, quam fides amplectitur, 1 Tim. 3, 9. — *τὸ — τῆς εὐσεβείας*, doctrina de consiliis Dei arcanis, unde pietas in Deum vim atque vigorem accipit, 1 Tim. 3, 16. — *μυστήρια οἰκονόμοις* a Deo tradita dicuntur ea, quae Deus de consiliis suis hominum salutem spectantibus homines edoceri vult, 1 Cor. 4, 1. — **c.**, sacramentum, Eph. 5, 32. — **d.**, id, quod nunc quidem in occulto est, suo tempore autem in lucem prodibit, 2 Thess. 2, 7. (coll. v. 8.)

Μυωπάζω, f. άσω, (*ἀπὸ τοῦ μύειν τοὺς ὦπας*, oculos claudo, conniveo) caecutio, proxima tantum cerno, 2 Petr. 1, 9. (Aristot. Problem. Sect. 31.)

Μώλωψ, ωπος, ὁ, (Hesych.: *τραῦμα καὶ ὁ ἐκ πληγῆς αἱματώδης τόπος ἢ καὶ τὰ ἐξερχόμενα τῶν πληγῶν ὕδατα*) vibex, vulnus sanguine manans, 1 Petr. 2, 24. (Jes. 53, 3. cf. Gen. 4, 23. Ex. 21, 25. Jes. 1, 6.)

Μωμάομαι (ῶμαι), aor. 1. med. *ἐμωμησάμην*, aor. 1. p. *ἐμωμήθην*, (verb. depon. a *μῶμος*, q. v.) aor. **a.**, pass., vituperor, 2 Cor. 6, 3. — **b.**, med., vitupero, carpo, irrideo, 2 Cor. 8, 20. (Prov. 9, 7. Sap. 10, 14.)

Μῶμος, ου, ὁ, macula, dedecus (hebr. מוּם, Levit, 21, 17. Deut. 15, 21. Cant. 4, 7. Dan. 1, 4. — Sir. 18, 15. 47, 20. — Hom. Od. 2, 86.) 2 Petr. 2, 13.

Μωραίνω, f. *ανῶ*, (ab adi. *μωρός*, q. v. Similes formas v. sub *μιαίνω*) fatuum et insipidum reddo, **a.**, propr., pass., de sale, Matth. 5, 13. (Luc. 14, 34. sed Marc. 9, 50. *ἄναλον γίνεται*.) — **b.**, metaph., stultum reddo, pass., Rom. 1, 22. — stultum declaro, 1 Cor. 1, 20. (sententia explicatur v. 21.) — *οἱ ὁ* 2 Sam. 24, 10. Jes. 19, 11.

Μωρία, ας, ἡ, (ab adi. *μωρός*, q. v.) fatuitas, metaph., stultitia, 1 Cor. 1, 18. 21. 23. 2, 14. 3, 19. (Sirac. 20, 31.)

Μωρολογία, ας, ἡ, (a *μωρολόγος*; cf. *ματαιολογία*) stultiloquium, Eph. 5, 4.

Μωρός, ά, όν, propr., insipidus, fatuus (Joh. 6, 6.), i. e. metaph., stultus, **a.**, de hominibus (oppon. *φρόνιμος*), Matth. 7, 26. 25, 2. 3. 8. 1 Cor. 4, 10. — oppon. *σοφός*, 1 Cor. 3, 18. — iungit. c. *τυφλός*, Matth. 23, 17. 19. — *τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ*, id, quod Deus suum fecit ab hominibus pro stulto habitum, 1 Cor. 1, 25. (v. *ἀσθενής*) v. 27. (pl. *τὰ μωρά*, plures illi, quibus de veritate relig. christianae persuaderi potuit.) — *εἰπεῖν τινι· μωρέ*, stultum aliquem appellare (cf. *λέγειν τινὶ κύριε*, dominum aliquem salutare, Matth. 7, 21.) vel pro homine rationis experte atque bruto habere (quemadmodum solent homines fraudulenti, fures etc., qui alterum pro re suo arbitrio subiecta habent), Matth. 5, 22. — **b.**, de rebus: stultus, *ζητήσεις*, ad quas nulla, quae frugi sit, responsio dari potest, 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. — *οἱ ὁ* Deut. 32, 6. Jes. 19, 11. 32, 6.

Μωϋσῆς, ου et *έως*, (derivatur Ex. 2, 10. a מָשָׁה, extraxit, — Joseph. tamen et Philo derivant ab Aegyptiorum voce *μωῦ*, aqua. — Jos. Ant. 2, 9, 6. *τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας*. — Philo de Vita Mosis: *τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι*. — Clem. Alex. Stromat. 1. *τὸ γὰρ ὕδωρ μωῦ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι*) Moses (Vulg. Moyses), dux Israëlitarum, cum ex Aegypto migrarent in Palaestinam. Nominat. *Μωϋσῆς*, Act. 6, 14. 7, 37. Rom. 10, 5. 19. 2 Cor. 3, 13. 15. — gen. *έως*, Matth. 17, 4. Marc. 12, 26. Luc. 2, 22. Joh. 5, 46. 7, 22. Act. 7, 35. Hebr. 3, 3. — Act. 6, 11. 7, 44. Rom. 9, 15. 1 Cor. 10, 2. — Dat. *εῖ*: Marc. 9, 4. Luc. 9, 33. 2 Tim. 3, 8. — Acc. *έα*, Luc. 16, 29. — *Μωϋσῆς*, meton. pro libris eius, Luc. 16, 29. 24, 27. al.

N.

Ναασσών, ὁ, (a נָחַשׁ, auguratus est) Naasson, filius Aminadabi, Matth. 1, 4. Luc. 3, 32.

Ναγγαί, ὁ, (a נָגַהּ, splenduit) fil. Maathi, Luc. 3, 25.

Ναζαρέθ (ut scribitur Matth. 21, 11. Joh. 1, 46, 47. et in codd. Act. 10, 38.) s. *Ναζαρέτ* (ut plerumque scribitur), oppidum Galilaeae inferioris, haud procul a Capernaumo in colle (Luc. 4, 29.) locis amoenis circumdato exstructum, ad tribum Sabuloniticam pertinens; urbs patria Jesu domini nostri

(Matth. 13, 54. et Marc. 6, 1. ἡ πατρὶς αὐτοῦ), Matth. 2, 23. 4, 13. 21, 11. Marc. 1, 9. Luc. 1, 26. 2, 4. 39. 51. 4, 16. Act. 10, 38.

Ναζαρηνός, οῦ, s. *Ναζωραῖος*, ου, ὁ, Nazaretha oriundus, nomen gentile a Judaeis Jesu tributum, quod a prima aetate usque ad illud tempus, quo in publicum prodiit, cum matre Nazarethae vixerat, Matth. 26, 71. (ναζωρ. Marc. 14, 67. ναζαρ.) Marc. 1, 24. (ναζαρ. Luc. 4, 34.) 10, 47. (al. ναζωρ., ut Luc. 18, 37.) 16, 6. Luc. 24, 19. (ναζωρ.) Joh. 18, 5. (ναζωρ.) v. 7. 19, 19. Act. 2, 22. (ναζωρ.) 3, 6. 4, 10. 6, 14. 22, 8. 26, 9. — Nomina: ναζωραῖος et ναζαραῖος (hebr. נָזִיר, i. e. Deo devotus, v. Num. 6, 1. — Jos. Ant. 4, 4, 4. ναζαραῖοι οὗτοι καλοῦνται. Apud τοὺς ὁ· ναζιραῖος, Judic. 13, 5. Thren. 4, 7.) permutasse videtur, Matth. 2, 23. (putarunt quidem h. l. respici ad Jes. 11, 1. נֵצֶר, i. e. surculus; spectare quoque potest nostrum verba Judic. 13, 5. (v. Maldonat. — cf. Luc. 1, 15. coll. Jud. 13, 7. Luc. 1, 31. coll. Jud. 13, 3.) — οἱ *Ναζωραῖοι*, asseclae Ἰησοῦ τοῦ *Ναζωραίου*, cognomen Christianis tributum a Judaeis, Act. 24, 5.

Ναθάν, ὁ, (נָתָן, dedit) Nathan, (fil. Davidis 2 Sam. 5, 14.) Luc. 3, 31.

Ναθαναήλ, ὁ, (נְתַנְאֵל, donum Dei, i. q. θεόδωρος, v. *Ματθαῖος*), unus e numero discipulorum Christi, Joh. 1, 46—50. 21, 2. (vulgo creditur is esse apostolorum, qui alias vocatur Bartholomaeus.)

Ναί, adv. affirmandi, sane, profecto, recte (saepius ap. Hom.), oppon. οὔ, Matth. 5, 37. 2 Cor. 1, 17. 18. 19. Jac. 5, 12. — occurrit in responsione: Matth. 9, 28. 13, 51. 17, 25. 21, 16. Joh. 11, 27. 21, 15. 16. Act. 5, 8. Rom. 3, 29. — vel in oratione dictum aliquod confirmante, Matth. 11, 26. (Luc. 10, 21.) 15, 27. Marc. 7, 28. Apoc. 1, 7. 14, 13. 22, 20. — ναί, λέγω ὑμῖν, Luc. 7, 26. (Matth. 11, 9.) 11, 51. (Matth. 23, 36. ἀμήν) 12, 5. — ναί affirmationi separatae praemissum, Apoc. 16, 7. 22, 20. — ναὶ ναί, Matth. 5, 37. (eiusmodi duplicationes v. Matth. 7, 22. 23, 8. Marc. 14, 45.) — praefixo artic., 2 Cor. 1, 17. 20. Jac. 5, 12. — ante imperat., Philem. v. 20.

Ναΐν, ἡ, Nain (Vulg. Naim), oppidum Galilaeae, haud procul ab urbe Capharnaumo distans (Jos. de B. J. 4, 9, 4. κατὰ κώμην τινὰ καλουμένην Ναῒν τεῖχος κατασκευάσας), Luc. 7, 11.

Ναός, οῦ, ὁ, (att. νεώς, 2 Macc. 6, 2. 9, 16. a ναίω, habito) templum (delubrum, sacellum, ubi est ara et simulacrum Dei, Xen. Mem. 3, 8, 10. Hom. Il. 1, 39.), **a.**, propr., pl., Act. 7, 48. 17, 24. 19, 24. (Diod. Sic. 20, 14.) — sing. α., universe: Apoc. 21, 22. (Deus est templum, i. e. instar templi.) — β., speciat. de templo Hierosolymitano; א., sanctum sanctorum, Matth. 23, 35. 27, 51. Marc. 15, 38. Luc. 23, 45. — in visionibus Apocalypseos de templo τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ, Apoc. 3, 12. 7, 15. 11, 19. 14, 15. 17. 15, 5. 6. 8. 16, 1. 17. (hebr. הֵיכָל, 1 Reg. 6, 5.) — ב., i. q. τὸ ἱερόν (incluso τῷ ναῷ), Matth. 23, 16. 17. 21. 26, 61. (Marc. 14, 58.) 27, 5. Marc. 15, 29. Joh. 2, 20. 2 Thess. 2, 4. — ג., de singulis templi partibus: de sancto s. sanctuario, Luc. 1, 9. 21. 22. Apoc. 11, 1. 2. — de atrio sacerdotum, Matth. 27, 5. — **b.**, metaph.,

α., de Christianorum coetu inhabitato a *τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ*, 1 Cor. 3, 16. 17. 2 Cor. 6, 16. Eph. 2, 21. — *β.*, de Christianorum corporibus, 1 Cor. 6, 19.

Ναούμ, *ὁ*, (נַחוּם, consolatio) Nahum, unus e maioribus Josephi, mariti S. Virginis, Luc. 3, 25.

Νάρδος, *ου*, *ἡ*, (hebr. נֵרְדְּ, Cantic. 1, 12. 4, 13. 14. chald. נִרְדָּא) nardus, Andropogon Nardus, Spickennarde, e genere graminum, quae a nostratibus Bartgräser appellantur. Reperitur apud Indos in provincia Rangamati, et succum dat optime fragrantem, quo iam veteres vel puro vel mixto usi sunt ad oleum praestantissimum parandum (Plin. H. N. 12, 2. Tibull. 2, 2; 7. Horat. Epod. 5, 59.), oleum nardinum, Marc. 14, 3. Joh. 12, 3.

Νάρκισσος, *ου*, *ὁ*, Narcissus, Claudii imperatoris libertus (Sueton. Claud. c. 28. Tacit. Annal. 12, 57.) Rom. 16, 11.

Ναυαγέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ex *ναῦς* et *ἄγνυμι*, frango) naufragium facio, propr., 2 Cor. 11, 25. (Xen. Cyr. 3, 1, 24.) — metaph., *περὶ τὴν πίστιν* (quasi fidem circumnavigantes), 1 Tim. 1, 29.

Ναύκληρος, *ου*, *ὁ*, (ex *ναῦς* et *κλῆρος*) nauclerus, navicularius, i. e. dominus navis; qui navem vel singula navis spatia traiecturis mercede locat, Act. 27, 11. (Xen. Mem. 2, 6, 38. Polyb. 4, 6, 1.)

Ναῦς, *νεώς*, *ἡ*, (a *νάω*, fluo, nato) navis, Act. 27, 41.

Ναύτης, *ου*, *ὁ*, nauta, Act. 27, 27. 30. Apoc. 18, 17. (Hom. Il. 4, 76. 7, 4.)

Ναχώρ, *ὁ* (hebr. נָחוֹר) Nachor; nomen viri in genealogia Christi; Luc. 3, 34. (Gen. 11, 22.)

Νεανίας, *ου*, *ὁ*, (a *νέαν* s. *νεᾶν*, *ᾶνος*, quod a *νέος* formatum conferas c. *ξενάν*, *μεγιστάν*) adolescens, iuvenis, Act. 20, 9. 23, 17. 18. 22. (*οἱ ὁ* Jud. 16, 26. — Xen. Mem. 3, 1, 2.) — ut lat. adolescens et hebr. נַעַר, Gen. 41, 12. vir iunior nondum matrimonio mulieri iunctus (quamquam aetatem iuvenilem egressus), Act. 7, 58.

Νεανίσκος, *ου*, *ὁ*, (a *νεανίας*, forma diminutiv.) iuvenis, adolescens, Matth. 19, 20. 22. Marc. 14, 51. 16, 5. Luc. 7, 14. — pl., Act. 2, 17. 5, 10. 1 Joh. 2, 13. 14. (*οἱ ὁ* 1 Sam. 20, 22. Joël. 2, 28. — Aelian. V. H. 2, 44.) — intelliguntur milites, Marc. 14, 51. (*οἱ ὁ* Jos. 2, 1. 2. 23. 2 Sam. 2, 14. Deut. 32, 25. Judic. 14, 10.)

Νεάπολις, *εως*, *ἡ*, Neapolis, urbs Macedoniae in littore maris Aegaei, sita in sinu Strymonico (inter Nessum et Strymonem) et portu instructa, colonia Chalcidonensium, Act. 16, 11. (Strabo 7, p. 330. Plin. 14, 18.)

Νεεμάν, *ὁ* (נַעֲמָן, pulcher, amoenus, a נָעַם amoenus fuit), Naaman, (princeps militiae regis Syriae 2 Reg. 5, 1.) Luc. 4, 27.

Νεκρός, *ά*, *όν*, (cf. lat. neco, nex) mortuus, i. e. *α.*, defunctus, Luc. 7, 15. Apoc. 2, 8. — pl. *νεκροί*, Matth. 10, 8. 11, 5. Luc. 7, 22. Act. 26, 8. Hebr. 9, 17. — c. art. ii, qui mortui sunt, Rom. 4, 17. — *οἱ νεκροὶ κατ᾽ ἐξοχήν*, qui apud inferos sunt, Matth. 22, 31. (Marc. 12, 26. Luc. 20, 37.) Luc. 24, 5. Joh. 5, 21. 25. Act. 10, 42. Rom. 6, 13. 11, 15. 14, 9. 1 Cor. 15, 16.

29. 32. 35. 52. 2 Cor. 1, 9. Col. 1, 18. 2 Tim. 4, 1. Hebr. 11, 35. 1 Petr. 4, 5. Apoc. 1, 5. 11, 18. 20, 5. 12. — sic et in formula satis frequenti (*ἐγείρομαι, ἀνίσταμαι*) *ἐκ νεκρῶν*, Matth. 14, 2. 27, 64. Rom. 8, 10. v. *ἐγείρω, ἀνίστημι.* — *οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ*, qui diem obeuntes spem posuerunt in Christo, 1 Thess. 4, 16. (1 Cor. 15, 18.) — *ἀνάστασις τῶν νεκρ.* et *ἐκ νεκρ.* v. *ἀνάστασις.* — **b.**, cadaver, *ὀστέα νεκρῶν*, Matth. 23, 27. — **c.**, i. q. *νενεκρωμένος* s. *ἐσφαγμένος*, trucidatus, Apoc. 16, 3. — **d.**, ubi *νεκρός praedicati* locum tenet, exanimis (entseelt), Matth. 28, 4. Marc. 9, 26. Act. 5, 10. 20, 9. 28, 6. Apoc. 1, 17. — *ὁ νεκρός* oppositus *τῷ ζῶντι*: vitae expers, vita carens, Matth. 22, 32. (Marc. 12, 27. Luc. 20, 38. sens.: quibus Deus numine suo adest, hi non sunt *νεκροί, ἀλλὰ ζῶντες*) — **e.**, trop., *α.*, in sententia acuta: Luc. 9, 60. (Matth. 8, 22. sens.: tu vivis annuntia vitam in regno coelesti futuram; mortuos sepeliendos relinque mortuis, i. e. iis, qui nuntium de regno coelesti negligentes et aspernantes ad veram vitam non adspirant) — *β.*, Luc. 15, 24. (*νεκρὸς ἦν*, mihi quasi perierat) v. 32. — *γ.*, *νεκρὸς* (qui vitae aeternae iacturam fecit) *παραπτώμασι*, Eph. 2, 1. 5. (vita privatus per scelera, coll. v. 2.) Col. 2, 13. — *νεκρός*, morti aeternae destinatus, Rom. 6, 13. — *νεκρὸς εἶ*, mors te certa manet, Apoc. 3, 1. — *ἔργα νεκρά* opera, quorum fructus mors est et interitus, Hebr. 6, 1. 9, 14. — *δ.*, *νεκρὸν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ* (dat. incommodi), non amplius vim pati vitiositatis, Rom. 6, 11. (coll. v. 7.) — *ε.*, de rebus: vi carens, iners, Rom. 7, 8. (*ἁμαρτία.*) — *πίστις*, Jac. 2, 17. 20. 26. — Hinc verb. seq.

Νεκρόω (*ῶ*), f. *ώσω*, neco, interficio; — *τινά*, metaphor., effoetum reddo, Col. 3, 5. — pass., Rom. 4, 19. Hebr. 11, 12. — Hinc voc. seq.

Νέκρωσις, *εως*, *ἡ*, **a.**, interfectio, *Ἰησοῦ* (qua Jesus morti traditus est), 2 Cor. 4, 10. (oppon. *ζωή* et explicatur sententia v. 11.) — **b.**, status emortui, effoeti, hebetudo, Rom. 4, 19.

Νέος, *α*, *ον*, (unde lat. novus, nostr. neu) **a.**, novus, recens, — *οἶνος*, Matth. 9, 17. (Marc. 2, 22. Luc. 5, 37—39. — Xen. Cyr. 1, 6, 38. — in orat. metaphoris utente: *νέον φύραμα* i. e. nova, non corrupta massa, 1 Cor. 5, 7. — *νέος ἄνθρωπος*, Col. 3, 10. (Eph. 4, 24. legitur *καινός*) — *νέα διαθήκη* recens, nondum violatum foedus (cuius adhuc vis integra est), Hebr. 12, 24. (sensu paullulum mutato: *καινή*, Hebr. 8, 13. Jerem. 31, 32.) — **b.**, *νέος*, iuvenilis, juvenis, Tit. 2, 4. (*οἱ ὁ* Gen. 37, 2. Ex. 33, 11. — Hom. Il. 2, 789. Xen. Venat. 9, 8. — v. ac dist. *καινός.*)

Νεοσσός, *οῦ*, *ὁ*, pullus, Luc. 2, 24. (al. codd. *νοσσούς* e graecitate seriori — *οἱ ὁ* Levit. 12, 6. Deut. 32, 11. Job. 38, 41. — Hom. Il. 2, 311. Xen. Oecon. 7, 34.

Νεότης, *ητος*, *ἡ* (ab adi. *νέος*) iuventus, adolescentia 1 Tim. 4, 12. — *ἐκ νεότητός μου*, inde a teneris, Matth. 19, 20. (Marc. 10, 20. Luc. 18, 21.) Act. 26, 4. — *οἱ ὁ* Gen. 8, 21. Job. 20, 11. 36, 4. Ps. 87, 15. Jes. 47, 12. — Hom. Il. 14, 86.

Νεόφυτος, *ον*, *ὁ*, *ἡ*, *ον*, *τό*, (ex *νέος*, recens, et *φύω*, planto) **recens plantatus** (Job. 14, 9. Jes. 5, 7.), trop., **novitius (qui recens Christianus factus est)**, 1 Tim. 3, 6.

Νεύω, f. *εύσω*, nuo nutu significo; — *τινί*, Joh. 13, 24. Act. 24, 10. (Aelian. V. H. 14, 22.)

Νεφέλη, *ης*, *ἡ*, (a *νέφος*, nimbus, a quo *νεφέλη* eo differt, quod coaluit in certam formam) nebula, nubes, Matth. 17, 5. (*φωτός*, Marc. 9, 7. Luc. 9, 34. 35.) Luc. 12, 54. Act. 1, 9. 1 Cor. 10, 1. 2. (Ex. 13, 21. 14, 19. Num. 9, 15. 12, 5. Ps. 77, 14.) Apoc. 10, 1. 11, 12. — plur., Matth. 24, 30. (Marc. 13, 26. Luc. 21, 27. *ἐν νεφέλῃ*. cf. Apoc. 14, 14.) 26, 64. (Marc. 14, 62.) 1 Thess. 4, 17. Apoc. 1, 7. — *νεφέλαι ἄνυδροι*, Jud. v. 12. (nubes imbrem pollicitae, at vento raptae spem fallentes.)

Νεφθαλείμ, *ὁ*, Nephthalim s. Naphthali, (filius Jacobi sextus, Gen. 30, 8.) Apoc. 7, 6. — *τὰ ὅρια Νεφθαλείμ*, regio, ab hoc tribu inhabitata, Matth. 4, 13. (ex Jes. 9, 1.) metonym., posteri, stirps Nephthalim, Nephthalitae, Matth. 4, 15.

Νέφος, *εος* (*ους*), *τό*, (nimbus, cuius forma non circumscripta est, Hom. Il. 15, 668.) nubes (Gewölke) (*οἱ ὁ* Job. 26, 8. 38, 37.), trop., magna turba; — *μαρτύρων*, Hebr. 12, 1. (cf. Herodot. 8, 109. — *νεφέλη ἀκρίδων*, Diod. Sic. 3, 28.)

Νεφρός, *οῦ*, *ὁ*, ren, pl. *οἱ*, renes, Apoc. 2, 23. (Ps. 7, 10. 15, 7. Jerem. 11, 20.)

Νεωκόρος, *ου*, *ὁ*, (ex *νεώς* s. *ναός*, templum, et *κορέω*, cf. nostr. kehren, verro) **a.**, qui templum verrit, purgat, aedituus. — **b.**, qui templum ornat et curat, ut suus ei ornatus ac splendor constet (Dei cultor, de Israëlitis, Jos. B. J. 5, 9, 4. — idem habet *νεωκορεῖν τὸν θεόν*). Hinc *νεωκόρος* urbs, quae est alicuius dei deaeve cultrix, ut Ephesus, Act. 19, 35.

Νεωτερικός, *ή*, *όν*, (a *νέος*, compar. *νεώτερος*, unde *νεωτερίζω*) iuvenili aetati conveniens; — *τὰς* — *ἐπιθυμίας*, 2 Tim. 2, 22. (nisi h. l. intelligenda studia *τῶν νεωτεριζόντων*, ut *ἡ νεωτεροποιΐα* de studiis haereticis dic. ap. Euseb. H. E. 1, 1.)

Νεώτερος, *α*, *ον*, (comparat. adiect. *νέος*) **a.**, iunior aetate, Joh. 21, 18. — pl. ii, qui adhuc sunt aetate iuvenili, Act. 5, 6. 1 Tim. 5, 1. 2. (disting. *πρεσβύτεροι*) v. 11. 14. Tit. 2, 6. 1 Petr. 5, 5. (dist. *πρεσβύτ.* — *οἱ ὁ* Gen. 19, 31. 42, 13. Jud. 8, 20. — minor natu (ut *ὁ πρεσβύτ.* maior natu), Luc. 15, 12. 13. (coll. v. 25.) — **b.**, dignitate inferior, Luc. 22, 26. (opp. *ὁ μείζων*. cf. Ps. 118, 141.)

Νή, seq. acc., particula ab affirmantibus et iurantibus usurpari solita, lat. per, nostr. bei, 1 Cor. 15, 31. (v. *καύχησις*) — *οἱ ὁ* Gen. 42, 15. — Xen. Cyr. 1, 3, 10. Aelian. V. H. 1, 33. in scriptis Graecor. formula: *νὴ τὸν Δία* frequentatur.

Νήθω, f. *νήσω*, (a *νέω*) neo (nostr. nähen, Naht; similes formae: *ἀλήθω*, *πλήθω*, *ἀναπρήθω*, *βαρύθω*) filum duco, Matth. 6, 28. (Luc. 12, 27. — *οἱ ὁ* Ex. 35, 25. 26, 31.)

Νηπιάζω, f. *άσω*, (a voc. *νήπιος*, q. v.) infans sum, 1 Cor. 14, 20. (*τῇ κακίᾳ*, quod — attinet; oppon. h. l. *τέλειος γίνομαι*.)

Νήπιος, *ία*, *ιον*, (ex *νή*, syllaba inseparabili, negandi vim habente, et *ἔπος*; cf. *νηλεής*, immisericors, *νημερτής*, verus, voces ap. Hom. frequen-

tatas, νῆστις v. infr.) infans (Hom. Il. 2, 136. 5, 480.), pr., 1 Cor. 13, 11. — plur., Matth. 21, 16. (ex Ps. 8, 3. cf. Jerem. 6, 11. 44, 7. Thren. 1, 5. 2, 20. 4, 4.) — de puero nondum adulto, Gal. 4, 1. — metaph., rudis, imperitus (Ps. 18, 8. 118, 130.), Matth. 11, 25. (Luc. 10, 21. opp. σοφοί et συνετοί) Rom. 2, 20. (διδάσκαλοι νηπίων) — is, qui disciplina indiget, 1 Cor. 3, 1. (oppon. πνευματικοί — ἐν Χριστῷ, in familia Christi) — is, cuius mens solidiora nondum capit, Hebr. 5, 13. Gal. 4, 3. — Eph. 4, 14. (metaphora sumitur ab infantium inconstantia.)

Νηρεύς, έως, ὁ, Nereus, homo Christianus, Rom. 16, 15.

Νηρί, ὁ, (a נֵר, lucerna), Neri, avus Serubabelis, Luc. 3, 27.

Νησίον, ου, τό, (deminut. vocis νῆσος) parva insula, Act. 27, 16.

Νῆσος, ου, ἡ, (a v. νάω s. νέω, nato) insula, Act. 13, 6. 27, 26. 28, 1. al. — οἱ ὁ Gen. 10, 5.

Νηστεία, ας, ἡ, (v. νηστεύω) ieiunium (abstinentia a cibo), **a.**, de ieiunio spontaneo et pio, privato, Matth. 17, 21. (Marc. 9, 29. ἐν, per) — plur., Luc. 2, 37. Act. 14, 23. — Quantum tribuerint pii Israëlitae ieiuniis, ostendunt loci: Zach. 8, 19. Dan. 10, 1. seq. Tob. 12, 8. Matth. 9, 14. — **b.**, de ieiunio publico, spec. de ieiunio magno, lege mosaica praescripto (Levit. 16, 29. seq. 23, 27. seq.) et quotannis die expiationis magno, i. e. die 10. mensis Tisri, agi solito, ἡ νηστεία κατ' ἐξοχήν, Act. 27, 9. (continet mensis Tisri partem nostrorum mensium Septembris et Octobris; incidit ergo in tempus auctumnale, in τὴν χειμήριον ὥραν, quo tempore navigationes propter procellas solebant esse periculosiores, ut ea, de qua h. l. narratur. Inde, quod hoc ieiunii tempus praeterierat, Paulus sperat maris tranquillitatem.) — **c.**, de ieiunio coacto, pl., 2 Cor. 6, 5. 11, 27.

Νηστεύω, f. εύσω, (a v. νῆστις, q. v.) ieiunium ago, **a.**, de ieiunio religioso et privato, quo quis piarum meditationum caussa cibo abstinet vel omni, si ieiunio unius diei spatium explendum est (v. νηστεία), Matth. 6, 16—18. 9, 14. (Marc. 2, 18. 19. Luc. 5, 33.) Luc. 18, 12. Act. 10, 30. 13, 2. 3. — vel consueto (et delicatiori), si per plures dies continuatur, Matth. 4, 2. (cf. Ex. 34, 28. 1 Reg. 19, 5—8.) Luc. 4, 2. — οὐκ ἔφαγεν οὐδέν, cf. Luc. 7, 33. (Matth. 11, 18.) — **b.**, de ieiunio, signo moeroris ac tristitiae, Matth. 9, 15. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. (hinc etiam ieiunium requirebatur ad actum poenitentiae, Jon. 3, 5. al.)

Νῆστις, ιος (Hom. Od. 18, 369. Il. 19, 207.) vel ιδος (Athen. 7, 79.), ὁ, ἡ, plur. νήστεις vel ion. νήστις (ex -ιες) et νήστιδες (Aesch. Agam. v. 1632. ex νή [v. supr. νήπιος] et ἐσθίω) ieiunus, impransus, Matth. 15, 32. Marc. 8, 3.

Νηφάλιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a v. νήφω) sobrius, vino abstinens, 1 Tim. 3, 2. — pl., v. 11. Tit. 2, 2. (Jos. Ant. 3, 12, 2.)

Νήφω, f. ψω. sobrius sum, 1 Petr. 4, 7. (εἰς τὰς προσευχάς, ut preces facere possim) 5, 8. — tropice: me alacrem et cautum conservo, 1 Thess. 5, 6. 8. (oppon. μεθύω) 2 Tim. 4, 5. 1 Petr. 1, 13.

Νίγερ, ὁ, (nom. lat.) Niger, cognomen Simeonis prophetae, Act. 13, 1.

Νικάνωρ, ορος, ὁ (νίκη, victoria, ἀνήρ, vir) Nicanor, vir Christianus in coetu Hierosolymitano, Act. 6, 5.)

Νικάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. νίκη, q. v.) vinco, **a.**, absol., Apoc. 5, 5. 6, 2. — in foro: caussa vinco, Rom. 3, 4. (e Ps. 50, 6.) — Xen. Mem. 4, 4, 17. — de Christo victore: Apoc. 5, 5. (h. l. ἐνίκησεν — ἀνοῖξαι cett., vicit adeo, ut nunc ius ac potestatem habeat aperiendi cett. — de Christianis, qui contra adversariorum vim constanter fidem ad mortem usque tenent, Apoc. 2, 7. 11. 17. 26. 3, 5. 12. 21. 21, 7. — **b.**, constr. τινά, Luc. 11, 22. Apoc. 11, 7. 13, 7. 17, 14. — τὸν κόσμον, i. e. adversarios veritati obnitentes, Joh. 16, 33. (νενίκηκα, sens.: victoria de adversariis veritati obnitentibus mihi iam certa est, cf. 1 Joh. 4, 4.) — adversarios, qui fidem Christianorum labefactare conantur, 1 Joh. 5, 4. 5. — νικᾶν τὸν πονηρόν dicuntur iuvenes, qui vincunt libidinum irritationes, 1 Joh. 2, 13. 14. — item Christiani qui religionem suam contra diabolum, fidem Christianorum evertere conantem tenent, Apoc. 12, 11. — dicuntur iidem vicisse falsos doctores, 1 Joh. 4, 4. — τί, v. c. τὸ πονηρὸν (ἐν τῷ ἀγαθῷ, per vim, quae in bono inest), Rom. 12, 21. (sens.: efficere beneficiis, ut adversarium factae iniuriae poeniteat) — pass.: ὑπό τινος, Rom. 12, 21. (vincor ὑπὸ τοῦ κακοῦ, i. e. me malo ad male faciendum impelli patior.) — νικῶ, vincens effugi ἔκ τινος, Apoc. 15, 2.

Νίκη, ης, ἡ, victoria, 1 Joh. 5, 4.

Νικόδημος, ου, ὁ (נַקְדִּימוֹן, ex נָקִי, innocens, et דָּם, sanguis) Nicodemus, consiliarius synedrii magni, Joh. 3, 1. seq. 7, 50. 19, 39.

Νικολαΐτης, ου, ὁ, Nicolai sectator, Apoc. 2, 6. 15.

Νικόλαος, ου, ὁ, (νίκη et λαός, victor populi) Nicolaus, **1.**, diaconus ecclesiae Hierosolymitanae, Act. 6, 5. — **2.**, auctor sectae cuiusdam gnosticae, Apoc. 2, 6. 15.

Νικόπολις, εως, ἡ, (urbs victoriae) Nicopolis (aut Macedoniae, aut Thraciae), Tit. 3, 12. (Plures exstabant huius nominis urbes, plerumque a victore quodam in victoriae de hostibus deportatae memoriam exstructae v. c. in Armenia, Ponto, Cilicia, Epiro.)

Νῖκος, εος (ους), τό, victoria; — εἰς νῖκος, Matth. 12, 20. (Jes. 42, 3. לֶאֱמֶת, οἱ ό· εἰς ἀλήθειαν, v. ἐκβάλλω 1 Cor. 15, 54. (Jes. 25, 8. לָנֶצַח, i. e. in aeternum. — οἱ ό· ἰσχύσας lectio corrupta. Aquila ut Paulus h. l. εἰς νῖκος, quod Paulum interpretatum esse: in victoriam, patet e v. 55. 57. Etiam οἱ ό vertunt εἰς νῖκος, 2 Sam. 2, 26. Job. 36, 7. Thren. 3, 18. 5, 20. Amos. 1, 11. 8, 7.)

Νινευΐ, ἡ, (hebr. נִינְוֵה, Jon. 1, 1. a נִין et נָוֶה, habitatio Nini, cf. Gen. 10, 11. graece: ἡ Νῖνος, Latinis Ninus) Ninive, metropolis regni assyriaci, quae ad fluminis Tigridis littus aut orientale aut occidentale sita et immensa magnitudine fuit, Luc. 11, 32. (Herodot. 1, 50. 193. Diod. Sic. 2, 3. 3, 1. et 7. Plin. H. N. 6, 13. — Tob. 1, 11.) Hinc voc. seq.

Νινευΐτης, ου, ὁ, Ninivites, Ninives incola, Matth. 12, 41. et Luc. 11, 30. (Jon. 3, 5.)

Νιπτήρ, ῆρος, ὁ, (a v. νίπτω, nomen instrumenti, cf. λουτήρ, λαμπτήρ, ἀμπυκτήρ, ἀορτήρ) vas manibus pedibusque lavandis aptum, pelvis, Joh. 13, 5.

Νίπτω, f. ψω, (Graeci antiquiores νίζω, madefacio, cf. nostr. netzen) lavo; — τινά vel τί, Joh. 13, 5. 6. 8. 12. 14. 1 Tim. 5, 10. (de hoc humanitatis officio cf. Gen. 18, 4. 19, 2. 43, 23.) — med., me lavo, Joh. 9, 7. 11. 15. — mihi lavo τὸ πρόςωπον, Matth. 6, 17. cf. 15, 2. Marc. 7, 3. Joh. 13, 10. — οἱ ὁ Ex. 30, 18. Levit. 15, 11.

Νοέω (ῶ), f. ήσω (a νοῦς) absol., mente animadverto, percipio, intelligo, sapio, Matth. 16, 9. Marc. 8, 17. (iunct. c. συνιέναι, v. Jes. 1, 3. Einsicht haben.) — τῇ καρδίᾳ, Joh. 12, 40. (καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, ut Joh. 12, 40. ex Jes. 6, 10. ubi οἱ ό· καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, sic Jes. 44, 18. οἱ ό· καὶ τοῦ νοῆσαι τῇ καρδίᾳ αὐτῶν.) — Constr. α., τί, mente intelligo, Matth. 24, 15. (iunct. c. ἀναγινώσκειν scil. τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιήλ, is percipiat id, quod verbis Danielis significatum est. Al.: qui legit, animum advertat. Sed auctor cogitando addi voluit obiectum, Marc. 13, 14. — verba e Matthaei textu in Marcum translata esse videntur. — νοεῖν iunct. cum ἀναγινώσκειν habes Eph. 3, 4.) Rom. 1, 20. (νοούμενα, mente percepta, intellecta) 1 Tim. 1, 7. Eph. 3, 20. — β., seq. ὅτι, intelligo, Matth. 15, 17. 16, 11. Marc. 7, 18. — γ., seq. acc. c. inf., intelligo, Hebr. 11, 3. (scil. acc. c. inf. rem indicat, quae mente percipienda est; ὅτι vero monet, quod aliquid percipiendum sit.) Hinc voc. seq.

Νόημα, τος, τό, pl., **a.**, mente percepta, cogitata mentis, 2 Cor. 3, 14. (ἐπωρώθη) 4, 4. (ἐτύφλωσε τά) — cogitationes (quatenus huc illuc diriguntur), 2 Cor. 11, 3. — **b.**, consilium (pravum), 2 Cor. 10, 5. — plur., 2 Cor. 2, 11.

Νόθος, ου, ὁ, ἡ, nothus, spurius, Hebr. 12, 8. (Sap. 4, 3. — Aelian. V. H. 6, 10. Xen. Anab. 2, 4, 25.)

Νομή, ῆς, ἡ, (a v. νέμω, pasco, perf. 2.) pabulum (Futter), Joh. 10, 9. (εὑρίσκω) 2 Tim. 2, 17. (ἔχω.)

Νομίζω, f. ίσω, puto; **a.**, seq. acc. c. inf., Luc. 2, 44. Act. 7, 25. (ἐνόμισας, scil. iam tunc, cum baptismum susciperes) 14, 19. 16, 27. 17, 29. 1 Cor. 7, 26. 1 Tim. 6, 5. — 1 Cor. 7, 36. (ἑαυτόν omittitur, ubi obiectum cum subiecto in unum coalescit) — pass., Luc. 3, 23. Act. 16, 13. (ubi credebatur proseucha esse — cum Judaeis huius urbis nullum pateret ad preces faciendas aedificium) — **b.**, seq. ὅτι, Matth. 5, 17. 10, 34. 20, 10. Act. 21, 29. (ὃν ἐνόμιζον, ὅτι cett., per attract. cf. λέγω.)

Νομικός, ή, όν, (cohaeret cum νομίζω, legem sequor, legem tueor, caussam legis ago) **a.**, ὁ νομ., interpres et doctor legis mosaicae, Matth. 22, 35. Luc. 10, 25. — plur., Luc. 7, 30. 11, 45. 46. 52. 14, 3. Tit. 3, 13. — **b.**, ad legem pertinens: μάχαι νομικαί, Tit. 3, 9.

Νομίμως, adv., (ab adi. νόμιμος; cf. χρήσιμος, ὠφέλιμος) legitime, legibus convenienter, 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 5. (Xen. Mem. 4, 4, 1.)

Νόμισμα, τος, τό, (a v. νομίζω) propr., more s. lege receptum sancitumque. — speciat., numisma, nummus, moneta, Matth. 22, 19. (Xen. Cyr. 4, 6, 12.)

Νομοδιδάσκαλος, ου, ὁ, (ex νόμος et διδάσκαλος) legis doctor et interpres; **a.**, universe: 1 Tim. 1, 7. — **b.**, speciat., qui apud Judaeos legis interpretem agebat (ut et γραμματεύς), Luc. 5, 17. Act. 5, 34.

Νομοθεσία, ας, ἡ, (a νομοθέτης, et hoc ex νόμος et τίθημι) legis-

latio, Rom. 9, 4. (ἡ, artic., quia Paulus tantum unam novit. Ponit h. l. Paulus verbum actionis de industria, ut vocabula paria sint.)

Νομοθετέω (ῶ), f. ήσω, (a νομοθέτης; cf. ἀθετέω) **a.**, τί, lege sancio pass., Hebr. 8, 6. (ἡ διαθήκη — ἐπί, subiectis ei melioribus promissionibus.) — **b.**, τινὰ ἐπί τινι, — pass. lege obstringor, Hebr. 7, 11. (ἐπ' αὐτῇ, scil. τῇ ἱερωσύνῃ, sub conditione sacerdotii.)

Νομοθέτης, ου, ὁ, (ex νόμος et τίθημι) legislator, Jac. 4, 12. (Xen. Mem. 1, 2, 31.)

Νόμος, ου, ὁ, (a v. νέμω, divido, partem decerno, assigno, perf. 2.) id, quod constitutum, definitum est, lex; **a.**, universe: α., praescriptio, c. gen., ἐντολῆς, Hebr. 7, 16. 9, 19. Eph. 2, 15. — β., lex, quae vim habet foedere iunctos obligandi, Rom. 7, 1. 2. — γ., lex, i. e. praescriptum, Rom. 4, 15. 5, 13. (μὴ ὄντος νόμου, nisi adest lex) 1 Tim. 1, 9. — lex moralis, Rom. 2, 14. (ἑαυτοῖς εἰσι νόμος) 7, 8. — Notio verbi explicatur, Xen. Mem. 1, 2, 42. — δ., norma, c. gen. auctoris: τοῦ νοός, τῆς ἁμαρτίας, Rom. 7, 23. 8, 2. — τοῦ Χριστοῦ, Gal. 6, 2. Jac. 1, 25. — ὁ νόμος ὁ τῆς ἐλευθερίας, norma agendi liberis data hominibus. — ἔργων, πίστεως, Rom. 3, 27. — δικαιοσύνης, Rom. 9, 31. — ε., disciplina, Phil. 3, 5. — ζ., praeceptum pl., Hebr. 8, 10. 10, 16. — **b.**, speciat. *lex Mosaica* α., ratione argumenti *moralis* (praecipue decalogi) habita, Matth. 5, 18. (Luc. 16, 16. 17. Matth. 11, 13.) 22, 36—40. Luc. 10, 26. seq.) 23, 23. Joh. 7, 19. Act. 7, 53. Rom. 2, 13. 14. 17. 18. 20. 23. 25. 26. 3, 19. 20. 21. (χωρὶς νόμου, praeter merita operum) 31. 4, 13—15. 16. 7, 4. 6. 7. 8. 9. 12. 14. 22. 25. 8, 3. 4. 7. 9, 31. 10, 5. 13, 8. 9. 1 Cor. 15, 56. Gal. 2, 16. 21. 3, 2. (includitur etiam ritus circumcisionis et spectatur lex moralis tamquam pars totius legis Mosaicae) 11—24. 5, 23. 6, 13. 1 Tim. 1, 8. 9. Hebr. 10, 28. Jac. 2, 10. 11. 4, 11. — β., pars eius *ritualis*, Luc. 2, 22—39. Act. 6, 13. (coll. v. 14.) 15, 5. 18, 13. 21, 20. 24. 22, 3. 24, 6. 25, 8. 28, 23. Rom. 10, 4. Gal. 2, 16. 19. (propter legem moralem, quae me in fide Christi salutem quaerere coëgit, legi Mosaicae valedixi) 3, 5. 10. 13. 4, 21. Phil. 3, 5. 6. 9. Eph. 2, 15. — de cultu levitico, Rom. 10, 4. Hebr. 7, 5—28. 8, 4. 9, 19. 22. 10, 8. — Not. Paulus modo ex parté legis morali, modo ex rituali argumenta ducit. — γ., pars legis ad iura et officia civilia pertinens, Joh. 7, 51. 8, 5. (Levit. 20, 10.) 18, 31. 19, 7. (Levit. 24, 16. Deut. 13, 14.) Act. 23, 3. (Levit. 19, 15.) 24, 6. Hebr. 7, 5. — Hoc sensu dicitur תּוֹרָה Num. 15, 15. Deut. 1, 5. 4, 8. — δ., oeconomia Mosaica, Hebr. 7, 12. 10, 1. (Gal. 3, 10.) — ε., *codex libror. s.* V. T. *universus*, Joh. 7, 49. 10, 34. (Ps. 82, 6.) 12, 34. (Ps. 110, 4. Dan. 2, 44. 7, 25.) 15, 25. (Ps. 35, 19.) 1 Cor. 14, 21. (Jes. 28, 11. 12. coll. 2 Macch. 2, 18.) — ὁ νόμος κ. οἱ προφ. Matth. 5, 17. 7, 12. 11, 13. 22, 40. Luc. 16, 16. Joh. 1, 46. Act. 13, 15. (27. 15, 21.) 24, 14. 28, 23. Rom. 3, 21. — additur καὶ ψαλμοί, Luc. 24, 44. — Speciat. *pentateuchus*, Matth. 12, 5. Luc. 2, 23. Joh. 1, 46. 1 Cor. 9, 8. 9. (Deut. 25, 4.) 14, 34. (Gen. 3, 16.) Gal. 4, 21. (Gen. 16, 1. seq. 21, 1. seq.)

Νοσέω (ῶ), fut. ήσω (a voc. νόσος) aegroto — metaph. teneor studio alicuius rei veluti morbo, 1 Tim. 6, 4. (cf. νοσεῖν περὶ σφραγίδια πολυτελῆ,

de amatore pretiosorum annulorum, et *νοσεῖν περὶ δόξαν*, de homine gloriae cupido. Plutarch.) Hinc voc. seq.

Νόσημα, τος, τό, morbus, aegritudo, Joh. 5, 4,

Νόσος, ου, ὁ, morbus, aegritudo, Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. — pl., Matth. 4, 24. 8, 17. (Marc. 1, 34. Luc. 4, 40.) Marc. 3, 15. Luc. 6, 17. 7, 21. 9, 1. Act. 19, 12. (*οἱ ὁ* Deut. 28, 59. Ex. 15, 26. — Deut. 7, 15.)

Νοσσιά, ᾶς, ἡ, (att. *νεοσσιά* a *νεοσσός*, cf. *λαλιά*) **a.**, nidus (Pausan. 9, 30. — *οἱ ὁ* Gen. 6, 14. Deut. 22, 6.) — **b.**, pullus avium, Luc. 13, 34. (*οἱ ὁ* Deut. 32, 11.)

Νοσσίον, ου, τό, (deminut. attice: *νεοσσίον*, v. *νοσσιά*) pullus avium, Matth. 23, 37. (*οἱ ὁ* Ps. 83, 4.)

Νοσσός, v. *νεοσσός*.

Νοσφίζω, (a *νόσφι*, seorsim) separo (Hom. Od. 11, 73.). — med., sepono s. separo mihi, i. e. interverto, clam subduco et in usus meos converto (*οἱ ὁ* Jos. 7, 1.), Tit. 2, 10. — *ἀπό τινος*, Act. 5, 2. 3. (*τί*, Xen. Cyr. 4, 2, 42. — 2 Macc. 4, 32.)

Νότος, ου, ὁ, auster, notus (ventus nebulosus et humectans, hinc *νοτίς*, *νοτίζω*), **a.**, pr., Luc. 12, 55. Act. 27, 13. 28, 13. (Xen. Anab. 5, 7, 7.) — **b.**, plaga australis (cf. *βοῤῥᾶς*), Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. 13, 29. — Apoc. 21, 13. (*οἱ ὁ* Num. 13, 30. Cohel. 1, 5. Jos. 15, 2. 7. Zach. 6, 6.)

Νουθεσία, ας, ἡ, (praestantior: forma *νουθετία*, a *νουθέτης*, quod etsi non occurrit, occurrit enim *νουθετητής*, tamen verbi formae subiiciendum est, derivandum a voc. *νοῦς* et *τίθημι*. Cf. *νομοθεσία, υἱοθεσία*) adhortatio, 1 Cor. 10, 11. Eph. 6, 4. Tit. 3, 10. (Pausan. 10, 29. Diod. Sic. 15, 7.)

Νουθετέω (ῶ), f. *ήσω*, (a *νουθέτης*, v. *νουθεσία*, cf. *ἀθετέω*) admoneo, adhortor; — *τινά*, Act. 20, 31. Rom. 15, 14. 1 Cor. 4, 14. Col. 1, 28. 3, 16. 1 Thess. 5, 12. 14. 2 Thess. 3, 15. (*οἱ ὁ* Job. 4, 3. 37, 13. — Xen. Cyr. 8, 2, 12.)

Νουμηνία, ας, ἡ, (ex *νέος*, recens, et *μήν*, mensis) novilunium, Col. 2, 16. (*οἱ ὁ* Ex. 12, 16. v. supr. *μήν* et Ez. 23, 34. Num. 28, 11. Hos. 2, 11. — Xen. Anab. 5, 6, 23.)

Νουνεχῶς, adv., (ex *νοῦς* et *ἔχω*; cf. *συνεχῶς*) sapienter, prudenter, Marc. 12, 34. (Polyb. 1, 83, 3. *νουνεχῶς καὶ φρονίμως*, 17, 12, 4. *εὐστόχως καὶ νουνεχῶς*, 5, 88, 2. *νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς*.)

Νοῦς (contr. ex *νόος*), *νοός, νοΐ*, (antiquiores: *νοῦ, νῷ* [contr. ex *νόου, νόῳ*], *νοῦν*, contr. ex *νόον*), mens, animus, i. e. **a.**, sensu practico: sentiendi et cogitandi ratio, Gesinnung, Denkart, Rom. 1, 28. (*παραδιδόναι τινὰ εἰς ἀδόκιμον νοῦν*) 12, 2. Eph. 4, 17. 23. (*τὸ πνεῦμα τοῦ νοὸς ὑμῶν*) 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 8. Tit. 1, 15. (Hom. Od. 1, 3.) — studia, Col. 2, 18. (*ὁ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*) — consilia, Rom. 11, 34. et 1 Cor. 2, 16. (*νοῦν κυρίου*. — ibid. *ἔχομεν νοῦν Χριστοῦ*, ego consilia Christi cognosco et sequor.) — animus, Rom. 7, 23. (i. q. *ὁ ἔσω ἄνθρωπος* v. 22.) v. 25. — **b.**, sensu theoretico: *α.*, mens, intellectus, intelligentia, Luc. 24, 45. (*αὐτῶν*, scil. comitum illorum; *διανοίγειν* ad similitudinem phraseos: oculos alicui aperire, cf. Job. 33, 16.) 1 Cor. 14, 14. 15. 19. Phil. 4, 7. 2 Thess. 2, 2. (*σαλευθῆναι ἀπὸ τοῦ νοός*)

Apoc. 13, 18. (ὁ ἔχων νοῦν, cf. Xen. Mem. 3, 12, 7. Aelian. V. H. 4, 15. et voc. νουνεχῶς. v. etiam οὖς.) — β., sententia, Rom. 14, 5. (πληροφορεῖσθαι ἐν τῷ νοΐ) 1 Cor. 1, 10. (iunct. c. γνώμη.)

Νυμφᾶς, ᾶ, ὁ, Nymphas (nom. graec. a νύμφη, sponsa), vir quidam incola Laodiceae Christianus, Col. 4, 15.

Νύμφη, ης, ἡ, (a v. νύβω, nubo) **a.**, sponsa, Joh. 3, 29. Apoc. 18, 23. 21, 2. 9. 22, 17. (οἱ ὁ Jer. 2, 32.) — **b.**, recens nupta, nurus, Matth. 10, 35. (Luc. 12, 53. — Mich. 7, 6. — Hom. Il. 3, 130. Od. 4, 743. — νυμφίος, gener, Jud. 19, 5.)

Νυμφίος, ίου, ὁ, (a voc. νύμφη) sponsus, Matth. 9, 15. (Marc. 2, 19. seq. Luc. 5, 34 seq.) 25, 1. 5. 10. Joh. 2, 9. 3, 29. Apoc. 18, 23. (οἱ ὁ Ps. 18, 6. Jud. 15, 6. Jes. 61, 10.)

Νυμφών, ῶνος, ὁ, (syllaba finalis -ών notat locum, vid. ἀφεδρών, ἐλαιών; conclave τοῦ νυμφίου) thalamus (i. e. conclave, ubi est lectus coniugalis); Matth. 9, 15. Marc. 2, 19. Luc. 5, 34. v. υἱός. — οἱ ὁ Joël. 2, 16. cf. Tob. 6, 13.

Νῦν et νυνί (ap. Paulum et Act. 22, 1. Hebr. 8, 6. 11, 16.) adv. temporis: nunc (iam), i. e. praesenti tempore. Oppon. tempori praeterito, Luc. 16, 25. Joh. 4, 18. 9, 21. 13, 31. Act. 7, 52. 16, 37. 23, 21. Rom. 8, 1. 13, 11. 16, 26. 2 Cor. 6, 2. 7, 9. 13, 2. Phil. 1, 30. 2, 12. 3, 18. Col. 1, 24. 2 Thess. 2, 6. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 9, 24. 1 Petr. 1, 12. 3, 21. al. — Adduntur voces, quibus oppositio accuratius notetur: ἴδε νῦν, Joh. 16, 29. 30. — καὶ νῦν, etiam nunc, Phil. 1, 20. Joh. 11, 22. — atque nunc (in adhortatione), Joh. 17, 5. Act. 7, 34. 10, 5. 3, 17. 20, 25. 22, 16. 2 Joh. v. 5. — et nunc quidem, Joh. 4, 18. 14, 29. Act. 13, 11. 26, 6. (aliter 23, 21.) — καὶ νῦν δεῦρο, Act. 7, 34. (Hom. Il. 23, 485.) cf. ἄγε νῦν, Jac. 4, 13. 5, 1. — ἀλλὰ νῦν, Luc. 22, 36. (coll. v. 35.) — ἔτι νῦν, 1 Cor. 3, 2. — νῦν δέ, Joh. 16, 5. Rom. 15, 23. 25. 1 Cor. 5, 11. (coll. v. 9.) 2 Cor. 8, 11. 22. (oppon. πολλάκις.) — praecedit τότε — νῦν δέ, Gal. 4, 9. Rom. 6, 22. Hebr. 12, 26. — νυνὶ δὲ καί, Philem. v. 9. — ποτὲ — νῦν δέ, Rom. 11, 30. Gal. 1, 23. Eph. 5, 8. Col. 1, 21. Philem. v. 11. — νῦν οὖν, Act. 15, 10. 16, 36. 23, 15. — νῦν, hoc ipso temporis momento, quo ego loquor vel scribo, Matth. 26, 65. 27, 43. Joh. 2, 8. 14, 29. 21, 10. Act. 2, 33. 7, 34. 10, 33. 12, 11. 24, 13. 26, 17. 1 Cor. 14, 6. Hebr. 9, 5. Rom. 15, 25. — νῦν, ubi nos: nunmehr, Joh. 16, 5. Act. 20, 22. (νῦν, i. e. nostra aetate) 2 Cor. 6, 2. 2 Tim. 1, 10. 1 Petr. 1, 12. 3, 21. — Opponitur tempori *futuro* (τῷ ὕστερον), Joh. 12, 27. (νυνὶ δέ, hoc tempore, quo nondum gloria illustratus sum) 13, 36. (opp. ὕστερον) 16, 22. 1 Cor. 13, 13. (nunc priusquam fides abierit in visionem) 16, 12. — vel saeculo futuro, Luc. 6, 21. 25. Gal. 2, 20. Hebr. 2, 8. 2 Petr. 3, 18. Jud. v. 25. (cf. 2 Reg. 10, 2.) — νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, Marc. 10, 30. (ita τὸ νῦν etiam accuratius definiunt Graeci, v. c. νῦν ἐν τῷ παρόντι, Xen. Symp. 8, 4. Cyr. 2, 4, 12. 5, 4, 30.) — νῦν emphatice dicitur: *iam nunc*, Joh. 4, 23. 5, 25. 12, 31. 16, 32. 1 Joh. 2, 18. (oppon. tempori futuro.) — *nunc tandem*, Luc. 2, 29. Joh. 8, 52. 16, 29. 30. 17, 7. 13, 31. (oppon. tempori praeterito.)

Opponitur ei, quod exspectandum erat, Luc. 11, 39. 19, 42. (νῦν δέ, v. c.

ut nunc res se habet, so aber ἐκρύβη) Joh. 8, 40. 9, 41. 11, 8. 15, 22. 24. 18, 36. Act. 15, 10. Rom. 7, 17. 1 Cor. 7, 14. 12, 20. 15, 20. Hebr. 8, 6. 9, 26. 11, 16. Jac. 4, 16.

Νῦν praefixo articulo: ὁ, ἡ, τὸ νῦν, α., seq. nomine subst., ut ὁ νῦν αἰών, 1 Tim. 6, 17. 2 Tim. 4, 10. Tit. 2, 12. — καιρός, Rom. 3, 26. 8, 18. 11, 5. Marc. 10, 30. — Gal. 4, 25. 2 Petr. 3, 7. Act. 22, 1. (μοῦ τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας.) — Graecos sic praefigere artic. nemo nescit. — β., iunct. c. praepos., ἀπὸ τοῦ νῦν, ab hoc inde tempore, Luc. 1, 48. 5, 10. 12, 52. 22, 69. Act. 18, 6. 2 Cor. 5, 16. — ἄχρι τοῦ νῦν, Rom. 8, 22. Phil. 1, 5. — ἕως τοῦ νῦν, Matth. 24, 21. Marc. 13, 19. — τὰ νῦν, nunc, Act. 4, 29. 5, 38. 17, 30. 20, 32. 27, 22. — τὸ νῦν ἔχον, Act. 24, 25.

Νύξ, κτός, ἡ, nox, Marc. 6, 48. Joh. 13, 30. Act. 16, 33. 23, 23. Apoc. 8, 12. 21, 25. 22, 5. — tempus noctis flexione vocis indicatum: gen. (quando?), noctu, Matth. 2, 14. 27, 64. 28, 13. Luc. 2, 8. Joh. 3, 2. 7, 50. Act. 9, 25. 1 Thess. 5, 7. Apoc. 7, 15. — νυκτὸς καὶ ἡμέρας, Marc. 5, 5. 1 Thess. 2, 9. 3, 10. 1 Tim. 5, 5. — ἡμέρας καὶ νυκτός, Luc. 18, 7. Act. 9, 24. Apoc. 4, 8. 12, 10. 14, 11. 20, 10. — μέσης νυκτός, media nocte, Matth. 25, 6. (Xen. Anab. 2, 6, 7. 4, 4, 15.) — νυκτί, (quando?) ταύτῃ τῇ νυκτί, hac nocte, Luc. 12, 20. 17, 34. Act. 27, 23. — τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, Act. 12, 6. — τῇ ἐπιούσῃ ν., 23, 11. (Xen. Anab. 6, 1, 13.) — νύκτα (quamdiu?), νύκτα καὶ ἡμέραν, Luc. 2, 37. Act. 26, 7. 2 Thess. 3, 8. aliter Marc. 4, 27. (diem et noctem, scil. ei, quod h. l. facere dicitur, impendens) Act. 20, 31. — τὰς νύκτας, per noctes, Luc. 21, 37. — νύκτας τεσσαράκ., Matth. 4, 2. 12, 40. — iuxta praepositiones: διὰ τῆς νυκτός, noctis intervallo, Act. 5, 19. 23, 31. 16, 9. 17, 10. — δι' ὅλης τῆς νυκτός, per totam noctem, Luc. 5, 5. — ἐν νυκτί, tum, cum dormiret, Act. 18, 9. — κλέπτης ἐν νυκτί, 1 Thess. 5, 2. 2 Petr. 3, 10. — ἐν τῇ νυκτί, intra noctem, Joh. 11, 10. (Xen. Symp. 1, 9.) — ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, hac nocte, Matth. 26, 31. 34. Marc. 14, 27. 30. — ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ cett., 1 Cor. 11, 23. — κατὰ μέσον τῆς νυκτός, circa mediam noctem, Act. 27, 27. — metaph., tempus, quo (cadentia sidera somnum suadent et) ab opere cessatur, Joh. 9, 4. de morte. — tempus sceleribus flagitiisque opportunum, Rom. 13, 12. — tempus, quo somno indulgent vel fessi vel ebrii, dict. pro socordia et segnitie, 1 Thess. 5, 5. (εἶναι νυκτός, scil. υἱόν, languori desidiaeque se dare.)

Νύσσω (ττω), f. ξω, pungo (ap. Hom. Il. 5, 46. de gravi vulnere, cf. 11, 252. — Sirac. 22, 20.); — τὴν πλευρὰν λόγχῃ, Joh. 19, 34. (δόρατι, Jos. B. J. 3, 7, 35.)

Νυστάζω, f. ξω, (a νεύω) dormio capite nutans, oculis somno gravatis conniveo; Matth. 25, 5. (οἱ ὁ Ps. 120, 3.) trop. cunctor, 2 Petr. 2, 3.

Νυχθήμερον, ου, τό, (ex νύξ et ἡμέρα, integer (horas 24 complectens) dies, 2 Cor. 11, 25. — vox recentior.

Νῶε, ὁ, Noachus (נֹחַ, requies, a נוּחַ, quievit, Gen. 5, 29.), filius Lamechi, filii Methusalachi, Matth. 24, 37. 38. Luc. 3, 36. 17, 26. 27. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. 2 Petr. 2, 5.

Νωθρός, ά, όν, tardus, segnis, Hebr. 6, 12. 5, 11. (ταῖς ἀκοαῖς) — Sirac. 4, 29.

Νῶτος, ου, ὁ, dorsum (Ps. 68, 24. — Pausan. 10, 27. — Antiquiores et elegantiores: τὸ νῶτον et τὰ νῶτα), Rom. 11, 10.

Ξ.

Ξενία, ας, ἡ, (a ξένος, hospes) status et conditio hospitis s. peregrini, hospitium (Hom. Od. 24, 287. cf. φιλοξενία), deversorium, Act. 28, 23. (i. q. v. 30. τὸ μίσθωμα) Philem. v. 22. (ἑτοιμάζειν τινί.) — Jos. Ant. 5, 2, 8. 16, 4, 5. — Hinc verb. seq.

Ξενίζω, f. ίσω, (a voc. ξένος, qu. v.) **a.**, τινά, excipio aliquem hospitio, Act. 10, 23. 28, 7. (φιλοφρόνως) Hebr. 13, 2. (Xen. Cyr. 8, 3, 35. Aelian. V. H. 13, 26.) — med. ξενίζομαι, habeo hospitium, hospitor, — ἐνθάδε, Act. 10, 18. — ἔν τινι (οἰκίᾳ), v. 32. — παρά τινι, 10, 6. 21, 16. (h. l. attractio pro: ἄγοντες Μνάσωνα, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν.) — **b.**, pass. miror (nam ξένος τινός et lat. hospes, dicitur is, qui alicuius rei ignarus, imperitus est) τινί, percellor aliqua re, 1 Petr. 4, 12. — ἔν τινι, offendor aliqua re ut insolita, mirum habeo aliquid, 1 Petr. 4, 4. — **c.**, ξενίζειν sensu intrans. insolitum, novum esse; ξενίζοντα, res novae, Act. 17, 20.

Ξενοδοχέω (ῶ), f. ήσω, (a ξενοδόχος, i. e. ξένους δεχόμενος) hospitalis sum, 1 Tim. 5, 10. (veteres pro -δόχος, -δοχεῖον, -δοχεύς et -δοχεῖν scripserunt -δόκος, -δοκεῖον, -δοκεύς et -δοκεῖν.)

Ξένος, η, ον, (a v. ἴκω, f. ἵξω, venio) **a.**, peregrinus, hospes (advena, oppon. ἐπιχώριος, Platon. Phaed. c. 2.); Matth. 25, 35. 38. 43. 44. — pl., 27, 7. 3 Joh. v. 5. — ξένοι κ. ἐπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, Hebr. 11, 13. οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, Act. 17, 21. Eph. 2, 19. (oppon. συμπολίτης.) — ξένα δαιμόνια, Act. 17, 18. (οἱ ὁ Ruth. 2, 10. Deut. 31, 12.) — trop., α., τινός (gen. rei, ut ἕτερος, ἀλλοῖός τινος), ad quem aliqua res non pertinet, expers rei (oppon. κοινωνός): τῶν διαθηκῶν καὶ ἐπαγγελιῶν, Eph. 2, 12. — β., novus, inauditus: — διδαχαί, Hebr. 13, 9. — ξένον τι, res insolita, 1 Petr. 4, 12. (Diod. Sic. 3, 14. et 52. Polyb. 2, 29.) — **b.**, hospes, quocum hospitium est (qui aliquem hospitio excipere solet): ὁ ξ. μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, qui me hospitio excepit et omnes Christianos hospitio excipere consuevit, Rom. 16, 23. (Hom. Il. 15, 532. Diod. Sic. 17, 47.)

Ξέστης, ου, ὁ, (Etym. M. ξέστης Ῥωμαϊκόν ἐστιν ὄνομα) sextarius, i. e. vas sextarii capax, mensura fluidorum (urceus, Jos. Ant. 8, 2, 9. ὁ δὲ βάδος, i. e. bathus Hebraeorum, δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο, cf. Arrian. Diss. Epict. 2, 16. receperunt etiam Talmudici קִסְטָא, quo et sextarium et urceum dicunt.) — pl., Marc. 7, 4. 8.

Ξηραίνω, f. ανῶ, aor. 1. ἐξήρανα (Jac. 1, 11. v. supra μιαίνω, μαραίνω), perf. p. ἐξήραμμαι et 3. sing. ἐξήρανται (Marc. 11, 21.), aor. 1. p. ἐξηράνθην, (ab adi. ξηρός, q. v.) arefacio; act., τὸν χόρτον, Jac. 1, 11. (Xen. Mem. 4, 3, 8. oppon. ἀδρύνω.) — pass., aresco, **a.**, de plantis, Matth. 13, 6. (Marc. 4, 6. Luc. 8, 6.) 21, 19. 20. (Marc. 11, 21.) Apoc. 14, 15. (ὁ θερισμός.) — **b.**, de rebus fluidis: ἡ πηγή, Marc. 5, 29. — τὸ ὕδωρ, Apoc. 16, 12. (οἱ ὁ Gen. 8, 7. Jes. 19, 5.) — **c.**, de partibus corporis: contabesco, abmagern,

Marc. 9, 18. — ἐξηραμμένη χείρ, exsiccata manus, Marc. 3, 1. (Matth. 12, 10. et Luc. 6, 6. ξηρά.)

Ξηρός, ά, όν, (ion. ξερός, a v. ξέω, rado, quod facile potest ξεῖσθαι, oppon. ὑγρῷ, humido, virenti et tenaci) aridus, siccus; — τὸ ξύλον, Luc. 23, 31. (locutio gnomica, cf. Ex. 20, 47. Ps. 1, 3. Ez. 20, 47. sens.: si probus et innocens homo e medio tollitur, quid de inertibus, inutilibus et improbis fiet?) — χείρ ξηρά, manus exsiccata, Matth. 12, 10. (Luc. 6, 6. sed Marc. 3, 1. ἐξηραμμένη.) — homines ξηροί, membra habentes tabida, Joh. 5, 3. — ἡ ξηρά scil. γῆ terra continens, (ut hebr. יַבָּשָׁה, Gen. 1, 9. 10. Jon. 1, 9. 2, 11. Hagg. 2, 7.) Hebr. 11, 29.

Ξύλινος, ίνη, νον, (a ξύλον, cf. ἀκάνθινος, ἀμαράντινος, βύσσινος, λίθινος, ὀστράκινος) ligneus; neutr. plur., instrumenta lignea; — εἴδωλα, Apoc. 9, 20. (οἱ ό Deut. 10, 1. Neh. 8, 4. Ez. 41, 22.)

Ξύλον, ου, τό, (a v. ξύω, rado) lignum, **a.**, universe; pl., 1 Cor. 3, 12. — ξύλον θύϊνον, Apoc. 18, 12. — **b.**, id, quod ex ligno factum est, *α.*, trabs lignea, e qua aliquis suspenditur, patibulum, crux, Act. 5, 30. 10, 39. 13, 29. Gal. 3, 13. 1 Petr. 2, 24. (עֵץ, Gen. 40, 19. Jos. 10, 26. — Esth. 5, 14.) — *β.*, compedes ligneus, i. e. asseres duo mutuo iuncti et variis distincti per intervalla foraminibus, quibus pedes, manus, cervices vinctorum immittebantur et nervis vinciebantur (graece: κᾶλον ξυλοπέδη, ποδοκάπη, ποδοστράβη, lat. nervus, quo reddit lat. interpres hebr. סַד, cippus, compedes, Job. 33, 11.) Act. 16, 24. (cf. Herodot. 6, 75. 9, 37. Plautus id genus custodiae nuncupat ligneam custodiam. Is, qui ea tenetur, in legibus dicitur „ad malam mansionem extensus.") — *γ.*, fustis, baculus, pl., Matth. 26, 47. 55. Marc. 14, 43. 48. Luc. 22, 52. (Herodian. 7, 7. Polyb. 6, 37, 2.) — **c.**, arbor, ex hebr., Luc. 23, 31. (οἱ ό Gen. 1, 29. 2, 9. 3, 1. Jes. 14, 8. al.) — ξύλον τῆς ζωῆς, i. e. arbor immortalitatem largiens (cf. Gen. 2, 9. 3, 22. Prov. 3, 18.), Apoc. 2, 7. 22, 2. 14. 19.

Ξυράω (ῶ), f. ήσω, part. perf. p. ἐξυρημένος, aor. 1. med. ἐξυρησάμην, (ab adi. ξυρόν et hoc a ξύω, v. ξύλον, novacula) novacula utor, tondeo, rado; — partic. pass., 1 Cor. 11, 5. — Med., tondendum me curo, v. 6. — tondeo mihi τὴν κεφαλήν, Act. 21, 24.

O.

Ὁ, ἡ, τό, receptus pro antiquiori: τός, τή, τό (cui respondet relativum: ὅς, ἥ, ὅ). In antiquissimo Graecorum sermone vim pronominis habuit demonstrativi, ut in scriptis Homeri et antiquissimorum poëtarum; cuius prisci usus in seriorum prosa oratione vestigia remanserunt, et in N. T. quoque nonnulla reperiuntur.

1., *pronomen demonstrativum:* hic, haec, hoc, **a.**, in verbis Arati poëtae antiqui laudatis a Paulo, Act. 17, 28. (τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.)

b., in oratione pedestri, ubi partitioni inservit: ὁ μὲν — ὁ δέ, hic — ille, ille — hic, Matth. 13, 23. 22, 5. — plur. οἱ μὲν — οἱ δέ, Act. 28, 24. Phil. 1, 16. 17. — οἱ μέν, οἱ δέ, Hebr. 7, 5. 6. 21. 23. 24. (Rom. 2, 7. 8. his

admiscere non licet.) — ὁ μέν seq. ἄλλος δέ, plur. masc., Matth. 16, 14. Joh. 7, 12. — neutr., Matth. 13, 4. 5. 7. (sing., Marc. 4, 4. 5.) — ὃς μέν, ὁ δέ, alius, hic contra, Rom. 14, 2. — verbis praecedentibus οἱ μέν cogitando addendum Matth. 28, 17.

c., (in narrationibus) ubi aut duo homines aut duae partes sibi invicem ex adverso ponuntur et oratio ab altero redit ad alterum: ὁ δέ, nos: er aber, Matth. 2, 14. 4, 4. 24, 29. 30. Marc. 12, 15. Luc. 8, 21. 30. 48. 22, 10. 34. Joh. 9, 38. — plur., Matth. 2, 5. 9. 4, 20. Marc. 12, 14. 16. Luc. 7, 4. 20, 5. 10. 12. 22, 9. 38. 71. Act. 1, 6. 2, 41. 12, 15. 19, 2. 3. 28, 21.

2., Articulus praepositivus s. definitus. Duplici munere fungitur; primum nomini, cui praefigitur, impertit subsistentiam; deinde rem vel personam nomine ab aliis distinguit. — Domestici v. c. sciunt, quis sit (in sua domo) ὁ πατήρ, ὁ υἱός, quae ἡ μήτηρ, ἡ παιδίσκη — pariter ac sciunt nomen articulatum *uni* tantum e familiaribus competere — articulus nomen appellativum uni rei vel personae adstringit, per hoc ipsum nomen ab aliis discernendae. Praefixus igitur reperitur articulus

a., *nominibus appellativis*, α., iis, quae uni tantum rei competunt — ὁ ἥλιος, ὁ οὐρανός, ἡ γῆ, ἡ θάλασσα, al. — β., nominibus appellativis iis, quibus res vel personae, intra certos limites iuxta se collocatae, ita distinguuntur, quasi illa nomina solis hisce rebus vel personis competerent. Ita igitur in corpore humano nominibus suis distinguuntur ὁ πούς, τὸ οὖς, ἡ ἀκοή, ἡ χείρ, cf. 1 Cor. 12, 15—17. Matth. 8, 3. (ἐκτείνας τὴν χεῖρα) Joh. 8, 6. (τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν) — nominibus articulatis distinguuntur loca, partes urbium etc., v. c. ἡ προβατική, Joh. 5, 2. — τὸ ἱερόν, al. — Contexta oratio saepius ipsa limites describit, intra quos articulus hanc illamve rem vel personam ita nomine insignire potest, quasi praeter eam nulli alii illud nomen competat; e. g. Matth. 5, 25. (ἐν τῇ ὁδῷ, scil. ad iudicem) 21, 8. (ἀπὸ τῶν δένδρων, scil. quae ibi erant) Marc. 2, 23. (τοὺς στάχυας, sc. τῶν σπορίμων ἐκείνων) Luc. 5, 16. (ἐν ταῖς ἐρήμοις, sc. urbi proximis) 9, 3. (εἰς τὴν ὁδόν, in viam, quam estis ingressuri) 16, 21. (οἱ κύνες, sc. hominis illius divitis) 18, 15. (τὰ βρέφη, infantes, quos incolae illius loci habebant) cf. Luc. 14, 21. al. — γ., saepius nomen appellativum, articulo instructum, enarrandum est per: is, qui partes (hominis hoc nomine appellandi) agit aut agebat, quisquis est, τῷ ἱερεῖ, Matth. 8, 4. (Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. i. e. sacerdoti illi, cuius erit te, cum adveneris, explorare, cf. Luc. 17, 14.) — ὁ σπείρων, Matth. 13, 3. (Marc. 4, 3. Luc. 8, 5.) — ἡ νύμφη, Joh. 3, 28. — ὁ πατήρ, ὁ υἱός, Joh. 5, 19. — τὸ πνεῦμα, ἡ σάρξ, 6, 63. — ὁ δοῦλος, ὁ υἱός, 8, 34 et 35. — ὁ διδάσκαλος, 12, 28. — ἡ πέτρα, ἡ ἄμμος, Matth. 7, 25 et 26—33. 13, 4. 5. 7. 29. 30. 35. (ὁ ἐχθρός) Joh. 3, 8. (ὁ ἀρχιτρίκλινος) ὁ μεσίτης, Gal. 3, 21. — nomine articulato repraesentatur species, ut intelligantur singuli, ae, a. v. c. ὁ κλέπτης, Matth. 24, 47. (Joh. 10, 10.) ὁ ἄνθρωπος, Joh. 2, 25. — ὁ ἀνήρ et ἡ γυνή, 1 Cor. 7, 3. et 4. 15. 34. — ὁ Ἰουδαῖος, Rom. 3, 1. — ὁ κύων, 2 Petr. 2, 22. — Praefigitur articulus δ., nomini appellativo, quo res quaedam, vel pers. κατ' ἐξοχήν appellari solet: — ὁ διάβολος, ὁ πονηρός, — ὁ νόμος, ἡ γραφή, ἡ κρίσις (iudicium extremum), τὸ

εὐαγγέλιον. — *ε.*, vocabulis notionum communium (abstractarum), prouti leges cogitandi vel disserendi postulant, de illis ut quidquam praedicetur, v. c. *ἡ ἀλήθεια, γνῶσις, δικαιοσύνη, πίστις, σοφία*, al. — nominibus virtutum, vitiorum, al. — Articulus nomini praefixus notat *ζ.*, rem vel personam verbis antecedentibus iam commemoratam (cuius ergo nomen lectori iam fixum est) Matth. 1, 24. (coll. v. 20.) 2, 7. (*τοὺς μάγους*, coll. v. 1.) 8. (*τοῦ παιδίου*) 8, 15. (ὁ *πυρετός*) 19. (*τὰ πνεύματα*, scil. *τῶν δαιμονιζομένων*) 8, 31. (*οἱ δαίμονες*, coll. v. 28.) 9, 1. (coll. 8, 18.) 13, 26. (coll. v. 25.) 18, 7. 19, 14. (coll. v. 13.) 21, 7. 26, 26. 27. Joh. 2, 2. 9, 6. 8. al. — *η.*, Articulus praefigitur nominibus appellativis rerum vel personarum iam aliunde cognitarum, Joh. 1, 21. (ὁ *προφήτης*, propheta ille promissus) 6, 31. (*τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ*) Marc. 12, 26. (*ἐπὶ τοῦ βάτου*) 1 Cor. 10, 1. (*ἡ νεφέλη*) 2. (*ἡ θάλασσα*) 5. (*ἡ ἔρημος*) 10. (ὁ *ὀλοθρευτής*) — 2 Thess. 2, 3. 4. 2 Joh. v. 7. — *θ.*, Praefigitur nomini articulus in compellationibus, si pro vocativo ponitur nominativus, Matth. 27, 29. Marc. 10, 47. Luc. 12, 32. 18, 11. 13. Joh. 8, 10. 20, 28. Act. 13, 41. Rom. 8, 15. Eph. 5, 14. 22. 25. 6, 1. 4. Apoc. 12, 12. — (excipe Matth. 1, 20.)

Not. Videndum igitur est quid muneris articulus, ubi nomen illo instructum obvenit, exerceat, i. e. utrum substantiam designet realem (ut ὁ *λόγος*, Joh. 1, 1.), an logicam; quomodo et quosnam inter limites vim sibi vindicet distinctivam (e. g. Joh. 3, 10. ὁ *διδάσκαλος*, i. e. is, quem caeteri Israëlitae, ut discipuli magistrum, suspiciunt) cf. Matth. 21, 38. Gal. 4, 1. — Nuspiam articulus definitus otiatur. (Matth. 5, 1. *τὸ ὄρος* minime dicitur pro: *ὄρος τί*, intelligitur enim mons notus proper Capharnaumum situs, cf. Marc. 3, 13.)

Articuli num. plur. cum nominis numero plurali vel *α.*, comprehendit omnes ac singulos, quibus nomen illud competit, v. c. *οἱ δώδεκα, οἱ νεκροί* (cf. Matth. 8, 20. 12, 24. 24, 29.), vel *β.*, genus, classem (categoriam dicunt) distinctionis oppositionisve caussa nominat (ita Jesu aliisque ex adverso ponuntur *οἱ γραμματεῖς, οἱ φαρισαῖοι, Ἰουδαῖοι — οἱ Γαλιλαῖοι* [Joh. 4, 45.], *οἱ Ἑλληνισταί*, Act. 6, 1.), vel *γ.*, lectori res personasve commemoratas in mentem revocat. — Notes praeterea Matth. 9, 8. (*τοῖς ἀνθρώποις*, i. e. *ἀνθρώπῳ τινί*) 1 Cor. 15, 29. (*ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*, i. e. *ὑπὲρ νεκροῦ τινος*.)

b., Praefigitur art. nomini non simplici, sed additamentis aucto, *α.*, genitivum rei vel personae secum habenti, cuius pars seu affectio aut peculium esse dicitur, ut a similibus distinguatur, praesertim si et ipsi genitivo praefixus articulus est, v. c. ὁ *λύχνος τοῦ σώματος*, Matth. 6, 22. cf. 13, 22. 20, 34. Marc. 10, 1. — aut si unus tantum cogitatur, adiecto genitivo ab aliis distinguendus, v. c. *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ θεοῦ*, ὁ *ἄρχων τῶν δαιμονίων*, cf. Matth. 5, 13. 14. Joh. 17, 12. Marc. 3, 27. 28. Rom. 6, 23. — *β.*, Semper praefigitur articulus nomini, cuius possessio indicatur genitivo pronominis: *αὐτοῦ, μοῦ, σοῦ, ἡμῶν, ὑμῶν, αὐτῶν*, Matth. 1, 21. 25. 3, 4. (*τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ*) 5, 45. 2, 2. 6. 6, 10. 11. 12, 18. 49. 21, 8. 26, 1. Marc. 8, 17. 9, 17. Luc. 6, 27. 10, 7. 16, 6. Act. 19, 25. Rom. 4, 19. 6, 6. Eph. 1, 15 etc. (locorum enim est innumera multitudo.) — Sed recedit a vocativo, v. c. *πάτερ ὑμῶν*, Matth. 6, 9. (quemadmodum in compellationibus semper, v. Matth. 4, 10. 5, 3. 7, 5. 22. 8, 19. nisi pro vocativo ponatur nominat.) — item locum sibi vindicat ante

pronomina: ἐμός, σός, ἡμέτερος, Matth. 7, 16. 8, 37. 13, 27. 1 Joh. 1, 3. — γ., Interdum nomini substantivo additur adiectivum, idque articulo notatur, ut affectio substantiae affectioni contrariae opponatur. Hoc ubi fit, aut א., adiectivum inter articulum et nomen subst. includitur, v. c. τὸ ἴδιον φορτίον, Gal. 6, 3. Matth. 12, 35. — τὴν δικαίαν κρίσιν, Joh. 7, 24. (oppon. τῇ ἀδίκῳ.) — ἡ ἀγαθὴ μέρις (oppon. alteri, quae οὐκ ἔστιν ἡ ἀγαθή), Luc. 10, 42. (alios locos omittimus.) — aut ב., adiectivum articulo notatum post nomen substant. ponitur, Matth. 1, 25. 3, 17. 21, 9. 23, 19. Joh. 4, 37. 10, 11. Luc. 11, 44. Hebr. 13, 20. Tit. 2, 11. Apoc. 2, 12. cf. τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, Matth. 2, 6. — Nonnunquam adiect. substantivo articulum habenti praeponitur, ut μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Act. 26, 24. 1 Cor. 11, 5. — δ., nomen ante se habet articulum, si praecedit aut sequitur pronomen demonstrativum: οὗτος, ἐκεῖνος, vel reflexivum αὐτός; — ὁ οὗτος, 1 Cor. 3, 12. 5, 2. 10. 7, 31. 11, 26. 15, 19. 54. Rom. 11, 25. Eph. 1, 21. Joh. 2, 19. Luc. 13, 2. 17, 25. — οὗτος ὁ, Act. 1, 11. 2, 36. 19, 25. 26. Hebr. 7, 1. Jac. 3, 15. v. οὗτος. — ἐκεῖνος ὁ, Matth. 24, 19. Marc. 3, 24. Joh. 5, 9. Act. 19, 23. v. ἐκεῖνος. — ὁ αὐτός, Luc. 6, 38. 1 Cor. 12, 4. 5. 6. 9. 11. — αὐτὸς ὁ, Joh. 5, 36. 2 Cor. 11, 14. v. αὐτός. — Nota exempla, quae pronominis οὗτος a nomine articulato separandi rationem praeeunt, atque huic nomini appositionis locum assignant, Rom. 11, 24. (οὗτοι, οἱ κατὰ φύσιν, i. e. hi, scil. qui — sunt) 2 Cor. 2, 1. (τοῦτο, hoc, scil. τὸ μή cett.)

Etsi nomen proprium plerumque destituitur articulo, nomen tamen, quod ei describendo per appositionem adiicitur, eo solet instrui; ut Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, Matth. 2, 1. 4, 21. Act. 13, 9. 21, 8. 1 Joh. 5, 6. (Ἰησοῦς ὁ Χριστός) Matth. 10, 4. Marc. 10, 47. Eph. 3, 1. — ita etiam post pronomina: ὑμεῖς οἱ πνευματικοί, Gal. 6, 1. Luc. 16, 13. — cf. 1 Petr. 1, 4. 1 Cor. 15, 8. (κἀμοὶ ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι. Vocabulum ἔκτρωμα, cum hic iam praemisso pronomine determinatum et ad certum subiectum revocatum sit, sibi adsciscit articulum.)

c., Articulus praefixus *participio* α., simplici circumscribit nomen subst., v. c. ὁ πειράζων, Matth. 4, 3. 1 Thess. 3, 5. — ὁ βαπτίζων, Marc. 6, 14. (Matth. 14, 2. ὁ βαπτιστής.) — ὁ σπείρων, Matth. 13, 3. (Marc. 4, 4. Luc. 8, 5.) cf. 9, 12. (Marc. 2, 17. Luc. 5, 31.) Joh. 2, 14. 1 Tim. 6, 15. Act. 7, 27. — β., pro: is, qui, Matth. 10, 40. Luc. 6, 29. (sed Matth. 5, 39. ὅστις σε ῥαπίσει) Joh. 15, 23. 2 Cor. 1, 21. Phil. 2, 13. (ὁ ἔχων οὖς. v. οὖς.) — πᾶς ὁ, Matth. 3, 3. 7, 26. Luc. 6, 30. 11, 10. 13, 4. Rom. 2, 1. 1 Cor. 16, 16. — suppl. ὤν, Matth. 5, 15. — ὁ καί, Matth. 10, 41. Act. 13, 9. — μακάριος ὁ cum particip., Matth. 5, 4—6. 10. — οὐαὶ ὑμῖν οἱ (nominat. pro vocat.), Luc. 6, 25. — γ., participio articulus additus per appositionem, Marc. 3, 22. Luc. 11, 23. Joh. 5, 26. Act. 17, 24. Eph. 3, 20. 4, 22. 24. Hebr. 11, 17. — post ὑμεῖς, Luc. 6, 27. — τινές, οἱ, Luc. 18, 9. al.

d., Articulus circumscriptioni inservit α., praefixus adverbiis, v. c. τὸ μεταξὺ σάββατον, Act. 13, 42. cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. Gal. 4, 25. 26. Phil. 3, 14. 1 Tim. 6, 19. — οἱ ἐκεῖ ἑστῶτες, Matth. 27, 47. ὑμῖν τοῖς μακράν, scil. οὖσιν, Eph. 2, 17. cf. Luc. 6, 27. al. — Not.: ὁ ἀμήν, Apoc. 3, 14. — β., praefixus praepositionibus: ὁ ἔν τινι, sc. ὤν, Matth. 6, 9. Rom. 8, 1. Act. 17, 11.

— οἱ ἔκ τινος, Rom. 2, 8. 4, 14. 16. 10, 5. Phil. 4, 22. Tit. 2, 8. — De neutro v. post. — οἱ περί τινα, triplici sensu dicitur, vel significat eum, qui nomine proprio dicitur, et eius comites, Act. 13, 13. (sic ap. Graec., v. c. Xen. Mem. 3, 5, 10.) — vel illum solum sine comitibus, Joh. 11, 19. — vel solos comites illius, Marc. 4, 10. Luc. 22, 49. (Act. 21, 8.) — sic Xen. H. G. 7, 5, 12. — οἱ μετά τινος, comites alicuius, Matth. 12, 3. (Marc. 2, 25.) 27, 54. — Caeterum nota formulas ellipticas. ἡ τινος, scil. γυνή, Matth. 1, 6. — ὁ τινος, scil. υἱός, Matth. 4, 21. (i. e. ille, cuius pater est hic vel ille, quo distinguatur ab aliis hoc nomine dictis.) — ἡ ἑξῆς, Luc. 7, 11. Act. 21, 1. al. — ἡ σήμερον, scil. ἡμέρα, Matth. 11, 23. 27, 8. — ἡ αὔριον, Matth. 6, 34. Luc. 10, 35. cf. Joh. 1, 29. 12, 12. al.

e., Articulus ante adiectiva *quantitatis* iisque similia pronomina. Differunt scil. α., formulae: πᾶσα πόλις, quaevis urbs, et πᾶσα ἡ πόλις, tota urbs (interdum ante nomen urbis proprium articulus omittitur, v. c. πᾶσα Ἱεροσόλυμα, Matth. 2, 3.); scribitur πᾶς ὁ, v. c. πάντες οἱ ἀρχιερεῖς; et: ὁ γὰρ πᾶς νόμος, Gal. 5, 14. — et οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες, Gal. 1, 2. — οἱ ἀδελφοὶ πάντες, die — alle, Rom. 8, 32. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. — absol., οἱ πάντες (ii, qui memorati sunt, omnes, sie alle), Act. 19, 7. 27, 37. Phil. 2, 21. — nos omnes, Eph. 4, 13. — τὰ πάντα, 1 Cor. 9, 22. 15, 27. al. — ὅλος ὁ, v. ὅλος (sed dicitur τοῦτο ὅλον ut οὗτοι πάντες). — β., πολλοί et οἱ πολλοί, ii, qui multi sunt uni ex adverso positi — plerique v. πολύς. — γ., ἄλλος et ὁ ἄλλος, v. ἄλλος. — δ., εἷς, unus, et ὁ εἷς, alter (ex duobus), v. εἷς. Sed aliter ὁ εἷς, Rom. 5, 15. 17. is, qui unus est s. erat: ὁ εἷς Ἰησοῦς, is, qui unus est Jesus, der Einer seiende Jesus, v. 17. cf. v. 19. Ita quoque οἱ δύο, οἱ τρεῖς, οἱ τέσσαρες etc., ut nos: die zwei; nota etiam: ὁ τοιοῦτος, hi qui tales sunt, v. τοιοῦτος. — Insuper: τίς ἐστιν ὁ, Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. — τίνα τόν, Luc. 11, 11. — ε., ante αὐτός, ἡ, ὁ — ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό, idem, eadem, idem.

f., Articulus gen. neutr. praefigitur α., adiectivis eaque mutat in substantiva, ut: τὸ ἀγαθόν, τὸ καλόν, τὸ ἀσθενές, τὸ ὠφελές, τὸ ἔλαττον, collective, Hebr. 7, 7. — Nota insuper τὸ — τινός, v. c. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, Rom. 1, 19. — τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, Rom. 8, 3. — τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 1, 25. — τὸ ἀσθ. αὐτῆς, Hebr. 7, 18. — τὰ ἀόρατα τ. θεοῦ, Rom. 1, 20. — τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, 2 Cor. 4, 2. al. v. κρυπτός. — nonnullis tribuit vices adverbii, v. c. τὸ λοιπόν, adv., caeterum, posthac, v. λοιπός. — τὸ πρῶτον; adv., primum, Gal. 6, 17.

β., *infinitivis verborum*, v. c. τὸ καθίσαι, Matth. 20, 23. (Marc. 10, 40.) Rom. 7, 18. 14, 13. Phil. 1, 21. 29. Jac. 4, 15. — τοῦ, τοῦ μή (hebr. לְ) ante infin., Matth. 2, 13. 3, 13. 13, 3. (Marc. 4, 3. Luc. 8, 5.) Luc. 1, 73. 77. 79. 2, 21. 24. 27. 4, 10. (לְ Ps. 90, 11.) 42. 5, 1. 7. 9, 51. 12, 42. 17, 1. 22, 6. 31. 24, 15. 25. 29. Act. 3, 12. 7, 19. 9, 15. 10, 47. 15, 20. 20, 20. 27. 21, 12. 26, 18. 27, 1. Rom. 1, 24. 6, 6. 7, 3. 8, 12. 11, 8. 15, 22. 23. 1 Cor. 7, 37. 9, 6. 10, 13. 16, 4. 2 Cor. 1, 8. 8, 11. Gal. 3, 10. (לְ Deut. 27, 26.) Phil. 3, 10. 21.

Hebr. 10, 7. (Ps. 39, 7.) et 9. 11, 5. (Gen. 5, 24.) Jac. 5, 17. 1 Petr. 3, 10. — dat. cum inf., 2 Cor. 2, 12. 1 Thess. 3, 3. — Praefigitur infinitivis articulus, quotiescunque ante eos locandae sunt praepositiones *διά*, *εἰς*, *μετά*, *πρός τό*, *ἐπί*, *ἐν*, cet.

γ., *adverbiis*: *τὸ ἀμήν*, *δεῦρο*, *καθεξῆς*, *νῦν*, *μεταξύ*, *ναί*, *οὐ*, *πάλιν*, Joh. 4, 31. Act. 3, 24. 11, 4. Rom. 1, 13. 2 Cor. 1, 17. 20. 13, 2. Col. 3, 1. 2. 4, 9. Jac. 5, 12. — *δ.*, formulis, iam praepositionum ope in adverbiorum similitudinem formatis: *τὸ καθ' ὅλον*, prorsus, *τὸ καθ' ἡμέραν*, quotidie, *τὸ κατὰ σάρκα*, quod attinet ad origines humanas, Luc. 11, 3. Act. 4, 18. Rom. 9, 5. — *ε.*, integris sententiis, v. c. *τὸ· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι*, Marc. 9, 23. cf. Rom. 13, 9. Gal. 5, 14. — Luc. 1, 62. 9, 46. — 22, 24. — Act. 4, 21. 22, 2. 4. Rom. 8, 26. — *ζ.*, associatur genitivis: *τὰ τοῦ θεοῦ*, *τῶν ἀνθρώπων*, ea, quae Dei, hominum sunt, — *τὰ τῆς εἰρήνης*, *οἰκοδομίας*, ea, quae ad — faciunt, v. Matth. 6, 34. (cf. Jac. 4, 14.) 16, 23. (Marc. 8, 33.) 21, 21. Rom. 8, 5. 14, 19. 1 Cor. 2, 14. 10, 24. 2 Cor. 11, 30. 12, 14. — *τά τινος*, domus alienius, Luc. 2, 49. (cf. Mal. 3, 1. Sir. 42, 10. *οἱ ὁ* Gen. 41, 52. — Theocr. 2, 16. *οὐ τὰ Λυκάωνος*) — *τὸ τῆς παροιμίας*, 2 Petr. 2, 22. cf. Matth. 21, 21. — *η.*, *τὸ* (*τὰ*) ante adverbia vel praepositiones hac lege locantur, ut ad sententiam supplendum sit: *ὄν* (*ὄντα*) v. c. *τὸ πέραν*, trans amne, regio ulterior (Peraea), Marc. 5, 1. — *τὰ ὧδε*, Col. 4, 9. cf. Phil. 3, 14. Col. 3, 1. 2. — *τὰ ἐν τῇ ὁδῷ*, Luc. 24, 35. — His adde Marc. 2, 2. (*τὰ πρὸς τὴν θύραν*) Act. 28, 7. (*τὰ περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον*) Rom. 12, 18. (*τὸ ἐξ ὑμῶν*, quoad potestis) 1 Cor. 13, 10. (*τὸ ἐκ μέρους*, coll. v. 9.) Phil. 3, 14. (*τὰ ὀπίσω*, *τὰ ἔμπροσθεν*) Col. 3, 2.

Not. In phrasibus ea, quam modo memoravimus, ratione constructis animadvertere licet genus quoddam attractionis; articulus enim attrahit praepositionem illam, quam praecedens verbum sibi adsciverat, et ad sententiam exprimendam delegerat, quare etiam vis praepositionis, ab articulo attractae ex praecedentis verbi notione cognoscenda est. Clarum hoc faciunt exempla, Matth. 24, 17. (*ἆραι* [*τὰ*] *ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ*, i. e. *ἆραι ἐκ τῆς οἰκίας τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα*) Marc. 5, 26. (*δαπανήσασα* [*τὰ*] *παρ' ἑαυτῆς*, i. e. *δαπ. παρ' ἑαυτῆς τὰ ἑαυτῆς*) 3, 21. [*οἱ*] *παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον*, i. e. *παρ' αὐτοῦ* [ex eius domo] *ἐξῆλθον οἱ παρ' αὐτῷ ὄντες*, qui ad eius familiam pertinebant (cf. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 89 seq.) Luc. 24, 19. (v. 18. *οὐκ ἔγνως* — [*τὰ*] *περὶ Ἰησοῦ* etc.) Act. 3, 16. (*ἡ πίστις* [*ἡ*] *δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ*, i. e. *ἡ εἰς αὐτὸν πίστις δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ*) 23, 21. (*προςδέχεσθαι* [*τὴν*] *ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν*) 24, 10. (*εὐθυμότερον* [*τὰ*] *περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι*) 26, 10. Rom. 4, 14. (*εἰ γὰρ* [*οἱ*] *ἐκ νόμου κληρονόμοι*) 16, 19. (*χαίρω* [*τὸ*] *ἐφ' ὑμῖν*) 15, 17. (*ἔχω καύχησιν* [*τά*] *πρὸς τὸν θεόν*) — adde: Luc. 11, 13. (*ὁ πατὴρ* [*ὁ*] *ἐξ οὐρανοῦ δώσει*) 39. (*ὑμεῖς* [*τὸ*] *ἔξωθεν καθαρίζετε*) 2 Cor. 4, 16. (*ἀλλ'* [*ὁ*] *ἔσωθεν ἀνακαινοῦται*) 5, 10. (*ἕκαστος* [*τὰ*] *διὰ σώματος . . . ἔπραξεν*) Phil. 2, 23. (*ὡς ἂν ἀπίδω* [*τὰ*] *περὶ ἐμέ*, i. e. quae me circumdant) 4, 22. Hebr. 13, 24. 1 Petr. 1, 11. 12. (*προμαρτυρούμενον* [*τὰ*] *εἰς Χρ. παθήματα*) Apoc. 11, 2. al. — Adscribamus etiam locos, in quibus articulum indefinite usurpatum esse atque eandem vim habere quam

indefinitum pron. τίς perperam statuerunt interpretes: Matth. 1, 23. 12, 29. 13, 2. Luc. 8, 5. Joh. 7, 24. 1 Cor. 5, 9. 15, 8. 1 Thess. 4, 6.

3., Exulat articulus **a.**, ubi nomen indefinite, atque ita dicitur, ut praedicari de pluribus possit, v. c. ἄνθρωπος, nos: ein Mensch, Phil. 2, 7. — νόμον, Joh. 10, 7. — pl., tales, qui sunt, v. c. νεκροί, τυφλοί, Matth. 11, 5. ἄλλος, alius, quicunque est, ein Anderer: ἀγαθὸς ἀνήρ, talis, qui inter bonos homines referendus sit; — s. ubi dicitur de quantitate indefinita: ὄχλος πολύς, Joh. 19, 1. 1 Joh. 2, 18. — πᾶς, quicunque, Matth. 3, 10. 12, 50. et Luc. 8, 21. — μήτηρ μου καὶ etc., Mutter und Brüder von mir, cf. Joh. 15, 18. Luc. 10, 29. 36. — Differunt phrases negantes, in quibus cum adverbio οὐ iunctum est nomen articuli expers et nomen articulo instructum. Cum illo particula οὐ aut μή iuncta idem est quod nullus, a, um. Ergo οὐ ζήσεται ἄνθρωπος, nullus homo vivet, sed οὐ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, homo non vivet, Matth. 4, 4. cf. Rom. 5, 13. al.

b., In primis solet Paulus omittere articulum, ubi magis notionem, cui nomen exprimendae inservit, abstractam spectat, quam concretum, cui illud nomen tribuatur, v. c. Rom. 3, 30. (περιτομήν, ἀκροβυστίαν, 5, 19. cf. Matth. 5, 10. ἕνεκεν δικαιοσύνης.) — εἶναι νυκτός, ἡμέρας, 1 Thess. 5, 5. cf. Marc. 12, 27. νεκρῶν, i. e. talium, qui sunt. Praepositiones, nudum nomen secum ferentes adverbiorum vices gerunt, v. c. εἰς φυλακήν, ἐν φυλακῇ, εἰς ἀέρα, ἐκ πίστεως, κατὰ σάρκα, ἐπ' ἐλπίδι, καθ' ὁμοιότητα, pari ratione (Hebr. 4, 15. aliud est κατὰ τὴν ὁμ., Hebr. 7, 15.), παρ' ἐλπίδα, κατὰ κεφαλῆς (sed κατὰ τὴν ἐκλογήν, secundum electionem, non, quae fieri quovis tempore possit, sed quae iam facta est, Rom. 11, 28.), ἐν γραφαῖς ἁγίαις, Rom. 1, 2. v. praeposit. suis locis.

c., Solet artic. abesse a nominibus propriis, ubi ea sequitur nomen genus, munus, dignitatem, cognomen indicans, Matth. 14, 21. Act. 13, 9. item frequentius omitti quam poni solet ante nomina urbium terrarumque, praesertim si ea iuncta sunt cum praepositione, Act. 14, 24. 15, 38. 16, 8 seq. 17, 1. 21, 8. Rom. 15, 19. 1 Cor. 1, 2. 16, 8. — Etiam nomina θεός (v. Matth. 4, 4. Marc. 11, 22. Rom. 8, 17. 10, 2. 1 Petr. 1, 20.), πνεῦμα ἅγιον (Rom. 14, 17. 2 Cor. 2, 10. v. πνεῦμα). — κύριος, (Matth. 1, 20. 1 Cor. 10, 21. al.) — Χριστός, (sine artic., 1 Cor. 7, 22. — cum artic., Col. 2, 6. 3, 13. 2 Thess. 3, 5.) articulo modo instructa modo destituta sunt; in nonnullis tamen locis discrimen notatur, v. c. Rom. 1, 21. γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν.

d., ubi nomina propria vel definita plura interveniente καί iunguntur, articulus poni ante primum nomen, non autem repeti solet ante nomina sequentia, Matth. 21, 12. Act. 9, 31. 15, 41. Rom. 7, 7. Jud. v. 4. Denique animadvertendum est, articulum in N. T. saepius omitti, ubi illum desideraveris.

Ὀγδοήκοντα, οἱ, αἱ, τά, octoginta, Luc. 2, 37. 16, 7. (οἱ ὁ Gen. 5, 28.)

Ὄγδοος, η, ον, **a.**, octavus, Apoc. 17, 11. Luc. 1, 59. Act. 7, 8. (τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ.) — **b.**, is, qui septem alios comites habet, qui cum aliis octavus est, 2 Petr. 2, 5. (cf. 1 Macc. 3, 16. 2 Macc. 5, 27.)

Ὄγκος, ου, ὁ, **a.**, i. q. ἀγκών, incurvus, uncus (cf. ἄγκος, ἀγκύλος et lat. ancus, angulus), eminentia in sinum incurvata, sinuosa, tumor. —

b., ab ἔγκω, ἐνεγκεῖν, i. q. φόρτος, onus, id, quod impedimento est, Hebr. 12, 1.

Ὅδε, ἥδε, τόδε, pron. demonstr. (ex ὁ, ἡ, τό et δέ) hicce, haecce, hocce, ref. a., δεικτικῶς, Jac. 4, 13. — b., refertur ad nomen aut antecedens aut sequens; ad anteced., Luc. 10, 39. 16, 25. — ad sequentia τάδε, i. e. sequentia, Act. 15, 23. 21, 11. Apoc. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. 7. 14.

Ὁδεύω, f. σω, (ab ὁδός) iter facio (cf. πορεύομαι), Luc. 10, 33. (Hom. Il. 1, 568. Jos. Ant. 19, 4, 2. de B. J. 3, 6, 3.)

Ὁδηγέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. ὁδηγός, q. v.) duco; — τινά, Matth. 15, 14. Luc. 6, 39. — τινὰ ἐπί τι, Apoc. 7, 17. (οἱ ὁ Ex. 13, 17. Jos. 24, 3.) — εἴς τι (εἰς τὴν ἀλήθειαν), Joh. 16, 13. (Ps. 24, 5. 85, 11.) — trop., instituo (dux, magister sum alic.), Act. 8, 31.

Ὁδηγός, οῦ, ὁ, (ex ὁδός et ἄγω; cf. ἐπιχορηγέω) dux; τινί (γενέσθαι), Act. 1, 16. (cf. μαθητής τινι.) — in orat. gnomica: ὁδ. τυφλῶν, i. e. magister hominum rudium, Rom. 2, 19. — plur. τυφλοὶ τυφλῶν, i. e. ipsi a veri cognitione alieni aliis se offerunt magistros, Matth. 15, 14. 23, 16. 24.

Ὁδοποιέω (ῶ), e lect. codd. (al. ὁδὸν ποιεῖν) viam facio, Marc. 2, 23.

Ὁδοιπορέω (ῶ), f. ήσω, (ab ὁδοιπόρος, viator, 2 Sam. 12, 4. Sir. 26, 12. et hoc ex ὁδός et πείρω, permeo, transeo) pedibus iter facio, Act. 10, 9. (Aelian. V. H. 10, 4. Herodian. 7, 9, 1.)

Ὁδοιπορία, ας, ἡ, (ab ὁδοιπόρος) iter, Joh. 4, 6. 2 Cor. 11, 26. (1 Macc. 6, 41. — Xen. Cyr. 1, 2, 10.)

Ὁδός, οῦ, ἡ, via (quae calcatur), Matth. 7, 13. (εὐρύχωρος) v. 14. (τεθλιμμένη) 13, 4. 19. (Marc. 4, 4. 15. Luc. 8, 5. 12.) 20, 30. (Marc. 10, 46. Luc. 18, 35.) 21, 8. (Marc. 11, 8. Luc. 19, 36.) v. 19. Joh. 14, 4. 5. — διὰ τῆς ὁδοῦ ἀναχωρεῖν, Matth. 2, 12. — παρελθεῖν, 8, 28. ἐκπορεύομαι εἰς ὁδόν, Marc. 10, 17. — καταβαίνω ἐν ὁδῷ τινι, Luc. 10, 31. cf. Act. 9, 17. Jac. 2, 25. — ἡ ὁδὸς καταβαίνει ἀπὸ — εἰς, Act. 8, 26. — κατὰ τὴν ὁδόν (viam decurrentes), per viam, den Weg hinab, Luc. 10, 4. — πορεύομαι, Act. 8, 36. — (suppl. πορευόμενον) 25, 3. (πορευόμενος) 26, 13. — ἡ ὁδός τινος (gen. loci), via, quae aliquo ducit (sic Hebraei construunt דֶּרֶךְ cum gen.), Matth. 10, 5. (ἐθνῶν) Hebr. 9, 8. (τῶν ἁγίων, ad sancta adyta) Matth. 4, 15. (ὁδὸν θαλάσσης, Jes. 8, 23. — acc. adverbialiter positus: nach dem Meere hin, über das Meer.) — ἡ ὁδός τινος (gen. subi.), via, qua incedit aliquis, 1 Thess. 3, 11. (κατευθῦναι τὴν ὁδόν τινος) Apoc. 16, 12. — plur., Matth. 22, 9. 10. Luc. 3, 5. (ὁδοὶ λεῖαι) 14, 23. — iter; — εἶναι ἐν τῇ ὁδῷ, Matth. 5, 25. — αἴρειν τι εἰς ὁδόν, 10, 10. (Marc. 6, 8. Luc. 9, 3.) 15, 32. (Marc. 8, 3.) 20, 17. Marc. 8, 27. 9, 33. 34. 10, 32. 52. Luc. 11, 6. 12, 58. 24, 32. 33. Act. 9, 27. (Xen. Mem. 3, 13, 5. σπεύδειν ἐν τῇ ὁδῷ.) — πορεύεσθαι τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, Act. 8, 39. — ὁδὸν ποιεῖν, lat. viam facere, i. e. sternere viam (Xen. Anab. 4, 8, 8.), Marc. 2, 23. (τίλλοντες. Potest quidem hoc enarrari: spicis evellendis viam exprimere. Tamen videtur dictum esse de iter facientibus ex latinismo pro graeco: ὁδὸν ποιεῖσθαι; lect. mel. ὁδοποιεῖν.) — ὁδὸς ἡμέρας, iter unius diei, Luc. 2, 44. — σαββάτου ὁδός, iter, quod licitum erat sabbatho facere, Act. 1, 12.

Locutiones metaph. *α.*, ἑτοιμάζετε τὴν ὁδὸν κυρίου, Matth. 3, 3. (Marc. 1, 3. Luc. 3, 4.) — et εὐθύνατε, Joh. 1, 23. (cf. 1 Thess. 3, 11.) viam sternite domino, iter expeditum facite domino adventuro, quae verba e Isaiae vatis (40, 1—3) ad praecursorem Jesu Christi referuntur, cf. Joh. 1, 23. — *β.*, ὁδὸν δεικνύναι τινί dicitur is, qui agentem aliquid docet, quibus ei adminiculis utendum sit, 1 Cor. 12, 31. — *γ.*, ὁδός τινος, ratio rei consequendae, εἰρήνης, Rom. 3, 17. — ζωῆς, Act. 2, 28. — σωτηρίας, 16, 17. — τῆς ἀληθείας, 2 Petr. 2, 2. — τῆς δικαιοσύνης, v. 21. — ὁδὸς (scil. τῶν ἁγίων, in coeli adyta) πρόςφατος καὶ ζῶσα, via, quae per carnem Christi πρόςφατον (recens mactatam) et vivam agitur, Hebr. 10, 20. (v. ζάω.) — *δ.*, ὁδός consilia, quae quis iniit, et rationes, quas sequitur, Act. 9, 2. Jud. v. 11. — de certo Deum colendi modo, Act. 19, 9. 23. 24, 22. 22, 4. 24, 14. — 1 Cor. 4, 17. αἱ ὁδοί μου, mea evangelii tradendi ratio; ἡ ὁδὸς τοῦ θεοῦ, scil. ab hominibus ingredienda, ea, quae Deus agi vult (Ps. 26, 11.), Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. Luc. 20, 21. Act. 18, 26. (via, quam Deus monstrat.) — Ps. 24, 4. — pl., viae, quas ingreditur i. e. ea, quae agit is, qui Deum sequitur, Act. 13, 10. Hebr. 3, 10. (cf. Ps. 17, 22. al.) — viae, quas Deus ipse ingreditur, i. e. consilia eius, Rom. 11, 33. (Ps. 17, 31. et saepissime) Apoc. 15, 3. — *ε.*, Rom. 3, 16. in viis, quas ingrediuntur, seu ubicunque incedunt aliquid peracturi vastant ac rapiunt, Jac. 1, 8. (ἐν πάσαις τ. ὁδοῖς αὐτοῦ, in omnibus quae agit.) — cf. Job. 23, 10. — *ζ.*, ἡ ὁδός, is, sine quo via recta inveniri nequit, Joh. 14, 6.

Ὀδούς, ὄντος, ὁ, dens, Matth. 5, 38. (Ex. 21, 24.) — pl., Marc. 9, 18. Act. 7, 54. Apoc. 9, 8. — ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, Matth. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 50. Luc. 13, 28.

Ὀδυνάω (ῶ), f. ήσω, (ab ὀδύνη, q. v.) gravi dolore afficio; pass., crucior, Luc. 16, 24. 25. (ὀδυνᾶσαι, contr. ex ὀδυνάεσαι [v. καυχάομαι], Jes. 53, 4.) — pass., crucior, sollicitus sum, Luc. 2, 48. — ἐπί τινι, Act. 20, 38. (coll. Jes. 21, 10. 40, 29.)

Ὀδύνη, ης, ἡ, dolor, Rom. 9, 2. (ἐστί μοι.) — pl. 1 Tim. 6, 10.

Ὀδυρμός, οῦ, ὁ, (a v. ὀδύρομαι, eiulor, lamentor) eiulatus, lamentatio, fletus acer, Matth. 2, 18. (Jer. 31, 15. 2 Macc. 11, 6. — Aelian. V. H. 14, 22.) — meton., luctus, moeror, 2 Cor. 7, 7.

Ὀζίας, ου, ὁ, (עֻזִּיָּה, ex עֻזִּי robur meum, et יָהּ, Jehova) Ozias s. Usias, rex Judae, fil. Amasiae (2 Reg. 15, 30. 1 Chron. 3, 12. 2 Chron. 26, 1.), Matth. 1, 8. 9. (tenendus erat hic ordo: Ἰωράμ, Ὀχοζίας, Ἰωάς, Ἀμαζίας, Ὀζίας [s. Ἀσαρίας]. Nam nomina Ὀχοζίας et Ὀζίας confusa videntur. v. Calmet ad h. l.)

Ὄζω, f. ήσω et έσω, (cf. lat. odor) odorem reddo, oleo, Hom. Od. 3, 60. Xen. Symp. 2, 3. — de cadavere: foeteo, Joh. 11, 39. (cf. Ex. 8, 14.)

Ὅθεν, adv., (ex neutr. relat. ὅς et partic. enclit. θεν, terminum a quo significante) unde. Legitur **a.**, de loco, e quo, Matth. 12, 44. Luc. 11, 24. Act. 14, 26. 28, 13. — **b.**, in ratiociniis, ut lat. unde, qua ex re, 1 Joh. 2, 18. (γινώσκομεν.) — quare, quapropter, Matth. 14, 7. Act. 26, 19. Hebr. 2, 17. 3, 1. 7, 25. 8, 3. 9, 18. 11, 19. (Xen. Mem. 1, 2, 2.)

Ὀθόνη, ης, ἡ, linteum (Hom. Od. 7, 107.), Act. 10, 11. 11, 5.

Ὀθόνιον, ου, τό (demin. voc. ὀθόνη, q. v.) linteum minus, de fasciis sepulcralibus; plur., Luc. 24, 12. Joh. 19, 40. 20, 5. 6. 7. (Jud. 14, 13. Hos. 2, 5. — Polyb. 5, 89, 3.)

Οἶδα, v. supr. εἴδω.

Οἰκειακός, ή, όν, v. οἰκιακός.

Οἰκεῖος, α, ον, (ab οἶκος, domesticus (ad domum et rem familiarem pertinens), familiaris; pl., Eph. 2, 19. — προνοεῖν τῶν οἰκείων, providere suis (aut masc. aut neutr.), 1 Tim. 5, 8. (videtur esse h. l. gen. masc.) — Xen. Mem. 1, 2, 48. — οἱ οἰκεῖοι τῆς πίστεως, qui sunt e Christianorum unam fidem profitentium familia, Gal. 6, 10.

Οἰκέτης, ου, ὁ, (ab οἰκέω, q. v.) domesticus, i. e. qui in eadem cum aliquo domo vivit (Herodot. 8, 108. Sir. 6, 11.), servus, Luc. 16, 13. Rom. 14, 4. — pl., Act. 10, 7. 1 Petr. 2, 18. (οἱ ὁ Gen. 9, 25. — Xen. Mem. 2, 1, 9. et 12.)

Οἰκέω (ῶ), f. ήσω, (ab οἶκος) habito; **a.**, inhabito; — τί, 1 Tim. 6, 16. (Xen. Mem. 1, 1, 8.) — **b.**, ἔν τινι, Rom. 8, 9. et 1 Cor. 3, 16. Rom. 7, 17. 18. 20. — **c.**, μετά τινος, habito cum aliquo (de iis, qui matrimonio iuncti sunt), 1 Cor. 7, 12. 13. Hinc voc. seq.

Οἴκημα, τος, τό, **a.**, aedificium (Thuc. 4, 115. — Sap. 13, 15. Ez. 16, 24.). — **b.**, carcer, Act. 12, 7. (Aelian. V. H. 6, 1. Thuc. 4, 48. — i. q. τὸ δεσμωτήριον.)

Οἰκητήριον, ου, τό, (ab οἰκητήρ, v. supr. αἰσθητήριον, ἀκροατήριον) domicilium, sedes (Jerem. 25, 30.), Jud. v. 6. (reliquisse angeli illi stationem suam et in terram descendisse dicuntur; cf. Jos. Ant. 1, 3, 1. et Gen. 6, 2.) — de animae velamento corporeo: ἐπενδύσασθαι τὸ οἰκητ. τὸ ἐξ οὐρανοῦ, 2 Cor. 5, 2.

Οἰκία, ας, ἡ, (ab οἶκος) domus, **a.**, propr., i. e. domicilium, Matth. 2, 11. 7, 24—27. 8, 6. 14. 10, 12. 12, 29. Joh. 12, 3. — οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ scil. ὄντες, Matth. 5, 15. — οἱ ἐκ τῆς οἰκ. τινός, Phil. 4, 22. (Xen. Mem. 3, 6, 14. — οἱ ὁ Gen. 17, 23. Jes. 13, 22.) — ἡ οἰκία τοῦ θεοῦ, i. e. coelum, Joh. 14, 2. (cf. Matth. 5, 34.) — ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία, de animi veste corporea, 2 Cor. 5, 1. (ibid. οἰκία ἀχειροποίητος) — **b.**, metonym., α., domus incolae, Matth. 10, 13. familia, Matth. 12, 25. (sic h. l. βασιλεία pro rege et subditis) — ἡ οἰκία τινός, domestici, familia alicuius, Joh. 4, 53. 1 Cor. 16, 15. (Xen. Mem. 2, 7, 6. — Gen. 50, 8.) — β., opes, facultates, bona: τινός, Matth. 23, 13. Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. (cf. Gen. 45, 18. — Xen. Mem. 4, 1, 2.)

Οἰκιακός, οῦ, ὁ, (a voc. οἰκία) domesticus; pl. οἱ οἰκ. τινος, Matth. 10, 25. (distinguuntur a τῷ οἰκοδεσπότῃ) v. 36. (e Mich. 7, 6. ubi legitur apud τοὺς ὁ· οἱ ἄνδρες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.)

Οἰκοδεσποτέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. οἰκοδεσπότης, q. v.) domum s. rem familiarem administro, 1 Tim. 5, 14. (verbum serioris graecitatis.)

Οἰκοδεσπότης, ου, ὁ, (ex οἶκος et δεσπότης) paterfamilias, herus, Matth. 10, 25. 13, 27. 20, 11. 24, 43. Marc. 14, 14. (Luc. 22, 11.) Luc. 12, 39. 13, 25. 14, 21. — ἄνθρωπος οἰκοδ., 13, 52. 20, 1. — ἄνθρ. τις οἰκοδ., 21, 33.

(Leguntur voces *οἰκοδεσπότης* et *-τέω* ap. Plutarchum; melioris aevi Graeci dixerunt *οἰκίας δεσπότης*.)

Οἰκοδομέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ab adi. verbali *οἰκοδόμος*, et hoc ex *οἶκος* et *δέμω*) aedifico, universe: exstruo; **a.**, propr., *α.*, (funditus) exstruo, *οἱ οἰκοδομοῦντες*, subst., fabri murarii, i. q. *οἰκοδόμοι*, Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. (e Ps. 117, 22.) — Luc. 14, 30. (aliquam domum exstruo) — 3. pl., 17, 28. (domos exstruebant) — *τί*, v. c. *πύργον*, Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. (Luc. 20, 9.) cf. Luc. 6, 48. 12, 18. 14, 28. (Xen. Mem. 3, 8, 8.) — *τί τινι*, aliquid in honorem s. in usum alicuius, Luc. 7, 5. Act. 7, 47. (Gen. 8, 20. Ez. 16, 24.) — *τὶ ἐπί τι*, Matth. 7, 24. 26. Luc. 6, 49. — pass., *ἐπί τινος*, Luc. 4, 29. (v. *τοὺς ὁ* Cohel. 9, 14. et Ez. 16, 25.) — *β.*, instauro: *τί*, Matth. 23, 29. (Luc. 11, 47. 48.) 26, 61. (Marc. 14, 58.) 27, 40. Marc. 15, 29. Joh. 2, 20. (oppon. *λύω* et *καταλύω*) — Jos. 6, 26. Ps. 121, 3. Amos. 9, 14. — **b.**, metaph. *α.*, verbum *οἰκοδομεῖν*, per se; pass. *οἰκοδομεῖσθαι* de coetibus christianis; aut res suas aptius meliusque ordinare, aut solatio erigi, Act. 9, 31. (*εἶχον εἰρήνην οἰκοδομούμεναι*, se erigentes. Hinc *πορευόμεναι* etc. — al.: cum augerentur s. crescerent, sed ad incrementa refertur sequens verbum *ἐπληθύνοντο*) — *τὸ οἰκοδομεῖν* oppon. *τῷ φυσιοῦν*, 1 Cor. 8, 1. (scil. quae inflata sunt, ambitum habent inanem, sed quae aedificantur, ea ita augentur, ut firma sint. Ergo *οἰκοδομεῖ* h. l. est: auget et vim animo addit.) cf. 1 Cor. 10, 23. (in altero membro: *συμφέρει*) — *οἰκοδ. τινα*, animum alicuius recreare, erigere, 1 Cor. 14, 4. 17. 1 Thess. 5, 11. — *οἰκοδομοῦμαι εἰς τὸ ποιεῖν τι* (quod differt a formula *οἰκοδομοῦμαι εἴς τι*, in aliquid), animus mihi additur, ut aliquid *audeam*, 1 Cor. 8, 10. — *β.*, *πάλιν οἰκοδομῶ, ὃ κατέλυσα*, tropice dict., iterum stabilio, quod a me abrogatum erat, Gal. 2, 18. — *γ.*, phrasis: *οἰκοδομεῖν τὴν ἐκκλησίαν*, veluti aedificium, *ἐπὶ πέτρᾳ*, Matth. 16, 18. — *οἰκοδ. ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον*, iactis ab alio fundamentis superstruere, hoc si ad doctoris rationes refertur, est: docere eos, qui iam aliorum institutione usi sint, Rom. 15, 20. 1 Petr. 2, 5. (*αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε οἶκος πνευματικός*, et ipsi vos veluti lapides vivi [i. e. quasi lapides essetis] exstruimini aedificium a Spiritu s. inhabitatum.)

Οἰκοδομή, *ῆς*, *ἡ*, (ex *οἶκος* et *δέμω*. Compositio vitiosa; nam vocabulum ita in *-ή* flexum coniungi tantum potest cum praepositionibus, v. c. *ἐπιτομή*, *παραβολή*, non autem cum nomine substantivo vel adiectivo, vel adverbiis: *εὐ* et *δύς*, vel *α* privativo. Ergo dicendum est aut *οἰκοδομία* ab adiectivo composito *οἰκοδόμος*, ut *οἰκονομία*, *κακολογία*, *εὐτυχία*, *ἀνομία* etc., aut *οἰκοδόμησις* vel *οἰκοδόμημα*.) **a.**, aedificatio sensu latiori (v. c. *τῶν τειχέων*, 1 Macc. 16, 23. — v. *οἰκοδομέω*), domicilium, 2 Cor. 5, 1. Eph. 2, 21. aedificium, Matth. 24, 1. Marc. 13, 1. 2. — *θεοῦ*, 1 Cor. 3, 9. — metaphor. (v. *οἰκοδομέω*) cura, ut alii erigantur solatio (et virtute augeantur), oppon. *καθαίρεσις*, Rom. 14, 19. 15, 2. 2 Cor. 10, 8. 13, 10. (cf. v. 11.) 12, 19. — iunct. c. voc. *παράκλησις*, *παραμυθία*, 1 Cor. 14, 3. — c. gen., *εἰς οἰκοδ. τῆς ἐκκλησίας*, 1 Cor. 14, 12. (additur per epexegesin: *ἵνα περισσεύητε*) 14, 5. cf. v. 26. Eph. 4, 12. 16. (*εἰς οἰκ. τῆς χρείας*, i. e. *ἧς τὸ νῦν χρεία ἐστί*) cf. *οἰκονομία*.

Οἰκοδομία, ας, ἡ, (ab *οἰκοδόμος*, cf. *οἰκονομία*) aedificatio, 1 Tim. 1, 4. (al. codd. *οἰκονομίαν*, quod an praestet, propter verba adiuncta: *τῇ ἐν πίστει*, valde dubitandum est, v. *οἰκονομία*.)

Οἰκοδόμος, ου, ὁ, (ex *οἶκος* et *δέμω*, struo, exstruo; cf. *οἰκονόμος*) aedificator, Act. 4, 11. (e codd. lectione. — Xen. Symp. 4, 4.)

Οἰκονομέω (ῶ), f. *ήσω*, (ab *οἰκονόμος*) administro rem familiarem, dispensator sum; absol., Luc. 16, 2. — *τί*, Xen. Mem. 3, 4, 12. phrasis sat sequens.

Οἰκονομία, ας, ἡ, (a v. *οἰκονόμος*) **a.**, dispensatio, administratio rei familiaris, munus eius, qui rem familiarem administrat, v. *οἰκονόμος*. — dic. de munere apostolico, 1 Cor. 9, 17. — *οἰκον. τινός*, gen. obi. administratio — *τοῦ μυστηρίου*, Eph. 3, 9. (i. e. decreti de salute gentilium capti — dispensatio bonorum ex illo decreto facta) — gen. subi., Col. 1, 25. (*τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι* verba: *εἰς ὑμᾶς* iunge cum *πληρῶσαι τὸν λόγον τ. θεοῦ* et verte: cuius [ecclesiae] ego nuntius factus sum secundum dispensationem Dei [collectis stipendiis] complere verbum Dei, quod perferam ad vos. cf. Eph. 3, 9. — Locus Eph. 1, 9. *ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν πληρώματος τῶν καιρῶν* illustrandus est e loco Gal. 4, 2. videtur intellig. esse dispensatio adultorum aetati reservanda; sequitur infinit huius dispensationis finem indicans, coll. 4. 5. — 1 Tim. 1, 4. lectio, vulg. *οἰκοδομίαν*, al., *οἰκονομίαν*, quod vertunt: efficiunt, ut potius inutilibus vaces quaestionibus quam fideli dispensationi bonorum divinorum.)

Οἰκονόμος, ου, ὁ, (ex *οἶκος* et *νέμω*; *ὁ τὸν οἶκον νέμων*) propr., rei familiaris administrator (cuius est omnia, quae ad sustentandam domum pertinent, apte disponere et ordinare), Xen. Mem. 2, 10, 4. 3, 4, 11. — maxime, cui res familiaris alicuius heri commissa est administranda, Luc. 12, 42. — qui bona heri administrat, Luc. 16, 1. 3. — vel bona heredis adhucdum impuberis, Gal. 4, 2. — pl., 1 Cor. 4, 2. (cf. Gen. 24, 2. 1 Reg. 4, 6. 16, 9. 18, 3. Esth. 1, 8.) — *ὁ οἰκ. τῆς πόλεως*, aerario urbis praefectus, Rom. 16, 23. (cf. Esth. 8, 9. — Jos. Ant. 12, 4, 7. 11, 6, 12. 8, 6, 4.) — *ὁ οἰκ. τῆς ἀδικίας* (ex hebr.) i. q. *ἄδικος*, Luc. 16, 8. — tropice de apostolis (v. *οἰκονομία*): *οἰκ. μυστηρίων τοῦ θεοῦ*, quibus tradita sunt Dei consilia hominibus patefacienda, 1 Cor. 4, 1. — *ποικίλης χάριτος τοῦ θεοῦ*, 1 Petr. 4, 10. — *οἰκ. θεοῦ*, Dei tamquam heri, Tit. 1, 7.

Οἶκος, ου, ὁ, domus; **a.**, sensu angustiori: domicilium, habitatio; — *τινός*, Matth. 9, 6. 7. (Marc. 2, 1. 11. Luc. 5, 24. 25.) Luc. 1, 23. 40. 56. 8, 39. 41. al. — *ἔρχεσθαι εἰς οἶκον*, domum venire, Marc. 3, 20. — sed *εἰς τὸν οἶκον* v. Luc. 7, 10. 15, 6. — *ἐν τῷ οἴκῳ*, domi, Joh. 11, 20. — *ἐν οἴκῳ*, 1 Cor. 11, 34. 14, 35. — *ἀποτάξασθαι* (*τοῖς*) *εἰς τὸν οἶκον*, valedicere iis, qui domo maneant addicti, Luc. 9, 61. (de hoc attractionis genere v. *ὅ, ἡ, τό*) — *κατ' οἶκον*, Act. 2, 46. 5, 42. privatim, *κατ' οἴκους*, per domos, Act. 20, 20. — *κατὰ τοὺς οἴκους εἰσερχόμενος*, ingrediens domos singulas, Act. 8, 3. — *ἡ κατ' οἶκόν τινος ἐκκλησία*, coetus, qui se ab alicuius domo, ut conventus loco, denominat, ubi nos adiectivum e nomine proprio formantes, v. c. die Caiussische Synagoge, Rom. 16, 5. 1 Cor. 16, 19. Col. 4, 15. Philem. v. 2. — *ὁ οἶκος τοῦ*

θεοῦ, templum, Matth. 21, 13. (Marc. 11, 17. Luc. 19, 46.) cf. Act. 7, 47. 49. Matth. 23, 38. (Luc. 13, 35.) — ea pars templi, quae sanctuarium dicitur, Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. — et οἶκος absolute, Luc. 11, 51. (cf. 2 Chron. 35, 5.) 1 Petr. 2, 5. — **b.**, sensu latiori: aedificium quodcunque, ἐμπορίου, i. q. ἐμπόριον, Joh. 2, 16. (coll. Ez. 27, 3. Jer. 23, 18.) — προςευχῆς, Matth. 21, 13. Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. cf. Ex. 13, 3. — metonym., α., pro domesticis, et iis, qui ad eandem familiam pertinent, Marc. 3, 25. (Luc. 11, 17.) Luc. 19, 9. Act. 7, 10. 10, 2. 11, 14. 16, 31. 18, 8. 1 Cor. 1, 16. 1 Tim. 3, 4. 5. 5, 4. 2 Tim. 1, 16. 4, 19. cf. οἰκία, Joh. 4, 53. — plur., 1 Tim. 3, 12. Tit. 1, 11. Hebr. 11, 7. (ita quoque Gen. 7, 1. — Aelian. V. H. 4, 27. Xen. Mem. 3, 6, 14.) — et metaph. sic dic. ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ, familia Dei, 1 Tim. 3, 15. Hebr. 3, 2. 5. 6. 10, 21. 1 Petr. 4, 17. (cf. Ez. 9, 6.) ita hebr. בַּיִת, Num. 12, 7. Hos. 8, 1. — β., prosapia, gens, posteri oriundi e familia alicuius, ὁ οἶκος Δαβίδ, Luc. 1, 27. 69. 2, 4. (1 Reg. 12, 16.) — Ἰσραήλ, Matth. 10, 6. 15, 24. Luc. 1, 33. Act. 2, 36. 7, 42. Hebr. 8, 8. 10. (cf. τοὺς ὁ Ex. 6, 14. 1 Sam. 2, 30. Jerem. 31, 31.)

Οἰκουμένη, ης, ἡ, (femin. partic. praes. p. verbi οἰκέω) terra habitata (apud Graecos: terra a Graecis habitata, distincta a terris barbarorum), **a.**, orbis terrarum (Polyb. 1, 1, 5. 4, 38, 1.), Luc. 21, 26. Hebr. 1, 6. Apoc. 3, 10. 16, 14. Matth. 24, 14. Luc. 4, 5. Rom. 10, 18. — ἡ μέλλουσα, orbis terrarum, qualis futurus erit tempore regni Messiani, Hebr. 2, 5. — **b.**, de certis orbis terrarum s. terrae habitatae partibus, v. c. de imperio romano, Luc. 2, 1. Act. 17, 6. 24, 5. (Jos. de B. J. 4, 11, 5. Ant. 12, 3, 1.) — forsitan de Judaea, Luc. 4, 5. — **c.**, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, ubique terrarum, Matth. 24, 14. Act. 11, 28. — **d.**, metonym., incolae orbis terrarum, Act. 17, 31. 19, 27. Apoc. 3, 10. 12, 9. (οἱ ὁ Ps. 9, 8. 9.)

Οἰκουργός, vid., seq. Οἰκουρός.

Οἰκουρός, οῦ, ὁ, ἡ, (ex οἶκος et οὖρος, custos; cf. θυρωρός, κηπουρός) custos domi, domi assidens, de feminis domi se continentibus et, quae domi sunt, curantibus (häuslich, eingezogen), Tit. 2, 5. (al. codd. οἰκουργός.)

Οἰκτείρω, f. ήσω, (antiquiores: οἰκτειρῶ, a voc. οἶκτος, commiseratio, ap. Hom., et hoc ab interiectione: οἴ gemitum exprimente) misereor (alicuius); — τινά, Rom. 9, 15. (Exod. 33, 19.) cf. τοὺς ὁ 2 Reg. 13, 23. Ps. 66, 1. 76, 10. — οἰκτειρ. τὰς τύχας τινός, Aelian. V. H. 3, 22. — Xen. Anab. 3, 1, 19. — Hinc voc. seq.

Οἰκτιρμός, οῦ, ὁ, et plur. οἱ, (ex usu hebr רַחֲמִים, viscera. Haec enim sedes esse misericordiae putabantur) misericordia; — οἱ οἰκτ. τοῦ θεοῦ, Rom. 12, 1. Hebr. 10, 28. — ὁ πατὴρ τῶν οἰκτ., pater benignissimus, 2 Cor. 1, 3. (cf. θεὸς παρακλήσεως ibid.) — iunct. c. σπλάγχνα, Phil. 2, 1. — σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, Col. 3, 12. cf. Luc. 1, 78. — Dan. 1, 9. 2, 18. — Ps. 24, 6. 39, 12. 144, 9. al.

Οἰκτίρμων, ονος, ὁ, ἡ, (a verbi οἰκτείρω perf. p.; cf. ἐλεήμων) misericors, Luc. 6, 36. Jac. 5, 11. (οἱ ὁ Ex. 34, 6. 2 Chron. 30, 9. Ps. 108, 12. al.)

Οἶμαι, v. οἴομαι.

Οἰνοπότης, ου, ὁ, ἡ, (ex *οἶνος* et *πότης* a *πίνω*, cf. *ὑδροποτέω*) vinolentus, vino deditus, Matth. 11, 19. Luc. 7, 34. — *οἱ ὁ* Prov. 23, 20. — Polyb. 20, 8, 2.

Οἶνος, ου, ὁ, vinum; Luc. 1, 15. 7, 33. — cf. Ps. 68, 13. — *νέος*, Matth. 9, 17. (Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. 38.) Marc. 15, 23. Luc. 10, 34. Joh. 2, 3. 9. 10. 1 Tim. 5, 23. al. — *μεθύσκεσθαι οἴνῳ*, Eph. 5, 18. — *ἐκ τοῦ οἴνου*, Apoc. 17, 2. — *οἴνῳ προσέχειν*, 1 Tim. 3, 8. — *δουλεύειν*, Tit. 2, 3. — Metaph., *οἶνος τοῦ θυμοῦ* (cf. Jer. 25, 15. Ps. 74, 9.), vinum fervidum, quod Deus fingitur ira incensus miscere et porrigere iis, qui ipsi suae dementiae et insaniae poenas dant, Apoc. 14, 10. 16, 19. 19, 15. (Hos. 4, 11.) v. *θυμός*. — *οἶν. τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας*, vinum scortationem excitans. Hoc dicitur porrigere is, qui alios ad idololatriam inducit, Apoc. 14, 8. 18, 3. — et bibere is, qui se induci patitur, 17, 2. (Jerem. 51, 7.) — meton., vitis, Apoc. 6, 6.

Οἰνοφλυγία, ας, ἡ, (nomen conditionem et statum designans, a voc. *οἰνόφλυξ, γος*, vinolentus, ex *οἶνος* et *φλύω* [s. *φλέω*], ebullio, exundo, cf. *βλύω*, *βλύζω*, et lat. fluo, nostr. fliessen, Fluth, Blut) vinolentia, pl. (ut Xen. Oec. 1, 22.), 1 Petr. 4, 3. (*οἰνόφλυξ* et *-γία*, Aelian. V. H. 3, 14. ibid. *τοῦ οἴνου διαῤῥεῖν*, — cf. *τούς ὁ* Deut. 21, 20. Jes. 56, 12.)

Οἴομαι, contr. *οἶμαι*, puto; constr. **a.**, acc. c. inf., Joh. 21, 25. — solus inf., ubi subiectum et obiectum coalescunt, Phil. 1, 17. (v. *νομίζω*.) — **b.**, c. *ὅτι*, Jac. 1, 7.

Οἷος, α, ον, pronom. relat., (cui respondet demonstr. *τοῖος* et *τοιοῦτος*; cf. *ἀλλοῖος*, *ὅμοιος*) qualis; respondet ei *τοιοῦτος*, 1 Cor. 15, 48. — pl., 2 Cor. 10, 11. — praecedit d *αὐτός*, Phil. 1, 30. — demonstrativum non exprimitur, Matth. 24, 21. (Marc. 13, 19.) Marc. 9, 3. 2 Cor. 12, 20. Apoc. 16, 18. 2 Tim. 3, 11. — cf. Xen. H. G. 4, 4, 12. — in interrogatione indir., Luc. 9, 55. 1 Thess. 1, 5. — *οὐχ οἷον δέ, ὅτι* c. verbo fin., Rom. 9, 6. (scribend. vid. *οἷόνδε*. Nam *δέ* enclit. est, ut in *ὅδε, ἥδε, τόδε*, v. Aelian. V. H. 1, 2. i. e. *οὐ τοῖον*, scil. *ἐστὶ τοῦτο*, non eiusmodi est, scil. hoc, quod dixi, *οἷον*, quale est, scil. hoc, *ὅτι*, brevius: non cuius generis est, quod non quasi verbum Dei exciderit. — Aliud est: *οἷός τε εἰμί*, i. e. valeo, possum, seq. inf.)

Οἴω, v. infr. *φέρω*.

Ὀκνέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a voc. *ὄκνος*, cunctatio) **a.**, piger, segnis sum. — **b.**, cunctor, dubito, seq. inf., Act. 9, 38. (Xen. Mem. 3, 7, 1. Polyb. 1, 14, 7. Hom. Il. 5, 255. — *οἱ* d Jud. 18, 9. Num. 22, 16.) Hinc voc. seq.

Ὀκνηρός, ά, όν, (cf. *πονηρός*) **a.**, piger, Matth. 25, 26. — pl., Rom. 12, 11. (*οἱ* d Prov. 6, 6. 9.) — **b.**, molestus: *οὐκ ὀκνηρόν μοί ἐστι γράφειν*, me non piget, Phil. 3, 1.

Ὀκταήμερος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *ὀκτώ* et *ἡμέρα*) octiduanus, octavum diem agens; — *περιτομῇ ὀκταήμερος*, i. e. octavo die circumcisus, Phil. 3, 5. (scil. sermo graecus ex eo, quod quis per aliquod temporis spatium aliquid fecisse aut passus esse dicendus est, nomina adiectiva format, quibus

homo ipse appelletur, v. τεταρταῖος. Cf. πανημέριος, Hom. Il. 2, 385. — παννύχιος, Il. 23, 217. — ἀφνίδιος, 1 Thess. 5, 3.

Ὀκτώ, οἱ, αἱ, τά, octo, Luc. 2, 21. 9, 28. al.

Ὀλέθριος, lect. codd. 2 Thess. 1, 9. v. Ὄλεθρος.

Ὄλεθρος, ου, ὁ, (ab ὄλω = ὄλλυμι, perdo) pernicies, interitus; — εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, 1 Cor. 5, 5. (opp. ἵνα σωθῇ) 1 Thess. 5, 3. 2 Thess. 1, 9. 1 Tim. 6, 9. (οἱ ὁ Obad. v. 13. Prov. 21, 7. Jer. 48, 3. — Ez. 6, 14.)

Ὀλιγόπιστος, ου, ὁ, ἡ, (ex ὀλίγος et πίστις) parum fidens, homo exiguae fiduciae, Matth. 6, 30. (Luc. 12, 28.) 8, 26. 14, 31. 16, 8. — ὀλιγοπιστία, Matth. 17, 20. e lect. Codd. pro ἀπιστία.

Ὀλίγος, η, ον, paucus, de numero et multitudine (quantitate), opp. πολύς, legitur **a.**, adiectum nominibus: Matth. 9, 37. (Luc. 10, 2.) 15, 34. (Marc. 8, 7.) Marc. 6, 5. Luc. 12, 48. (ὀλίγας scil. πληγάς, oppon. πολλαί v. 47.) 1 Tim. 5, 23. Jac. 3, 5. 1 Petr. 3, 20. Apoc. 3, 4. — ὀλίγον καιρόν, Apoc. 12, 12. — πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, Hebr. 12, 10. — οὐκ ὀλίγος, Act. 12, 18. 14, 28. 15, 2. 17, 4. 12. 19, 23. 24. 27, 20. — **b.**, absol., α., masc. pl. ὀλίγοι (oppon. πολλοί), Matth. 7, 14. (v. 13. πολλοί) 20, 16. 22, 14. 25, 21. 23. Luc. 13, 23. — β., Neutr. sing., Luc. 7, 47. — πρὸς ὀλίγον ὠφέλιμος, lat. parum utilis, 1 Tim. 4, 8. — τὸ ὀλίγον (oppon. τὸ πολύ), 2 Cor. 8, 15. (Ex. 16, 18.) — ἐν ὀλίγῳ, paucis, breviter (γράφειν), Eph. 3, 3. — parum abest, quin (hoc faciam), Act. 26, 28. 29. (alias ἐν ὀλίγῳ, brevi tempore, ut Xen. H. G. 4, 4, 12. Graeci ὀλίγου; cf. graec. ὥστε ὀλίγου δεῖν, Xen. Symp. 3, 6.) — de tempore (ut neutra aliorum de quantitate dictorum adiectivorum, v. c. ἱκανός) πρὸς ὀλίγον, ad breve tempus, Jac. 4, 14. Apoc. 17, 10. — ὀλίγον, adv., paullulum, Marc. 6, 31. 1 Petr. 1, 6. 5, 10. — ad spatium ref. Luc. 5, 3. Marc. 1, 19. (προβὰς ὀλίγον) — γ., plur., pauca, Apoc. 2, 14. 20. — δι' ὀλίγων, brevibus, paucis, 1 Petr. 5, 12. (Thuc. 4, 95.)

Ὀλιγόψυχος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὀλίγος et ψυχή) qui est animi pusilli (cf. nostr. kleinmüthig), pl., 1 Thess. 5, 14. (οἱ ὁ Prov. 14, 29. Jes. 54, 6. 57, 15. — ὀλιγοψυχία, Ex. 6, 9. Ps. 54, 9. — ψυχεῖν, Judith. 7, 19. 8, 9. Sirac. 4, 9. — μικροψυχεῖν, Jos. Ant. 8, 13, 8.)

Ὀλιγωρέω (ῶ), f. ήσω, (ab ὀλίγωρος, et hoc ex ὀλίγος et ὥρα, cura, cognat. voc. οὖρος, custos; cf. θυρωρός) parvi pendo, parvi facio; — τινός, Hebr. 12, 5. (Xen. Mem. 2, 4, 3. — οἱ ὁ Prov. 3, 11.)

Ὀλίγως, adv. (ab adi. ὀλίγος) paullulum, 2 Petr. 2, 18.

Ὀλοθρευτής, οῦ, ὁ, (ab ὀλοθρεύω, q. v.) perditor, 1 Cor. 10, 10. (Num. 14, 37. ubi leg. ἀπέθανον τῇ πληγῇ. — quare alii de peste capiunt, coll. Jerem. 51, 1. al. de angelo perditore Ex. 12, 23. 1 Chron. 21, 12. Sap. 18, 25.)

Ὀλοθρεύω, f. εύσω, (ab ὄλεθρος) perdo, perimo; — τινά, Hebr. 11, 28. (Ex. 12, 23.)

Ὁλοκαύτωμα, τος, τό, (ab ὁλοκαυτόω, totum comburo, ex ὅλος et καυτός pro καυστός dict. Est autem καυστός adi. verbale deductum a verbo καίω, f. καύσω; ὁλοκαυτοῦν habent Xen. et Jos.; forma praestantior: ὁλοκαυτέω; λυχνοκαυτεῖν, μηροκαυτεῖν, ἱεροκαυτεῖν) lat. holocaustum, per st, ut hypocaustum (Tertull. etiam holocaustoma), i. e. victima, quae tota comburitur,

Brandopfer (hebr. עֹלָה, Ex. 10, 25. 24, 5. אִשֶּׁה, Ex. 30, 20. Levit. 5, 12. 23, 8. 25. 27.), pl., Marc. 12, 33. Hebr. 10, 6. 8.

Ὁλοκληρία, ας, ἡ, (ab ὁλόκληρος, q. v.) integritas, Act. 3, 16. (διδόναι τινί) — οἱ ό Jes. 1, 6.)

Ὁλόκληρος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὅλος et κλῆρος, totam sortem continens) incolumis, integer (omnibus numeris absolutus, Sap. 15, 3.), 1 Thess. 5, 23. (τὸ πνεῦμα) — pl. iunct. c. τέλειοι, Jac. 1, 4. (additur: ἐν μηδενὶ λειπόμενοι) — hebr. שָׁלֵם, Deut. 27, 6. תָּמִים, Ez. 15, 5.

Ὀλολύζω, f. ξω, (i. e. sonum laetantium vel lamentantium: ὀλολύ! saepius repeto, cf. lat. ululare, graec. οἰμώζειν, αἰάζειν, ἀλαλάζειν, κοκκάζειν, πιπίζειν, κοκκύζειν, τίζειν, i. e. semper quaerere τί; τί; Nostrates utuntur syllaba: zen, grunzen, krächzen, ächzen) ululo, eiulor, lamentor, Jac. 5, 1. (οἱ ό Jes. 13, 6. 15, 3. — ap. Hom. de hymnis laetis et precibus mulierum cum ululatu factis, Il. 6, 301. Od. 3, 450.)

Ὅλος, η, ον, totus; **a.**, adiect. nomini subst., Matth. 4, 23. 5, 29. 30. 6, 22. 23. Marc. 1, 33. 14, 9. Luc. 23, 5. 44. Joh. 9, 34. al. (οἱ ό Gen. 25, 25. — Ex. 28, 31.) — **b.**, neutr., τοῦτο ὅλον, Matth. 1, 22. 21, 4. 26, 56. — δι᾽ ὅλον, per omnes partes, Joh. 19, 23. — ὅλον, adv., penitus, Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. — ὅλως, adv., omnino, Matth. 5, 34. 1 Cor. 5, 1. 6, 7. 15, 29.

Ὁλοτελής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ὅλος et τέλος) perfectus, omnibus numeris absolutus, 1 Thess. 5, 23.

Ὀλυμπᾶς, ᾶ, ὁ (nom. graec. fortasse contract. ex Ὀλυμπόδωρος) Olympas, vir Christian., Rom. 16, 15. (Vulg. Olympiadem.)

Ὄλυνθος, ου, ἡ, ficus immatura, grossus, Apoc. 6, 13. (de ficubus, quae hiemis tempore nascuntur neque ad maturitatem perveniunt, sed veris tempore decidunt, Winterfeige, Kermusen, οἱ ό Cant. 2, 13.)

Ὅλως, v. ὅλος.

Ὄμβρος, ου, ὁ, imber (pluvia vehemens, coniuncta cum procella, fulgure, ac tonitru), Luc. 12, 54. (οἱ ό Deut. 32, 2.) — Xen. Oecon. 5, 18.

Ὀμείρομαι, cupio, desiderio alicuius flagro (vox Graecis incognita, quippe qui hoc dicunt verbo: ἱμείρομαι. Agnoscunt vero Scholiastae et Photius p. 331. 9. ὁμείρονται· ἐπιθυμοῦσιν. Symmach. Ps. 62, 2.), 1 Thess. 2, 8. (text. rec. ἱμειρόμενοι) Job. 3, 21. (in quibusdam codd.) v. ἱμείρω.

Ὁμιλέω (ῶ), f. ήσω, (ab ὅμιλος, q. v.) in coetu, inter socios versor (Hom. Il. 1, 261.), colloquor cum aliquo: τινί (Dan. Sus. v. 57.), Act. 24, 26. (uti aliquo, Xen. Mem. 1, 2, 15. et ὁμιλητής, familiaris, 1, 2, 12.) Act. 20, 11. (supple αὐτοῖς, coll. v. 7.) — πρός τινα, Luc. 24, 14. (Xen. Mem. 4, 3, 2. Jos. Ant. 10, 5, 6.)

Ὁμιλία, ας, ἡ, (ab voc. ὅμιλος, ut φιλία a φίλος) congressus, consortium, societas, pl., 1 Cor. 15, 33. (v. κακός et ἦθος.)

Ὅμιλος, ου, ὁ, (ab ὁμός, cf. lat. simul, similis) coetus, multitudo, turba, Apoc. 18, 17. (e lect. codd. πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος sed vulg. et alii: πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλέων. Symmach. Ps. 1, 5. pro hebr. עֵדָה.)

Ὁμίχλη, ης, ἡ, (ion. ὀμίχλη ab ὀμιχέω, mingo) nebula (Hom. Il. 1, 359.), 2 Petr. 2, 17. (codd. νεφέλαι) — οἱ ό Amos. 4, 13. Joël. 2, 2. Deut. 4, 11. Sir. 24, 3.

Ὄμμα, τος, τό, (ab ὄπτομαι, perf. ὦμμαι) oculus (vox ap. Homer. frequentissima), pl., Marc. 8, 23. (οἱ ό Prov. 6, 4. — Xen. Mem. 1, 2, 17.)

Ὀμνύω (s. ὄμνυμι), f. ὀμόσω, iuro, iure iurando affirmo, **a.**, absol., seq. orat. dir., Matth. 26, 74. Marc. 14, 71. Hebr. 7, 21. — seq. εἰ, Hebr. 3, 11. 4, 3. v. εἰ, — **b.**, constr., α., ὅρκον πρός τινα, interposito iureiurando alicui polliceor, Luc. 1, 73. (cf. Hom. Od. 14, 331.) — τινί, seq. inf. fut., Hebr. 3, 18. Act. 2, 30. (addit. h. l. ὅρκῳ) — seq. orat dir., Marc. 6, 23. (Gen. 24, 7.) — τινί τι, Act. 7, 17. (ἐπαγγελίαν) — β., id, per quod iuratur, indicatur per accus. τινά vel τί (Hom. Il. 14, 278. 23, 385. — οἱ ό Jes. 65, 16.): τὸν οὐρανόν, τὴν γῆν, Jac. 5, 12. (Xen. Anab. 7, 6, 18.) — aut interpositis praepositt., ut κατά τινος, Hebr. 6, 13. 16. (οἱ ό Jes. 45, 23. 62, 8. Amos. 4, 2.) — ἔν τινι, Matth. 5, 34—36. 23, 16. 18. 20—22. Apoc. 10, 6. (οἱ ό Ps. 62, 12. Jerem. 5, 7.) — εἴς τινα, Matth. 5, 35. (v. εἰς) — perfect. ὀμώμοκα habes, Tob. 9, 5.

Ὁμοθυμαδόν, adv., (ab adi. ὁμόθυμος ex ὁμός et θυμός) **a.**, uno animo, unanimiter, Rom. 15, 6. Act. 1, 14. 8, 6. — **b.**, una, simul, Act. 2, 1. 46. 4, 24. 5, 12. 7, 57. 12, 20. 15, 25. 18, 12. 19, 29. (Xen. H. G. 2, 4, 17. — οἱ ό Thren. 2, 8. Job. 17, 16. Num. 24, 24.)

Ὁμοιάζω, f. άσω, (ab ὅμοιος; cf. ἁγιάζω) similis sum (ähneln), Matth. 23, 27. Marc. 14, 70.

Ὁμοιοπαθής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex ὅμοιος et πάσχω aor. 2 ἔπαθον) is, qui eadem cum aliquo patitur; similiter affectus, τινί, Act. 14, 15. Jac. 5, 17.

Ὅμοιος, οία, οιον, (et ὁμοιος, ὁ, ἡ, Apoc. 4, 3. [ἶρις ὅμοιος] vocabb. qualitatis efformari solent in syll. οιος v. c. τοῖος, οἷος, ἀλλοῖος, ἑτεροῖος, al.) similis; **a.**, τινί, i. e. α., forma similis, Joh. 9, 9. Apoc. 1, 13. 15. 2, 18. 4, 6. 7. 9, 7. 10. 19. 11, 1. 13, 2. 11. 14, 14. — ὁράσει, adspectu (quod attinet ad), Apoc. 4, 3. — natura, Act. 17, 29. Apoc. 21, 11. 18. — neutr., Gal. 5, 21. — β., comparandus cum aliquo, Matth. 11, 16. (Luc. 7, 31. 32.) 13, 52. Luc. 6, 47—49. 12, 36. (phrasis in parabolis adhiberi solita) Matth. 13, 31. 33. 39. 44—47. 20, 1. Luc. 13, 18—21. — γ., par, ὅμοιον τούτοις τρόπον, Jud. v. 7. — par (viribus), Apoc. 13, 4. (potentia, ornamentis:) 18, 18. (auctoritate:) Matth. 22, 39. Marc. 12, 31. — **b.**, τινός, eiusdem indolis, (ut et lat. similis alicuius), Joh. 8, 55. Hinc voc. seq.

Ὁμοιότης, τητος, ἡ, similitudo; — καθ' ὁμοιότητα, pari ratione, Hebr. 4, 15. (Gen. 1, 11.) — κατὰ τὴν ὁμοιότητα (Μελχισεδέκ), ad similitudinem (hebr. כְּ, cf. Gen. 1, 26. καθ' ὁμοίωσιν), Hebr. 7, 15.

Ὁμοιόω, f. ώσω, **a.**, similem reddo (Jes. 40, 18. 25.); — τινά τινι. Pass., similis fio forma externa, Act. 14, 11. — fatis et conditione, Rom. 9, 29. (ὡς Γόμοῤῥα, ex Jes. 1, 9.) — natura, Hebr. 2, 17. — moribus (Sirac. 13, 1.), Matth. 6, 8. (μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς) v. ὅμοιος — **b.**, comparo τινά (τι),

Matth. 7, 24. 11, 16. (Luc. 7, 31.) Marc. 4, 30. Luc. 13, 18. 20. — pass., ὁμοιώθη, propr. similitudinem accepit, res spiritualis illa hanc formam comparabilem induit, iam comparanda est. (Est eadem ratio praeteriti, quae in loco l. Act. 14, 11.), Matth. 13, 24. 18, 23. 22, 2. — 3. pers. fut. comparetur, Matth. 7, 26. 25, 1. Hinc voc. seq.

Ὁμοίωμα, τος, τό, (propr. quod conformatum est ad aliquid) **a.**, forma, figura, (οἱ ό pro תְּמוּנָה, Ex. 20, 4. דְּמוּת, 2 Reg. 16, 10. 2 Chron. 4, 3. צֶלֶם, 1 Sam. 6, 5. תַּבְנִית, Deut. 4, 16—18.) Apoc. 9, 7. — **b.**, similitudo, conformitas, Rom. 6, 5. τῷ ὁμοιώματι. (Paulus metaphoram sumit a plantis. Sens.: si cum eo plantati fuimus, quatenus [plantarum instar] cum eo moriebamur ac morte quasi dissolvebamur, plantarum etiam eam referemus imaginem, quae habet resurrectionis similitudinem.) Phil. 2, 7. (ἐν ὁμ. ἀνθρώπων, i. q. ὅμοιος ἀνθρώποις, hominibus similis factus) Rom. 8, 3. (πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, i. e. ὅμοιον σαρκὶ ἁμαρτίας) 5, 14. (ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως, i. q. ἐπὶ παραβάσει ὁμοίᾳ τῇ τοῦ Ἀδὰμ παραβάσει.) Rom. 1, 23. (ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, i. e. ἐν εἰκόνι ὁμοίᾳ φθαρτῷ ἀνθρώπῳ.)

Ὁμοίως, adv., (ab adi. ὅμοιος) similiter, pariter, eodem modo, Marc. 4, 16. Luc. 3, 11. 10, 37. 13, 5. 16, 25. 17, 31. Joh. 5, 19. 21, 13. Hebr. 9, 21. 1 Petr. 3, 1. 7. 5, 5. Apoc. 8, 12. — ὁμοίως καί, Matth. 22, 26. 26, 35. 27, 41. Marc. 15, 31. Luc. 5, 10. 33. 10, 32. 17, 28. 22, 36. Joh. 6, 11. 1 Cor. 7, 3. 4. 22. Jac. 2, 25. Jud. v. 8. — ὁμ. τε καί, Rom. 1, 27. — praeced. καθώς, Luc. 6, 31.

Ὁμοίωσις, εως, ἡ, (a v. ὁμοιόω) propr., assimilatio, comparatio; — καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ, ad similitudinem Dei, Jac. 3, 9. (e Gen. 1, 26. Cf. Ez. 1, 10. Ps. 57, 5. Dan. 10, 16. — Ez. 28, 12. Voces, quas habet textus hebr., οἱ ό aliis in locc. verterunt per ὁμοίωμα, q. v.)

Ὁμολογέω (ῶ), f. ήσω, (ab ὁμολόγος, ex ὁμός et λέγω) propr., idem dico (scil. quod alius dixit, i. e. consentio, adsentio); **a.**, confiteor (quasi concedendo, gestehen, einräumen); — absol., Joh. 1, 20. (i. q. οὐκ ἀρνεῖσθαι) — pass., Rom. 10, 10. — c. accus., α., τί: τὴν ὁμολογίαν, 1 Tim. 6, 12. (cf. phrases: μαρτυρεῖν μαρτυρίαν, ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, βάπτισμα βαπτίζειν, βλασφημίαν βλασφημεῖν, et ap. Hom. Il. 3, 435. πόλεμον πολεμίζειν, lat. pugnam pugnare, victoriam vincere, al.) — τὰς ἁμαρτίας, 1 Joh. 1, 9. (v. ἐξομολογέω) subint. αὐτό, Joh. 12, 42. — concedo, Act. 23, 8. — β., τινά, Rom. 10, 9. — τινά (acc. praedicati), Joh. 9, 22. — τὸ ὄνομά τινος, Apoc. 3, 5. — γ., ἔν τινι (ex hebr.), Matth. 10, 32. Luc. 12, 8. (cf. βλασφημεῖν, ὀμνύναι ἔν τινι, et hebr. בְּ הוֹדָה Levit. 5, 21. 19, 11.) — Alibi τὸ ἐν iunct. c. dat. instrumenti, ut Rom. 10, 9. (pro dat. simplici Graecorum v. 10.) — δ., acc. c. participio; confiteor, concedo, 1 Joh. 4, 2. 3. 2 Joh. v. 7. — affirmo (c. solo inf. ubi acc. c. subiecto verbi coalescit): ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, Tit. 1, 16. (v. ὀμνύω; cf. Xen. Mem. 2, 3, 9. Eurip. Iphig. 1151. Verbo ὁμολογεῖν usus est auctor propter oppositum: ἀρνεῖσθαι) — ε., seq. ὅτι, Hebr. 11, 13. —

1 Joh. 4, 15. — ὁμολογῶ τοῦτό σοι, ὅτι, confiteor, i. q. aperte tibi profiteor (i. q. οὐκ ἀρνοῦμαι), Act. 24, 14. — ζ., seq. orat. dir. (et ὅτι recitat.), Matth. 7, 23. Joh. 1, 20. (Etiam h. l. confiteri est: aperte et sine dissimulatione profiteri.) — η., addit. ἐνώπιόν τινος, 1 Tim. 6, 12. — ἔμπροσθέν τινος, Matth. 10, 32. Luc. 12, 8. — **b.**, sponte declaro, me c. inf. fut., i. q. polliceor, me (facturum esse), τινί, Matth. 14, 7. (inf. sine acc. ob rationem supra indicatam; idem aliter expressum Marc. 6, 23.) — **c.**, ex hebr., laudo, celebro: τινί, Hebr. 13, 15. (v. ἐξομολογέω et Ps. 42, 4. 5. 74, 1. 121, 4.)

Ὁμολογία, ας, ἡ, (ab ὁμολόγος) **a.**, assensus, consensus. — **b.**, professio (confessio non retenta), 2 Cor. 9, 13. (v. ὑποταγή) 1 Tim. 6, 12. 13. Hebr. 3, 1. 4, 14. 10, 23.

Ὁμολογουμένως, adv., (ab ὁμολογέω) omnium consensu, sine controversia, 1 Tim. 3, 16. (Xen. Oecon. 1, 11.)

Ὁμότεχνος, ον, ὁ, ἡ, (ex ὁμός et τέχνη) qui est eiusdem artis, qui eandem artem s. idem opificium exercet, Act. 18, 3. (Herodot. 2, 89.)

Ὁμοῦ, adv., (gen. neutr. adi. ὁμός; cf. ἁμοῦ) simul, una, Joh. 4, 36. 20, 4. (Xen. Mem. 2, 3, 4.) — εἶναι ὁμοῦ de congregatis, Joh. 21, 2.

Ὁμόφρων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὁμός et φρήν, mens; cf. ἄφρων, σώφρων, etc.) idem sentiens, concors (Hom. Il. 22, 263.), 1 Petr. 3, 8. (cf. Rom. 12, 18.)

Ὅμως, coniunct., (ab ὁμός) tamen, nostr. gleichwohl, Gal. 3, 15. (ὅμως, i. e. etsi hominis est.) — ὅμως μέντοι, tamen, Joh. 12, 42. (Herodot. 1, 189.) — Sed 1 Cor. 14, 7. videtur h. l. scribendum esse ὁμῶς, i. e. simili modo et sic forsitan etiam Gal. 3, 15. — Hom. Il. 1, 196. 9, 605.

Ὄναρ, τό, (nomen indeclinab., sic nominat. et acc., reliqui vero casus ducuntur ab ὄνειρος) somnium; — κατ' ὄναρ, in somnio, Matth. 1, 20. 2, 12. 13. 19. 22. 27, 19. (Hac formula usi sunt tantum seriores, v. c. Strabo, Plutarch., Diog. Laërt. Veteres dixerunt ὄναρ absque κατά.)

Ὀνάριον, ίου, τό, (deminut. nominis ὄνος; cf. ἱππάριον, ἀνθρωπάριον, οἰκάριον) asellus, Joh. 12, 14.

Ὀνειδίζω, f. ίσω, (ab ὄνειδος, q. v.) exprobo, i. e. **a.**, vitupero vitia, α., de iusto vituperio, τινά (seq. ὅτι), Matth. 11, 20. — τί (vitium) τινος (seq. ὅτι), Marc. 16, 14. — β., de iniusto: probro, contumelia afficio, conviciis proscindo: τινά, Matth. 5, 11. (Luc. 6, 22.) Marc. 15, 32. Matth. 27, 44. τὸ αὐτὸ ὠνείδιζον αὐτόν, i. e. τὸ αὐτὸ ἔλεγον ὀνειδίζοντες αὐτόν) Rom. 15, 3. (Ps. 68, 10.) — pass., 1 Petr. 4, 14. 1 Tim. 4, 10. (οἱ ό 1 Sam. 17, 10. 2 Sam. 21, 21. 23, 9. Ps. 41, 11.) — **b.**, exprobro beneficia, vorrücken, Jac. 1, 5. (Sirac. 41, 22. μετὰ τὸ δοῦναι μὴ ὀνείδιζε, cf. 20, 14.) Hinc voc. seq.

Ὀνειδισμός, οῦ, ὁ, **a.**, vituperium, 1 Tim. 3, 7. (ἐμπεσεῖν εἰς ὀν. τινος.) — **b.**, convicium, Rom. 15, 3. (Ps. 68, 10. — pl., Hebr. 10, 33. — ὁ ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ, convicia, qualia etiam Christus pertulit, Hebr. 11, 26. 13, 13. (cf. Rom. 15, 3. et Ps. 68, 8.) — οἱ ό Jos. 5, 9. Jerem. 24, 9. al.

Ὄνειδος, εος (ους), τό, (ab ὄνομαι, vitupero, convicior) probrum, opprobrium, vituperium, Luc. 1, 25. (οἱ ό Gen. 30, 23. — Xen. Venat. 13, 8.)

Ὀνήσιμος, ου, ὁ, (a verb. ὄνημι, iuvo, — utilis) Onesimus, servus Philemonis, Philem. v. 10. Col. 4, 9.

Ὀνησίφορος, ου, ὁ, vir Christianus, 2 Tim. 1, 16. 4, 19.

Ὀνικός, ή, όν, (ab ὄνος) asinarius, μύλος, mola, quam asinus torquet, Matth. 18, 6. (Luc. 17, 2. v. μύλος.)

Ὀνίνημι (pro ὀνάω s. ὄνημι) utilis sum, utilitatem affero, aor. act. ὤνησα τινά, aliquem iuvo (Aelian. V. H. 7, 14. 3, 17.); med. ὀνίναμαι, aor. 2. ὠνήμην (ὤνητό τι ἔκ τινος, Aelian. l. l. 3, 47.) et ὠνάμην (forma seriorum), optat. ὀναίμην, utilitatem percipio, iuvor; — τινός (ab aliquo), Philem. v. 20. (Alludit hoc verbum ad nomen Onesimi.) — Xen. Anab. 3, 1, 38.

Ὄνομα, τος, τό, a., nomen, quo vocatur aliquis s. aliquid; τινός, Marc. 3, 16. 6, 14. Act. 13, 8. Apoc. 2, 17. 3, 12. 13, 17. al. — pl., Matth. 10, 2. Apoc. 21, 14. al. — Nota phrases sequentes: ἄνθρωπος s. ἀνήρ, ᾧ ὄνομα scil. ἦν, cui nomen erat, Luc. 1, 26. 27. 2, 25. 8, 41. 24, 13. 18. Act. 13, 6. — οὗ τό ὄνομα, Marc. 14, 32. — καὶ τὸ — αὐτοῦ, αὐτῆς, Luc. 1, 5. 63. — ὄνομα αὐτῷ scil. ἦν, Joh. 1, 6. 3, 1. 18, 10. Apoc. 6, 8. 9, 11. — ὀνόματι, Matth. 27, 32. Marc. 5, 22. Luc. 1, 5. 10, 38. 16, 20. 19, 2. 23, 50. Act. 5, 1. 34. 8, 9. 9, 10—12. 33. 36. 10, 1. 11, 28. 12, 13. 16, 1. 14. 17, 34. 18, 2. 7. 24. 19, 24. 20, 9. 21, 10. 27, 1. 28, 7. — τοὔνομα (i. e. τὸ ὄνομα), acc., i. e. nomine, Matth. 27, 57. (Aelian. V. H. 13, 28. ὄνομα.) — ὄνομά μοι scil. ἐστί, nomen mihi est, Marc. 5, 9. Luc. 8, 30. — καλεῖν τὸ ὄνομά τινος, c. acc. nominis proprii, Matth. 1, 21. 23. 25. Luc. 1, 13. 31. — pass., 2, 21. Apoc. 8, 11. (λέγεται τὸ ὄν.) 19, 13. Graeci: ὄνομα καλεῖν τινα et τινί, — καλεῖν τινα τῷ ὀνόματι, Luc. 1, 61. — καλεῖν — ἐπὶ τῷ ὀν., v. 59. v. καλέω. — κατ' ὄνομα, nominatim, Joh. 10, 3. 3 Joh. v. 15. (Gen. 25, 13.) — τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nomina vestra in album civium regni coelestis a Deo relata sunt, Luc. 10, 20. — ἐγράφη ἐν βίβλῳ ζωῆς, Phil. 4, 3. Apoc. 13, 8. — ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζ., 17, 8. (ex hebr.) — ἐκβάλλειν (q. v.) τὸ ὄνομά τινος ὡς πονηρόν, Luc. 6, 22.

b., titulus, praedicatum, α., εἰς ὄνομα προφήτου, δικαίου, tamquam prophetam, probum, Matth. 10, 41. 42. — Hebr. 1, 4. (coll. v. 5.) περὶ ὀνομάτων, de titulis (velut Messiae), Act. 18, 15. — ὀνόματα βλασφημίας, i. e. βλάσφημα, tituli blasphemi, Apoc. 13, 1. 17, 3. — ὄνομα ἔχεις, ὅτι ζῇς, diceris vivere, Apoc. 3, 1. (oppon. ei, quod vere est.) — sensu latiori muneris nomen, honor (ein Name, der eine Ehrenstufe bezeichnet), Eph. 1, 21. Phil. 2, 9. (ὁ κύριος) — ἔρχεσθαι ἐπὶ ὀνόματί τινι, s. τινός (eius scil. cui hoc nomen s. hic titulus competit, dicitur, qui in publicum prodit nomen aliquod coniunctumque ei honorem affectans, Matth. 24, 5. (Marc. 13, 6. Luc. 21, 8. explicatur phrasis apud Matth. verbis adiectis: λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός.) — τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, maiestas (gloria), Dei, Matth. 6, 9. (Luc. 11, 2.) Luc. 1, 49. Hebr. 13, 15. — γνωρίζειν, δοξάζ., ἀπαγγέλλειν, διαγγέλλ., φοβεῖσθαι τὸ ὄν. τ. θεοῦ, Joh. 12, 28. 17, 6. 26. Rom. 9, 17. (Ex. 9, 16.) 15, 9. (2 Sam. 22, 50.) Hebr. 2, 12. 13, 15. Apoc. 11, 18. 15, 4. — adde Matth. 12, 21. (οἱ ὁ Jes. 42, 4.) — βλασφημεῖν τὸ ὄν. τ. θεοῦ, Rom. 2, 24. 1 Tim. 6, 1. Apoc. 13, 6. 16, 9. — Joh. 17, 11. (conserva eos tibi addictos) ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄν. τ. κυρίου,

venerari, colere Deum, Act. 2, 21. et Rom. 10, 13. (Joël. 2, 32.) — *ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου*, qui se nomini meo devoverunt, Act. 15, 17. (Amos 9, 12. cf. Jac. 2, 7.) — phrases de nomine (dignitate, maiestate) Christi: — *ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄν.*, Act. 9, 14. 21. 22, 16. 1 Cor. 1, 2. cf. 2 Tim. 2, 19. 22.) — *μεγαλύνειν τὸ ὄν.*, Act. 19, 17. — *εὐαγγελίζεσθαι (τὰ περὶ τοῦ ὀν. Χριστοῦ)* 8, 12. — *πιστεύειν τῷ ὀνόματί τινος*, 1 Joh. 3, 23. (ut credamus nomini, i. e. agnoscamus, quod hoc nomen agnosci iubet.) — *πιστ. εἰς τὸ ὄν.*, Joh. 1, 12. 2, 23. 3, 18. 1 Joh. 5, 13. — *πίστις τοῦ ὀν.*, Act. 3, 16. — *ὀνομάζειν τ. ὄνομά κυρίου*, 2 Tim. 2, 19. — *κρατεῖν*, Apoc. 2, 13. cf. 3, 8. — Act. 15, 17. — *τὸ ὄνομα Ἰησοῦ ἐνδοξάζεται ἔν τινι*, 2 Thess. 1, 12. — Act. 4, 12. (*ὄνομα, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς*) — *βαστάζειν τὸ ὄν. Χριστοῦ ἐνώπιον τινῶν*, Act. 9, 15. — facere aliquid *β.*, *ἐπὶ τῷ ὀνόματί τινος* (provocando ad nomen alic.), v. c. *δαιμόνια ἐκβάλλειν*, Marc. 9, 39. Luc. 9, 49. — pro quo simplex dativ., Matth. 7, 22. — *κηρυχθῆναι*, *λαλεῖν*, *διδάσκειν*, Luc. 24, 47. Act. 4, 17. 18. 5, 28. 40. — *δέχεσθαί τινα ἐπὶ τῷ ὀν. Χριστοῦ*, de eo, qui excipit aliquem, quem credit Christo addictum esse, Matth. 18, 5. (Marc. 9, 37. Luc. 9, 48. Explicatur Marc. 9, 41. verbis: *ὅτι Χριστοῦ ἐστι*, cf. Act. 15, 14.) — *βαπτίζεσθαι*, Act. 2, 38. — facere vel pati aliquid *γ.*, *ἐν τῷ ὀν. τινος*, v. c. miracula facere *per* aliquem (vi nominis eius in usum vocati tum a sanante tum a sanando, Act. 4, 7. non: auctoritate, ut v. 9. 12. clare ostendunt.) — Jac. 5, 14. — *δαιμόνια ἐκβάλλειν* (nomen eius pronuntiare, qui daemonem exire velit iubeatque), Matth. 7, 22. (abest *ἐν*) Marc. 9, 38. (abest *ἐν*) 16, 17. Luc. 10, 17. Act. 3, 6. 16, 18. — iussu et auctoritate: *ἔρχεσθαι*, Matth. 21, 9. (Marc. 11, 9. Luc. 19, 38.) 23, 39. Luc. 13, 35. Joh. 12, 13. (Ps. 117, 26.) Joh. 5, 43. — *ἔργα ποιεῖν*, Joh. 10, 25. — *λαλεῖν*, Jac. 5, 10. (abest *ἐν.*) — *παραγγέλλειν*, 2 Thess. 3, 6. (i. q. *διά*, 1 Cor. 1, 10.) — *βαπτίζειν* (et baptismo initiandum obligare) cett., Act. 10, 48. — 1 Cor. 6, 11. — loco alicuius, Joh. 14, 26. — *αἰτεῖν τι ἐν ὀν. Χριστοῦ*, tamquam nuntium Christi s. eum, qui Christi caussam agat, Joh. 14, 13. 14. 15, 16. 16, 23. 24. 26. 1 Cor. 5, 4. — *παῤῥησιάζεσθαι ἐν* — libere asserere et vindicare Jesu nomen Messiae, Act. 9, 27. 28. — propter nomen, 1 Petr. 4, 14. — nomini alicuius addictus *ζωὴν ἔχω*, Joh. 20, 31. cf. Act. 4, 12. — *δ.*, *εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ* (auf den Namen) *συνάγεσθαι* dicuntur, qui conveniunt deliberaturi de re ad caussam Christi pertinente, Matth. 18, 20. — *βαπτίζειν*, Matth. 28, 19. Act. 8, 16. 19, 5. 1 Cor. 1, 13. 15. — *πιστεύειν* — *ἀγάπην ἐνδεικνύναι εἰς τὸ ὄν. Χριστοῦ*, scil. excipiendis iis, qui nomini Christi addicti sunt, Hebr. 6, 10. — *ε.*, *ἕνεκεν τοῦ ὀν.* s. *διὰ τὸ ὄνομα*, ob professionem nominis, *ἕνεκεν*, Matth. 19, 29. (sed. Marc. 10, 29. *δι' ἐμέ*, et Luc. 18, 29. *διὰ τῆς βασιλ. τοῦ θεοῦ*) 10, 22. *διὰ τὸ ὄν, μου*, Matth. 24, 9. (Marc. 13, 13. et Luc. 21, 17. — sed Marc. 13, 9. *ἕνεκεν ἐμοῦ* et Luc. 21, 12. *ἕνεκεν τοῦ ὀν. μου*) 1 Joh. 2, 12. Joh. 15, 21. Apoc. 2, 3. — *ζ.*, *διὰ τοῦ ὀνόματός τ.*, 1 Cor. 1, 10. (*παραγγέλλω*) Act. 10, 43. — *η.*, *ὑπὲρ τοῦ ὀν. αὐτοῦ*, Rom. 1, 5. Act. 5, 41. 9, 16. 15, 26. 21, 13. 3 Joh. v. 7. — *ϑ.*, *πρὸς τὸ ὄνομα* (*ἐναντία πρᾶξαι*), Act. 26, 9.

c., *ὀνόματα* (in censu et computu pro capitibus), Act. 1, 15. Apoc. 3, 4. 11, 13. (ita Num. 26, 53. 55. Hinc verb. seq.

Ὀνομάζω, f. άσω, nomino, i. e. **a.**, iunct. c. accusat. voc. ὄνομα: pronuntio (nomen), 2 Tim. 2, 19. (de iis, qui nomine domini in precibus utuntur.) ἐπί τινα, Act. 19, 13. v. ἐπί. — pass., dicor (nomen, quod in usu est), Eph. 1, 21. (ὄνομα h. l. de nomine muneris, v. ὄνομα sub b.) — **b.**, τινά, α., voco aliquem, nomen indo alicui, Luc. 6, 13. 14. (Gen. 26, 18. Jerem. 25, 20.) — pass., nomen gero, 1 Cor. 5, 11. — ἔκ τινος, Eph. 3, 15. — β., nomine alicuius utor (ad eum appellandum), pass., Χριστός, Rom. 15, 20. (ubi Christi nomen ab eius cultoribus celebratur.) — ὀνομάζεσθαι etiam dicitur, quod suo nomine commemoratur (oppon. ei, quod inauditum est), Eph. 5, 3. (i. q. ἀκούεται, 1 Cor. 5, 1.

Ὄνος, ου, ὁ, ἡ, asinus, asina; ὁ, Luc. 13, 15. 14, 5. (bos et asinus, Ex. 21, 33.) — ἡ, Matth. 21, 2. 5. 7. (Zach. 9, 9. haud dubie etiam οἱ ὁ quibus nunc tribuitur: καὶ πῶλον νέον, habuerunt: καὶ πῶλον ὄνου, cf. Joh. 12, 15. — Aquila: ἐπὶ ὄνου καὶ πώλου, Symm.: ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον, ut Matth. l. l.) — οἱ ὁ Gen. 12, 16. Jud. 5, 10. — Jes. 30, 6.

Ὄντως, adv., (ab ὄν; adverbia a participiis, cf. ὑπερεχόντως, φρονούντως, λανθανόντως, ἀρκούντως, λεληθότως, μεμελετηκότως, al.) vere, profecto, Marc. 11, 32. Luc. 23, 47. 24, 34. 1 Cor. 14, 25. al. — ἡ ὄντως ζωή, vera vita, 1 Tim. 6, 19. (v. ὁ, ἡ, τό.)

Ὄξος, εος (ους), τό, (ab adi. ὀξύς, cf. πλατύς et πλάτος, ταχύς, τάχος) **a.**, acetum (quod cognat. vocibus acus, acutus, hebr. חֹמֶץ, Ruth 2, 14. Num. 6, 3.) — **b.**, posca, i. e. vinum myrrhatum, culpatum (herbis amaris conditum) quo utebantur milites romani in castris, cf. Ulpian. 12, 13. et quo potare maleficos solebant, quo supplicii dolores minus sentirent, Matth. 27, 34. 48. Marc. 15, 36. Luc. 23, 36.

Ὀξύς, εῖα, ύ, (cognat. voc. ἀκή, ἀκίς, obs. ἄκω, et verb. ἀσκέω) **a.**, acutus, Apoc. 1, 16. 2, 12. 14, 14. 17. 18. 19, 15. (οἱ ὁ Jes. 5, 28. Ps. 56, 5.) — **b.**, acer, i. e. velox (cf. graec. ὠκύς), Rom. 3, 15. (Amos. 2, 15. Prov. 22, 28.)

Ὀπή, ῆς, ἡ, (ab ὄπτομαι) foramen (οἱ ὁ Cant. 5, 4. Obad. v. 3. Cohel. 12, 3.), de fissuris terrae, Jac. 3, 11. (οἱ ὁ Ex. 33, 22.) — de cavernis in rupibus s. montibus, Hebr. 11, 38.

Ὄπισθεν, adv. loci (cui respondet ἔμπροσθεν, apud poët. ante consonam: ὄπισθε, v. ὀπίσω) a tergo, pone, Matth. 9, 20. Marc. 5, 27. Luc. 8, 44. Apoc. 4, 6. — βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, liber intrinsecus et extrinsecus, ab utraque parte inscriptus (v. γράφω), 5, 1. — ὄπ. τινος (ut ἔμπροσθεν, ἔξωθέν τιν.), Matth. 15, 23. Luc. 23, 26. (οἱ ὁ Gen. 18, 10. Ruth. 2, 7. — Xen. Anab. 4, 3, 7. Herodot. 4, 60.)

Πάλιν, adv., denuo, iterum, rursus. Indicat **a.**, repetitionem, etiam ubi coniunctum est c. verbis eundi, ut: *ἄγειν*, *ἀναχωρεῖν*, *ἀπέρχεσθαι*, *εἰςέρχ.* *ἐξέρχ.* *ἔρχ.* *διαπερᾶν*, *ἀνακάμπτειν*, *ὑπάγειν*, *ὑποστρέφ.* *παραγίνεσθαι*, *παρουσία* (Phil. 1, 26.). — cum verb. capiendi (Joh. 10, 17. 18. Act. 10, 16. 11, 10.), aedificandi, Gal. 2, 18. (Not. *πάλιν* nuspiam in N. T. est: *retro*, nec Joh. 4, 3. nec in aliis locis, quos lexicographi nonnulli pro hoc significatu excitarunt. Ad Joannis locum v. c. cf. Gal. 2, 1.) — cum aliis verbis, Gal. 1, 9. 4, 19. 5, 1. Phil. 4, 4. Matth. 4, 8. 19, 24. 20, 5. 21, 36. 22, 1. 4. 26, 44. 72. 27, 50. (coll. v. 46.) Marc. 2, 13. 3, 20. 4, 1. 8, 13. 25. 10, 1. 10. 24. 32. 14, 39.

40. 61. 69. 70. 15, 4. 12. 13. Luc. 23, 20. Joh. 1, 35. 4, 13. 8, 8. 12. 21. 9, 15. 17. 10, 19. 31. 39. 11, 38. 12, 28. 13, 12. 16, 16. 22. 28. 18, 7. 27. 20, 26. 21, 1. Act. 17, 32. 27, 28. Rom. 11, 23. 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 11, 16. 12, 19. Gal. 1, 9. 4, 19. 5, 1. 3. (coll. 3, 10.) Phil. 4, 4. Hebr. 5,1 2. 6, 1. 6. Apoc. 10, 8. 11. Jac. 5, 18. — cum aliis enuntiationum partibus, 2 Petr. 2, 20. Joh. 9, 26. 27. (*πάλιν* scil. *αὐτό*) Rom. 8, 15. (*πάλιν εἰς φόβον*) 2 Cor. 2, 1. 3, 1. 5, 12. Joh. 16, 16. Act. 10, 15. — *πάλιν ἐκ τρίτου*, Matth. 26, 44. — *ἐκ δευτέρου*, Matth. 26, 42. Act. 10, 15. cf. Joh. 4, 54. 21, 16. — *εἰς τὸ πάλιν*, 2 Cor. 13, 2. (pertinet ad *οὐ φείσομαι*, i. e. non parcam usque ad alteram vicem. Si dicas iungendum esse cum *ἐὰν ἔλθω*, tamen attractionem agnoscas necesse est.) — **b.**, porro, simili ratione, ubi subiectum vel obiectum idem manet et quasi continuatio indicatur, ut Matth. 5, 33. (*πάλιν ἠκούσατε*, porro iidem vos) 13, 44. (porro idem regnum div.) v. 45. 47. 18, 19. 19, 24. Luc. 13, 20. Joh. 10, 7. 1 Joh. 2, 8. — Joh. 12, 39. (coll. v. 38.) 19, 37. Rom. 15, 10. 12. 1 Cor. 3, 20. Hebr. 1, 5. 6. 2, 13. 4, 5. 7. 10, 30. — **c.**, vicissim (rückwärts, gegentheils); Matth. 4, 7. 1 Cor. 12, 21. 2 Cor. 10, 7. Gal. 5, 3.

Παμπληθεί, adv., (a *παμπληθής*, quod e *πᾶς* et *πλῆθος*; cf. *ἀβουλεί*, *ἀεί*, *ἀθαμβεί*, *ἀχαρεί*, al.) cum universa multitudine, Luc. 23, 18. (*ἀνέκραξαν παμπληθεί*, i. e. ad unum omnes.)

Πάμπολυς, παμπόλλη, πάμπολυ, adi., (ex *πᾶς* et *πολύς*) permultus, Marc. 8, 1. (cum permagna hominum turba adesset.)

Παμφυλία, ας, ἡ, Pamphylia (hodie Monteseli), regio Asiae minoris, habens ab ortu Ciliciam, ab occasu Lyciam et Phrygiam minorem, a septentrione Galatiam et Cappadociam, a meridie mare mediterraneum (ibi Pamphylicum dictum), Act. 2, 10. 13, 13. 14, 24. 15, 38. 27, 5.

Πανδοχεῖον, ου, τό, (ex *πᾶν* et adi. verbali *δοχεῖος*, quo iterum flectitur *δόχος* a *δέχομαι*, v. *πανδοχεύς* et supr. *ξενοδοχέω*, cf. *μνημεῖον*) deversorium, hospitium publicum, quo excipiuntur peregre advenientes (dicunt hodie Caravanserei, Chan, Mensil), Luc. 10, 34. (Polyb. 2, 15, 5. — sed *πανδοκεῖον*, Aelian. V. H. 14, 14.)

Πανδοχεύς, έως, ὁ, (v. *πανδοχεῖον*; elegantius: *πανδοκεύς*, v. quae ad voc. *ξενοδοχέω* notata sunt) qui excipit peregre advenientes, caupo, Luc. 10, 35. (Polyb. 2, 15, 16.)

Πανήγυρις, εως, ἡ, (ex *πᾶς* et *ἄγυρις*, quod descendit a v. *ἀγείρω*) conventus, coetus publicus et festivus, qui ex more ludis, sacrificiis, nundinis, omnibusque laetitiae signis celebratur (Diod. Sic. 2, 55. 5, 4. Aelian. V. H. 9, 5. et 34.) Hebr. 12, 23. — *οἱ ὁ* Ez. 46, 11. Hos. 2, 11. cf. Dan. 7, 10. Ps. 102, 20.

Πανοικί, adv., (ex *πᾶς* et *οἶκος*; cf. *ἀβοητί*, *ἀεκητί*, *ἀθρηνί*, *ἀκοπητί*, *ἀκριτί*, monet Thom. M. *πανοικὶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων, πανοικίᾳ δὲ καὶ πανοικησίᾳ*) cum tota domo, cum tota familia (cf. *παμπληθεί*), Act. 16, 34. (Joseph., Philo., Diod. Sic. — Ex. 1, 1.)

Πανοπλία, ας, ἡ, (a *πάνοπλος*, totus armatus, ex *πᾶς* et *ὅπλον*) completa armatura (i. e. scutum, gladius, pila, galea, ocrea, pectorale, arma), Luc. 11, 22. — *θεοῦ*, armatura, quam Deus suppeditat, Eph. 6, 11. 13. (2 Sam. 2, 21. Job. 39, 20. — plur. *τὰς πανοπλίας*, Judith. 14, 3. 2 Macc. 10, 30.)

Πανουργία, ας, ἡ, (a *πανοῦργος,* q. v.) calliditas, astutia, Luc. 20, 23. 1 Cor. 3, 19. 2 Cor. 4, 2. 11, 3. Eph. 4, 14. (Xen. Anab. 7, 5, 11. Aelian. V. H. 12, 33.)

Πανοῦργος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *πᾶς* et *ἔργω* s. *ἐργάζομαι*; cf. *ἀγαθουργέω, ἀμπελουργός, κακοῦργος*) dicitur sensu bono is, qui ad omnes res aptus est, dexter; longe saepius vero sensu malo: versutus, callidus (v. *πανουργία*), 2 Cor. 12, 16.

Πανταχῇ, i. q. *πανταχοῦ* q. v.

Πανταχόθεν, adv., (ad quaest. unde? v. *πανταχοῦ* et *πανταχῇ*, cf. *ἁπανταχόθεν, ἀλλαχόθεν*) undique, Marc. 1, 45. (Xen. Mem. 2, 1, 25. Thuc. 1, 17.)

Πανταχοῦ, adv., (ad quaest. ubi? cf. *ἁπανταχοῦ, ἑκασταχοῦ, οὐδαμοῦ, ἄλλου, ἀποτελοῦ, ἐκείνου, μηδαμοῦ*; pro gen. etiam *-όθι*: *ἀλλαχόθι, ἄλλοθι, αὐτόθι, μηδαμόθι, ἔκτοθι*) ubique, Marc. 16, 20. Luc. 9, 6. Act. 17, 30. 21, 28. 24, 3. 28, 22. 1 Cor. 14, 17. (Xen. Mem. 1, 4, 18.)

Παντελής, έος (οῦς), ὁ, ἡ, ές, τό, (ex *πᾶς* et *τέλος*; cf. *ὁλοτελής*) perfectus; — *εἰς τὸ παντελές*, perfecte, prorsus, Luc. 13, 11. (*ἀνακύψαι εἰς τὸ π.*) Hebr. 7, 25.

Πάντῃ, adv., (a *πᾶς*, quasi esset a *πάντος, πάντη, πάντο*. Cf. *ἁπάντῃ, ἄλλῃ*) ubique, omnino, in omnibus, quovis modo, Act. 24, 3. (Xen. Cyr. 1, 1, 1.)

Πάντοθεν, adv., (unde? i. q. *πανταχόθεν*; cf. *ἄλλοθεν, ἔκτοθεν, ἀγχόθεν, ὁπόθεν*) undique, Luc. 19, 43. (Joh. 18, 20.) Hebr. 9, 4. (*οἱ ὁ* Jerem. 20, 9. 2 Sam. 24, 14. — Hom. Il. 23, 689.)

Παντοκράτωρ, ορος, ὁ, (ex *πᾶς* et *κρατέω*; *-ωρ* pro *ήρ*; cf. *ῥήτωρ, κλήτωρ, δώτωρ*) summus dominus, omnipotens; de Deo: 2 Cor. 6, 18. Apoc. 1, 8. 4, 8. 11, 17. 15, 3. 16, 7. 14. 19, 6. 15. 21, 22. (*οἱ ὁ* pro: יְהוָה צְבָאוֹת, 2 Sam. 5, 10. 1 Chron. 11, 9. Jerem. 5, 14. al. — שַׁדַּי, Job. 5, 17. 8, 5. 11, 7. 22, 17. 25. — Sap. 7, 25. Sir. 42, 17. 2 Macc. 1, 25.)

Πάντοτε, adv., (quando? a *πᾶς*; cf. *πότε, τότε, ἑκάστοτε, ἔστε*, so lange als; pro *πάντοτε* Graeci melioris notae habent *ἑκάστοτε*) semper, Matth. 26, 11. (Marc. 14, 7. Joh. 12, 8.) Luc. 15, 31. 18, 1. Joh. 6, 34. 7, 6. 8, 29. 11, 42. 18, 20. Rom. 1, 10. 1 Cor. 1, 4. 15, 58. 2 Cor. 2, 14. 4, 10. 5, 6. 9, 8. Gal. 4, 18. Eph. 5, 20. Phil. 1, 4. 20. Col. 1, 3. 1 Thess. 1, 2. 4, 17. 2 Thess. 1, 3. 11. 2 Tim. 3, 7. Philem. v. 4. Hebr. 7, 25. — omnino prorsus, 1 Thess. 2, 16. (Sap. 19, 17. — Herodian. 3, 9, 13.)

Πάντως, adv., (a *πᾶς*) omnino, utique, profecto (allerdings), Luc. 4, 23. Act. 18, 21. 21, 22. 28, 4. 1 Cor. 9, 10. (Tob. 14, 8. — Aelian. V. H. 1, 32.) *οὐ πάντως* et *πάντως οὐ*, nequaquam, nullo modo, Rom. 3, 9. 1 Cor. 5, 10. 16, 12.

Παρά, praepositio construi c. gen., dat. et accus. solita, notat directionem alteri parallelam (respondens nostro: neben, auf der Nebenseite her); **a.**, *παρά τινος*, gen. pers. a, ab; *α.*, cum verbis eundi et discedendi, ubi ab aliquo dicitur venisse, discessisse aliquis (aliqua natura viva), Marc. 14, 43. Luc. 8, 49. Joh. 15, 15. 26. 16, 27. 17, 8. — cum verbo *εἶναι*, Joh. 6, 46. 7, 29. 9, 16. 33. — quod nonnunquam subintelligitur, ut Joh. 1, 14. — *β.*, cum

verbis passivis iunctum τὸ παρά aliquem facit auctorem, datorem, atque ita differt a praeposit. ἀπό, q. v. Deinde simul involvit, quod aliquis ab aliquo exhibitus praesto sit (von — her, herbei), cf. παραγίνομαι. Exempla: ἀποστέλλεσθαι παρά τινος, Joh. 1, 6. — γίνεσθαι, Matth. 21, 42. Marc. 12, 11. — λαλεῖσθαι, Luc. 1, 45. — κατηγορεῖσθαι, Act. 22, 30. (differt ab ὑπό. Nam παρά est: von den Juden her, zu diesem Forum.) — γ., iunct. cum verbis petendi, rogandi, capiendi, accipiendi, emendi differt a τῷ· ἀπό, significans, proficisci aliquid ab eo, qui det mittatve, v. c. αἰτῶ, αἰτοῦμαι, Matth. 20, 20. Joh. 4, 9. Act. 3, 2. 9, 2. Jac. 1, 5. 1 Joh. 5, 15. — ζητῶ, Marc. 8, 11. (Luc. 11, 16. 12, 48. sic et apud Graecos.) — λαμβάνω, Marc. 12, 2. Act. 2, 33. 3, 5. 17, 9. 20, 24. 26, 10. Joh. 5, 34. 41. 44. 10, 18. 1 Joh. 3, 22. 2 Joh. v. 4. Jac. 1, 7. 2 Petr. 1, 17. Apoc. 2, 27. — παραλαμβάνω, Gal. 1, 12. 1 Thess. 2, 13. 14. — ἀπολαμβάνω, Luc. 6, 34. — κομίζομαι, Eph. 6, 8. — γίνεταί μοί τι παρά τ., Matth. 18, 19. (Xen. Anab. 7, 2, 25.) — δέχομαι, Act. 22, 5. Phil. 4, 18. — ἔχω, Act. 9, 14. — ὠνέομαι, Act. 7, 16. — ἀγοράζομαι, Apoc. 3, 18. — ἄρτον φαγεῖν παρά τ. (scil. δοθέντα), 2 Thess. 3, 8. — ἔλεος παρά, 2 Tim. 1, 18. 2 Joh. v. 3. — ἀκούω τι παρά τ., Joh. 1, 41. 6, 45. 7, 51. 8, 26. 40. 15, 15. Act. 10, 22. 28, 22. 2 Tim. 1, 13. 2, 2. — πυνθάνομαι, Matth. 2, 4. Joh. 4, 52. — ἀκριβῶ, Matth. 2, 16. — ἀνακρίνω, Act. 24, 8. — μανθάνω, 2 Tim. 3, 14. — vel denique δ., in formulis, quae verba εἶναι, ἐξέρχεσθαι de rebus dicunt ab aliquo datis, ut Joh. 17, 7. — Luc. 6, 19. (τό· παρ' αὐτοῦ simul notionem sanantis et vim applicantis involvit. Contra Luc. 8, 46. legitur ἀπ' ἐμοῦ de vi, quae ex corpore Christi emanaverat.) 2, 1. — His adde ὁ, ἡ, τὸ παρά τινος, dictum illud absol., οἱ παρ' αὐτοῦ, cognati eius, Marc. 3, 21. (de ratione praepositionis v. sub ὁ, ἡ, τό.) — τὰ παρά τινος, quae aliquis ex suis opibus potest impendere, Marc. 5, 26. (v. sub ὁ, ἡ, τό.) — τὰ παρ' αὐτῶν, scil. ὄντα, i. e. δοθέντα, Luc. 10, 7. Phil. 4, 18. ubi ad praecedens nomen refertur: ἡ ἐξουσία ἡ παρά τινος, scil. accepta, Act. 26, 12. — Luc. 10, 7. Act. 26, 22. Rom. 11, 27.

b., παρά τινι, apud, i. e. α., prope, iuxta (neben); — ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ, Luc. 9, 47. Joh. 19, 25. — β., in alicuius domo, v. c. ξενίζεσθαι, Act. 10, 6. 21, 16. — μένειν, Joh. 1, 40. 4, 40. 14, 17. 25. Act. 9, 43. 18, 3. 20. 21, 7. 8. — καταλύειν, Luc. 19, 7. — μονὴν ποιεῖν, Joh. 14, 23. — ἀριστᾶν, Luc. 11, 37. — ἀπολείπειν τι, 2 Tim. 4, 13. — παρὰ τῷ θεῷ, in vicinia Dei, ibi, ubi Deus habitat, Joh. 8, 38. (suppl. ὤν.) 17, 5. — μισθὸν ἔχειν, mercedem in coelis apud Deum repositam habere, Matth. 6, 1. — locutio hebraica: εὑρίσκειν χάριν παρὰ θεῷ, Luc. 1, 30. 2, 52. cf. Act. 7, 46. (Esth. 2, 9.) — τοῦτο χάρις π. θεῷ, 1 Petr. 2, 20. — παρ' ὑμῖν, in vestra urbe, in vestro coetu, Col. 4, 16. — παρ' ἑαυτῷ, domi, 1 Cor. 16, 2. — apud s. inter vos, Apoc. 2, 13. — παρὰ Ἰουδαίοις, inter Judaeos, Matth. 22, 25. 28, 15. — γ., παρ' ἑαυτῷ, apud animum suum, διαλογίζεσθαι, Matth. 21, 25. — Dicitur aliquid δ., esse vel non esse apud aliquem, quod apud eum aliquid stabilitatis habet, vel ei, quod habet, contrarium est; ergo quod ex alicuius consuetudine est, vel ab ea abhorret: μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; Rom. 9, 14. cf. 2, 11. Jac. 1, 17. Eph. 6, 9. cf. 2 Cor. 1, 17. — quod in potestate alicuius situm aut non situm

est, Matth. 19, 26. (Marc. 10, 27. Luc. 18, 27.) Luc. 1, 37. 2 Petr. 3, 8. — quod ita est ex alicuius iudicio, *παρά τινι*, aliquo iudice; — *δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ*, Rom. 2, 13. 2 Thess. 1, 6. — *ἄπιστον παρ' ὑμῖν κρίνεται*, Act. 26, 8. — *δικαιοῦσθαι παρὰ θεῷ*, Gal. 3, 11. — *ἐκλεκτὸς παρά*, 1 Petr. 2, 4. — *καθαρὸς καὶ ἀμίαντος*, Jac. 1, 27. — *μωρία παρά τ.*, 1 Cor. 3, 19. — *φρόνιμον εἶναι παρ' ἑαυτῷ*, sapere sibi videri, Rom. 11, 25. 12, 16. — *ε.*, *παρὰ τῷ θεῷ*, 1 Cor. 7, 24. videtur esse: in conspectu Dei, coram Deo, ex usu hebr. לִפְנֵי.

(Sic certe modo *ἐνώπιόν τινος*, modo *παρά τινι* ex hebraico ponitur in phrasibus: *χάριν εὑρίσκειν*, Esth. 2, 9. Act. 7, 46. et *δικαιοῦσθαι*, Rom. 3, 20. et Gal. 3, 11.) — *ζ.*, ponitur post verba motus, ubi iis mansionis adiungitur notio (construct. praegnans), Luc. 9, 47. 2 Petr. 2, 11. (*οὐ φέρουσι παρὰ κυρίῳ*, non afferunt ad dominum, cf. Judae v. 9.)

c., *παρά τινα (τι)*, *a.*, *ad*, *iuxta*, *prope*, *κάθημαι παρά τ.*, Matth. 13, 1. 20, 30. Luc. 8, 35. 10, 39. Act. 22, 3. — *ἑστάναι*, Luc. 5, 1. 2. 7, 38. — *διδάσκειν παρά τ.*, Marc. 4, 1. — *εἶναι*, Marc. 5, 21. Act. 10, 6. 32. Hebr. 11, 12. — cum verbis motum designantibus: *περιπατεῖν*, Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. — *πίπτειν παρά τ.*, *σπαρῆναι*, *ῥίπτειν*, *τιθέναι*, *ἀποτιθέναι*, *ἔρχεσθαι*. — *β.*, praeter, vorbei; metaph. pro: contra; opp. *κατά* — *παρὰ τὴν διδαχήν*, Rom. 16, 17. — *παρ' ἐλπίδα*, praeter spem, Rom. 4, 18. cf. Hebr. 11, 11. *παρὰ τὸν νόμον*, contra legem, Act. 18, 13. — *παρ' ὅ*, contra id, quod, Gal. 1, 8. 9. — *παρὰ φύσιν*, Rom. 1, 26. 11, 24. (Xen. Mem. 1, 1, 18.) — praeced. *ἄλλος*, alius, praeter, 1 Cor. 3, 11. — *παρὰ τοῦτο*, praeter hoc, i. e. salvo hoc, dessen ungeachtet, 1 Cor. 12, 15. 16. — extra, abgerechnet, 2 Cor. 11, 24. *γ.*, ultra, magis, quam: darüber hinaus: *ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας*, Luc. 13, 2. cf. Rom. 1, 25. Hebr. 1, 9. — *παρ' ὃ δεῖ*, Rom. 12, 3. (Xen. Mem. 1, 4, 14. — Sirac. 15, 5.) — *κρίνειν ἡμέραν παρ' ἡμέραν*, diem diei praeferre, Rom. 14, 5. dum comparativis: *πλέον παρά τ.*, Luc. 3, 13. — *διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς ὄνομα*, Hebr. 1, 4. cf. 3, 3. 9, 23. 11, 4. 12, 24. — *ἐλαττοῦν τινα παρά τ.*, inferiorem facere aliquem quam alterum, Hebr. 2, 7. 9. (Herodot. 7, 103.)

Παραβαίνω, f. *-βήσομαι*, aor. 2. *παρέβην*, (ex *παρά* iuxta, praeter, et *βαίνω*) **a.**, *τί*, praetereo, vorbeigehen, s. transeo, ita ut non tangam, überschreiten, übertreten; metaph., negligo, violo, v. c. *τὴν παράδοσιν*, Matth. 15, 2. (Marc. 7, 5. *οὐ παραπατοῦσι κατά*.) — *τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ*, v. 3. — oppon. *μένειν ἔν τινι* (v. c. *διδαχῇ*), 2 Joh. v. 9. cf. Num. 14, 41. Ez. 16, 59. — Xen. Mem. 4, 4, 13 et 21. — *τὰς συνθήκας*, Aelian. V. H. 12, 2. — **b.**, *παραβ. ἔκ τινος*, deflectere ab aliquo (*ἐκ τῆς ὁδοῦ*, Ex. 32, 8. Deut. 9, 12. 17, 20.): *ἐκ τῆς ἀποστολῆς* (de eo, qui munus deserit), Act. 1, 25. — v. *παράβασις*.

Παραβάλλω, f. *-βαλῶ*, (ex *παρά* iuxta, in viciniam et *βάλλω*) **a.**, proiicio (v. c. pabulum equis, Hom. Il. 8, 504.). — **b.**, suppl. *τὴν ναῦν* (v. supr. *ἐλαύνω*), appello: *εἰς (γῆν)*, Act. 20, 15. (Polyb. 12, 5, 1. Diod. Sic. 1, 12 et 44.) — **c.**, *τί*, iuxta pono, comparo (aliquid cum aliquo): *ἐν παραβολῇ* (pro dat. simplici), Marc. 4, 30. (Xen. Mem. 2, 4, 5. 4, 8, 11. Herodian. 1, 1, 5.)

Παράβασις, *εως*, *ἡ*, (a v. *παραβαίνω*, q. v.) propr., praeteritio —

metaph., neglectio, violatio (legis): τοῦ νόμου, Rom. 2, 23. — absol., Rom. 4, 15. 5, 14. Hebr. 2, 2. (iunct. cum παρακοή) 1 Tim. 2, 14. (ἐν παραβάσει γέγονε, i. e. παρέβη.) — plur., Gal. 3, 19. (τῶν παραβάσεων χάριν, enarrant: ut impedirentur transgressiones; at v. Rom. 4, 15. — Rectius Augustinus: ut in cognitionem venirent s. ut conspicua fierent peccata, coll. v. 22. v. supr. παιδαγωγός) Hebr. 9, 15. — cf. Ps. 100, 3. Sap. 14, 31.

Παραβάτης, ου, ὁ, (a v. παραβαίνω) violator (legis): νόμου, Rom. 2, 25. 27. Jac. 2, 11. — absol., Gal. 2, 18. Jac. 2, 9.

Παραβιάζομαι, f. -βιάσομαι, (verb. depon. ex παρά et βιάζομαι, et hoc a βία, vis) cogo, τινά, speciat., precibus aliquem urgeo, Luc. 24, 29. Act. 16, 15. (οἱ ὁ Gen. 19, 9. 1 Sam. 28, 23.)

Παραβολεύομαι, f. εύσομαι, (a παράβολος, qui temere se periculis obiicit, audax, temerarius) audacter me obiicio periculis, Phil. 2, 30. (παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ, vitae periclitatus. — Diod. Sic. 3, 36.)

Παραβολή, ῆς, ἡ, (a v. παραβάλλω) pr., **a**., collocatio rei ad latus alterius, v. c. navium in acie, Diod. Sic. 14, 60. Polyb. 15, 2, 13. — Hinc **b**., trop. comparatio, collatio rei cum re, Marc. 4, 30. (παραβάλλω ἐν παραβολῇ τινι, ope comparationis) Marc. 3, 23. — **c**., speciat., α., oratio, quae alicuius rei ad fidem pertinentis rationem vel universae alicuius sententiae veritatem per id illustrare et comprobare studet, quod in vita quotidiana fieri solet, aut factum esse fingitur, Matth. 13, 3. (Marc. 4, 2. Luc. 8, 4. — sententia universa: regnum divinum, cum doctrina propagandum sit, nonnullorum tantum hominum sibi lucrari animos potest.) — v. 31. (sententia universa: numerus eorum, qui regni coelestis studiosi sunt, ab initio exiguus paullatim in infinitum crescit.) v. 33. (Luc. 18, 21. de sententia univ. v. sub v. ζυμόω.) 21, 33. (Marc. 12, 1. Luc. 20, 9. — cf. Matth. 21, 43.) 22, 1. (sententia universa: ii, qui iam oblatum sibi regnum coeleste repudiant, frustra olim, ut aditus sibi ad illud aperiatur, orabunt.) Luc. 5, 36. (sententia universa: saepius duae res, quae separatae per se bonae et utiles sunt, se invicem, si coniunguntur, perimunt.) 6, 39. (sententia universa: is, qui alium docere vult, eo, quem docturus est, debet esse perfectior, quamquam discipulo non opus est, ut perfectior magistro sit.) 12, 16. (sententia universa: futuri temporis cura, si tantum bona terrestria spectat, vana est.) v. 41. 13, 6. 15, 3. 18, 1. 9. 19, 11. 21, 29. (vid. v. 31. οὕτω καὶ ὑμεῖς.) Luc. 14, 7. — β., oratio gnomica per se obscurior, qua aliud quid per imaginem adumbratur, Luc. 4, 23. — λαλεῖν ἐν παραβολαῖς, Matth. 13, 10. 13. 35. (Ps. 77, 2.) — παραβολαῖς, Marc. 4, 11. 33. 34. 35. — εἰπεῖν διὰ παραβολῆς, Luc. 8, 4. — ἡ παραβολὴ τῶν ζιζανίων, Matth. 13, 18. 36. — τοῦ σπείραντος — ἐρωτᾶν περὶ τῆς παραβ., Marc. 7, 17. — ἐκομίσατο αὐτὸν ἐν παραβολῇ, secum eum tulit (e mortuis) tamquam resurrectionis figuram, Hebr. 11, 19. — γ., obiective: similitudo, Matth. 24, 32. Marc. 13, 28.

Παραβουλεύομαι, f. εύσομαι (ex παρά et βουλεύομαι) male consulo, Phil. 2, 30. (ita codd. cf. παραβολεύομαι.)

Παραγγελία, ας, ἡ, (ex παρά et ἀγγελία, nuntius) mandatum iubentis, Act. 16, 24. 1 Tim. 1, 5. 18. — vetantis, Act. 5, 28. (παραγγελίᾳ

παρηγγείλαμεν, vetando vetuimus, i. e. graviter vetuimus.) — plur., mandata, 1 Thess. 4, 2. (*διδόναι*.)

Παραγγέλλω, f. *παραγγελῶ*, (ex *παρά* et *ἀγγέλλω*, nuntio) propr., nuntium ab uno ad alterum perfero, denuntio, annuntio; ***a.***, *τινί*, praecipio (indico), 1 Thess. 4, 11. — ***b.***, seq. *λέγων*, cum orat. dir., Matth. 10, 5. — ***c.***, seq. inf. aor., Marc. 8, 6. — Luc. 8, 29. Act. 10, 42. 16, 18. 1 Cor. 7, 10. — interposito *μή*, Luc. 5, 14. 8, 56. Act. 23, 22. — inf. praes., Luc. 9, 21. Act. 1, 4. 4, 18. 5, 28. 40. 16, 23. 17, 30. 2 Thess. 3, 6. 1 Tim. 1, 3. 6, 17. — ***d.***, *τινί τι*, 2 Thess. 3, 4. — 3, 10. — ***e.***, *τινί*, seq. acc. et inf., 1 Tim. 6, 13. — seq. solo inf., Act. 15, 5. — ***f.***, *τί*, 1 Cor. 11, 17. 1 Tim. 4, 11.

Παραγίνομαι, f. *-γενήσομαι*, (ex *παρά* et *γίνομαι*) pr., iuxta sum, adsum, advenio; ***a.***, absol., *παρεγενόμην*, adveni, Joh. 3, 23. — aor. 2., Luc. 19, 16. Act. 5, 21. 22. 25. 9, 39. 10, 32. 33. 11, 23. 14, 27. 17, 10. 18, 27. 23, 16. 24, 17. 24. 25, 7. 28, 21. 1 Cor. 16, 3. seq. — ***b.***, iunct. c. *ἀπό* et *εἰς*, Matth. 2, 1. Act. 13, 14. — *ἀπό*, *ἐπί*, Matth. 3, 13. — ***c.***, *παρά* (i. e. missus ab aliquo, v. supra *παρά* p. 608.), Matth. 14, 43. — ***d.***, *πρός τινα*, Luc. 7, 4. 20, 8, 19. Act. 20, 18. — *πρός τινα ἐξ*, Luc. 11, 6. — ***e.***, *εἰς* (*τόπον τινά*), Joh. 8, 2. Act. 9, 26. 15, 4. — ***f.***, *ἐπί τινα* (auf jemand los), Luc. 22, 52. — ***g.***, seq. inf. consilium indicante, Luc. 12, 51. — adveni, i. q. prodii, Matth. 3, 1.

Παράγω, f. *-άξω*, (ex *παρά*, heran, herhei, — praeter, iuxta et *ἄγω*) ***a.***, transit., adduco, 1 Sam. 16, 9. 10. 2 Sam. 15, 18. — ***b.***, intransit. (v. supr. *ἄγω*), praetereo, Matth. 20, 30. Marc. 2, 14. 15, 21. — clam discedo (auf einem Seitenwege fortgehen), Joh. 9, 1. — *ἐκεῖθεν*, Matth. 9, 9. 27. — metaph., evanesco, 1 Cor. 7, 31. (Ps. 143, 4.) — eandem signif. habet pass., 1 Joh. 2, 8. 17.

Παραδειγματίζω, f. *σω*, (a *παράδειγμα*, et hoc ex *παρά*, herhei, et *δείκνυμι*; exemplum, *οἱ ὁ* Ex. 25, 9. Jerem. 8, 2. 9, 22. Nah. 3, 6. — exemplum ad alios monendos propositum), ignominiae et ludibrio expono, Matth. 1, 19. Hebr. 6, 6. (Num. 25, 4.)

Παράδεισος, *ου*, *ὁ*, (hebr. פַּרְדֵּס, Neh. 2, 8. Cantic. 4, 13. vox originis persicae, Pollux On. 9, c. 3. f. 3. *οἱ δὲ παράδεισοι, βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦν τοὔνομα ἥκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν ἑλληνικήν, ὡς καὶ πολλὰ ἄλλα τῶν Περσικῶν*. Xen. Oecon. 4, 13. *ἐπιμελεῖται τούτων, ὅπως κῆποί τε ἔσονται οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοί, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει*. cf. Cyr. 1, 3, 12. Diod. Sic. 16, 41. 18, 36. — hortus amoenus, arboribus consitus, irriguus, et muris, intra quos ferae agitari possunt, cinctus. Hinc apud *τοὺς ὁ*, Gen. 2, 8. Eccles. 2, 5. Jerem. 29, 5. i. q. *κῆπος* v. 28. Num. 24, 6. cf. Sir. 24, 30. 40, 27. Susann. v. 4. 7. 15.) — Ut nomine Gehennae (v. *γέεννα*) ea pars orci appellata est, ubi impiorum animae versari credebantur, ita locus eius amoenus, qui piarum animarum sedes et receptaculum esse putabatur, paradisi nomine dictus est, Luc. 23, 43. et Paulo quidem 2 Cor. 12, 4. hoc nomine vocatur coelum tertium, cf. Apoc. 2, 7. (Graeci patres, Chrysost. Oecum. Theophilus paradisum a tertio coelo distinguunt.)

Παραδέχομαι, f. ξομαι, (ex παρά et δέχομαι) **1.**, propr., recipio, accipio, suscipio (inest scil. notio actionis). — Hinc **2.**, admitto (i. e. non repudio, locum concedo); — τὸν λόγον, Marc. 4, 20. — ἔθη, Act. 16, 21. — τὴν μαρτυρίαν, 22, 18. — κατηγορίαν, 1 Tim. 5, 19. — τινά (filium, quod nos dicimus: annehmen, i. e. suum agnoscere), Hebr. 12, 6. (e Prov. 3, 12.) cf. Gen. 33, 10. Ps. 50, 18.

Παραδιατριβή, ῆς, ἡ, 1 Tim. 6, 5. v. supr. διαπαρατριβή.

Παραδίδωμι, f. παραδώσω, aor. 2. παρέδων, perf. παραδέδωκα, plusqperf. παρεδεδώκειν et παραδεδώκειν, Marc. 15, 10. (ex παρά et δίδωμι) *trado*, **a.**, τινί τι, alicui aliquid, i. e. α., committo, res, quas possideat, quibus utatur, Matth. 11, 27. (Luc. 10, 22.) Luc. 4, 6. — quas administret, τὰ ὑπάρχοντα, Matth. 25, 14. 20. 22. — praecipiendo trado, v. c. mores, ritus, instituta, placita, quae teneantur, Marc. 7, 13. Act. 6, 14. 1 Cor. 11, 2. 23. 15, 3. 2 Petr. 2, 21. Judae v. 3. — additur inf., Act. 16, 4. — narrando trado, Luc. 1, 2. — caussam alicuius iudicio committo, 2 Petr. 2, 21. — β., reddo, 1 Cor. 15, 24. — **b.**, abest dat. α., trado (hingeben), παρέδωκε τὸ πνεῦμα, Joh. 19, 30. (Ps. 30, 6.) — β., concedo, permitto (zugeben), Marc. 4, 29. (ἐὰν δὲ παραδῷ ὁ καρπός. Hdot. 7, 18. Pind. Pyth. 5, 3.) — γ., τινά, tradere aliquem, scil. in carcerem, pass. Matth. 4, 12. (Marc. 1, 14.) — τινὰ τετηρημένον, aliquem, qui reservetur, 2 Petr. 2, 4. — δ., proditione tradere, Matth. 10, 4. (Marc. 3, 19. Luc. 21, 16.) Joh. 6, 64. (Marc. 14, 11.) 21. 20. (Marc. 14, 18. Luc. 22, 21.) — pass. Matth. 26, 24. Marc. 14, 21. (Luc. 22, 22.) 41. (Marc. 14, 42. 44.) Matth. 27, 3. 4. Luc. 22, 48. Joh. 6, 64. 71. 12, 4. 13, 2. 21, 20. 1 Cor. 11, 23. — partic. ὁ παραδιδούς i. q. ὁ προδότης, Joh. 13, 11. 18, 2. — **c.**, τινά τινι, quod est vel α., trado alicui aliquem (iudicandum, condemnandum, puniendum), Matth. 5, 25. (Luc. 12, 58.) 18, 34. 27, 2. Luc. 20, 20. Marc. 15, 1. Joh. 18, 30. 35. 19, 11. — pass., Matth. 20, 18. 19. Marc. 10, 33. Luc. 18, 32. — abest dat., Marc. 13, 11. Matth. 27, 18. (Marc. 15, 10.) 10, 19. 24, 10. Luc. 21, 16. Act. 3, 13. — vel β., proditione trado (eum designo, qui capiatur), Matth. 26, 15. Marc. 14, 10. Luc. 22, 4. 6. — Specialim γ., notes formulam obscuram: παραδιδόναι τινὰ τῷ Σατανᾷ, 1 Cor. 5, 5. 1 Tim. 1, 20. quae videtur intelligenda esse de eiectione e coetu sacro sic facta, ut exclusi simul miseriae exponerentur (etiam Essenos sic infideles socios anathemate percussisse testatur Josephus). — Contra: παραδιδόναι τινὰ τῇ χάριτι τ. θεοῦ, commendare aliquem benevolentiae Dei, Act. 14, 26. 15, 40. — παραδιδόναι τινὰ τῷ θελήματί τινος, tradere aliquem, quocum aliquis pro voluntate agat, Luc. 23, 25. — δ., reddo alicui aliquem custodiendum, abliefern an, Act. 27, 1. 28, 16. — **d.**, τινὰ εἴς τι· occurrunt formulae: παραδιδόναι εἰς χεῖράς τινος, trado aliquem in manus, i. e. in potestatem alicuius, Matth. 17, 22. (Marc. 9, 31. Luc. 9, 44.) 26, 45. Marc. 14, 41. Luc. 24, 7. Act. 21, 11. 28, 17. (Jerem. 26, 24.) — εἰς συνέδρια, ad consessus septemvirorum, Matth. 10, 17. (nimirum παραδιδόναι simul involvit ducendi notionem) Marc. 13, 9. (Luc. 21, 12. εἰς συναγωγάς, sed Matth. 24, 9. εἰς θλίψιν, i. e. in vincula.) — εἰς φυλακήν, Act. 8, 3. — εἰς φυλακάς, Act. 22, 4. — εἰς θάνατον, Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. 2 Cor. 4, 11. — εἰς κρίμα θανάτου, Luc. 24, 20. — subintelligitur

εἰς θάνατον (ad supplicium), Rom. 4, 25. — metaph. *παραδιδόναι τινὰ εἰς τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ*, i. e. facere, ut (s. non impedire, quominus) quis suis cupiditatibus quasi immergatur, Rom. 1, 24. cf. v. 26. 28. — *παραδιδόναι τινὰ εἰς τόπον τινὰ διδαχῆς*, ablegare aliquem ad aliquam doctrinae formam (anweisen), Rom. 6, 17. — **e.**, *παραδιδόναι τινά* addita notatione finis et consilii; *α.*, additur inf., ubi lat. ut: *φυλάσσειν αὐτόν*, Act. 7, 42. 12, 4. — *β.*, *εἰς τό* (*σταυρωθῆναι*), Matth. 26, 2. — *τινά τινι εἴς τι*, Act. 14, 26. 1 Cor. 5, 5. Eph. 4, 19. — *γ.*, *τινά, ἵνα*, Matth. 27, 26. (Marc. 15, 15.) 1 Cor. 13, 3. — *τινά τινι, ἵνα*, Joh. 19, 16. — *δ.*, *τινὰ ὑπέρ τινος*, aliquem ad mortem abripi sino pro aliquo (in alicuius commodum), Rom. 8, 32. — *παραδιδόναι ἑαυτὸν ὑπέρ τινος*, se morti tradere, mortem suscipere pro aliquo (in alicuius gratiam), Gal. 2, 20. Eph. 5, 25. — cum accus. praedicati, Eph. 5, 2. — *παραδιδόναι τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ*, suam vitam abiicere propter datam nomini Christi fidem (s. propter honorem Jesu Messiae statuendum), Act. 15, 26.

Παράδοξος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex *παρά*, praeter, et *δόξα*, opinio; *ὁ παρὰ τὴν δόξαν ὤν*, cf. *ἔνδοξος*) mirus, incredibilis; — neutr. plur., Luc. 5, 26. (Polyb. 1, 2, 1. Aelian. V. H. 4, 25. — cf. Ex. 11, 7.)

Παράδοσις, εως, ἡ, (a v. *παραδίδωμι*) **a.**, traditio, i. e. actus tradendi (die Uebergabe). — **b.**, traditio, quae ore fit, i. e. institutione, narratione, praeceptis, v. snpr. *παραδίδωμι*, Hesych.: *παραδόσεις· ἀγράφους διδασκαλίας*. et dicitur sic quidem vel actus instituendi s. narrandi, vel res, quae ita ad alterum propagatur: doctrina, praecepta, placita, accepta, Matth. 15, 2. 3. 6. Marc. 7, 3. 5. 8. 9. 13. Col. 2, 8. 2 Thess. 3, 6. — plur., 1 Cor. 11, 2. Gal. 1, 14. 2 Thess. 2, 15.

Παραζηλόω (ῶ), f. *ώσω*, (ex *παρά*, et *ζηλόω*, q. v.) — *τινά*, **a.**, ad invidiam s. aemulationem aliquem provoco, Rom. 11, 11. 14. (*οἱ ὁ* Deut. 32, 21. 1 Reg. 14, 22.) — *ἐπί τινι*, Rom. 10, 19. — **b.**, ad iram provoco, 1 Cor. 10, 22. (*οἱ ὁ* Ps. 36, 1. 7. 8. Sirac. 30, 3.)

Παραθαλάσσιος, ία, ιον, (ex *παρά* iuxta, et *θάλασσα*; cf. *θαλάσσιος*, marinus; cui opponitur *χερσαῖος*, terrestris, Aelian. V. H. 1, 5.) ad (iuxta) mare situs, Matth. 4, 13. (*οἱ ὁ* 2 Chron. 8, 17. — Xen. H. G. 1, 1, 24. Thuc. 1, 5.)

Παραθεωρέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *θεωρέω*, contemplor, et *παρά*, quod vel **a.**, est iuxta: *παραθεωρῶ ἐμαυτὸν πρὸς τοὺς ἄλλους*, me cum caeteris comparo, Xen. Mem. 4, 8, 17. — vel **b.**, praeter, praetervideo, i. e. negligo, posthabeo; pass., Act. 6, 1.

Παραθήκη, ης, ἡ, (a v. *παρατίθημι*, appono, depono apud aliquem; voc. elegantius *παρακαταθήκη*, Ex. 22, 8. Tob. 10, 12. (Thuc., Plat., Xen., Demosth., Lysias habent.) depositum, res apud aliquem deposita s. fidei eius commissa (Levit. 6, 2. 4. 2 Macc. 3, 10.); appellatur ita doctrina pura; Timotheo commissa, 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 12. 14. — cf. *παρατιθέναι*, 2 Tim. 2, 2.

Παραινέω (ῶ), f. *ήσω*, (ex *παρά* et *αἰνέω*) adhortor, admoneo; — *παρῄνει λέγων*, Act. 27, 9. — *τινά* seq. inf., v. 22. — Xen. Mem. 1, 3, 8. Aelian. V. H. 12, 62.

Παραιτέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex παρά praeter, et αἰτέομαι) **a.**, deprecor, α., propr., seq. μή et acc. c. inf., Hebr. 12, 19. (Thuc. 5, 63. Polyb. 10, 40, 6.) — β., i. q. recuso, detrecto; — τί: τὸ ἀποθανεῖν, Act. 25, 11. (Jos. Ant. 3, 8, 8.) — vito: τί, 1 Tim. 4, 7. 5, 11. 2 Tim. 2, 23. (2 Macc. 2, 31.) — τινά, Tit. 3, 10. Hebr. 12, 25. — **b.**, deprecor mihi, i. e. me excuso; perf. pass. παρῃτημένος, excusatus; — ἔχε με παρῃτημένον, habe me excusatum, Luc. 14, 18. 19. (Aelian. V. H. 8, 17. Jos. Ant. 7, 8, 2.)

Παρακαθίζω, f. ίσω, (ex παρά iuxta et καθίζω, q. v.) assidere facio, iuxta colloco; intransit. (suppl. ἐμαυτόν), assideo: παρά τι, Luc. 10, 39. (οἱ ό Job. 2, 13.)

Παρακαλέω (ῶ), f. έσω, aor. 1. παρεκάλεσα, perf. pass. παρακέκλημαι, aor. 1. p. παρεκλήθην **a.**, ex παρά, ad, herbei, et καλέω, advoco; — τινά, seq. inf. consilium indicante, Act. 28, 20. (Xen. Cyr. 1, 5, 7. Thuc. 1, 119.) — **b.**, ex παρά, nostr. an, α., adhortor; ℵ., absol., Luc. 3, 18. Act. 2, 40. Rom. 12, 8. 1 Cor. 4, 13. 2 Cor. 5, 20. 2 Tim. 4, 2. Hebr. 10, 25. 1 Petr. 5, 12. — ἔν τινι, ope alicuius rei, Tit. 1, 9. — ב., seq. inf., ubi lat. ut, 1 Tim. 2, 1. — ג., c. τινά, Act. 15, 32. 16, 40. 20, 2. 2 Cor. 10, 1. 1 Thess. 2, 11. 5, 11. 1 Tim. 5, 1. Hebr. 3, 13. — pass., 1 Cor. 14, 31. — παρακαλ. τινα περί τινος, 1 Thess. 3, 2. — 1 Macc. 12, 50. — Xen. Cyr. 1, 4, 15. — seq. orat. dir., 1 Cor. 4, 16. 1 Thess. 5, 14. Hebr. 13, 22. 1 Petr. 5, 1. 12. — seq. inf., ubi lat. ut: inf. praes., Act. 11, 23. 14, 22. Phil. 4, 2. 1 Thess. 4, 10. Tit. 2, 6. 1 Petr. 2, 11. Judae v. 3. — inf. aor., Act. 27, 33. 34. 2 Cor. 2, 8. Rom. 12, 1. 15, 30. Eph. 4, 1. 1 Tim. 1, 3. Hebr. 13, 19. — seq. ἵνα c. coni., 1 Cor. 1, 10. 16, 12. 16. 2 Cor. 8, 6. 1 Thess. 4, 1. 2 Thess. 3, 12. — ד., seq. acc. c. inf., 2 Cor. 6, 1. — ה., παρακαλ. τι, admonendo praecipio aliquid, 1 Tim. 6, 2. Tit. 2, 15. — β., rogo, oro; (hoc sensu Graeci non dicunt) τινά, Matth. 18, 32. 26, 53. Act. 25, 2. 2 Cor. 12, 18. — πολλά, valde, Marc. 5, 10. 23. 1 Cor. 16, 12. — τινὰ περί τινος, Philem. v. 10. — orando placo, Luc. 15, 28. Act. 16, 39. — additur λέγων cum orat. dir., Matth. 8, 4. 5. (Luc. 7, 4.) 18, 29. Marc. 1, 40. 5, 12. Act. 16, 9. — abest acc. Act. 16, 15. — seq. inf., Marc. 5, 17. Luc. 8, 41. Act. 8, 31. (Xen. Cyr. 4, 5, 53.) — seq. ὅπως, Matth. 8, 34. — s. ἵνα, Matth. 14, 36. (Marc. 6, 56.) Marc. 5, 18. (Luc. 8, 38. ἐδέετο εἶναι) 7, 32. 8, 22. Luc. 8, 31. 32. 2 Cor. 12, 8. 1 Cor. 16, 12. Marc. 5, 10. — seq. τοῦ μή, c. inf., Act. 21, 12. — seq. accus. c. inf., Act. 9, 38. 13, 42. 19, 31. 24, 4. 28, 14. — γ., solatio animum erigo, consolor, 2 Cor. 2, 7. — τινά, Matth. 5, 4. 2 Cor. 1, 4. 6. 7, 6. 7. Eph. 6, 22. Col. 2, 2. 4, 8. 2 Thess. 2, 17. — pass., Luc. 16, 25. Act. 20, 12. (addit. οὐ μετρίως.) — med., solatium admitto, Matth. 2, 18. (Jer. 31, 15.) — τινὰ ἐν λόγοις, 1 Thess. 4, 18. — ἐπί τινι (über etwas), 2 Cor. 1, 4. — pass. 2 Cor. 1, 4. 7, 7. 13. 1 Thess. 3, 7.

Παρακαλύπτω, f. ψω, (ex παρά iuxta et καλύπτω, tego) occulto, obtego (aliquid); — τὶ ἀπό τινος, Luc. 9, 45. (cf. 2 Reg. 4, 27.)

Παρακαταθήκη, ης, ἡ, (a παρακατατίθημι) depositum fidei alterius commissum, ita codd., 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 12. 14. (Xen. Anab. 5, 3, 7. Aelian. V. H. 4, 1. Polyb. 33, 12, 1. Thuc. 2, 72.) — v. παραθήκη.

Παράκειμαι (ex παρά iuxta, et κεῖμαι), adiaceo, vicinus sum (Aelian.

V. H. 2, 17. Xen. Anab. 7, 3, 22. — 2 Macc. 4, 41. 9, 25.), in promptu sum, ad manus sum, Rom. 7, 18. 21. (2 Cor. 8, 12. πρόκειται.)

Παράκλησις, εως, ἡ, (a v. παρακαλέω) **a.**, advocatio, arcessitus; — **b.**, ex παρά, α., adhortatio, cohortatio, Act. 4, 36. 13, 15. 15, 31. Rom. 12, 8. 1 Cor. 14, 3. 2 Cor. 8, 4. 17. Phil. 2, 1. 1 Thess. 2, 3. 1 Tim. 4, 13. Hebr. 12, 5. 13, 22. (Polyb. 22, 7, 2. Thuc. 8, 92.) — β., solatium (v. supr. παρακαλέω), Rom. 15, 4. 2 Cor. 1, 3—7. 7, 4. 7. 13. Philem. v. 7. Hebr. 6, 18. (οἱ ὁ Jerem. 16, 7.) — πληθύνεσθαι τῇ παρακλ., Act. 9, 31. — ex metonym. caussae pro effectu: salus, Luc. 2, 25. cf. Nah. 3, 7. — recreatio, i. e. id, quod gaudium adfert, Luc. 6, 24. (cf. 16, 25.) 2 Thess. 2, 16.

Παράκλητος, ου, ὁ, (a v. παρακαλέω) **a.**, advocatus; — **b.**, is qui caussam alicuius agit coram iudice, defensor, 1 Joh. 2, 1. (deprecator, v. Job. 16, 2.) — adiutor, opitulator, Joh. 14, 16. 26. 15, 26. 16, 7. (intelligitur Spirit. s., qui apostolos olim post Jesu discessum ab adversariis vexatos in fide confirmaturus est) cf. Matth. 10, 19. 20. Marc. 13, 11. Luc. 12, 11. — (Habent etiam Talmudici פְּרַקְלִיט et פְּרַקְלִיטָא de defensore.)

Παρακοή, ῆς, ἡ, (ex παρά, praeter, v. παραβαίνω, παραθεωρέω, et ἀκοή) **a.**, propr., auditio non iusta; — **b.**, inobedientia, Rom. 5, 19. 2 Cor. 10, 6. Hebr. 2, 2.

Παρακολουθέω (ῶ), f. ήσω, (ex παρά, iuxta, et ἀκολουθέω, sequor) propr., aequis passibus incedo cum aliquo, comitor aliquem; — τινί, metaph., **a.**, semper adsum, praesto sum alicui, quocunque se conferat, Marc. 16, 17. — **b.**, παρακολουθῆσαι τοῖς πράγμασι, persequi res ab aliquo gestas, Luc. 1, 3. (particip. pro infinitivo et καί sequente, sens.: etiam mihi placuit ab initiis inde res illas gestas mente persequi.) — eandem formulam v. ap. Polyb. 1, 12, 7. — **c.**, sequor scil. normam, me compono ad; — τῇ διδασκαλίᾳ, 1 Tim. 4, 6. 2 Tim. 3, 10. (cf. 2 Macc. 9, 27.)

Παρακούω, f. ούσω, (ex ἀκούω et παρά, praeter, perperam audio, Aelian. V. H. 5, 9. v. παρακοή. — trop., audire nolo, non obtempero; — τινός, dicto alicuius, Matth. 18, 17. (Tob. 3, 4. — τί, Esth. 3, 3.)

Παρακύπτω, f. ψω, (ex παρά iuxta et κύπτω) incurvo me ad aliquid, inclinato capite adspicio, incurvato corpore introspicio, Luc. 24, 12. Joh. 20, 5. — εἰς (τὸ μνημεῖον), v. 11. Jac. 1, 25. 1 Petr. 1, 12.

Παραλαμβάνω, f. -λήψομαι, aor. 2. παρέλαβον, 3. pl. παρελάβοσαν v. δολιόω, (ex παρά, ad, et λαμβάνω) **a.**, sens. act., α., τινά, א., assumo, mecum sumo, mihi associo (comitem), absol., Matth. 17, 1. (Marc. 9, 2. Luc. 9, 28.) 20, 17. (Marc. 10, 32. Luc. 18, 31.) 24, 40. 41. (oppon. ἀφιέναι, Luc. 17, 34. 35.) 26, 37. (Marc. 14, 33.) Marc. 4, 36. 5, 40. Joh. 19, 16. Act. 15, 39. 16, 33. 21, 24. 26. 32. 23, 18. (Xen. Cyr. 1, 4, 15.) mecum sumo, ut portem vel ducam aliquo, Matth. 2, 13. 14. 20. 21. — παραλαμβάνειν μεθ' ἑαυτοῦ, sibi associare (comitem, adiutorem etc.), Matth. 12, 45. (abest Luc. 11, 26.) 18, 16. Marc. 14, 33. — πρὸς ἑαυτόν, Joh. 14, 3. — addit. εἰς c. acc. loci (quia verbum involvit ducendi notionem), Matth. 4, 5. 8. 27, 27. — τινὰ κατ' ἰδίαν, Matth. 20, 17. — ב., Participium aliis verbis activis praefigitur, ut actio plenius

describatur, Act. 16, 33. 21, 24. 26. 32. — παραλαμβάνειν τινά ante τὸ ἄγειν, Joh. 19, 16. Act. 23, 18. — ג., subint. πρὸς ἑαυτόν, i. e. domum recipere aliquem; τὴν γυναῖκα, i. e. uxorem desponsatam, Matth. 1, 20. 24. — ד., domum alicui aperio, οὐ παραλ. metaph. eum repudio, Job. 1, 11. — παραλ. Ἰησοῦν Χριστόν, nomen Jesu dare tamquam sospitatori, Col. 2, 6. — β., τί, v. c. doctrinam aliquam, praeceptum aliquod fide tenendum suscipio, Gal. 1, 9. 1 Cor. 15, 1. — adiecto inf. ἃ — κρατεῖν, quae tenenda susceperunt, Marc. 7, 4.

b., sensu pass., traditum accipio; α., speciat., traditione, institutione, τί, 1 Cor. 15, 3. Phil. 4, 9. (Xen. Mem. 3, 5, 22.) — τὶ παρά τινος, Gal. 1, 12. 1 Thess. 2, 13. 2 Thess. 3, 6. — καθὼς — τὸ πῶς δεῖ cett., 1 Thess. 4, 1. — ἀπό τινος, (non indicat, ut παρά, auctorem et datorem, sed fontem et originem v. ἀπό), 1 Cor. 11, 23. respondet ei ex altera parte παραδιδόναι, q. v. — β., διακονίαν, munus (administrandum) accipio, Col. 4, 17. — βασιλείαν, Hebr. 12, 28. — Dan. 7, 18.

Παραλέγομαι (ex παρά, iuxta, et λέγω, pono) praeterlego, i. e. praeternavigo; — τινὰ τόπον, Act. 27, 8. 13. (Diod. Sic. 13, 3.)

Παράλιος, ιον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex παρά iuxta et ἅλς mare) maritimus, mari adiacens; — τῆς παραλίου, scil. χώρας, Luc. 6, 17. (Polyb. 3, 39, 3. Thuc. 2, 56. — οἱ ὁ Deut. 33, 19. hi etiam formam feminini habent παραλία, Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. Judith. 1, 7. cf. 1 Macc. 11, 8. 15, 38.)

Παραλλαγή, ῆς, ἡ, (a παραλλάσσω, alterno, ex παρά et ἀλλάσσω) alternatio rerum iuxta positarum, quae, dum loca mutant, sibi invicem succedunt, vicissitudo, Jac. 1, 17. (Polyb. 6, 7, 5.)

Παραλογίζομαι, f. ίσομαι, (ex λογίζομαι et παρά, praeter, ut a recto tramite aberretur) **a.**, male supputo; — **b.**, decipio, fraudibus circumvenio: τινά, Gal. 2, 4. Jac. 1, 22. (Gen. 29, 25. Jos. 9, 22. Judic. 16, 10. — Polyb. 31, 9, 10.)

Παραλυτικός, ή, όν, (a παραλύω, q. v.) paralyticus, i. e. nervorum resolutione ab altera parte laborans, membris captus, Matth. 4, 24. 8, 6. 9, 2. 6. (Marc. 2, 3. 5. 10. sed Luc. 5, 18. 24. παραλελυμένος.)

Παραλύω, f. ύσω, dissolvo (propr., ab altera parte); pass., de membris corporis: παραλελυμένος, nervorum resolutione laborans, Luc. 5, 18. 24. Act. 8, 7. 9, 33. — Hebr. 12, 12. (παραλελυμένα γόνατα, genua labantia, lassa, debilitata. Jes. 35, 3. — cf. χεῖρες παραλ., Ez. 7, 27. Jerem. 6, 24.)

Παραμένω, f. -μενῶ, aor. 1. παρέμεινα, (ex παρά, apud, praesto, et μένω) permaneo ut semper adsim, Hebr. 7, 23. (oppon. ἀπεληλυθέναι) Jac. 1, 25. (qui perstat nec ante quam maculas absterserit, discedit, coll. v. 24.) — πρός τινα, apud aliquem (constr. praegn. ad vos devertam, ut ap. vos, παρ' ὑμῖν, maneam), 1 Cor. 16, 6.

Παραμυθέομαι (οῦμαι), f. ήσομαι, (ex παρά, ad, et μυθέομαι, loquor) — τινά, propr., alloquor, Thuc. 8, 72. Tum: amanter alloquor (ut verbum παρακαλῶ, dici solet), consolor aliquem, Job. 11, 31. 1 Thess. 2, 11. 5, 14. (Aelian. V. H. 12, 1. fin. Thuc. 2, 44.) — τινὰ περί τινος, Joh. 11, 19.

Παραμυθία, ας, ἡ, (ex παρά et μῦθος, ἡ παραμυθία i. q. τὸ παραμύθιον) blanda allocutio, solatium, 1 Cor. 14, 3. (Sap. 19, 12.)

Παραμύθιον, ίου, τό, solatium, Phil. 2, 1. (Sap. 3, 18. — Thuc. 5, 103.)

Παρανομέω (ῶ), f. ήσω, (a παράνομος, et hoc ex παρά, praeter, et νόμος) contra legem ago, legem violo, Act. 23, 3. (οἱ ὁ Ps. 118, 51. — Aelian. V. H. 14, 29.)

Παρανομία, ας, ἡ, (a voc. παράνομος) legis violatio, improbitas, 2 Petr. 2, 16. (2 Macc. 3, 4. — Diod. Sic. 5, 71. Polyb. 1, 7.)

Παραπικραίνω, f. ανῶ, aor. 1. παρεπίκρανα (ex παρά, nostr. an, et πικραίνω, et hoc a πικρός, amarum, acerbum reddo, cf. λευκαίνω, λαχαίνω) exacerbo, Hebr. 3, 16. (scil. τὸν θεόν; οἱ ὁ Ps. 105, 7, 43.)

Παραπικρασμός, οῦ, ὁ, (a παραπικραίνω) exacerbatio, Hebr. 3, 8. 15. — cf. οἱ ὁ Ps. 94, 8.

Παραπίπτω, f. -πεσοῦμαι, aor. 2. παρέπεσον, (ex παρά, iuxta, et πίπτω) **a.**, cado iuxta aliquem. — **b.**, a recto tramite deflecto (v. παραβαίνω), deficio (τῆς ὁδοῦ, Polyb. 3, 54, 5.). — metaph., desero, ut lat. deficio ab aliquo, Hebr. 6, 6. (a vera doctrina. — Ez. 14, 13. — Xen. H. G. 1, 6, 4.)

Παραπλέω, f. εύσω, (ex παρά et πλέω) praeternavigo; — τόπον τινά, Act. 20, 16. (Xen. Anab. 6, 2, 1. Thuc. 2, 24.)

Παραπλήσιον (neutr. adi. παραπλήσιος, ὁ, ἡ, et παραπλήσιος, ία, ιον, proxime accedens ad aliquid, similis) — τινί (Xen. Mem. 3, 4, 12.), adverb., prope ad, fere ad; — ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, Phil. 2, 27.

Παραπλησίως, adv., (a παραπλήσιος, v. παραπλήσιον) **a.**, proxime. — **b.**, similiter, pariter, eodem modo, Hebr. 2, 14. (Polyb. 1, 42. Diod. Sic. 1, 35.)

Παραπορεύομαι, f. εύσομαι, (ex παρά, praeter, iuxta, et πορεύομαι) ad latus incedo; **a.**, absol., praetereo, Matth. 27, 39. (Marc. 15, 29.) Marc. 11, 20. — **b.**, παραπ. διά c. genit., obiter proficiscor per, Marc. 9, 30. (cf. Deut. 2, 4.) Obscurior phrasis Marc. 2, 23. (Matth. 12, 1. habet: ἐπορεύθη, — Luc. 6, 1. διεπορεύθη. τὸ παραπορεύεσθαι h. l. aut est viam ingredi a via trita divergentem breviorem, aut ambulare in via, utrinque arva consita habente.)

Παράπτωμα, τος, τό, (a παραπίπτω, tempora nonnulla ab obs. πτόω mutuante) propr., lapsus, qui fit iuxta aliquid. — tropice: **a.**, peccatum contra praecepta div. commissum, Rom. 5, 15. 16. 17. 18. Gal. 6, 1. — plur. Rom. 4, 25. 2 Cor. 5, 19. Eph. 1, 7. 2, 1. 5. Col. 2, 13. Jac. 5, 16. (οἱ ὁ Ez. 14, 11. 15, 8. Ps. 18, 13.) — **b.**, de erratis, quae hominibus iniuriam afferunt, s. quibus aliorum iura violantur; — pl., Matth. 6, 14. 15. 18, 35. Marc. 11, 25. 26. — **c.**, lapsus i. e. aberratio a via salutis, Rom. 11, 11. 12. consociatur h. l. cum verbo πίπτω.

Παραῤῥέω, f. παραῤῥεύσομαι, aor. 2. παρεῤῥύην (quasi descenderet a παραῤῥύημι), litera ρ post vocalem finalem praepositionis duplicatur, v. ἀναντίῤῥητος, (ex παρά et ῥέω) praeterfluo, praeterlabor. — aor. 2. μὴ παραῤῥυῶμεν (i. q. ἐξολισθῶμεν, s. παραπέσωμεν, Suid. s. ἐκπέσωμεν, ut Chrysost. exprimit.: μὴ ἀπολώμεθα), sens.: ne negligamus, ne — negligentes proruamus, i. e. monita spernentes in via progrediamur, Hebr. 2, 1. (cf. Prov. 3, 21.)

Παράσημος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex παρά ad latus, iuxta, et σῆμα) insignis, signo notatus; — ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις, in navi signata

(scil. in prora) imagine Dioscurorum, Act. 28, 11. (cf. Diod. Sic. 3, 3. Ovid. Trist. 1, 10, 1.)

Παρασκευάζω, f. άσω, (ex παρά et σκευάζω) apparo, paro (mensam instruo dapibus), Act. 10, 10. (παρασκευάζειν συμπόσιον, Herodot. 9, 15. — 2 Macc. 2, 27. — κλίνην, Aelian. V. H. 12, 51.) — med., me praeparo, fut.: τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; 1 Cor. 14, 8. (Jerem. 50, 42. 51, 11. — Polyb. 1, 25, 7. Xen. Cyr. 1, 5, 9. Thuc. 4, 14.) — perf. p. παρεσκεύασμαι significat. med., paravi me, 2 Cor. 9, 2. 3.

Παρασκευή, ῆς, ἡ, (ex παρά et σκευή, apparatus) apparatio, praeparatio (v. c. τῶν ὅπλων, 2 Macc. 15, 21. — Xen. Mem. 3, 3, 14. — τοῦ δείπνου, Jos. B. J. 1, 11, 8.). — ἡ παρασκ. dies, quo parabantur apud Judaeos quae ad sabbatum s. festum necessaria erant, Matth. 27, 62. Marc. 15, 42. Luc. 23, 54. Joh. 19, 14. 31. 42. — i. q. προσάββατον, Marc. 15, 42. (Judith. 8, 6.) s. προεόρτιον, (Philo de vit. cont.)

Παρατείνω, f. -τενῶ, aor. 1. παρέτεινα, (ex παρά et τείνω, tendo) extendo, produco; — τί seq. μέχρι, Act. 20, 7.

Παρατηρέω (ῶ), f. ήσω, (ex παρά iuxta, ad latus, et τηρέω) — τινά, **a.**, ad latus observo aliquem s. aliquid (Xen. Mem. 1, 14, 4. Polyb. 1, 29, 4.), Luc. 20, 20. seq. εἰ, Marc. 3, 2. Luc. 6, 7. — med., Luc. 6, 7. (in codd.) 14, 1. — cf. Ps. 36, 12. — τί, Act. 9, 24. (codd. παρετήρουν τε, al. παρετηροῦντο δέ.) — **b.**, med., superstitiose observo s. colo aliquid; — ἡμέρας, Gal. 4, 10. — Hinc. voc. seq.

Παρατήρησις, εως, ἡ, observatio; — μετὰ παρατηρήσεως, ita, ut e longinquo observari possit, Luc. 17, 20. (v. de h. l. sub voc. βασιλεία.)

Παρατίθημι, f. θήσω, aor. 1. παρέθηκα, aor. 2. παρέθην, aor. 2. med. παρεθέμην, (ex παρά et τίθημι) **a.**, τινί τι, propono, v. c. α., cibos (appono), Marc. 6, 41. 8, 6. 7. (Luc. 9, 16.) Luc. 11, 6. Act. 16, 34. (παρέθηκε τράπεζαν, lat. mensam apponere, sic Aelian. V. H. 2, 17. Thuc. 1, 130.) — τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν, Luc. 10, 8. sing., 1 Cor. 10, 27. (οἱ ὁ Gen. 18, 8. 24, 33. 43, 31.) — β., docendo propono; — παραβολήν, Matth. 13, 24. 31. (cf. Exod. 19, 7. 21, 1. — Diod. Sic. 1, 6. 3, 65.) — med. seq. ὅτι, Act. 17, 3. — **b.**, med. τινί τι, depono aliquid apud aliquem, fidei alicuius concredo atque committo (cf. παραθήκη), Luc. 12, 48. 1 Tim. 1, 18. 2 Tim. 2, 2. (Tob. 4, 1. — Polyb. 23, 12, 3.) — commendo, τινά τινι, Act. 14, 23. 20, 32. cf. 1 Petr. 4, 19. (Diod. Sic. 17, 23.) — τὶ εἰς χεῖράς τινος, Luc. 23, 46. (οἱ ὁ Ps. 30, 6.)

Παρατυγχάνω, aor. 2. παρέτυχον, (ex παρά, ad, et τυγχάνω) forte adsum, forte obvius sum, Act. 17, 17. (Diod. Sic. 3, 48.)

Παραυτίκα, adv., (ex παρά [cf. παραπλησίον] et αὐτίκα) hoc temporis momento, τὸ παραυτίκα ἐλαφρόν i. q. τὸ ἐλαφρὸν τὸ παραυτίκα, 2 Cor. 4, 17. (v. de h. l. sub voc. βάρος.)

Παραφέρω, aor. 2. παρήνεγκον, (ex παρά et φέρω) **a.**, (παρά, ad) affero, Xen. Cyr. 1, 3, 6. — **b.**, (παρά, praeter) praeterfero; — pass., νεφέλαι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι, Judae v. 12. Hebr. 13, 9. (Diod. Sic. 17, 56.) — τὶ ἀπό τινος (ποτήριον), transire facio, ne quis sumere cogatur, Marc. 14, 36. Luc. 22, 42.

Παραφρονέω (ῶ), f. ήσω, (ex παρά, praeter, scil. praeter rectum et iustum, et φρονέω, quod descendit a voc. φρήν, hinc παράφρων) desipio, deliro, 2 Cor. 11, 23. (ὡς παραφρονῶν, h. e. tamquam inani vastu inflatus.) Xen. Mem. 4, 7, 6. — οἱ ό Zach. 7, 11.

Παραφρονία, ας, ἡ, (a παράφρων, amens, desipiens) amentia, insipientia, vesania, 2 Petr. 2, 16. — Graeci non hac voce, sed voc. παραφροσύνης utuntur.

Παραχειμάζω, f. άσω, (a παρά, iuxta, et χειμών, hiems) hiberno, hiemem ago (transigo), Act. 27, 12. 1 Cor. 16, 6. — ἐν τόπῳ τινί, Act. 28, 11. (h. l. perf. παρακεχείμακα.) — ἐκεῖ, Tit. 3, 12. (Polyb. 2, 64, 1. Diod. Sic. 19, 34.) Hinc voc. seq.

Παραχειμασία, ας, ἡ, hibernatio, hiematio, Act. 27, 12. (Polyb. 3, 34, 6.)

Παραχρῆμα, adv., (ex παρά et χρῆμα, res) in ipsa re, illico, statim, confestim, Matth. 21, 19. 20. Luc. 1, 64. 4, 39. 5, 25. 8, 44. 47. 55. 13, 13. 18, 43. 19, 11. 22, 60. Act. 3, 7. 5, 10. 9, 18. 12, 23. 13, 11. 16, 26. 33. (οἱ ό Num. 6, 19. Jes. 30, 13. — Xen. Cyr. 3, 1, 17.)

Πάρδαλις, εως, ἡ, pardalis, pardi femella (Felis pardus, animal Asiae et Africae ferocissimum, pellem habens multis maculis distinctam, magnitudine cani venatico mediocri simile; mas vero magnitudine vitulo aequalis est), Apoc. 13, 2. (Aelian. V. H. 12, 39. Xen. Cyr. 1, 4, 7.)

Παρεδρεύω, f. εύσω, (a πάρεδρος, ex παρά, iuxta, et ἕδρα, sedes, qui assidet) — τινί, assideo, 1 Cor. 9, 13. (codd. προςεδρεύοντες.)

Πάρειμι, f. παρέσομαι, (ex παρά, ad, et εἰμί) adsum (Hom. Il. 3, 405.); **a.**, de rebus: suppeto, ad manus sum; — τὰ παρόντα, facultates, opes, Hebr. 13, 5. (Xen. Symp. 4, 43.) — in promptu sum, 2 Petr. 1, 12. (ἡ παροῦσα ἀλήθεια, i. e. veritas quam iam tenetis, coll. v. 13. — πάρεστι τινί τι, habet aliquis aliquid, 2 Petr. 1, 9. — **b.**, de tempore: adsum, adveni, Joh. 7, 6. — τὸ παρόν, tempus praesens, Hebr. 12, 11. — **c.**, de hominibus: adsum, Luc. 13, 1. Act. 10, 21. — praesens (oppon. ἀπών, absens), 1 Cor. 5, 3. 2 Cor. 10, 2. 11. 13, 2. 10. Apoc. 17, 8. (Codd. καίπερ ἔστι, sed leg. καὶ παρέσται.) — ἐπί τινος, coram aliquo, Act. 24, 19. — ἐπί τινι, aliquam ob rem, Matth. 26, 50. — ἐνώπιον θεοῦ, in conspectu Dei, Act. 10, 33. — ἐνθάδε, Act. 17, 6. — In constructionibus praegnantibus: πάρειμι εἰς c. acc. loci, aut plurali numero pronominis: inter vos, eos, veni, ut praesens sim, Col. 1, 6. (cf. alia verba de statu et quiete dicta, v. c. κατοικέω, παροικέω, ἀναπαύω, γίνομαι, ἵστημι etc. item v. supra voc. εἰς. Sic et Graeci: Polyb. 18, 1, 1. Xen. Cyr. 1, 2, 4. Anab. 1, 2, 2. Herodot. 6, 24.) — πρός τινα, Act. 12, 20. — πρὸς ὑμᾶς, veni ad vos, ut sim apud vos, 2 Cor. 11, 8. Gal. 4, 18. 20.

Παρεισάγω, f. άξω, (ex παρά praeter, et εἰσάγω) clam introduco (cf. παρεισέρχομαι, παρεισδύω), 2 Petr. 2, 1. (Polyb. 1, 18, 3.) Hinc voc. seq.

Παρείσακτος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, clam introductus, irreptitius, Gal. 2, 4.

Παρεισδύω (s. παρεισδύνω), f. -δύσω, (ex παρά, εἰς et δύνω s. δύω) clam, furtim intro, irrepo, Judae v. 4. (Herodian. 7, 9, 18.)

Παρεισέρχομαι, f. παρεισελεύσομαι, aor. 2. παρεισῆλθον, (ex παρά,

εἰς et ἔρχομαι) clam s. furtim intro, irrepo, Gal. 2, 4. (Polyb. 1, 7, 3. cf. παρειςάγω, παρειςδύω.) — subintro (scil. εἰς τὸν κόσμον), Rom. 5, 20. (coll. v. 12.)

Παρειςφέρω, aor. 1. παρειςήνεγκα, (ex παρά, εἰς et φέρω) praeterea infero, praeterea confero (impendo) ad aliquid; ita παρειςφ. σπουδήν, 2 Petr. 1, 5. (αὐτὸ τοῦτο h. l. pro: εἰς αὐτὸ τοῦτο. Jos. Ant. 20, 9, 2. πᾶσαν εἰςηνέγκατο σπουδὴν κ. πρόνοιαν.)

Παρεκτός, adv., (ex παρά et ἐκτός) constr. c. genit. (cf. παρέκ, s. παρέξ, i. e. extra, Hom. Il. 10, 349. — praeter, Polyb. 8, 28, 9.) praeter, re (quae genit. exprimitur) excepta, Matth. 5, 32. (praeter caussam adulterii s. excepta ratione adulterii) Act. 26, 29. (exceptis his vinculis.) — cf. Deut. 1, 36. Levit. 23, 38. — τὰ παρεκτός, quae praeterea accidunt, 2 Cor. 11, 28.

Παρεμβολή, ῆς, ἡ, (a v. παρεμβάλλω, a., interiicio, immissio, interiectio; — b., includo loco septo, i. e. tentoria figo, castra pono, Judith. 7, 3. 1 Macc. 5, 42.) **a.**, castra; α., de castris Israëlitarum, quae in deserto habuerunt (loca septa, in quibus fixa erant eorum tentoria), Hebr. 13, 11. (Ex. 19, 17. 29, 14. 32, 17.) v. 13. (sens.: quare loco quietae mansionis relicto ad eum egrediamur, i. e. doctrinam de Jesu Salvatore tenentes invidiae vexationibus, persecutionibus nos exponamus.) — β., de castris stativis militum Romanorum in arce Antonia, Act. 21, 34. 37. 22, 24. 23, 10. 16. 32. — **b.**, acies instructa (exercitus in acie collocatus), Hebr. 11, 34. Apoc. 20, 9. (οἱ ό Ex. 14, 19. 20. Jud. 4, 16. 8, 11. 1 Sam. 14, 16. — Aelian. V. H. 14, 46.)

Παρενοχλέω (ῶ), f. ήσω, (ex παρά et ἐνοχλέω, et hoc a voc. ὄχλος, turba, turbas excito) molestias creo, τινί, Act. 15, 19. (Polyb. 1, 8, 1. Diod. Sic. 14, 27. — οἱ ό Jud. 14, 17. Mich. 6, 3. — 1 Macc. 10, 63. 12, 14.)

Παρεπίδημος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex παρά iuxta et ἐπίδημος, v. supr. ἐπιδημέω) pr., is, qui e loco peregrino in aliquam urbem vel terram venit, ut ibi iuxta inquilinos habitet. **a.**, advena; **b.**, is, qui peregre versatur extra patriam, ita Hebr. 11, 13. (ξένοι κ. παρεπίδημοι) 1 Petr. 1, 1. 2, 11. πάροικοι κ. παρεπίδημοι.) — Polyb. 32, 22, 4. — οἱ ό Gen. 23, 4. 1 Chron. 29, 15.

Παρέρχομαι, f. παρελεύσομαι (Jac. 1, 10. 2 Petr. 3, 10. al., de qua futuri forma v. sub ἀπέρχομαι, διέρχομαι), perf. παρελήλυθα (verbum depon. med. ex ἔρχομαι et παρά), **a.**, (παρά, praeter) praetereo; α., de proficiscentibus, Luc. 18, 37. (Aelian. V. H. 2, 30. Xen. Anab. 2, 4, 25.) — τινά, praetereo aliquem, Marc. 6, 48. — τόπον τινά, Act. 16, 8. (Xen. Anab. 4, 2, 12.) — διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης, Matth. 8, 28. — β., de tempore, praetereo, praeterlabor, Matth. 14, 15. 1 Petr. 4, 3. — de actu, per aliquod tempus durante, Act. 27, 9. (τὰ παρελθόντα et τὰ ἐπιόντα distinguuntur ap. Aelian. V. H. 14, 6.) — **b.**, metaph. α., evanesco, intereo, ὡς ἄνθος, Jac. 1, 10. — ὁ οὐρανός, Matth. 5, 18. (Luc. 16, 17. coelum peribit, at nulla pars legis, ne minima quidem) 24, 35. (Marc. 13, 31. Luc. 21, 33.) 2 Petr. 3, 10. Apoc. 21, 1. — ἡ γενεὰ αὕτη, Matth. 24, 34. Marc. 13, 30. Luc. 21, 32. — τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, 2 Cor. 5, 17. — (οἱ ό Ps. 36, 36. Nah. 1, 12. Dan. 7, 14.) — Matth. 24, 35. (οἱ λόγοι, non peribunt veluti frustra dicta, Marc. 13, 31. Luc. 21, 33.) — β., praetereo (transeo), i. e. negligo, omitto, Luc. 11, 42. 15, 29. (οἱ ό Jerem. 34, 18.) — γ., praeterferor, ἀπό τινος, ne attingam aliquem (ne offerar alicui, cf. 2 Chron.

Σκληρός, ά, όν, (a v. σκέλλω, σκλέω, σκλῆμι, cf. πληρός a πέλω, πλέω, πίμπλημι) durus (τὰ σκληρὰ κ. τὰ μαλακά, Xen. Mem. 3, 10, 1.), **α.**, de hominibus, metaph., asper, severus, immitis, Matth. 25, 24. (1 Sam. 25, 3. Jes. 48, 4.) — **b.**, de rebus, α., addit. nominibus: (ἄνεμος) vehemens, violentus, Jac. 3, 4. (Prov. 27, 16. — Xen. Anab. 4, 8, 26.) — ὁ λόγος, perceptu difficilis, qui concoqui non potest, Joh. 6, 60. (not.: τίς δύναται αὐτοῦ, scil. τοῦ λόγου, ἀκούειν, cf. δυςνόητος, 2 Petr. 3, 14.) — β., neutr. σκληρόν

σοί ἐστι, seq. inf., difficile, molestum, Act. 9, 5. 26, 14. (Ex. 1, 14. 6, 9. Deut. 26, 6. — σκληρὰ λαλεῖν κατά τινος, dura et acerba loqui contra aliquem, Judae v. 15. — ἀποκρίνεσθαι σκληρά dic., qui responsioni minas addit, 1 Reg. 12, 13.) — Hinc voc. seq.

Σκληρότης, ητος, ἡ, durities (scil. τῆς καρδίας) pervicacia (i. q. καρδία ἀμετανόητος), Rom. 2, 5. (Deut. 9, 27.)

Σκληροτράχηλος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex σκληρός, q. v., et τράχηλος) duram cervicem habens (propr. de animalibus, quae difficulter flectuntur, nostr. hartnäckig) pervicax, Act. 7, 51. (οἱ ὁ Ex. 33, 3. cf. Deut. 10, 16. 2 Chron. 10, 4. Prov. 29, 1.)

Σκληρύνω, f. νῶ, similes formas v. sub v. παχύνω, (i. q. σκληρόω, ab adi. σκληρός, q. v.) durum facio, obduro, metaph., τὴν καρδίαν, animum obduro (praecludo, pervicacem reddo), Hebr. 3, 8. 15. et 4, 7. (e Ps. 94, 8. cf. Ex. 7, 3. Deut. 2, 30.) Rom. 9, 18. (ἐλεεῖ propter opposit. σκληρύνει est i. q. οὐ σκληρύνει.) — pass., pervicax fio, Act. 19, 9. pervicax reddor τινί, aliqua re, Hebr. 3, 13. (alias etiam est: impetuosus, violentus fio, v. c. de ira dictum, Gen. 49, 7. — de manu, Judic. 4, 24. v. σκληρός.)

Σκολιός, ά, όν, (cui oppon. ὀρθός, ὄρθιος, εὐθύς) tortuosus (incurvatus), propr., de via (Prov. 28, 18.); — τὰ σκολιά, Luc. 3, 5. (opp. ἡ εὐθεῖα scil. ὁδός, ex Jes. 40, 4. — de hominibus, metaph. perversus, ἡ γενεὰ ἡ σκολιά, Act. 2, 40. — additur: διεστραμμένη, Phil. 2, 15. (plane ita Deut. 32, 5.) — difficilis, morosus, 1 Petr. 2, 18. (oppon. ἀγαθὸς κ. ἐπιεικής.)

Σκόλοψ, οπος, ὁ, lignum acutum, sudes, Hom. Il. 7, 441. Xen. Anab. 5, 2, 5. — palus, Il. 18, 177. — spina, scil. quae e terra evulsa est, οἱ ὁ Hos. 2, 6. (quae spinae crescunt, dicuntur ἄκανθαι, Jes. 34, 13.) — σκόλοψ τῇ σαρκί, aculeus, spina, quae carnem pungat, 2 Cor. 12, 7. (hic locus aliquantum lucis accipit e loco, Num. 33, 55. — βολίδες ἐν ταῖς πλευραῖς ὑμῶν, quod explicatur: ἐχθρεύσουσιν ὑμῖν. Scil. aculeus carni insidens etsi ei parcit quietae, tamen dolores resuscitat motae. Paulus videtur notare adversarios e Judaeis, qui eum persequebantur, quoquo se conferret suam de salute gentilibus parata doctrinam propagaturus; alludit ad ea, quae de asina Balaami narrantur, Num. 22, 23—27.)

Σκοπέω (ῶ), f. ήσω, (attic. σκέψομαι, a voc. σκοπός, q. v.) **a.**, speculor. — **b.**, attendo, absol. seq. μή c. indicat., num forte, Luc. 11, 35. — τινά, oculos converto in aliquem, attendo in aliquem, Rom. 16, 17. Phil. 3, 17. — ἐμαυτὸν μή c. coniunct., caveo mihi, ne, Gal. 6, 1. — τί, intueor (curo) aliquid, 2 Cor. 4, 18. Phil. 2, 4. (Xen. Mem. 4, 5, 11. — 2 Macc. 4, 5.)

Σκοπός, οῦ, ὁ, **a.**, speculator (Xen. Cyr. 1, 6, 40.); — **b.**, scopus, meta (Xen. Cyr. 1, 6, 29. Hom. Od. 22, 6. — οἱ ὁ Job. 16, 12.), Phil. 3, 14. (κατὰ σκοπόν, secundum metam.)

Σκορπίζω, f. ίσω, (verbum ionicum, quod ante Alexandri aetatem Atticis insolens fuisse videtur. Usi sunt eo et composito διασκορπίζω Josephus, Plutarchus, Lucian., Strabo, Aelian.) *dissipo*, **a.**, absol., i. q. dilapido, oppon. συνάγω, Matth. 12, 30. (Luc. 11, 23. sens.: mihi contra diabolum atque malum pugnanti iam is adversatur, qui castra mea non sequitur; multo magis is, qui

me diabolo spolia detrahentem calumniatur.) — i. q. dispergo (id, quod alii possint sibi colligere), 2 Cor. 9, 9. (e Ps. 111, 9.) — *b.*, seq. accus. i. q. *disiicio*, Joh. 10, 12. (*τὰ πρόβατα.*) — *οἱ ὁ* 2 Sam. 22, 15. Ps. 17, 15. — *τινὰς εἰς τόπον τινά*, pass., Joh. 16, 32.

Σκορπίος, *ίου*, *ὁ*, scorpio, s. scorpius (affert Hesych. vocem huic cognatam *σκοροβαῖος*, quam idem significare dicit, quod voc. *σκάραβος*, s. *κάραβος*, unde nostr. Krebs, Krabbe), *οἱ ὁ* Deut. 8, 15. 1 Reg. 12, 11. 14. 2 Chron. 10, 11. 14. Ez. 2, 6. — nomen insecti cancro similis, quod in locis calidioribus sub lapidibus inprimis parietum latet, cuius cauda pungit aculeo venenato (Plin. H. N. 11, 25.), Luc. 11, 12. Apoc. 9, 5. — pl., Luc. 10, 19. Apoc. 9, 3. 10.

Σκοτεινός, *ή*, *όν*, (a *σκότος*, cf. *φωτεινός*, *ὀρεινός*, *ἀνθεινός*) tenebricosus, tenebris obductus, Matth. 6, 23. Luc. 11, 34. 36. — *οἱ ὁ* Prov. 4, 19. — Job. 10, 21. — Ps. 87, 7. — *τὰ σκοτεινὰ κ. τὰ φωτεινά*, Xen. Mem. 3, 10, 1.

Σκοτία, *ας*, *ἡ*, tenebrae, ortae lucis defectu, Joh. 6, 17. — oppon. *τὸ φῶς*, lux diei, Joh. 12, 35. 20, 1. — *ἐν τῇ σκοτίᾳ* (*λαλεῖν τι*), in occulto (i. q. *ἐν κρυπτῷ*, Joh. 18, 20.), clam, inter privatos parietes, oppon. *ἐν τῷ φωτί*, Matth. 10, 27. (Luc. 12, 3. cf. Jes. 45, 19.) — a natura Dei *σκοτίαν* abesse, monetur, 1 Joh. 1, 5. — *b.*, metaph. *περιπατεῖν*, *εἶναι ἐν τῇ σκοτίᾳ* dic. is, qui veri cognitione destitutus in scelera et miseriam ruit, Joh. 8, 12. 12, 46. 1 Joh. 1, 5. 2, 9. 11. — *ἡ σκοτ.* tempus inscitiae, quod ante lucem Christianae doctrinae antecessit, 1 Joh. 2, 8. — meton. homines, qui in ignorantia versantur, Joh. 1, 5. (opponit Joannes *τὴν σκοτίαν τῷ φωτί* ut noctem diei, et Christum vocat *τὸ φῶς*, lucem, quae viam ambulantibus ac viatoribus illustret.)

Σκοτίζω, f. *ίσω*, (a voc. *σκότος*) tenebras offundo, obscuro; — pass., tenebris offundi, obscurari propr. dicuntur astra, quae luce privantur, Matth. 24, 29. (Marc. 13, 24. Luc. 23, 45. cf. Jes. 13, 10.) Apoc. 8, 12. 9, 2. — metaph. oculi, scil. intellectus, Rom. 11, 10. — mens (*καρδία*), Rom. 1, 21. — homines *τῇ διανοίᾳ*, Eph. 4, 18.

Σκότος, *ου*, *ὁ*, (Attici etiam, rarius tamen *τὸ σκότος*, v. sub *σκοτία*) tenebrae, Hebr. 12, 18.

Σκότος, *εος* (*ους*), *τό*, (Aelian. V. H. 3, 18. Paus. 4, 18, 4. — v. voc. praeced.) tenebrae, (tenebrae lucis defectu ortae, v. *σκοτία*), Matth. 27, 45. (Marc. 15, 33. Luc. 23, 44.) Luc. 22, 53. (cf. Joh. 18, 3.) Act. 2, 20. (e Joël. 3, 4.) — *τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους* (v. *κρυπτός*), 1 Cor. 4, 5. 2 Cor. 4, 6. (alluditur ad Gen. 1, 2. 3.) — *σκότος ἐπιπίπτει ἐπί τινα*, tenebrae illabuntur in eum, qui luce oculorum privatur, Act. 13, 11. — *σκότος* meton. de loco tenebricoso, Matth. 8, 12. 22, 13. 25, 30. — v. *ἐξώτερον*. — *ζόφος τοῦ σκότους*, caligo densissima, 2 Petr. 2, 17. et Judae v. 13. — phrases metaphoricae: *α.*, *σκότος*, locus obscurus, quo clam aliis aliquid peragi potest; — *ἀγαπᾶν μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς* dic. is, qui orta solis luce mavult in loco obscuro permanere, et per metaphoram; qui quoniam libidinibus deditus est, doctorem odit vitia coarguentem, Joh. 3, 19. — *τὰ ἔργα τοῦ σκότους*, scelera, quae

in tenebris peraguntur, Rom. 13, 12. Eph. 5, 11. (coll. v. 12.) — β., σκότος, error, — ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, se convertere ab errore ad fontem melioris cognitionis, Act. 26, 18. — οἱ ἐν σκότει, qui cognitione veri salutari carent, Rom. 2, 19. cf. Matth. 4, 16. 2 Cor. 6, 14. Eph. 5, 8. — ἐν σκότει περιπατεῖν, 1 Joh. 1, 6. — τὸ σκότος τοῦ αἰῶνος τούτου, hoc saeculum tenebricosum (infidelibus, flagitiosis, sceleratis hominibus refertum), Eph. 6, 12. — gentilium superstitio ac salutis desperatio, Col. 1, 13. 1 Petr. 2, 9. — ἐν σκότει εἶναι, dormienti similem, i. e. imparatum esse, 1 Thess. 5, 4. — σκότους εἶναι (opp. γρηγορεῖν) dic., qui tenebris addicti sunt, ut dormientes, ibid. v. 5. — γ., σκότος, imago miseriae, Luc. 1, 79. (Jes. 9, 2.) — Hinc verb. seq.

Σκοτόω (ῶ), f. ώσω, tenebras offundo, obscuro (οἱ ὁ Ps. 104, 28. Jerem. 8, 21.); — pass., tenebris offundor, Apoc. 16, 10.

Σκύβαλον, ου, τό, (i. e. τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον) quodvis vile reiectamentum, v. c. excrementa animantium, quisquiliae, scoria, retrimenta e stercore, furfur, Phil. 3, 8. (vox obvia Sir. 27, 4. — Jos. B. J. 5, 13, 7.)

Σκύθης, ου, ὁ, Scytha, incola Scythiae. Hoc nomine apellabantur gentes Asiae septentrionalis (Pompon. Mela 1, 2, 30.), quas credebant esse barbarissimas (Jos. c. Apion. 2, 37. Cic. in Pison. 8. de N. D. 2, 23.), — homo maxime barbarus, Col. 3, 11. (2 Macc. 4, 47.)

Σκυθρωπός, οῦ, ὁ, (ex ὤψ et σκυθρός, quod deriv. a σκύζω, i. e. demitto τὸ σκύνιον, ut leo iratus) is qui est vultu tristi ac tetrico (oppon. φαιδρός, Xen. Mem. 3, 10, 4.), Luc. 24, 17. — etiam is, qui habet faciem inedia ac ieiuniis maceratam ac deturpatam, Matth. 6, 16. (hebr. זֹעֲפִים, Gen. 40, 6. — de facie, cui insedit pallor ac macies e fame orta, Dan. 1, 10. Vulg.: facies macilentiores.)

Σκύλλω, (a voc. σκῦλον, q. v.) **a.**, cutem detraho. — **b.**, vexo aliquem, molestiam creo alicui, τινά, Marc. 5, 35. (Luc. 8, 49) — pass. ἐσκυλμένοι (zerzaust), Matth. 9, 36. — med., negotium mihi facesso, Luc. 7, 6. (μὴ σκύλλου.)

Σκῦλον, ου, τό, (a verbo obsol. σκύω, detraho, cui affine ξύω, v. ξύλον) **a.**, pellis detracta (ut τὸ σκῦτος s. κύτος, unde lat. cutis) — **b.**, exuviae hosti detractae, spolium, pl., Luc. 11, 22. (οἱ ὁ Num. 31, 11. Deut. 2, 35. Jes. 8, 1.)

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex σκώληξ et βρώσκω) a vermibus corrosus, consumtus, Act. 12, 23. (qui morbo pediculari s. phthiriasi laborat, de quo morbo v. Plin. lib. 9, c. 33. — al. vocem de morbo ventriculi a vermibus profecto capiunt; coll. Jos. Ant. 19, 8, 2.)

Σκώληξ, ηκος, ἡ, vermis, speciat., genus vermis cadavera corrodentis (Sirac. 7, 17. 10, 11. 19, 3. 2 Macc. 9, 9.). Cadavera vermibus corrosa e valle Hinnom translata in Geennam (v. γέεννα), Marc. 9, 44. 46. 48. (verbis petitis e Jes. 66, 24. cf. Judith. 16, 17. Sir. 7, 18.)

Σμαράγδινος, ίνη, ον, (a voc. σμάραγδος, f. ἀκάνθινος, ὑακίνθινος), smaragdinus, e smaragdo factus, Apoc. 4, 3.

Σμάραγδος, ου, ὁ, Smaragdus, nomen gemmae virore maxime insignis, Apoc. 21, 19. (οἱ ὁ Ex. 28, 17. Ez. 28, 13.)

Σμύρνα, ης, ἡ, **a.**, myrrha (aeol. μύῤῥα) gutta amara, quae stillat ex arbore quadam in Arabiae regionibus nascente et corpora a putredine servat (Herodot. 2, 40. Plin. H. N. 12, c. 15.), Matth. 2, 11. Joh. 19, 39. (hebr. מֹר, Ps. 44, 9. Cant. 3, 6. al.) — **b.**, Smyrna, urbs ionica ad mare sita, distans ab Epheso 320 stadiis, portu instructa et mercatura, navigatione, artibus florens, hodie Ismir, Apoc. 1, 11. 2, 8. (Herodot. 1, 143.)

Σμυρναῖος, ου, ὁ, ἡ, Smyrnaeus, Smyrnensis, Smyrnae incola, Apoc. 2, 8. (codd. ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ.)

Σμυρνίζω, f. ίσω, (a σμύρνα, myrrha) myrrham redoleo, myrrha misceo et condio (cf. μυρίζω); — οἶνος ἐσμυρνισμένος, vinum myrrhatum (quod offerre hominibus supplicio afficiendis solebant, ut cruciatuum sensus in illis hebetaretur; Talmud. tract. Sanhedrin. c. 6. fol. 43.), Marc. 15, 23. (Matth. 27, 34. — ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον ex Ps. 68, 22.)

Σόδομα, ων, τά, Sodoma, orum, et Sodoma, ae (hebr. סְדֹם), urbs quondam sita in valle amoenissima et fertilissima Siddim, Lothi tempore cum tribus urbibus viciuis lacu, cui nomen Asphaltites est, absorpta (Gen. 19, 25.), Matth. 10, 15. 11, 23. 24. Luc. 10, 12. 17, 29. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Judae v. 7. Apoc. 11, 8.

Σολομῶν et **Σολομών**, ῶντος (s. ῶνος), ὁ, (שְׁלֹמֹה, pacificus) Salomo, rex Israëlitar. fil. Davidis ex Bethsabea, uxore Uriae (2 Sam. 8, 15. 12, 24.) Matth. 1, 6. 7. 6, 29. (Luc. 12, 27.) 12, 42. (Luc. 11, 31.) Joh. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12. 7, 47.

Σορός, οῦ, ἡ, (urna recondendis ossibus inserviens, Hom. Il. 23, 91.) sandapila, arca funebris (Herodot. 2, 78. — Gen. 50, 26.), lectulus (2 Sam. 3, 32.), quo mortui ap. Judaeos efferebantur, Luc. 7, 14.

Σός, ἡ, όν, tuus, a, um; **a.**, adiect. nomin., Matth. 7, 3. 22. 13, 27. 24, 3. Marc. 2, 18. (Luc. 5, 33.) Luc. 15, 31. 22, 42. Joh. 4, 42. 17, 6. 9. 10. 17. 18, 35. Act. 5, 4. 24, 2. 4. 1 Cor. 8, 11. 14, 16. Philem. v. 14. — **b.**, absol. οἱ σοί, cognati, familiares tui, Marc. 5, 19. — τὸ σόν, quod tuum est, Matth. 20, 14. 25, 25. — pl. τὰ σά, Luc. 6, 30.

Σουδάριον, ίου, τό, (voc. Lat. a sudore dictum) sudarium, i. e. linteum, quo sudor faciei abstergitur et nares purgantur, Luc. 19, 20. Act. 19, 12. — et quo defunctorum capita solebant involvere, Joh. 11, 44. 20, 7. (Eadem vox in sermonem syriacum transiit סוּדָר et סוּדָרָא.)

Σουσάννα, ης, ἡ, (hebr. lilium) Susanna, una e mulieribus iis, quae Jesum comitatae sunt, Luc. 8, 3.

Σοφία, ας, ἡ, (a σοφός, cui affinia sunt σαφής et lat. sapio, sapor) sapientia, (opp. μωρία, 1 Cor. 1, 21. — iungitur cum vocc. φρόνησις, Eph. 1, 8. — γνῶσις, Col. 2, 3. — σύνεσις, 1 Cor. 1, 19. — **a.**, facultas recte iudicandi, Luc. 2, 40. 52. — **b.**, prudentia (ars ea, quae experientia et usu probata sunt, ad res gerendas applicandi), Act. 6, 3. 7, 10. — prudentia, quae cavet, ne

peccet, cautio, Col. 4, 5. — **c.**, eximia facultas disserendi de rebus div., Matth. 13, 54. Marc. 6, 2. 2 Petr. 3, 15. — λόγος σοφίας, 1 Cor. 12, 8. — ἐν σοφίᾳ λόγου, verborum artificiis, eloquentia arte comparata, 1 Cor. 1, 17. — ars subtiliter disputandi, 1 Cor. 1, 22. — **d.**, artes et litterae, doctrina, Act. 7, 22. 1 Cor. 1, 21. — **e.**, rerum abstrusarum cognitio, intellectio, Apoc. 13, 18. 17, 9. — **f.**, multiplex rerum humanarum scientia, usu comparata, sententiis paroemiisque comprehensa, qualis erat ἡ σοφία τοῦ Σαλομῶντος, Matth. 12, 42. (Luc. 11, 31.) — **g.**, ea rerum humanarum ac divinarum cognitio, quae ad bene et honeste vivendum instituit, Jac. 1, 5. 3, 13. 15. 17. — κατ' ἐξοχήν rerum div. cognitio, Col. 1, 9. (h. l. synon. σύνεσις πνευματική) 2, 23. — **h.**, ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, sapientia, quae in Deo est. Refertur ad consilia, quae Deus in gubernando mundo et in procuranda hominum salute persequitur, hominibus admiranda, Rom. 11, 33. Apoc. 7, 12. — speciatim: consilium Dei ad salutem homines perducendi rebus Christi manifestatum ac declaratum ad mysterium coniunctionis Judaeor. et gentilium in unam ecclesiam, Rom. 11, 33. Eph. 3, 10. — λαλεῖν σοφίαν θεοῦ, tradere res altioris indaginis, quas excogitavit mens divina, dicitur is, qui de rebus Christi ita disserit, ut inde Dei consilium salutem omnibus omnino hominibus concedendi cognoscatur, 1 Cor. 1, 24. 2, 7. — Doctrina, quae in hoc Dei consilio versatur exponendo, sapientia dicitur, quia ut ei subest veritas, ita quoque ea tradit, quae mens humana excogitare non potuisset, 1 Cor. 2, 7. 8. Is, qui hac cognitione totus imbuitur, ei contingere dicitur πνεῦμα σοφίας κ. ἀποκαλύψεως, Eph. 1, 17. — In Christo igitur reconditi sunt omnes thesauri sapientiae, Col. 2, 3. cf. Apoc. 5, 12. — Christus nobis factus est sapientia, 1 Cor. 1, 30. — Huic sapientiae opponitur ἡ σ. ἀνθρώπων, 1 Cor. 2, 5. et ἀνθρωπίνη σοφία, 1 Cor. 2, 4., i. e. quae arte contexitur. — ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, 1 Cor. 1, 20. 3, 19., i. e. summa eorum, quae eruditi (inter Graecos) homines de origine mundi philosophati sunt, et ἡ σ. τοῦ αἰῶνος τούτου, sapientia, quam huic saeculo rebusque visibilibus ac temporalibus adstricti homines colunt, 1 Cor. 2, 6. — Illa sapientia, quae de consiliis Dei per Christum revelatis disserere scit, orationem quoque vi instruit, cui non valent resistere adversarii, Luc. 21, 15. Act. 7, 10. — **i.**, ἡ σοφία in libris post exilium scriptis pro πνεύματι ἁγίῳ (ut Prov. 8, 1 seq. Sap. 1, 4. 5. 6, 13 seq. 7, 24—30. 8, 1—4. 9, 17.) — interpres consiliorum Dei spiritus, qui prophetas docet mittitque, Luc. 7, 35. 11, 49. 50.

Σοφίζω, f. ίσω, (ab adi. σοφός, v. σοφία) **a.**, sapientem reddo, τινά εἴς τι, 2 Tim. 3, 15. — **b.**, callide excogito; — pass. σεσοφισμένοι μῦθοι, 2 Petr. 1, 16.

Σοφός, ἡ, όν, sapiens, i. q. συνετός, 1 Cor. 3, 18. 6, 5. (oppon. μωρός) Rom. 1, 14. (opp. ἀνόητος) Eph. 5, 15. (opp. ἄσοφος) Jac. 3, 13. (iunct. c. ἐπιστήμων.) — σοφὸς εἴς τι, Rom. 16, 19. — de Deo: Rom. 16, 27. 1 Tim. 1, 17. — **b.**, peritus, ἀρχιτέκτων, 1 Cor. 3, 10. (Aelian. V. H. 14, 37. — Jes. 3, 3.) — **c.**, litteris instructus, eruditus, Matth. 11, 25. (Luc. 10, 21.) Rom. 1, 22. 1 Cor. 1, 19. 20. 25—27. 3, 19. 20. (ii, qui sapientiam profitentur.)

Σπανία, ας, ἡ, Hispania, apostolorum aetate Hispania cum Lusitania, redacta in formam provinciae Romanae, Rom. 15, 24. 28.

Σπαράσσω, ττω, f. ξω, distorqueo, τινά, Marc. 1, 26. 9, 20. (Luc. 9, 42. συνεσπάραξεν) v. 26. Luc. 9, 39. (Marc. 9, 18. ῥήσσει.)

Σπαργανόω (ῶ), f. ώσω, (a σπάργανον, fascia) fasciis involvo, τινά, Luc. 2, 7. 12. (οἱ ὁ Ez. 16, 4.)

Σπαταλάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. σπατάλη, helluatio, luxus, cf. lat. spatula — κραιπάλη, crapula) luxuriose, delicate vivo, 1 Tim. 5. 6. Jac. 5, 6.

Σπάω, (ῶ), f. άσω, traho, μάχαιραν, stringo, Marc. 14, 47. Act. 16, 27. (οἱ ὁ Num. 22, 23. Judic. 9, 54. — Herodot. 3, 29.)

Σπεῖρα, ας, (ion. ης, Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1.) ἡ, **a.**, funis contortus, spira. — **b.**, cohors militaris (Polyb. 11, 23, 1.) i. e. decima pars legionis, Matth. 27, 27. Marc. 15, 16. Act. 10, 1. (Ἰταλική) 21, 31. 27, 1. (σεβαστή.) — manipulus (quarta cohortis pars), Joh. 18, 3. 12.

Σπείρω, f. σπερῶ, aor. 1. ἔσπειρα, sero, sementem facio, **a.**, absol., Matth. 6, 26. (Luc. 12, 24.) 13, 3. 4. (Marc. 4, 3. 4. Luc. 8, 5.) v. 18. (Marc. 4, 14.) 2 Cor. 9, 10. — locutt. proverbiales: Matth. 25, 24. 26. (Luc. 19, 21. 22.) Joh. 4, 37. 2 Cor. 9, 6. vid. de his l. sub v. θερίζω. — **b.**, τί, σπέρμα, Matth. 13, 24. 25. 27. 37. 39. (Marc. 4, 32. Luc. 8, 5.) 1 Cor. 15, 36. 37. (κόκκον.) — locutio proverbialis: Gal. 6, 7. (Prov. 22, 8.) — in parabola: τὸν λόγον, doctrinam de regno div., Marc. 4, 14. — pass., v. 15. — seritur, impersonaliter dict. 1 Cor. 15, 42. 43. — τὸ σῶμα, corpus (quod mortuum terrae mandatur, ut semen), 1 Cor. 15, 44. (oppon. ἐγείρεσθαι.) — καρπὸν δικαιοσύνης, i. e. id semen, quod καρπὸν δικαιοσύνης (fructus virtutis) fert, pass., Jac. 3, 18. — **c.**, τὶ εἴς τι; — εἰς τὰς ἀκάνθας, inter spinas, Matth. 13, 22. Marc. 4, 18. — σπείρειν, semen iacere, εἰς τὴν σάρκα, corporis libidinibus indulgere, Gal. 6, 8. cf. Sir. 7, 3. — ἐπί τινος; — ἐπὶ τῆς γῆς, super terra, Marc. 4, 31. — ἐπί τι, Matth. 13, 20. 23. Marc. 4, 16. 20. — ἔν τινι, Matth. 13, 24. 31. Marc. 4, 15. — παρά, iuxta (τὴν ὁδόν.), Matth. 13, 19. — **d.**, σπείρειν τινί τι, alicui dare, exhibere aliquid ante quam praemium feratur (θερίζεται), 1 Cor. 9, 11.

Σπεκουλάτωρ, ορος, ὁ, (vox latina, a speculando i. e. custodiendo ducta) qui speculatur, ne quae ei, cui ipse est corporis custos, insidiae collocentur. Dicebantur speculatores satellites regii, qui ad ministeria nuntiandi, observandi et supplicia sumendi adhibebantur. Grammaticorum nonnulli derivata voce a spiculi nomine, scribi maluerunt *spiculator*. cf. graec. voc. ἀσπιστωρ, Marc. 6, 27.

Σπένδω, f. σπείσω, spargo, libo, libationem facio (σπένδειν θεοῖς, σπένδειν οἶνον, σπ. ὕδατι, phrases Homero maxime frequentatae, οἱ ὁ Ex. 30, 9.). — pass. εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ — τῆς πίστεως ὑμῶν, etiamsi propterea, quod vos ad fidem adduxerim, mihi ferendum sit supplicium, ut ad vestri fidei sacrificium meus quasi sanguis libetur, Phil. 2, 17. (v. sub voc. λειτουργία) 2 Tim. 4, 6.

Σπέρμα, τος, τό, (a v. σπείρω, q. v.) semen (unde quid nascitur, quod germen futuri fructus continet), **a.**, unde progerminat planta, propr., *granum*, quod germen plantae futurae in se continet, pl., Matth. 13, 32. Marc. 4, 31. 1 Cor. 15, 38. (Ex. 16, 31. 1 Sam. 8, 15.) — σπέρμα numero

singul. collective: grana, quae seruntur, Matth. 13, 24. 27. 37. 38. 2 Cor. 9, 10. — metaph., pauci superstites, qui reservati sunt, ut ex eorum stirpe nova gens nascatur (quemadmodum e messe semina ad sementem servantur), Rom. 9, 29. (ex Jes. 1, 9.) — **b**., semen virile, propr., Hebr. 11, 11. (Levit. 15, 16.) — metaph., τὸ σπέρμα τινός (semen, e quo quis natus est suamque naturam accepit), natura, quam in aliquem stirps, unde ortus est, propagavit, 1 Joh. 3, 9. — meton., proles, progenies, soboles, posteri, ex hebr., Gen. 4, 25. 1 Sam. 1, 11. — ἀνίστημι σπέρμα τινί, (Gen. 38, 8.) Matth. 22, 24. 25. (Marc. 12, 19—22. Luc. 20, 28.) — ἔχειν σπέρμα, Matth. 22, 25. — ἀφιέναι σπέρμα τινί, Marc. 12, 20. 21. — τὸ σπ. τινός, Luc. 1, 55. Joh. 7, 42. 8, 33. 37. Act. 3, 25. 7, 5. 6. 13, 23. Rom. 1, 3. 4, 13. 16. 18. 9, 7. 8. 11, 1. 2 Cor. 11, 22. Gal. 3, 29. 2 Tim. 2, 8. Hebr. 2, 16. 11, 18. Apoc. 12, 17. — argumentatur apostolus Paulus e numero voc. singulari, qui sensu sublimiori unum (scil. Christum) significet, Gal. 3, 16. 19.

Σπερμολόγος, ου, ὁ, (ex σπέρμα et λέγω, colligo) **a**., grana legens, nomen tributum cornici grana legenti, Saatkrähe.) — **b**., trop., homo circumforaneus; sed potest etiam signif. vaniloquum, nugatorem, qui temere et inconsulte omnia sermonibus sparsa colligit, nec meliore iudicio effundit (certe σπερμολογεῖν ap. Philostrat. de Vita Apollonii 5, c. 20. est nugari, vana dicere), Act. 17, 18.

Σπεύδω, f. σπεύσω, **a**., festino, propero seq. inf. (Polyb. 3, 62, 2.) Act. 20, 16. (properabat venire); — σπεύσας ἦλθε, celeriter, cito abiit, Luc. 2, 16. — 19, 5. 6. (οἱ ὁ Gen. 24, 46.) — σπεῦσον κ. ἔξελθε, cito egredere, Act. 22, 18. (οἱ ὁ Gen. 18, 6. al. 2 Macc. 11, 37.) — **b**., avide desidero aliquid, τί, 2 Petr. 3, 12.

Σπήλαιον, ου, τό, (unde spelaeum apud Virg., a voc. σπέος, specus) spelunca, Matth. 21, 13. Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. (Jerem. 7, 11.) Joh. 11, 38. Hebr. 11, 38. Apoc. 6, 15.

Σπιλάς, άδος, ἡ, scopulus marinus (Hom. Od. 3, 298. 5, 401.), pl. σπιλάδες, Vulg. maculae, Judae v. 12. (scil. in loco parallelo, 2 Petr. 2, 13. legitur: σπίλοι κ. μῶμοι. Videntur ergo et h. l. dici homines voraces et immundi, qui cibis ac potibus suas vestes polluunt.)

Σπῖλος, ου, ὁ, (Habent Dion. Halic., Plutarch., Lucian., Liban., Artemidor., Joseph.) macula, Eph. 5, 27. — pl. (de hominibus sordidis et voracibus), 2 Petr. 2, 13. — Hinc verb. seq.

Σπιλόω (ῶ), f. ώσω, inquino, contamino (colore tingo, Sap. 15, 4.), τί, Jac. 3, 6. — pass. σπιλοῦμαι ἀπό τινος, contaminor ab aliqua re, Judae v. 23.

Σπλαγχνίζομαι, f. ίσομαι, (a voc. σπλάγχνον, q. v.) misericordia tangor, misereor (viscera enim sedes esse credebantur amoris ac misericordiae), absol., Luc. 10, 33. 15, 20. — partic. σπλαγχνισθείς c. verbo finito, Matth. 20, 34. Marc. 1, 41. — τινός, misereor (miseret me) alicuius, Matth. 18, 27. — ἐπί τινι (dat. pers.), Matth. 14, 14. Marc. 6, 34. Luc. 7, 13. — ἐπί τινα, Marc. 8, 2. 9, 22. — περί τινος ὅτι, Matth. 9, 36.

Σπλάγχνον, ου, τό, et (qui solus ap. nostros legitur) plur. σπλάγχνα,

ων, τά, viscera, intestina (cor, pulmones, iecur etc.), Act. 1, 18. (Hom. Od. 3, 9. Aelian. V. H. 12, 31. — 2 Macc. 9, 5.) — cor, sedes **a.**, affectuum (Prov. 12, 10.), 2 Cor. 6, 12. Philem. v. 7. 1 Joh. 3, 17. (κλείειν τὰ σπλ. ἀπό τινος.) — τὰ σπλάγχνα ἡμῶν, pectus meum, quem impense amo, Philem. v. 12. 20. (sic Darius matrem et liberos viscera sua vocat ap. Curt. 4, 14, 23.) — **b.**, speciat. misericordiae (ex usu hebr. רַחֲמִים, quod οἱ ὁ modo vertunt οἰκτιρμοί, Ps. 24, 6. modo ἔλεος, Jes. 47, 6.), 2 Cor. 7, 15. Phil. 2, 1. (iunct. c. οἰκτιρμοί) Luc. 1, 78. (σπλ. ἐλέους) Col. 3, 12. (σπλ. οἰκτιρμῶν.) — amor, Phil. 1, 8. (amore, quo Christus vos ipse amplectitur.)

Σπόγγος, ου, ὁ, spongia, Matth. 27, 48. Marc. 15, 36. Joh. 19, 29. (Hom. Il. 18, 414.)

Σποδός, οῦ, ὁ, cinis, Hebr. 9, 13. (vaccae combustae, v. Num. c. 19. et Jos. Ant. 4, 4, 6.) — ἐν σάκκῳ κ. σποδῷ κάθημαι, sedeo cilicio indutus et cinere obsitus (signa luctus prae me ferens, cf. Jon. 3, 6. Jes. 58, 5. Jerem. 6, 26. Esth. 4, 1. v. σάκκος), Matth. 11, 21. (Luc. 10, 13.)

Σπορά, ᾶς, ἡ, (a v. σπείρω, perf. 2. ἔσπορα, cf. ἀγορά) semen, 1 Petr. 1, 23.

Σπόριμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (a voc. σπόρος, cf. βρώσιμος, χρήσιμος, ὠφέλιμος) sativus, qui seminari potest (Levit. 11, 37.), — τὰ σπόριμα, (sata) segetes, Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.

Σπόρος, ου, ὁ, (a v. σπείρω, perf. 2. ἔσπορα) satio (Xen. Oecon. 7, 20. 16, 10. — Levit. 26, 5.) semen (quo quis sementem facit), Marc. 4, 26. 27. Luc. 8, 5. 11. — quod satum, quo satio facta est, 2 Cor. 9, 10. (Deut. 11, 10.)

Σπουδάζω, f. άσω, (e meliori forma: -άσομαι — a voc. σπουδή, q. v.) **a.**, festino, propero, seq. inf. (cf. σπεύδω), 2 Tim. 4, 9. 21. Tit. 3, 12.) — **b.**, studeo, seq. inf. (praes.), Eph. 4, 3. 2 Petr. 1, 10. — (aor.), Gal. 2, 10. 1 Thess. 2, 17. 2 Tim. 2, 15. Hebr. 4, 11. 2 Petr. 3, 14. — operam do, ut, seq. acc. c. inf., 2 Petr. 1, 15.

Σπουδαῖος, αία, αῖον, (a voc. σπουδή) industrius, diligens, ἔν τινι, 2 Cor. 8, 22. (Diod. Sic. 1, 51.) — adv. σπουδαίως, festinanter, Phil. 2, 28. — enixe, Luc. 7, 4. — studiose, Tit. 3, 13. — comparat. σπουδαιότερος, 2 Cor. 8, 17. 22. — neutr. adverb., studiosius, 2 Tim. 1, 17.

Σπουδή, ῆς, ἡ, (a v. σπεύδω) **a.**, festinatio, μετὰ σπουδῆς, festinanter, Marc. 6, 25. Luc. 1, 39. (Xen. Cyr. 2, 4, 6.) — **b.**, studium (Eifer), παρεισφέρειν, 2 Petr. 1, 5. 2 Cor. 7, 11. (quantum in vobis effecit studium placandae irae Dei.) — τῇ σπουδῇ (εἶναί τι), quod attinet ad, Rom. 12, 11. — ἐν σπουδῇ, in studio, i. e. virtutem studio nostro conspicuam, Rom. 12, 8. — ἡ σπουδή τινος, (gen. obi.), studium in aliquem, 2 Cor. 8, 8. — ἡ σπ. ὑπέρ τινος, studium, quo quis in aliquem fertur, 2 Cor. 7, 12. 8, 16. — σπουδὴν (πᾶσαν) ποιεῖσθαι seq. inf., (omnem) operam impendere, ut Judae v. 3.

Σπυρίς, ίδος, ἡ, (affine est voc. σπεῖρα, spira) quicquid contortum s. complicatum est, sporta (corbis), canistrum, Act. 9, 25. — pl., Matth. 15, 37. (Marc. 8, 8.) 16, 10. (Marc. 8, 20.) — Herodot. 5, 19.

Στάδιος, ου, ὁ, (Thuc. 4, 3. Xen. Cyr. 7, 1, 5. Hdot. 1, 31.) et σταδιον, ου, τό, (Aelian. V. H. 10, 4. Xen. Anab. 1, 4, 1. Polyb. 3, 17, 2.) **a.**, intervallum certae longitudinis, in quo certamina cursus habebantur hac lege, ut, qui alios cursu antevertisset primusque metam occupasset, coronam inde pendentem caperet. Stadia celebria erant ap. Graecos Olympicum et Pythicum, in quibus caeteroquin non cursu solum, sed etiam lucta, cestu, gladio, pugilando (Aelian. V. H. 4, 15.) certabatur; — ἐν σταδίῳ τρέχειν, 1 Cor. 9, 24. (habent Graeci σταδιοδρομεῖν.) — **b.**, stadium, i. e. mensura longitudinis viae, via eiusdem mensurae, qua stadium Olympic. (600 pedum Graec. s. 625. ped. Roman. auctore Plinio 2, 23. ergo octava pars milliaris Rom. 300 cubit. Scholiast. ad Pindar. Od. 13.), Luc. 24, 13. Joh. 6, 19. 11, 18. Apoc. 14, 20. 21, 16. (2 Macc. 11, 5. al.)

Στάμνος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἵστημι) vas liquidorum utrinque ansatum, septem fere sextarios continens (in quod vinum conservandum transfundebant, quod dic. κατασταμνίζειν) urna, Hebr. 9, 4. (οἱ ὁ Ex. 16, 33. 1 Reg. 14, 3.) Videntur urna et virga Aaronis in arca fuisse solo itineris per desertum tempore, deinde remotae ex arca conditae fuisse secus arcam vel in templi aerario aliove apto loco, cf. 1 Reg. 8, 9. 2 Chron. 5, 10.

Στασιαστής, οῦ, ὁ, (a v. στασιάζω, seditionem commoveo) auctor seditionis, Marc. 15, 7. cf. Luc. 23, 19.

Στάσις, εως, ἡ, (ab ἵστημι, 2. perf. p.) **a.**, statio, actio standi; — ἔχειν στάσιν, stare, subsistere (Bestand haben), lat. locum habere, Hebr. 9, 8. (Polyb. 5, 5, 3.) — **b.**, seditio (Aufstand), Marc. 15, 7. Luc. 23, 19. 25. Act. 19, 40. — κινεῖν στάσιν τινί, seditionem movere contra aliquem, Act. 24, 5. (Polyb. 1, 71, 7. Diod. Sic. 11, 34.) — **c.**, controversia, contentio, Act. 23, 7. 10. — iunct. cum συζήτησις, Act. 15, 2. (οἱ ὁ Prov. 17, 14.)

Στατήρ, ῆρος, ὁ, (ab ἵστημι, statuo, appendo, perf. p.) stater, nummi genus, aequans quatuor drachmas atticas s. duas drachmas alexandrinas, siclum Judaeorum, Matth. 17, 27. (Xen. H. G. 5, 2, 21.)

Σταυρός, οῦ, ὁ, i. q. σκόλοψ (Hom. Il. 24, 453.) speciat., patibulum, palus (in terra defixus, cui summo commissum erat lignum transversum, unde speciem literae T referebat), instrumentum supplicii: affigere cruci (in crucem agere) Romani (ut Persae, Esdr. 6, 11. Herodot. 3, 125. Carthaginienses, Polyb. 1, 86. et Judaei, Jos. B. J. 2, 14, 9.) solebant maleficos, in primis eos, qui e genere servorum erant, Jos. B. J. 5, 11, 1. — de forma crucis v. Tertull. c. Marc. 3, 19. 22. — Habebat sedilis excessum, an habuerit suppedaneum, (Just. M. dial. c. Tryph.) dubitatur. — Dic. in N. T. crux **a.**, proprie; αἴρειν τὸν σταυρόν, Matth. 27, 32. (Marc. 15, 21., sed Luc. 23, 26. φέρειν.) Cogebantur malefici crucem, cui affigendi essent, ipsi ferre ad locum supplicii, Joh. 19, 17. — eadem formula de eo, qui Jesu partes sequitur supplicium crucis non reformidans, et ad id suscipiendum paratus, Matth. 10, 38. 16, 24. (Marc. 8, 34. Luc. 9, 23.) Luc. 14, 27. — προςηλοῦν τῷ σταυρῷ, clavis affigere cruci, metaph., Col. 2, 14. (Christus cruci affixit chirographum, i. e. ut Christus in crucem actus est, ita et chirographum illud in cruce deletum atque discerptum est.) cf. διὰ τοῦ σταυροῦ ἀποκτείνειν ἐν τῷ σώματι τὴν ἔχθραν, per crucem

instrumentum inferendae mortis necare in suo corpore, i. e. simul cum suo corpore, inimicitiam, Eph. 2, 16. — de Jesu in crucem acto: Matth. 27, 40. 42. (Marc. 15, 30. 32.) — ἐπὶ τοῦ στ., Joh. 19, 19. 31. — v. 25. — θάνατος σταυροῦ, Phil. 2, 8. — τὸ αἷμα τοῦ σταυροῦ, sanguis in cruce effusus, Col. 1, 20. — ὑπομένειν σταυρόν, supplicium crucis perferre, Hebr. 12, 2. — **b.**, crux κατ' ἐξοχήν: mors, quam salvator humani generis in cruce perpessus est. — ὁ σταυρός τοῦ Χριστοῦ, 1 Cor. 1, 17. Gal. 6, 12. (ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται, ne crux Christi, Christianorum signum, ipsis pariat vexationes.) — καυχᾶσθαι ἐν τῷ στ. τοῦ Χρ., Gal. 6, 14. — οἱ ἐχθροὶ τοῦ στ. τοῦ Χρ., Phil. 3, 18. — τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ, invidia, quam habet supplicium de Jesu sumtum, Gal. 5, 11. — ὁ λόγος τ. σταυροῦ, 1 Cor. 1, 18. Not.: aliter Jesus sua morte docetur reconciliasse partes dissidentes in terris (Eph. 2, 16.), numina coelestia et homines terrestres, Col. 1, 20. — Hinc verb. seq.

Σταυρόω (ῶ), f. ώσω, cruci affigo, τινά, Marc. 15, 13. 27. Joh. 19, 10. 15. 18. 23. Act. 2, 36. 4, 10. 1 Cor. 2, 8. — suppl. αὐτόν, Matth. 20, 19. — suppl. τινάς, Matth. 23, 34. Joh. 19, 6. — pass., Matth. 26, 2. 27, 22. 23. 38. (Luc. 23, 23.) Joh. 19, 16. 41. 1 Cor. 1, 23. 2, 2. 2 Cor. 13, 4. Apoc. 11, 8. — Gal. 3, 1. (ἐν, Inter.) — adiunct. ὑπέρ τινος, 1 Cor. 1, 13. — metaph., τὴν σάρκα, cruce perimo, Gal. 6, 14. — pass. ἐσταύρωμαί τινι, et ἐσταυρώθη μοί τι, interemtus sum alicui et interemtum mihi aliquid est, ut omne inter nos commercium sublatum sit, Gal. 6, 14.

Σταφυλή, ῆς, ἡ, (a verb. στάζω, quod invaluit pro στάπτω, ut pro νίζω seriores dixerunt νίπτω) uva, Matth. 7, 16. (Luc. 6, 44.) Apoc. 14, 18.

Στάχυς, υος, ὁ, **a.**, spica, Marc. 4, 28. — pl., Matth. 12, 1. (Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.) — οἱ ὁ Gen. 41, 6. 7. — Deut. 23, 25. — Judic. 15, 5. — **b.**, Stachys, nom. proprium viri cuiusdam, Paulo apostolo amici, Rom. 16, 9.

Στέγη, ης, ἡ, (a v. στέγω, tego) tectum, Matth. 8, 8. (Luc. 7, 6. — ap. Graec. conclave, domus, Xen. Occ. 8, 1. Symp. 2, 18. — παρελθεῖν εἰς στέγην τινός, Aelian. V. H. 4, 1. — εἰς τὰς στέγας δέξασθαί τινα, Xen. Exp. Cyr. 5, 5, 20.) Marc. 2, 4.

Στέγω, f. ξω, tego, sustineo, 1 Cor. 9, 12. 13, 7. 1 Thess. 3, 1. 5. (Polyb. 3, 53, 2.)

Στεῖρος, α, ον, (i. q. στέῤῥος, στερεός, unde nostr. starr et lat. sterilis) durus; — ἡ στεῖρα, femina, quae non concipit, sterilis, Luc. 1, 7. 36. 23, 29. Gal. 4, 27. (οἱ ὁ Gen. 11, 30. Ex. 23, 26. al. — Hom. Od. 10, 522.)

Στέλλω, f. στελῶ, (unde nostr. stellen) sisto, statuo, ordino (Hom. Il. 4, 294. 12, 325.). Med. **a.**, στέλλομαι seq. μή (τοῦτο, μή), curo, instituo, ne (Sap. 14, 1.), 2 Cor. 8, 20. (v. de h. l. sub voc. δόξα.) — **b.**, στέλλομαι ἀπό τινος, abstineo (cf. τοὺς ὁ Mal. 2, 5.), 2 Thess. 3, 6.

Στέμμα, τος, τό, (a v. στέφω, redimio, corono, perf. p. ἔστεμμαι) vitta, infula, Act. 14, 13. (Hom. Il. 1, 28. Polyb. 16, 33, 5.)

Στεναγμός, οῦ, ὁ, (a v. στενάζω, perf. p. ἐστέναγμαι) gemitus, suspirium, Act. 7, 34. (οἱ ὁ Ex. 2, 24. Ps. 37, 9. Job. 3, 24.) — pl., Rom. 8, 26.

Στενάζω, f. ξω, (frequentativ. verbi στένω) gemo, ingemisco, Hebr.

13, 17. — c. participio luctus caussam indicante, 2 Cor. 5, 2. 4. — στενάζομεν ἐν ἑαυτοῖς, addito partic., Rom. 8, 23. — precor gemens, Marc. 7, 34. — στενάζειν κατά τινος, Jac. 5, 9.

Στενός, ή, όν, angustus, arctus, πύλη, Matth. 7, 13. (oppon. πλατεῖα) v. 14. (Luc. 13, 24.)

Στενοχωρέω (ῶ), (a parasynth. στενόχωρος ex στενός et χῶρος, spatium) arctus sum (οἱ ό Jes. 49, 19.). — Pass. constringor, coarctor, 2 Cor. 4, 8. (undique pressus, sed non ita, ut penitus constringar ac vi agendi privatus sim.) — οἱ ό Jes. 28, 20. — ἔν τινι, dat. pers., constrictus sum, arctum spatium habeo in aliquo s. in alicuius animo, 2 Cor. 6, 12. — ibid. στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, animus vester angustus est (oppon. πλατύνεσθαι, v. 13.).

Στενοχωρία, ας, ή, (ab adi. στενόχωρος) angustia loci (οἱ ό Jes. 8, 22. — Xen. H. G. 1, 3, 7.); — metaph. i. q. θλίψις, angor, calamitas (Deut. 28, 53. Jes. 30, 6.), Rom. 2, 9. 8, 35. — pl., 2 Cor. 6, 4. 12, 10. (Sir. 10, 26. 1 Macc. 2, 53. — Aelian. V. H. 2, 41.)

Στερεός, ά, όν, (v. στεῖρος) rigidus, firmus, θεμέλιος, 2 Tim. 2, 19. — trop. στερεὸς τῇ πίστει (qui est firma fide), 1 Petr. 5, 9. (v. στερεόω) — Aelian. V. H. 5, 8. — στερεὰ γνώμη, Hom. Od. 19, 494. — solidus, τροφή, Hebr. 5, 12. 14. — Hinc verb. seq.

Στερεόω (ῶ), f. ώσω, solidum reddo, confirmo, roboro, τινά, Act. 3, 16. — pass., Act. 3, 7. — ἐστερεοῦντο τῇ πίστει (quod attinet ad; v. στερεός), Act. 16, 5. — Hinc voc. seq.

Στερέωμα, τος, τό, firmamentum (Gen. 1, 6—8. Ez. 1, 22—26. Sir. 43, 1.), firmitas, constantia, Col. 2, 5.

Στεφανᾶς, ᾶ, ό, (i. q. Στέφανος) Stephanas, vir quidam a St. Paulo baptismo initiatus, 1 Cor. 1, 16. 16, 15. 17.

Στέφανος, ου, ό, (a v. στέφω, vid. στέμμα) corona (qua caput cingitur), insigne dignitatis regiae, Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Joh. 19, 2. 5. Apoc. 6, 2. 14, 14. — pl., Apoc. 4, 4. 10. 9, 7. (οἱ ό Esth. 8, 15.) — ornamentum victorum (sertum victoribus in sollennibus certaminibus praemii loco tribui solitum et vel ex oleastro vel ex lauro confectum), 1 Cor. 9, 25. (Aelian. V. H. 9, 31. Xen. Cyr. 8, 5, 4.) cf. 2 Tim. 2, 5. — metaph., felicitas aeterna, quae piis Dei et Jesu cultoribus praemii loco dabitur, 2 Tim. 4, 8. (coll. v. 7.) Apoc. 3, 11. Jac. 1, 12. — metaph., ii, quorum virtutes merita celebrant magistri, Phil. 4, 1. (cf. 3, 12. 14.) — Prov. 12, 4. 17, 6. — genit. materiae: ἀστέρων δώδεκα, Apoc. 12, 1. — ό τῆς δικαιοσύνης στέφανος, aut sertum praemium virtutis, aut sertum iusto iudicio adiudicatum, 2 Tim. 4, 8. — ό — τῆς ζωῆς, i. e. (λήψεται) τὴν ζωὴν ὡς στέφανον, Jac. 1, 12. Apoc. 2, 10. — ό .. τῆς δόξης, sertum gloriosum, 1 Petr. 5, 4. (κομίζεσθαι.) — στέφανος καυχήσεως, sertum, quo gloriari licet, 1 Thess. 2, 19. (οἱ ό Prov. 16, 31.)

Στέφανος, ου, ό, Stephanus, unus e septem diaconis ecclesiae Hierosolymitanae, lapidatus a Judaeis, Act. 6, 5. 8. 9. 7, 59. 8, 2. 11, 19. 22, 20.

Στεφανόω (ῶ), f. ώσω, corono, v. c. certaminis victorem, 2 Tim. 2, 5. (Aelian. V. H. 3, 1. Xen. Ages. 2, 11.) — τινὰ δόξῃ κ. τιμῇ, Hebr. 2, 7. — pass., v. 9. (e Ps. 8, 6.)

Στῆθος, εος (ους), τό, (ab ἵστημι, id quod exstat, prominet) pectus (voc. Homero frequentissimum, οἱ ὁ Dan. 2, 32.), Joh. 13, 25. 21, 20. (v. κόλπος.) — τύπτειν εἰς τὸ στῆθος (de lugentibus, v. κόπτω), Luc. 18, 13. 23, 48. — plur., Apoc. 15, 6.

Στήκω, (a v. ἕστηκα, perf. verbi ἵστημι, verbum Graecis melioris notae incognitum, cf. πεφύγω, πεφύκω) sto, Marc. 11, 25. — emphatice: firmiter sto, persto, persisto, (opp. labo, labasco), 2 Thess. 2, 15. — ἔν τινι dat. pers., ἐν κυρίῳ, in necessitudine, quae (vobis) intercedit cum Domino, Phil. 4, 1. 1 Thess. 3, 8. — dat. actus, ἐν πίστει, 1 Cor. 16, 13. — ἐν ἑνὶ πνεύματι, Phil. 1, 27. — statum teneo (oppon. ζυγῷ ἐνέχομαι.) — τινί (dat. commodi) τῇ ἐλευθερίᾳ, Gal. 5, 1. (state libertatem vestram tuentes.) — erectus sto, trop., i. e. non pecco (opp. labi = peccare) τινί, dat. pers. (dat. commodi), Rom. 14, 4. — Cf. ἵστημι.

Στηριγμός, οῦ, ὁ, (a v. στηρίζω, q. v., perf. p. ἐστήριγμαι) firmitas, firmus status, 2 Petr. 3, 17.

Στηρίζω, f. ίξω, et ίσω, (in codd. 2 Thess. 3, 3., ut Jerem. 17, 5. — στηριῶ, Jerem. 3, 12. 24, 6. Ez. 14, 8. Sir. 6, 37.) aor. 1. ἐστήρισα, perf. p. ἐστήριγμαι (a v. στάω, ἵστημι, cf. στεῤῥός), **a.**, stabilem facio, figo, τί, p. ἐστήρικται (χάσμα), fixum est, Luc. 16, 26. — στηρίζω τὸ πρόςωπον, conversam teneo faciem τοῦ πορευθῆναι εἰς, locutio hebr. Jerem. 21, 10.), eo versus aliquem locum; v. voc. πρόςωπον. — τινὰ ἔν τινι, 2 Thess. 2, 17. — **b.**, fulcio, robur addo, firmum reddo, v. c. membra, trop., Apoc. 3, 2. — confirmo animum alicuius, τινά, Luc. 22, 32. Rom. 16, 25. 1 Thess. 3, 2. 2 Thess. 3, 3. 1 Petr. 5, 10. — pass., Rom. 1, 11. 2 Petr. 1, 12. — τὴν καρδίαν τινός, 1 Thess. 3, 13. Jac. 5, 8.

Στιβάς, άδος, ἡ, (a στείβω, calco, aor. 2. ἔστιβον. Hinc deminut. στιβάδιον) propr. **a.**, stragulum e foliis, arundinibus, mollibus virgultis foliorum plenis, straminibus factum. — **b.**, frons, foliis plena, molle virgultum, Marc. 11, 8. — Xen. Cyr. 5, 2, 7. Polyb. 5, 48, 4.

Στίγμα, τος, τό, (a v. στίζω, pungo) nota inusta (Aelian. V. H. 2, 9. Latini: stigmate notare, stigma imprimere, Sueton. Calig. c. 27. Juvenal. 10, 183.), vulnus inflictum; — τὰ στίγματα, cicatrices vibices, Gal. 6, 17. (cf. 2 Cor. 4, 10.) — οἱ ὁ Cant. 1, 11.

Στιγμή, ῆς, ἡ, (a v. στίζω, v. στίγμα) punctum; — ἐν στιγμῇ χρόνου, momento temporis (Jes. 29, 5. — lat. punctum temporis, Cic. pro Flacco c. 25. Horat. Ep. 2, 2, 172.) Luc. 4, 5.

Στίλβω, splendeo, fulgeo, Marc. 9, 3. (de vestibus, Hom. Il. 18, 596.)

Στοά, ᾶς, ἡ, (a v. ἵστημι) porticus, i. e. locus tectus et columnis instructus, sub quo a tempestate et solis aestu tuti homines stare et ambulare possunt, — στοὰ Σαλομῶντος, porticus a Salomone in parte templi orientali exstructa (1 Reg. 6, 3. — Jos. Ant. 20, 9, 7. Idem eam vocat ἀνατολικὴν eamque fuisse dicit muris quadringentorum cubitorum subnixam atque saxis

47*

quadratis valde candidis constructam, Joh. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12. — pl., Joh. 5, 2. (πέντε στοὰς ἔχουσα, quinque, fortasse iuxta angulos piscinae exstructas.)

Στοιβάς, άδος, ἡ, v. στιβάς.

Στοιχεῖον, ου, τό, (a voc. στοῖχος, ordo, series, — id, quod seriem incipit) elementum, i. e. corpus simplex et individuum, cum quo alia corpora componuntur. — de elementis mundi (Sap. 7, 17.), 2 Petr. 3, 10. 12. (καυσώμενα, mundum olim igne deletum iri etiam Stoicorum fuit opinio, v. Cic. de N. D. 2, 46. Minuc. Felix 34, 2.) — τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, metaph., rudimenta cognitionis imperfecta, quibus imbuitur aetas puerilis; — dicuntur de disciplina legis Mosaicae, cui subsunt ii, qui non adulti et liberi, sed servi sunt et impuberes, Gal. 4, 3. 9. (Lex Mosaica, quae a promissione vitae tantum aberat, ut mortem minari non desisteret, non filios habebat, sed servos.) Col. 2, 8. 20. — τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, initia effatorum Dei s. doctrinae div., Hebr. 5, 12. (oppon. ἡ τελειότης, 5, 1.)

Στοιχέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. στοῖχος, ordo, series) ordine procedo, incedo, c. dat. normae: τοῖς ἴχνεσί τινος, in vestigiis alicuius (alluditur ad iter emigrantis Abrahami, iussu Dei ab eo susceptum), Rom. 4, 12. — vestigia — sequor, πνεύματι, spiritum agendo sequor, Gal. 5, 25. (v. ζάω, p. 356.) — τῷ κανόνι τούτῳ, intra hos limites descriptos, Gal. 6, 16. Phil. 3, 16. — c. participio, Act. 21, 24.

Στολή, ῆς, ἡ, (a v. στέλλω, paro, instruo, perf. 2. ἔστολα) **a.**, apparatus (ap. Graec.) — **b.**, vestis virorum exterior fimbriata, ad pedes usque demissa, qua utebantur reges (Jon. 3, 6.), sacerdotes (3 Esdr. 1, 1. 5, 81.) et homines honoratiores, Marc. 16, 5. Luc. 15, 22. — pl., Marc. 12, 38. Luc. 20, 46. Apoc. 6, 11. 7, 9. 13. 14. (Xen. Cyr. 1, 4, 26.)

Στόμα, τος, τό, **a.**, os, der Mund (hebr. פֶּה), hominum, Matth. 15, 11. 17. Joh. 19, 29. Act. 11, 8. 23, 2. Apoc. 1, 16. 3, 16. 10, 9. 10. 11, 5. 16, 13. 19, 15. 21. — animalium, v. c. piscis, Matth. 17, 27. — equi, Jac. 3, 3. Apoc. 9, 17—19. — serpentis, Apoc. 12, 15. 16. 13, 5. 16, 13. — fauces leonis, 2 Tim. 4, 17. Apoc. 13, 2. — pl., Hebr. 11, 33. — os humanum in phrasibus ad Hebraeorum ingenium conformatis, ubi καρδία (animus) et στόμα distinguuntur, Matth. 12, 34. (Luc. 6, 45.) 15, 8. (ex Jes. 29, 13.) v. 11. 17. 18. Rom. 10, 8. 10. — vel cum verbis et oratione simul commemoratur os, instrumentum sermonis, Matth. 21, 16. (e Ps. 8, 3.) et verba dicuntur exire ἐκ τοῦ στόματος, Matth. 4, 4. (e Deut. 8, 3.) Luc. 4, 22. Col. 3, 8. Jac. 3, 10. — cf. Judae v. 16. Eph. 4, 29. — vel ubi is, qui loquuturus est, dicitur ἀνοίγειν τὸ στόμα, (scil. ἑαυτοῦ), Matth. 5, 2. 13, 35. Act. 8, 32. (Jes. 53, 7.) v. 35. 10, 34. 18, 14. 2 Cor. 6, 11. (ἀνέῳγε, se aperuit.) Eph. 6, 19. (ἡ ἄνοιξις τοῦ στ.) — aut is, qui alicui loquelam restituit, dicitur ἀνοίγειν τὸ στ. τινός, Luc. 1, 64. — cf. Rom. 3, 14. 15, 6. — adde: στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 14. — de Deo: loqui διὰ τοῦ στόματός τινος, Luc. 1, 70. Act. 1, 16. 3, 18. 21. 4, 25. — audivisse aliquid διὰ στόματός τ., Act. 15, 7. — vel ἀπὸ τοῦ στ. τ. (id quod ille modo dixit, vom — weg), Luc. 22, 71. — vel ἐκ τ. στ., Act. 22, 14. — θηρεῦσαί τι ἐκ τ. στ. τ., Luc. 11, 54. —

τὸ πνεῦμα τοῦ στ., 2 Thess. 2, 8. (Ps. 32, 6. cf. Jes. 11, 4.) — ἡ ῥομφαία τοῦ στ., Apoc. 2, 16. — δόλος ἐν τῷ στ., 1 Petr. 2, 22. et Apoc. 14, 5. (e Jes. 53, 9.) — ex hebr. porro dic. στόμα de enuntiatis, Matth. 18, 16. et 2 Cor. 13, 1. (cf. Num. 35, 30. Deut. 19, 15.) Luc. 19, 22. (Cohel. 8, 2.) — διδόναι τινὶ στόμα (i. q. παῤῥησίαν), Luc. 21, 15. — στόμα pro eo, qui loqui coepit aut locuturus est, Rom. 3, 19. (Ps. 106, 42. cf. πᾶν γόνυ et πᾶσα γλῶσσα, Phil. 2, 10. 11. e Jes. 45, 23.) — metaph. terra dic. aperire os suum et καταπίνειν τι, Apoc. 12, 16. (Num. 16, 30. 26, 10.)

b., acies, quia os mordet, consumit, secat, στόμα μαχαίρας, acies gladii (hebr. פִּי־חֶרֶב, Judic. 18, 27. 2 Sam. 15, 14.), Luc. 21, 24. Hebr. 11, 34. (στόμα, acies, Hom. Il. 15, 389. — δίστομος, anceps, Prov. 5, 4. — Cf. ὁδοὶ δίστομοι ap. Sophocl. et hebr. אָכַל de gladio dict. 2 Sam. 2, 26. 11, 25.)

Στόμαχος, ου, ὁ, (a στόμα, ostium, ap. Hom. guttur, Il. 3, 292. 17, 47.) stomachus, ventriculus, 1 Tim. 5, 23.

Στρατεία, ας, ἡ, (cohaeret. c. στρατεύω, utrumque a στρατός, στρώννυμι) **a.**, expeditio, militia. — **b.**, pugna, 1 Tim. 1, 18. 2 Cor. 10, 4. (τὰ ὅπλα τῆς στρατ.)

Στράτευμα, τος, τό, (a v. στρατεύω) **1.**, exercitus, pl., Matth. 22, 7. Apoc. 9, 16. 19, 14. 19. — **2.**, manus militum, Act. 23, 10. 27. — satellitium, satellites, pl., Luc. 23, 11.

Στρατεύω, (a voc. στρατός, castra; radix: στράω) stipendia facio, expeditionem facio, Xen. H. G. 1, 2, 15. — Med. **a.**, castra sequor, milito, 1 Cor. 9, 7. — ὁ στρατευόμενος, qui militat tempore belli, 2 Tim. 2, 4. — pl., Luc. 3, 14. — **b.**, pugno, 2 Cor. 10, 3. (de apostolo contra τὰ ὀχυρώματα adversariorum pugnante) Jac. 4, 1. — τὴν καλὴν στρατείαν, 1 Tim. 1, 18. (de addito accus. nominis verbi cognati v. sub v. ἀγωνίζομαι, βαπτίζομαι, διατίθημι, μαρτυρία, ὁμολογία.)

Στρατηγός, οῦ, ὁ, (ex στρατός et ἄγω, duco, cf. ὁδηγός) **a.**, dux exercitus (Xen. Mem. 3, 1, 2. H. G. 1, 1, 22.) — **b.**, praetor, praefectus civium (nomen duumvirorum, s. summi magistratus municipiorum et coloniarum, penes quos erat iuris dicendi potestas in caussis levioribus. Nam olim ap. Romanos magistratus summi civiles etiam duces belli erant) pl., Act. 16, 20. 22. 35. 36. 38. — **c.**, στρατ. τοῦ ἱεροῦ, templi (levitarum et sacerdotum in templo et circa templum excubias agentium, 2 Reg. 12, 10. 25, 18.) praefectus (Neh. 2, 16. 3, 11. 4, 14. Jerem. 20, 1.), Act. 4, 1. 5, 24. — pl., Luc. 22, 52. — ὁ στρ. simpliciter, pl., Act. 5, 26. Luc. 22, 4. (Jos. Ant. 20, 6, 2.)

Στρατιά, ᾶς, ἡ, (cf. nomina sub λαλιά commemorata) **a.**, exercitus (i. e. militum multitudo, quae unius ducis imperio paret, hebr. צָבָא, Jud. 8, 6. 2 Sam. 3, 23.) Xen. H. G. 1, 2, 6. — metaph., ἡ οὐράνιος στρατιά s. ἡ — τοῦ οὐρανοῦ vel angelorum Dei thronum stipantium copiae (1 Reg. 22, 19. 2 Chron. 18, 18. Neh. 9, 6.), Luc. 2, 13. — vel sidera coelestia (quasi in acie collocata), Act. 7, 42. (2 Chron. 33, 3. Jerem. 8, 2. 19, 13. Soph. 1, 5. v. δύναμις cf. Jerem. 33, 22.)

Στρατιώτης, ου, ὁ, (a voc. στρατιός, cf. ἡλιώτης, ἑστιώτης, χλοιώτης) miles (gregarius), Act. 10, 7. 28, 16. — pl., Matth. 8, 9. (Luc. 7, 8.) 27, 27. (Marc. 15, 16. Joh. 19, 2.) 28, 12. Luc. 23, 36. Act. 12, 4. al. (Xen. H. G. 1, 1, 27.) — metaph., στρατ. Ἰησοῦ Χρ., qui pro Christo militat, 2 Tim. 2, 3.

Στρατολογέω (ῶ), f. ήσω, (a parasynth. στρατολόγος ex στρατός et λέγω) exercitum lego (colligo), milites conscribo (Jos. Ant. 18, 3, 5.), 2 Tim. 2, 4.

Στρατοπεδάρχης, ου, ὁ, (ex στρατόπεδον et ἄρχω) praefectus castrorum et exercitus; — praefectus praetorio s. cohortibus praetorianis, i. e. custodiae corporis imperatoris, quae extra Romam non longe a via Nomentana castra sua habebant, Act. 28, 16. (Jos. Ant. 18, 6, 6.)

Στρατόπεδον, ου, τό, (ex στρατός et πέδον, campus) castra (locus circumclusus, ubi in expeditione exercitus habetur et in tentoriis permanet), Xen. H. G. 1, 3, 7. — pl. κυκλοῦσθαι ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, Luc. 21, 20. (cf. Marc. 13, 14. Luc. 19, 43.)

Στρεβλόω (ῶ), f. ώσω, (ab adi. στρεβλός, tortuosus, unde et fem. στρέβλη, instrumentum torturae, Polyb. 18, 37, 7.) tormentis crucio (Polyb. 2, 59, 1.) distorqueo, τί, metaph. dicta et scripta: in alienum sensum detorqueo, 2 Petr. 3, 16. (οἱ ὁ 2 Sam. 22, 27. cf. Ps. 17, 27.)

Στρέφω, f. ψω, activ., verto, converto, **a.**, intransit. me verto, alicui tergum obverto (cf. ὑποστρέφω), Act. 7, 42. (not. h. l. verb. παρέδωκε, i. e. sivit.) — **b.**, transit. τί τινι, obverto alicui aliquid, Matth. 5, 39. — — τὶ εἴς τι, converto, muto aliquid in aliquid, Apoc. 11, 6. i. q. μεταστρέφω. — pass., aor. 2. ἐστράφην signif. med., absol., partic. στραφείς, c. verbo finito: inverso corpore, Matth. 7, 6. 16, 23. Luc. 7, 9. 9, 55. 14, 25. 22, 61. Joh. 1, 38. 20, 16. — ἐστράφην, reversus sum (ex ea via, quam ingressus eram, metaph., de revocando e pueritia animi candore), Matth. 18, 3. — constr. στραφῆναι πρός τινα, conversum esse, se convertisse ad —, Luc. 7, 44. 10, 23. 23, 28. — εἰς τὰ ὀπίσω (se vertisse retro), Joh. 20, 14. — εἰς τόπον τινά, Act. 7, 39. (addit. ταῖς καρδίαις.) — εἰς τὰ ἔθνη (unter), Act. 13, 46.

Στρηνιάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. στρῆνος, q. v.) **a.**, turgesco (nimio vigore). — **b.**, i. q. τρυφάω, ὑβρίζω, luxurior, Apoc. 18, 7. 9.

Στρῆνος, εος (ους), τό, (unde στρηνής, lat. strenuus) nimia vis, quae prorumpere gestit, — luxuria, luxus, Apoc. 18, 3.

Στρουθίον, ίου, τό, (deminut. nominis στρουθός) avicula, avis minor e genere passerum, Matth. 10, 29. 31. Luc. 12, 6. 7. — οἱ ὁ Cohel. 12, 4. Ps. 10, 1. 83, 3.

Στρωννύω s. στρώννυμι, f. ώσω, (a στρόω, cf. ζώννυμι, f. ζώσω — στρόω vero ab obsol. στόρω, unde στόρνυμι, cf. lat. sterno, et στορέω, στορέννυμι, ut σβέννυμι a σβέω) sterno, **a.**, τί, ἔν τινι (τόπῳ), Matth. 21, 8. Marc. 11, 8. — ad h. l. cf. 2 Reg. 9, 13. — **b.**, lectum sterno, τινί, Act. 9, 34. — **c.**, lectis sterno, mit Polstern belegen, τί; — τὸ ἀνώγαιον, pass., Marc. 14, 15. Luc. 22, 12.

Στυγητός, ή, όν, (a v. στυγέω, horreo, aversor aliquid, et hoc a

στύξ, στυγός) metutus, invisus, abominandus, Tit. 3, 3. (Phil. in libr. de decalogo adulterium dicit στυγητὸν κ. θεομισητὸν πρᾶγμα.)

Στυγνάζω, f. άσω, (a voc. στυγνός, tristis, gravis) tristis sum, tristis fio, ἐπί τινι, Marc. 10, 22. (Xen. Anab. 2, 6, 6. — ἐπί τινα, οἱ ὁ Ez. 27, 35.) — metaph., de coelo nubibus obscurato, Matth. 16, 3. (στυγνότης, de coeli tristitia, Polyb. 4, 21, 1.)

Στύλος, ου, ὁ, (i. q. ἡ στήλη) columna, Apoc. 3, 12. — στύλοι πυρός, columnae igneae (v. πῦρ), Apoc. 10, 1. — metaph., στύλοι (scil. τῆς ἐκκλησίας cum templo comparandae), Apoc. 3, 12. (1 Cor. 3, 16.), columina, Gal. 2, 9. — στύλος, fulcrum, τῆς ἀληθείας, 1 Tim. 3, 15. (iunct. c. ἑδραίωμα.)

Στωϊκός, ή, όν, Stoicus, i. e. qui sectam philosophorum a τῇ στοᾷ Atheniensi appellatorum (Zenonis eiusque successorum) profitetur, Act. 17, 18.

Συνίστημι, s. συνιστάνω (2 Cor. 3, 1. 5, 12. 10, 12.), s. συνιστάω (2 Cor. 4, 2. 6, 4. 10, 18.), v. καθίστημι, **a.**, una colloco; in temporibus intransitivae signific.: adsto alicui, συνεστὼς τινι, Luc. 9, 32. — **b.**, compono; in temporibus intrans. signif. (perf.): consto, consisto, ἔν τινι, Col. 1, 17. (τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, omnia ipso continentur, in ipso subsistunt, alles hat in ihm Bestand.) — ἔκ τινος: συνεστὼς ἐκ, coagulatus, 2 Petr. 3, 5. — **c.**, sisto aliquem, praesto, conspicuum reddo (facio), Rom. 3, 5. 5, 8. — συνίστημι ἐμαυτόν seq. accus. praedic., Gal. 2, 18. — partic. συνιστῶντες ἑαυτούς, 2 Cor. 4, 2. — ὡς c. acc., 2 Cor. 6, 4. — συνίστημι ἐμαυτὸν εἶναί τι, 2 Cor. 7, 11. — τινί τινα (vel τί, Xen. Mem. 1, 6, 14.), commendo alicui aliquem, Rom. 16, 1. 2 Cor. 5, 12. (συνιστάνομεν.) — absque dat., 2 Cor. 3, 1. (συνιστάνειν) 10, 12. (τῶν συνιστανόντων) v. 18. (ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν) — pass. συνίσταμαι, commendor, ὑπό τινος, 2 Cor. 12, 11.

Συνοδεύω, f. εύσω, (ex σύν et ὁδεύω) — τινί, una cum aliquo iter facio, Act. 9, 7. (Herodian. 4, 7, 11.)

Συνοδία, ας, ἡ, (a συνοδεύω) comitatus, meton. (v. πρεσβεία, συγγένεια), itineris socii, Luc. 2, 44. (Strab. 4. p. 314.)

Συνοικέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et οἰκέω) simul cum aliis habito, vel sensu transit. vel intrans.; — τινί, cohabito, vivo cum aliquo, οἱ ἄνδρες συνοικοῦντες (scil. ταῖς γυναιξί), 1 Petr. 3, 7. (κατὰ γνῶσιν, ita ut homines ratione praeditos decet; — de mulieribus: συνοικεῖν ἀνδράσιν, Aelian. V. H. 4, 1. — haec phrasis interdum ad concubitum refertur, ut ap. Xen. de republ., Lac. 1, 8. Jos. Ant. 8, 7, 5. al.; in Petrino loco sensu latiori dicitur. Monet enim apostolus maritos, ne uxoribus ad intemperatam libidinem abutantur.)

Συνοικοδομέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et οἰκοδομέω) **a.**, una aedifico. — **b.**, aedificando compono, construo (zusammenbauen), pass., Eph. 2, 22. (in quo scil. lapide angulari vos constructi estis habitaculum Dei spiritu occupandum.)

Συνομιλέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et ὁμιλέω, q. v.) colloquor, τινί, cum aliquo, Act. 10, 27.

Συνομορέω (ῶ), f. ήσω, (a συνόμορος, confinis, et hoc ex σύν et ὅμορος, quod ipsum compositum ex ὁμός et ὅρος, terminus) confinis, conterminus sum, τινί, alicui, Act. 18, 7.

Συνοχή, ῆς, ἡ, (a v. συνέχω, q. v.) coarctatio, constrictio; — angustiae, Hom. Il. 23, 330. — συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, inclusio gentium, e qua nullum patet effugium, Luc. 21, 25. (cf. 19, 43.) — trop., συνοχὴ καρδίας, angor animi, 2 Cor. 2, 4.

Συντάσσω, ττω, f. ξω, (ex σύν et τάσσω) **a.**, (in ordine) colloco, ordino, compono (unde σύνταγμα, quod et exercitum significat.). — **b.**, (σύν, ut lat. *con* in verbo) constituo, ordino, τινί, praescribo, praecipio alicui (dic.

de medicis συντάσσειν φάρμακον, Aelian. V. H. 9, 13.), Matth. 26, 19. 27, 10. (Ex. 1, 17. 12, 35. al.)

Συντέλεια, ας, ἡ, (ab adi. συντελής) consummatio, τοῦ αἰῶνος, Matth. 13, 39. 24, 3. 28, 20. — τοῦ αἰῶνος τούτου, 13, 40. — τῶν αἰώνων, Hebr. 9, 26. (οἱ ὁ Deut. 11, 12. Jerem. 4, 27. — Dan. 12, 4.)

Συντελέω (ῶ), f. έσω, (ex σύν et τελέω) **a.**, absolvo, ad finem produco, τί; — τοὺς λόγους, Matth. 7, 28. — τὸν πειρασμόν, Luc. 4, 13. — ἡμέρας, pass., Luc. 4, 2. Act. 21, 27. (οἱ ὁ Job. 1, 5.) — **b.**, perficio, perago (zur Vollendung, zur völligen Ausführung bringen), Marc. 13, 4. (cf. v. 7. οὔπω τὸ τέλος.) — **c.**, eventu comprobo, ratum facio, Rom. 9, 28. (λόγον, minas, cf. Thren. 2, 17. Ruth. 3, 18.) — **d.**, conficio, συντελῶ διαθήκην, Hebr. 8, 8. (Jerem. 34, 8. 15.)

Συντέμνω, f. -τεμῶ, perf. -τέτμηκα, (ex σύν et τέμνω) concido; — λόγον (ex hebr. חָרַץ, secuit, definivit, s. decrevit, 1 Reg. 20, 40. Dan. 9, 26.), decerno, Rom. 9, 27—29. (ex Jes. 10, 22. 23. „vastatio decreta est." aliter οἱ ὁ — scil. ut h. l. v. 28. legitur, rem decreto constitutam Deus perficiet.)

Συντηρέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et τηρέω, a voc. τηρός, servato tantum in Aeschylo Supplic. v. 263. custodiens) conservo, **a.**, propr., τινά, Marc. 6, 20. (servabat eum tutum ab insidiis Herodias.) — pass., Matth. 9, 17. Luc. 5, 38. — **b.**, metaph., ἐν τῇ καρδίᾳ, recondo, repono mente, Luc. 2, 19. (cf. Dan. 7, 28.)

Συντίθημι, f. -θήσω, (ex σύν et τίθημι) simul s. una colloco, compono; pass., componor, συνετέθειντο (plusqperf.), convenerat inter eos, seq. ἵνα, Joh. 9, 22. (al. codd. συνετέθεντο, συνέθεντο.) — med. συνέθεντο (unde τὸ ξύνθημα, Verabredung, Xen. H. G. 2, 1, 2.), conspirarunt inter se (cf. lat. ex composito), seq. τοῦ et inf., Act. 23, 20. 24, 9. — spoponderunt, inf., Luc. 22, 5. (Xen. Anab. 4, 2, 1.)

Συντόμως, adv., (a συντέμνω) concise, i. e. breviter, paucis (v. c. γράψαι, Jos. contr. Apion. 1, 1. et ibid. 6. διδάσκειν); — ἀκοῦσαί τινος, Act. 24, 4.

Συντρέχω, aor. 2. συνέδραμον, (ex σύν et τρέχω) concurro, confluo, ἐκεῖ, Marc. 6, 33. — πρός τινα, Act. 3, 11. — εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν (eos offendit), quod vos non confluatis, scil. cum ipsis, in eandem colluviem luxuriei, 1 Petr. 4, 4.

Συντρίβω, f. ψω, (ex σύν et τρίβω, tero) **a.**, confringo, frango, κάλαμον, Matth. 12, 20. (Jes. 42, 3.) — τὰς πέδας, Marc. 5, 4. (cf. Levit. 26, 13.) — τὸ ἀλάβαστρον, 14, 3. — ὀστοῦν, Joh. 19, 36. (Ex. 12, 46. Ps. 33, 20.) — τὰ σκεύη, Apoc. 2, 27. — trop., οἱ συντετριμμένοι τὴν καρδίαν (i. e. οἱ ἔχοντες τὴν καρδίαν συντετριμμένην), Luc. 4, 18. (Jes. 57, 15.) — **b.**, convello, Luc. 9, 39. — constr. praegnans: συντρίβω τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας, i. e. pedibus subiectum conculco, Rom. 16, 20. (οἱ ὁ Ex. 15, 7. — Jos. 10, 10. 1 Reg. 20, 37. Joël. 2, 6.)

Σύντριμμα, τος, τό, (a v. συντρίβω, perf. p.) id quod fractum,

contritum est, contritio; metaph., pernicies, interitus, Rom. 3, 16. (ex Jes. 22, 4. 59, 7. 60, 18.)

Σύντροφος, ου, ὁ, ἡ, (ex σύν et τρέφω) **α.**, una nutritus cum altero, Xen. Mem. 2, 3, 4. — i. e. aut collactaneus, ut habet versio Vulg. aut una cum aliquo educatus, sodalis, Act. 13, 1. (σύντροφος Herodis, ut Proteas erat Alexandri M. σύντροφος, Aelian. V. H. 12, 26. — cf. 1 Macc. 1, 6. 2 Macc. 9, 29. — Diod. Sic. 1, 53. — Solebant homines nobiliores ac ditiores filiis suis alios adiungere pueros, institutionis ac ludorum socios, v. Plutarch. de pueror. educ. c. 6.)

Συντυγχάνω, aor. 2. συνέτυχον, (ex σύν et τυγχάνω) — τινί (Xen. Mem. 2, 3, 16. Herodian. 2, 14, 12.), convenio cum aliquo, Luc. 8, 19.

Συντύχη, ης, ἡ, (nom. graec.) Syntyche, mulier quaedam in coetu Christianorum Philippensium, Phil. 4, 2.

Συνυποκρίνομαι, aor. 1. pass. συνυπεκρίθην, (verb. dep. med. ex σύν et ὑποκρίνομαι, quod propr. dic. de histrionibus, aliquam personam agentibus) una (cum aliquo) simulo (Polyb. 3, 52, 6. 3, 92, 5.); συνυπεκρίθησαν αὐτῷ, signif. med., Gal. 2, 13.

Συνυπουργέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et ὑπουργέω, ministro, compos. ex ὑπό et ἔργον) una operam confero, adiuvo, τινί, aliqua re, 2 Cor. 1, 11.

Συνωδίνω, f. νῶ, (ex σύν et ὠδίνω) doleo ut parturiens, Rom. 8, 22. (verbum h. l. dictum de natura, de κτίσει, formas progignere perfectiores gestiente; σύν cf. συλλυποῦμαι.)

Συνωμοσία, ας, ἡ, (a συνόμνυμι, coniuro, unde συνώμοτος et συνωμόσιος) coniuratio, conspiratio (Aelian. V. H. 14, 22. Thuc. 6, 60.) — ποιεῖν συνωμ., Act. 23, 13.

Συρακοῦσαι et **Συράκουσαι**, ῶν, αἱ, Syracusae, urbs maritima Siciliae, sub Pachyno monte sita, portu instructa atque amplissima (quae Strabone auctore lib. 6. ex quinque aliis urbibus coaluit et muro 180 stadiis s. quatuor milliaribus germanicis longo inclusa fuit. Pind. Pyth. 2, 1. μεγαλοπόλιες Συράκοσαι), Act. 28, 12.

Συραφοινίκισσα — Marc. 7, 26. — v. Συροφοίνισσα.

Συρία, ας, ἡ, regio amplissima Asiae maioris, quam ab oriente Euphrates et Tigris, a meridie Phoenicia et Galilaea, ab occasu mare mediterraneum, a septentrione Cilicia et Armenia minor terminabant, Jos. Ant. 13, 16, 4. Exilii Babylonici tempore regibus Babyloniorum, tum Persarum regibus paruit; Romanorum imperio subiecta a proconsulibus administrabatur et primum quidem adiuncta ipsi Palaestina, tum vero sola, Matth. 4, 24. Luc. 2, 2. Act. 15, 23. 41. 18, 18. 20, 3. 21, 3. Gal. 1, 21.

Σύρος, α, ον, Syriacus; — ὁ **Σύρος**, Syrus, i. e. e Syria oriundus s. incola Syriae, Luc. 4, 27. (cf. 2 Reg. 5, 1 seq.)

Συροφοίνισσα, ης, ἡ, (femin. nominis gentil. Συροφοίνιξ, cf. Κίλιξ, Κίλισσα, Θρᾷξ, Θρῇσσα, ἄναξ, ἄνασσα) Syrophoenissa (s. oriunda ex Syrophoenicia, i. e. e Phoenicia, quae est [erat] pars Syriae. Σύρο praefigitur distinctionis caussa; nam erant etiam Λιβυφοίνικες), Marc. 7, 26. (Matth. 15, 22. Χαναναία.) — Pro Συροφοίνισσα ap. Marc., al. codd. exhibent Συροφοινίκισσα,

quasi esset e duarum formarum extremitatibus: φοινικίς [cf. φυλακίς, κολακίς, Αἰθιοπίς] et φοίνισσα, compositum.)

Σύρτις, ιος, s. εως, ἡ, Syrtis, i. e. locus maris vadosus et arenosus ideoque navibus exitiosus (ut prae caeteris Syrtes Libyae in littore Africae), Act. 27, 17.

Σύρω, f. ρῶ, traho, τί, Joh. 21, 8. Apoc. 12, 4. (οἱ ὁ 2 Sam. 17, 13.) — τινά, aliquem (ad iudicem, in vincula, ad supplicium; εἰς τὸ δεσμοτήριον, Arrian. Epict. 1, 29.), Act. 8, 3. — ἔξω τῆς πόλεως, Act. 14, 19. — ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, Act. 17, 6.

Συσπαράσσω, s. ττω, f. ξω, (ex σύν et σπαράσσω, s. ττω) convello, contorqueo, τινά, Luc. 9, 42.

Σύσσημος, ὁ, ἡ, ον, τό, (vocab. ab Atticor. sermone prorsus alienum legitur apud solos Alexandr., Judic. 20, 38. 40. Jes. 5, 26. et ap. Strab. 6. p. 428. Diod. Sic. 1, 70. — ex σύν et σῆμα) una signo notatus; — τὸ σύσσ., subst., signum, quod e composito datur, tessera, Marc. 14, 44.

Σύσσωμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex σύν et σῶμα) ad idem corpus (i. e. metaph., ad eandem ecclesiam) pertinens, Eph. 3, 6.

Συστασιαστής, οῦ, ὁ, (a συστασιάζω, una seditionem moveo) socius seditionis, Marc. 15, 7.

Συστατικός, ἡ, όν, (a συνίστημι, q. v.) commendaticius, 2 Cor. 3, 1. (Arrian. diss. Epict. 2, 3. γράμματα συστατικά. Diog. Laërt. 5, 18.)

Συσταυρόω (ῶ), f. ώσω, (ex σύν et σταυρόω) una crucifigo (in crucem ago), τινά τινι, Matth. 27, 44. Marc. 15, 32. Joh. 19, 32. — metaph., Χριστῷ, pass., una cum Christo cruci affigor, i. e. vivere desino, Rom. 6, 6. (ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, i. e. τὸ σῶμα αὐτοῦ κατηργήθη) Gal. 2, 19. (ex quo in Christi morte fiduciam meam posui, legi addictus vivere desii, quasi in cruce cum Christo vitam finivissem.)

Συστέλλω, f. ελῶ, (ex σύν et στέλλω) compono, **a.**, contraho (v. c. vela, τὴν χεῖρα, Sir. 4, 31. — 1 Macc. 3, 6.); — pass., ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν, tempus in breve contractum est, 1 Cor. 7, 29. — **b.**, convolvo, fasciis et linteis obvolvo corpus mortuum (funus paro), Act. 5, 6. (in usu etiam est περιστέλλειν, Ez. 29, 5. — Herodot. 2, 90. Diod Sic. 19, 11. et ap. Josephum.) v. συγκομίζω.

Συστενάζω, f. άσω, (ex σύν et στενάζω) gemisco, (v. συνωδίνω) Rom. 8, 22. (σύν, i. e. cum hominibus.)

Συστοιχέω (ῶ), f. ήσω, (ex σύν et στοιχέω) una eodem ordine procedo, (dic. de militibus, de arborum sibi ex adverso positarum seriebus, hinc:) respondeo (conjunctus sum cum aliquo per similitudinem. Th. Aq.; ita e nonnullorum interprett. sententia, Gal. 4, 25. — Si δουλεύει cum Ἄγαρ iungendum est, τὸ συστοιχεῖν de situ non intelligi non potest.)

Συστρατιώτης, ου, ὁ, (ex σύν et στρατιώτης) commilito (Xen. Anab. 1, 2, 26.), laborum et pugnarum socius, Phil. 2, 25. Philem. v. 2.

Συστρέφω, f. ψω, (ex σύν et στρέφω) contorqueo, colligo (colligare), τί, Act. 28, 3. — Hinc voc. seq.

Συστροφή, ῆς, ἡ, **a.**, colligatum, convolutum; — συστροφὴ μελισσῶν,

Jud. 14, 8. — **b.**, (ut hebr. קֶשֶׁר, 2 Reg. 15, 15.) coniuratio, Act. 23, 12. — **c.**, turba, Act. 19, 40.

Συσχηματίζω, f. *ίσω*, (ex *σύν* et *σχηματίζω*, formo, v. *σχῆμα*) conformo; pass. *τινί*, eadem forma induor, me conformo ad (metaph., me conformo ad mores alicuius), Rom. 12, 2. (*συσχηματίζεσθαι πρός τ.*, Plutarch. vit. Num. c. 20.) 1 Petr. 1, 14.

Συχάρ, *ἡ*, (et ex al. script. *Σιχάρ*) urbs, proprie *Συχέμ* (q. v.) dicta, Job. 4, 5. (Nomen Sychar neque ap. *τοὺς ό*, neque ap. Josephum occurrit. Putant interpretes, hanc nominis formam contumeliae caussa effictam esse aut ex nomine [cf. Hab. 2, 18.] שֶׁקֶר, mendacium, ut urbs notaretur idololatrica, aut ad nomen שִׁכֹּר, ebriosus, ut appellaretur urbs *μωρῶν* cf. Sir. 50, 26. [Ies. 28, 1.] ubi Sychemitae per ludibrium dicuntur *λαὸς μωρός*, nomine luci מוֹרֶה, Gen. 12, 6. ad paronomasiam inverso, aut Sychar est = סוֹכַר, i. e. caverna sepulcralis sc. Josephi [Jos. 24, 32.] sive Patriarcharum [Act. 7, 16.].)

Συχέμ, *ἡ*, (Gen. 12, 6. 37, 12. — Jos. Ant. 1, 21. etiam *Σίκιμα*, *ίμων*, ap. *τοὺς ό* et ap. Joseph.) urbs Samaritica, sita in tribu Ephraim (1 Reg. 12, 25.) ad radices montis Garizim (Jos. Ant. 2, 8, 6. 5, 7, 2.) et ad lucum Moreh, Gen. 12, 6. antiquissima, quam ab Abimelecho devastatam Jerobeamus restituit et regni sedem fecit (1 Reg. 12, 25.). Tempore Alexandri M. ea fuit Samaritanorum metropolis, postea vero, cum Samaria in eius locum successisset, paullatim collapsa est. Bello penitus destructam eam renovavit Vespasianus. Ex eo tempore Flavia Neapolis dicta est; unde nomen, quod hodie gerit, Naplus. Commemoratur, Act. 7, 16.

Σφαγή, *ῆς*, *ἡ*, (a v. *σφάζω*, perf. 2. *ἔσφαγα*) mactatio, iugulatio, Act. 8, 32. (e Jes. 53, 7.) Rom. 8, 36. (*πρόβατα σφαγῆς*, oves mactationi destinatae, cf. Zach. 11, 4. Ps. 43, 23.) Jac. 5, 5. (*ἡμέρα σφαγῆς*, Jerem. 12, 3.) — Hinc vox seq.

Σφάγιος, *ία*, *ιον*, — *ἡ σφαγία* scil. *ἡμέρα*, dies immolationis; — *τὸ σφάγιον* (cf. *προσφάγιον*), quod mactationi destinatum est (animal, Herodot. 9, 61. Polyb. 4, 17, 11.) hostia, Act. 7, 42. (Amos. 5, 25.)

Σφάζω, s. *σφάττω*, s. *σσω*, f. *ξω*, macto, iugulo, trucido **a.**, *τί*, pecudes, Apoc. 5, 6. 12. 13, 8. (verba: *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* iungenda sunt cum *γέγραπται*, cf. 17, 8. — **b.**, *τινά*, hominem violento modo neco, occido, 1 Joh. 3, 12. Apoc. 5, 9. 6, 4. 9. 18, 24. (Gen. 22, 10. 2 Reg. 10, 7. Jes. 57, 5. 1 Macc. 1, 2. — Herodot. 5, 5. Xen. Cyr. 7, 3, 14.) — *κεφαλὴ ἐσφαγμένη εἰς θάνατον*, caput letaliter vulneratum, Apoc. 13, 3.

Σφόδρα, adv., (neutr. plur., cf. *πυκνά*, a *σφοδρός*, acer, vehemens, Ex. 10, 19. cognat. voci *σπουδή*, unde *σφοδρύνω*) vehementer, valde, **a.**, c. adiect., Matth. 2, 10 Marc. 16, 4. Luc. 18, 23. Apoc. 16, 21. — **b.**, c. verbis, Matth. 17, 6. 23. 18, 31. 19, 25. 26, 22. 27, 54. Act. 6, 7. — Hinc voc. seq.

Σφοδρῶς, adv., vehementer, acriter, Act. 27, 18.

Σφραγίζω, f. *ίσω*, (a voc. *σφραγίς*, sigillum) signo, obsigno, *τί*, vel ad muniendum aliquid, Matth. 27, 66. — *ἐπάνω τινός*, Apoc. 20, 3. (*αὐτοῦ*

scil. τοῦ δράκοντος) Hist. Dracon. v. 14. — trop., abscondo (Deut. 32, 34.), claudo, silentio premo, Apoc. 10, 4. 22, 10. — vel ad notandum aliquid signo; pass., Apoc. 7, 5—8. — τινὰ ἐπὶ τοῦ μετώπου, Apoc. 7, 3. — vel ad confirmandum aliquid; (sigillo impresso) confirmo, τινά, confirmationem addo alicui, Joh. 6, 27. — Med. τινά, alicui sigillum imprimo, (quo promissiones ei factae confirmentur) 2 Cor. 1, 22. — τινί τι, obsigno alicui aliquid, quod ei tradatur, Rom. 15, 28. — σφραγίζω ὅτι, Joh. 3, 33. — pass., confirmor, τῷ πνεύματι ἁγίῳ, i. e. spiritu sancto instructi estis quasi sigillo, quo promissio felicitatis aeternae confirmetur, Eph. 1, 13. — ἐν τῷ πνεύματι (pro dat. simplici), Eph. 4, 30. (quod vobis veluti sigillum impressum est ad spem vestram confirmandam.)

Σφραγίς, ῖδος, ἡ, (ion. σφρηγίς. Cognatum videtur verbo φράσσω s. φράγνυμι, unde φραγμός, φράγμα. cf. φράζω, quasi σφράζω) *sigillum*, i. e. *a.*, annulus, quo aliquid obsignatur (1 Reg. 21, 8.), Apoc. 7, 2. — sigillum, quod libris imponitur, pl., Apoc. 5, 1. — λῦσαι τὰς σφρ., v. 2. 5. — ἀνοῖξαι, v. 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. — *b.*, nota sigillo impressa, Apoc. 9, 4. — inscriptio impressa, 2 Tim. 2, 19. (cf. Ex. 39, 30.) — *c.*, id, quo confirmatur s. comprobatur aliquid tamquam sigillo (documentum), Rom. 4, 11. 1 Cor. 9, 2.

Σφράσσω, f. ξω — 2 Cor. 11, 10. (σφραγήσεται) — v. Φράσσω.

Σφυρόν, οῦ, τό, malleolus pedis, tali (quippe qui formam malleoli habent), Act. 3, 7. (Xen. H. G. 7, 1, 27. Hom. Il. 4, 147. 518.)

Σχεδόν, adv., (ab ἔχω, ἔσχον, σχέω, cf. ἀνασταδόν, stando, Hom. Il. 9, 667.) *a.*, cominus (Hom. Il. 4, 247. 5, 14.). — *b.*, propemodum, fere, Act. 13, 44. 19, 26. Hebr. 9, 22. (2 Macc. 5, 2. — Thuc. 3, 68. 7, 33.)

Σχῆμα, τος, τό, (ab ἔχω, ἔσχον, σχέω) habitus (die Haltung, Xen. Mem. 2, 1, 22. — pl., gestus, 3, 10, 5. — Herodian. 1, 9, 7.), *a.*, modus se gerendi, Phil. 2, 8. (al.: conditio externa, minus accurate. — *b.*, ornatus, 1 Cor. 7, 31. (τὸ σχ. τοῦ κόσμου τούτου παράγει.) — Xen. Oecon. 4, 2.

Σχίζω, f. ίσω, (cognat. verbis σκεδάννυμι, σχίδναμαι, διασχίδνημι, lat. scindo, cf. hebr. חָצָה et חָץ) findo, discindo, τί, Luc. 5, 36. — Joh. 19, 24. — pass., Matth. 27, 51. (Zach. 14, 4.) Marc. 1, 10. Joh. 21, 11. — εἰς δύο, Matth. 27, 51. (Marc. 15, 38. Luc. 23, 45. ἐσχίσθη μέσον.) — trop., in partes (factiones) divido, pass., Act. 14, 4. 23, 7. (Xen. Symp. 4, 59.)

Σχίσμα, τος, τό, (σχίζω, perf. p.) fissus, scissus, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. — metaph., discidium, dissidium, ἔν τινι, Joh. 7, 43. 1 Cor. 12, 25. — ἔν τισι (inter), Joh. 9, 16. 10, 19. — pl. σχίσματα ἔν τισι, 1 Cor. 1, 10. 11, 18.

Σχοινίον, ου, τό, (demin. nominis ὁ et ἡ σχοῖνος, iuncus, sporta iuncea, funis iunceus) funiculus. Habent etiam voc. schoenus, et schoenum de fune et iunco veteres Latini, et schoenobates, i. e. funambulus. Iuven. Sat. 3, 77. (Erat et unguenti genus ex σχοίνῳ s. iunco odorato facti, quo utebantur meretrices schoeniculae dictae.) — pl., Joh. 2, 15. Act. 27, 32. (οἱ ὁ 2 Sam. 8, 2. 17, 13. 1 Reg. 20, 31. al.)

Σχολάζω, f. άσω, (a voc. σχολή, qu. v.) *a.*, vacuus a labore sum, Xen. Oecon. 7, 1. — οἱ ὁ Ex. 5, 8. — τινί, vaco alicui rei, i. e. rei operam

do, 1 Cor. 7, 5. (Xen. Cyr. 7, 5, 39. Dem. p. 594, 16.) — **b.**, vacuus sum (de loco vacuo), Matth. 12, 44. (cf. decret. Synodi Antioch. 16. anni 341. „*εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιτρέψας, ὑφαρπάζει τὸν θρόνον*“ etc. — Euseb. H. E. lib. 7, c. 15. *τόπου σχολάζοντος.*)

Σχολή, *ῆς*, *ἡ*, **a.**, otium (Xen. Cyr. 8, 1, 13. Mem. 3, 9, 9.) — **b.**, ex usu recentior. ab aetate Aristotelis: schola (i. q. *τὸ σχολεῖον*), i. e. conventus discentium ac disserentium, Act. 19, 9. (Strabo. Plutarch. — dic. de acroasibus philosophorum, Arist. Polit. 5, 9, 277.)

Σώζω, f. *ώσω*, perf. p. *σέσωσμαι*, aor. 1. p. *ἐσώθην* (a forma antiquiore *σαόω*) — (a *σόος*, salvus) *servo*, salvum et incolumem praesto (opp. *ἀπόλλυμι*, Xen. Mem. 3, 9, 13.), **a.**, *τινά*, i. e. incolumem servo aliquem (ne laedatur s. periclitetur), Matth. 16, 25. (Marc. 8, 35. Luc. 9, 24. opp. *ἀπόλλυμι.*) — morbo laborantem (sanum reddo), Matth. 9, 22. (Luc. 8, 48.) Marc. 10, 52. Luc. 7, 50. 17, 19. 18, 42. Jac. 5, 15. — pass., Matth. 9, 21. (Marc. 5, 28.) Marc. 5, 23. 28. 6, 56. Luc. 8, 36. 50. Joh. 11, 12. Act. 4, 9. 14, 9. — periclitantem salvum praesto, servo, Matth. 8, 25. 14, 30. 24, 22. (Marc. 13, 20.) 27, 40. 42. 49. (Marc. 15, 30. 31. Luc. 23, 35. 37. 39.) Marc. 3, 4. (Luc. 6, 9.) Jac. 4, 12. (oppon. *ἀπολέσαι.*) — pass., Act. 27, 20. 31. — Constructiones praegnantes: *σώζειν τινὰ ἔκ τινος* (gen. loci), salvum educere, Judae v. 5. (cf. Joh. 12, 27.) — *ἐκ θανάτου*, Hebr. 5, 7. Jac. 5, 20. (ita et Graeci.) — *εἰς τόπον τινά*, i. e. periculo ereptum aliquem in eum proferre locum, ubi salvus est, 2 Tim. 4, 18. (*εἰς τὴν βασ. τ. θεοῦ*, — cf. Diod. Sic. 2, 48. Xen. H. G. 1, 2, 36. Hom. Il. 5, 224. v. *διασώζω.*) — *σώζειν τινα* in N. T. spec. salvum facio, (ne morti aeternae succumbat) Rom. 11, 14. 1 Cor. 7, 16. 9, 22. Et dic. quidem *α.*, servare homines (peccatores) Jesus, Matth. 18, 11. et Luc. 19, 10. 1 Tim. 1, 15. Hebr. 7, 25. — *β.*, Deus, 1 Cor. 1, 21. 2 Tim. 1, 9. Tit. 3, 5. Jac. 4, 12. (oppon. *ἀπολέσαι.*) — *γ.*, doctrina evangelii, Jac. 1, 21. — fides cum operibus coniuncta, Jac. 2, 14. — *δ.*, baptismus, 1 Petr. 3, 21. — *ε.*, Christianorum alter alterum, 1 Cor. 7, 16. 9, 22. 1 Tim. 4, 16. — *σώζειν τινὰ ἀπό τινος*, Matth. 1, 21. — pass., Matth. 10, 22. et 24, 13. (Marc. 13, 13.) 19, 25. (Marc. 10, 26. Luc. 18, 26.) Marc. 16, 16. Luc. 8, 12. Joh. 5, 34. 10, 9. Act. 2, 21. 15, 1. 16, 30. 31. Rom. 9, 27. 10, 9. 13. 11, 26. 1 Cor. 3, 15. 5, 5. 10, 33. 1 Thess. 2, 16. 2 Thess. 2, 10. 1 Tim. 2, 4. 1 Petr. 4, 18. — *οἱ σωζόμενοι*, qui aeterna felicitate (vita) potiuntur, Act. 2, 47. oppon. *οἱ ἀπολλύμενοι*, 1 Cor. 1, 18. 2 Cor. 2, 15. Luc. 13, 23. — **b.**, *σώζεσθαί τινι* (*χάριτι*), Eph. 2, 5. — dat. comm., Rom. 8, 24. (*τῇ ἐλπίδι*, ut spem conciperemus.) — *σώζ. ἔν τινι* (dat. instrum.), Act. 4, 12. 11, 14. Rom. 5, 10. — *σώζ. διά τινος*, Act. 15, 11. 1 Cor. 15, 2. Eph. 2, 8. 1 Tim. 2, 15.

Σῶμα, *τος*, *τό*, (a v. *σάω* s. *σώζω*, id, quod servatum est, cadaver, corpus mortuum, [ap. Homer. et antiquos Graec. Corpus vivum Homero dicitur *δέμας*, Il. 3, 23. al.] Suid. *σώμα*: *πᾶν τὸ τεθνηκὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς.* — De corpore vivo dicunt Hesiodus, Attici.) corpus, **a.**, de corpore *hominis* et animalis, — *α.*, mortuo — cadavere, Matth. 14, 12. Luc. 17, 37. (codd. *πτῶμα*, οἱ ό Gen. 15, 11.) — de corpore hominis defuncti, Act. 9, 40. — pl., Joh. 19, 31. — *τὸ σῶμά τινος*, Marc. 14, 8. (aliter Matth. 26, 12.) Matth. 27, 58. 59.

(Marc. 15, 43. 45. Luc. 23, 52. 55. Joh. 19, 38. 40.) Joh. 20, 12. Judae v. 9. — οἱ ὁ Jos. 8, 29. 1 Sam. 31, 12. Neh. 9, 37. — de corpore sepulto, — τινός, pl., Matth. 27, 52. — de corpore animalis immolati, pl., Hebr. 13, 11. (Ex. 29, 14. Num. 19, 5.) — β., de corpore vivo — א., hominis, τὸ σῶμα absol., Matth. 6, 22. (Luc. 11, 34.) v. 25. (Luc. 12, 23.) Luc. 12, 4. 1 Cor. 6, 13. 18. 15, 37. — ἐν σώματι εἰμί, corpus gestans malis obnoxius sum, Hebr. 13, 3. — disting. a τῷ αἵματι, 1 Cor. 11, 27. — τὸ σῶμα et τὰ μέλη eius, 1 Cor. 6, 15. 12, 12. 14. 15. 16—20. Jac. 3, 6. — τὸ σῶμα domicilium τοῦ πνεύματος, 1 Cor. 6, 19. 15, 35. 2 Cor. 5, 6. 8. 12, 2. 3. Hebr. 13, 3. — instrumentum animi, 2 Cor. 5, 10. (τὰ διὰ τοῦ σώμ. scil. πραχθέντα.. Poterat scribi: ἵνα κομίσηται ἕκαστος πρὸς ἃ ἔπραξε διὰ τοῦ σώματος) — disting. a τῷ πνεύματι, Rom. 8, 10. 13. 1 Cor. 5, 3. 6, 20. 7, 34. Jac. 2, 26. — a τῇ ψυχῇ, Matth. 10, 28. — a τῇ ψυχῇ et τῷ πνεύματι simul, 1 Thess. 5, 23. — distinguuntur σῶμα ψυχικόν et πνευματικόν, 1 Cor. 15, 44. (v. πνευματικός) cf. 6, 13. — τὸ σ. τινος, Matth. 5, 29. 30. 6, 23. (Luc. 11, 34. 36.) v. 25. (Luc. 12, 22. 23.) Joh. 2, 21. (i. e. templum, quod esset suum corpus.) — Rom. 4, 19. 8, 23. 1 Cor. 7, 4. Gal. 6, 17. — pl., Rom. 1, 24. 8, 11. 23. 1 Cor. 6, 15. Eph. 5, 28. Hebr. 10, 10. 1 Petr. 2, 24. — relatum ad subiectum verbi saepe ponitur absque genitivo possessoris, ut supplendus sit genit. μοῦ, Hebr. 10, 5. — ἡμῶν, 2 Cor. 4, 10. 5, 8. Hebr. 10, 23. — αὐτοῦ, 2 Cor. 5, 10. Jac. 3, 2. — αὐτῶν, Col. 2, 23. Jac. 2, 16. — σῶμα cum genit. qualit., Phil. 3, 21. (τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, corpus, quod nos gestamus homines servi et humiles, opp. τὸ σ. τῆς δόξης αὐτοῦ scil. Χριστοῦ, quod ille gestat honore regio ornatus.) — τὸ σ. τῆς ἁμαρτίας, corpus peccato mancipatum, Rom. 6, 6. — τὸ . . τοῦ θανάτου, corpus morti mancipatum 7, 24. — Differunt σῶμα et σάρξ eo, quod σάρξ massam eam notat, qua corpus constat et massam quidem peculiaris indolis (v. σάρξ); σῶμα vero id, quod partibus inter se aptis nexisque constat atque animatum aut est, aut fuit, aut esse videtur (ut astra et rerum natura, Diod. Sic. 1, 11.). Σῶμα πνευματικόν dici potest, at σάρξ πνευματική dici nequit; τὸ πνεῦμα modo τῇ σαρκί velut qualitas qualitati, modo τῷ σώματι, ipsius instrumento et carnis latori, opponi potest; σῶμα, ut lat. corpus significare potest totum aliquod, quale repraesentatur iuncta quadam hominum societate, σάρξ non item. — Ita patet, σώματος aptius esse, quam σαρκός vocabulum in locis hisce: Rom. 7, 4. 8, 13. 10, 10. 12, 1. 1 Cor. 6, 15. 2 Cor. 4, 10. Phil. 1, 20. Col. 1, 22. 2, 11. — τὸ σῶμα in verbis Domini, Matth. 26, 26. (Marc. 14, 22. Distinguuntur hic σῶμα et αἷμα, cf. Hebr. 13, 11. ut alibi [Joh. 6, 54.] σάρξ et αἷμα, at h. l. simul respicitur verbum ἔκλασε) — Hebr. 10, 5. (Ps. 40, 7. in textu hebr. aures perfodisti mihi, i. e. me tui servum accepisti. Sed tamen οἱ ὁ a veritate sententiae non aberrarunt; cf. enim Phil. 2, 7. 8.)

Vox σώματος impropr. ac tropice dicta; coetus Christianorum cum corpore (et Christus cum corporis capite) confertur, 1 Cor. 12, 27. Eph. 1, 23. 4, 15. 16. 5, 1. 23. 30. Col. 1, 18. 24. adde: 1 Cor. 10, 17. 12, 27. cf. v. 13. (εἰς ἓν σῶμα, ut unum — efficeremus) Col. 2, 19. 3, 15. Eph. 4, 12. — Christiani ἓν σῶμα ἐν Χριστῷ, Rom. 12, 5. (ἐν, quasi Christus ipse esset τὸ σῶμα, in quo membra sint coniuncta) Eph. 2, 16. cf. 1 Cor. 6, 15—17. —

ἐν σῶμα κ. ἐν πνεῦμα, Eph. 4, 4. — distinguuntur sibique opponuntur *ἡ σκιά* et *τὸ σῶμα*, umbra et substantia, veritas, Col. 2, 17. (praecepta illa de cibis et religio, quae spem ac fiduciam positam habet in Christo, eam ad se rationem habent invicem, quam umbra et corpus, i. e. res inanis et res, quae vere subsistit. — cf. Jos. B. J. 2, 2, 5. Xen. Mem. 3, 10, 1.) c., *σῶμα*, de corpore vivo animalis, Jac. 3, 3. — pl. iumenta, Apoc. 18, 13. — b., corpora dicuntur astra, 1 Cor. 15, 40. 41. — etiam seminibus tribuitur corpus, 1 Cor. 15, 38. — Hinc voc. seq.

Σωματικός, *ή, όν*, corporeus, a., quod corpus habet; — *σωματικῷ εἴδει*, Luc. 3, 22. (oppon. *ἀσώματος* ap. Philon. de opif. mundi p. 4.) — b., ad corpus pertinens, *ἡ — γυμνασία*, 1 Tim. 4, 8. — Hinc voc. seq.

Σωματικῶς, adv., corporaliter, Col. 2, 9. (in isto omnes virtutes divinae in corpus coniunctae sunt. — Al. per essentiam. Nos putamus, apostolum h. l. corpus spectare tamquam id, quo vires spirituales operentur et contineantur. Caeterum dubitare licet, an auctor huius vocis ipse notionem conceperit distinctam.)

Σώπατρος, *ου, ὁ*, (nom. graec. ex *σῶς*, salvus, et *πατήρ*) Sopater, Act. 20, 4. — v. *Πύῤῥος*.

Σωρεύω, f. *εύσω*, (a voc. *σωρός*, acervus) coacervo, (Herodian. 4, 15, 14. Diod. Sic. 1, 62. Polyb. 16, 11, 4.) *τὶ ἐπί τι*, Rom. 12, 20. (ex Prov. 25, 22.) — pass. *τινι*, obruor aliqua re, 2 Tim. 3, 6.

Σωσθένης, *εος, ὁ*, (ex gr. *σῶς*, salvus, et *σθένος*, robur, vis) Sosthenes, Synagogae Corinthiacae praefectus, qui coetui Christianor. se adiunxit, Act. 18, 17. 1 Cor. 1, 1.

Σωσίπατρος, *ου, ὁ*, (ex *σώζω* et *πατήρ*) Sosipater, quidam e cognatis Pauli ap. Rom. 16, 21. (Act. 20, 4.)

Σωτήρ, *ῆρος, ὁ*, (a v. *σώζω*, perf. p.) soter, servator, conservator. (Cic. orat. in Verrem 2, 63. „Is est nimirum soter, qui salutem dedit.") — in scriptis profan. tribuitur hoc nomen iis, qui a malis vel instantibus vel futuris, homines liberarunt (Herodian. 3, 12, 4. Plutarch. vit. Arati c. 53.), aut rem publicam servarunt (Xen. H. G. 4, 4, 6. Ages. 2, 13.); ergo evergetis, medicis (Aesculapio), praesidibus gentium, regibus, praeter hos Diis tutelaribus, ut Iovi (Xen. Cyr. 7, 1, 10. *σωτὴρ Ζεύς*, Pind. Ol. 5, 39.), Neptuno, Apollini, Dioscuris (Aelian. V. H. 1, 30.). — In N. T. hoc nomine appellatur a., Deus, Luc. 1, 47. — *ὁ σωτ. ἡμῶν*, 1 Tim. 1, 1. 2, 3. Tit. 1, 3. 2, 10. 3, 4. Judae v. 25. — *σωτὴρ πάντων*, 1 Tim. 4, 10. (Sap. 16, 8. *οἱ ὁ* Ps. 23, 5. Jes. 12, 2. Mich. 7, 7. al.) — b., Messias, et Jesus Christus, Luc. 2, 11. Act. 5, 31. 13, 23. Joh. 4, 42. et 1 Joh. 4, 14. (*ὁ σωτ. τοῦ κόσμου.*) — Jesus eorum servator, qui ipsi addicti sunt, Eph. 5, 23. Phil. 3, 20. 2 Tim. 1, 10. Tit. 1, 4. 2, 13. 3, 6. 2 Petr. 1, 11. 2, 20. 3, 2. 18. — Hinc voc. seq.

Σωτηρία, *ας, ἡ*, salus (opponit. *ἀπώλεια*), i. e. a., conditio eius, qui liber est a malis, et rebus prosperis utitur, *α.*, liberatio ab adflictionibus, Act. 7, 25. — *ἐξ ἐχθρῶν*, Luc. 1, 71. — victoria, imperium in adversarios, Apoc. 7, 10. 12, 10. 19, 1. (*ἐγένετό τινι*, contigit.) — *οἱ ὁ* 1 Sam. 14, 45. 2 Reg. 5, 1. Jes. 59, 17. — *κέρας σωτηρίας*, Luc. 1, 69. — *γνῶσις τῆς σωτ.*, v. 77.

(ut salutem cognoscant, quae est in peccatorum remissione.) — ἡμέρα σωτηρίας (i. e. σωτηρίαν afferens), 2 Cor. 6, 2. (ex Jes. 49, 8.) — liberatio e vinculis, libertas, Phil. 1, 19. — liberatio a morte, conservatio, Act. 27, 34. Hebr. 11, 7. (Jos. Ant. 7, 1, 1. — Sap. 16, 6. 2 Macc. 3, 32.) — β., sens. posit., salus, conditio eius, qui prospera fortuna utitur, 2 Cor. 1, 6. — id quod saluti est, 2 Petr. 3, 15. (Aelian. V. H. 9, 21.) — **b.**, sensu eminentiori: salus animis per Christum parta, quae est in liberatione hominum a miseria peccati et in largitione vitae aeternae, Act. 4, 12. Rom. 13, 11. Phil. 1, 28. (opp. ἀπώλεια) 2 Cor. 7, 10. (opp. θάνατος) — εἰς σωτηρίαν (παντὶ caett.), ad salvos praestandos omnes, qui etc., Rom. 1, 16. — εἰς σωτ., ut salvi sint, Rom. 10, 1. 10. 2 Tim. 3, 15. Hebr. 9, 28. 2 Cor. 7, 10. — κατεργάζεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτ., Phil. 2, 12. — τυχεῖν σωτηρίας, 2 Tim. 2, 10. — κληρονομεῖν σωτηρίαν, Hebr. 1, 14. — κομίζεσθαι σωτηρίαν ψυχῶν, 1 Petr. 1, 9. — ἀμελεῖν σωτηρίας, Hebr. 2, 3. — (τὰ) ἐχόμενα σωτηρίας, Hebr. 6, 9. — ἑλέσθαι τινὰ εἰς σωτηρίαν, 2 Thess. 2, 13. — σωτηρία ἐγένετό τινι (ut Apoc. 19, 1.), Luc. 19, 9. (respicitur, loc. 1 Sam. 11, 9. v. quae notata sunt ad Luc. 19, 8. sub v. συκοφαντέω) Rom. 11, 11. (scil. ἐγένετο.) — ὁ — τῆς σωτηρίας, Act. 13, 26. (ταύτης, scil. de qua loquutus sum.) — τὸ εὐαγγ. τῆς σωτ., doctrina, per quam ad salutem adducimini, Eph. 1, 13. — ἡ ἐλπὶς σωτηρίας, 1 Thess. 5, 8. — ἡ περιποίησις σωτ., v. 9. — ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτ., Hebr. 2, 10. — αἴτιος σωτ., Hebr. 5, 9. — ὁδὸς σωτηρίας, via, quae ad salutem ducit (v. ὁδός), Act. 16, 17. — περὶ τῆς σωτ. ζητεῖν, 1 Petr. 1, 10. — γράφειν, Judae v. 3. — ἡ σωτηρία meton. is, qui aliis salutem affert, Act. 13, 47. (εἶναι εἰς σωτηρίαν i. q. εἶναι σωτῆρα τοῖς ἕως ἐσχ. — ex Jes. 49, 6. cf. Jes. 47, 15. 63, 8. 2 Sam. 22, 3. 2 Reg. 13, 5.) — ἡ σωτηρία, e prosopopoeia (ἔρχεται), salus ventura omnibus gentibus, Joh. 4, 22. (ὅτι ἡ σωτ. — ἐστίν, cf. Jes. 2, 3. Sensus v. 22 et 23. videtur esse: etsi vos, qui Dei veri cultum cum idolorum cultu coniungitis, Deum veneramini vobis incognitum, nos vero eum, quem scimus generis humani evergetam fore; tamen veniet tempus, quo Dei veneratio nullis locorum limitibus circumscripta erit.)

Σωτήριος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (a voc. σωτήρ, salutaris, salutifer, ἡ χάρις ἡ σωτήριος, Tit. 2, 11. (Sap. 1, 14. 3 Macc. 7, 18. — ἡ σωτήριος δίαιτα, Clem. Alex. paedag. Diod. Sic. 14, 30. Xen. de re eq. 3, 12. — σωτηριώτερον, Xen. Mem. 3, 3, 10.) — Neutr. τὸ σωτήριον (i. q. ἡ σωτηρία, v. ζημία), salus; liberatio a mortis periculo; — ἡ περικεφαλαία τοῦ σωτηρίου, galea, quae tuetur caput, Eph. 6, 17. (Jes. 59, 17.) — τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, salus a Deo parata, Luc. 3, 6. (ex Jes. 40, 5. cf. Ps. 97, 2.) — ἐπεστάλη τινί, Act. 28, 28. (cf. 13, 26.) — additur ὃ ἡτοίμασας, quod praeparasti, Luc. 2, 30.

Σωφρονέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. σώφρων, et hoc a σάος, σῶς, sanus, et φρήν, mens) sanae mentis sum, i. e. **a.**, mentis compos, sobrius sum (de eo, qui desiit δαιμονίζεσθαι), Marc. 5, 15. (Luc. 8, 35.) — **b.**, mihi tempero, modum teneo in pretio de me statuendo, Rom. 12, 3. (oppon. ὑπερφρονεῖν.) — oppon. ἐκστῆναι, 2 Cor. 5, 13. (θεῷ scil. ἐξέστημεν, in altero membro ὑμῖν, scil. σωφρονοῦμεν, — sens. sive videor modum excedere, hoc fit in Dei gloriam, sive sobrie loqui: commodum vestrum est.) — **c.**, temperantis

speciem prae me fero, Tit. 2, 6. sobrius sum, 1 Petr. 4, 7. (iunct. cum νήφω.) — Xen. Mem. 3, 5, 21.

Σωφρονίζω, f. ίσω, (facio aliquem σώφρονα, mentis compotem, modestum; refraeno, castigo, in officio contineo) modestiae adsuefacio, τινά, Tit. 2, 4. (τὰς νέας est i. q. παρακαλεῖν τινα σωφρονεῖν, v. 6.) — Frequentant hoc verbum Xenophon et Jos. B. J. 2, 18, 17. 3, 9, 7. — Hinc voc. seq.

Σωφρονισμός οῦ, ὁ, adductio (ad mentem sanam,) ad modestiam; — πνεῦμα σωφρονισμοῦ, spiritus homines reddens σώφρονας, 2 Tim. 1, 7. (Jos. Ant. 17, 9, 2.)

Σωφρόνως, adv., (ab adi. σώφρων, cf. φιλοφρόνως) sana mente, sobrie, temperanter, moderate, Tit. 2, 12. (Sap. 9, 11. — Xen. Cyr. 4, 1, 15.)

Σωφροσύνη, ης, ἡ, (ab adi. σώφρων, cf. εὐφροσύνη, v. ἐλεημοσύνη) **a.**, mentis sanitas (ἕξις αἱρέσει καὶ φυγῇ σώζουσα τὰ τῆς φρονήσεως κρίματα, Clem. Alex. Strom. 2. — opp. μανία, Xen. Mem. 1, 1, 16.) — ῥήματα σωφροσύνης, verba sobria, Act. 26, 25. — **b.**, modestia, pudicitia, 1 Tim. 2, 9. 15. (Xen. Mem. 3, 9, 4. Aelian. V. H. 2, 1.)

Σώφρων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (a σάος, contr. σῶς et φρήν, cf. ἄφρων, ταπεινόφρων, μεγαλόφρων) **a.**, mentis compos. — **b.**, prudens, sobrius (Xen. Mem. 3, 9, 4.), 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. — pl., v. 2. 5. (h. l. pudicae.) — vox Graecis tritissima.

T.

Ταβέρναι, ῶν, αἱ, tabernae (vox origine latina) — τρεῖς ταβέρναι (gen. τριῶν ταβερνῶν), tres tabernae, nomen loci s. diversorii ad viam Appiam inter Romam et forum Appium exstructi et ab urbe sex, ab illo foro duo milliaria germanica distantis (Cic. ad Attic. 2, 11. Horat. Serm. 1, 5, 3. 4.), Act. 28, 15.

Ταβιθά, ἡ, (טְבִיתָא, nom. syr. in statu emphatico, hebr. צְבִי, i. e. δορκάς, caprea) Tabitha, mulier quaedam Christiana, Act. 9, 36.

Τάγμα, τος, τό, (a τάσσω, ordino, perf. p.) **a.**, propr., ordinatum, ordine dispositum (spec., agmen militum, cf. σύνταγμα, 2 Sam. 23, 13. — Jos. B. J. 3, 4, 2. Diod. Sic. 17, 80.). — **b.**, ordo, 1 Cor. 15, 23. (ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, suo ordine.)

Τακτός, ή, όν, (a v. τάσσω, ordino) certus, status, statutus, Act. 12, 21. (οἱ ὁ Job. 12, 5. — Thuc. 4, 65. Polyb. 19, 11, 8.)

Ταλαιπωρέω (ῶ), f. ήσω, (ab adi. ταλαίπωρος, q. v.) **a.**, graviter laboro, graves labores sustineo (Xen. Mem. 2, 1, 18. i. q. μοχθεῖν, Jos. B. J. 6, 1, 1.) — transit. τινά, affligo aliquem, Thuc. 1, c. 99. Polyb. 3, 60, 3. — οἱ ὁ Ps. 16, 9. 37, 9. Jes. 33, 1. Mich. 2, 4. — **b.**, afflictus sum (Zach. 11, 2.) afflicti speciem prae me fero, Jac. 4, 9. (cf. 5, 1.)

Ταλαιπωρία, ας, ἡ, (ab adi. ταλαίπωρος, q. v., conditio ταλαιπώρου) molestia, qua quis e multis laboribus afficitur, i. q. μοχθηρία (v. ταλαιπωρέω), calamitas, quae alicui perferenda est, iunct. c. voc. σύντριμμα

(quod pedibus malorum hominum effici dicitur), Rom. 3, 16. (ex Jes. 59, 7.) cf. Joël. 1, 15. Amos. 3, 10. — plur., Jac. 5, 1.

Ταλαίπωρος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex verb. ταλάω, τλάω, τλῆμι, mihi impono, sustineo, perfero, et πῶρος, callus) graves labores sustinens, afflictus, miser, Rom. 7, 24. Apoc. 3, 17. (Eurip. Phoen. 1636. — Tob. 13, 10. Sap. 3, 11. 13, 10.)

Ταλαντιαῖος, αία, αῖον, (a v. τάλαντον, — syllabae finales -ιαῖος affingi solent adiectivis quantitatem et mensuram significantibus, si in mensura, quam significant, adhibenda non ultra unitatem proceditur [v. c. πλεθριαῖος, δραχμιαῖος, etc.] Unitas ubi transcendenda est, Attici quidem solent numeralia cum substantivis componere: [διτάλαντος, etc. τρίπους, etc., δίδραχμος, etc.] flexuram operosiorem illam iis tantum compositis adiectivis reservantes, quorum iam primitiva ad eam flexuram praeformata erant [ut ἡμιωβολιαῖος, ἡμιτονιαῖος, τεταρτημοριαῖος, ab ἡμιωβόλιον, ἡμιτόνιον, τεταρτημόριον]. Itaque si occurrant adiectiva: τριταλαντιαῖος, πενθημιταλαντιαῖος, τετραχοτυλιαῖος, διμηνιαῖος, διδραχμιαῖος, qualia apud Plutarch., Philon., aliosque multa, ea graecitatis decrepitae ingenio debentur.) *talentum pondere aequans*; — pl., quae talentum pondere aequant, Apoc. 16, 21. (vocem habent Aristoph., Dem. Joseph., Diod. Sic., Polyb.)

Τάλαντον, ου, τό, (a v. ταλάω s. τλῆμι, porto) **α.**, lanx, statera, trutina (Hom. Il. 8, 69.). — **β.**, id, quod ponderatur, *talentum*, i. e. α., pondus 80 libras romanas s. ex computu Biesteri 53 libras, 11 uncias et assarium exaequans (Xen. Mem. 3, 6, 14.). — β., pecuniae summa aequans 60 minas atticas, s. 6000 drachmas circa, s. 1350 imperiales nostrae monetae, Matth. 18, 24. 25, 15—28. (οἱ ὁ pro כִּכָּר, Ex. 25, 39. 39, 25. 2 Reg. 5, 5. Esdr. 7, 22. Esth. 3, 9. — Jos. Ant. 3, 6, 7.)

Ταλιθά, vox syr. litteris chald. טְלִיתָא, Talitha, i. e. τὸ κοράσιον, puella, Marc. 5, 41.

Ταμεῖον s. ταμιεῖον, ου, τό, (a stirpe: τέμνω, unde ὁ ταμίας, i. e. qui hominibus ad familiam pertinentibus suas quibusque partes secat atque dispensat i. q. οἰκονόμος) **α.**, reconditorium, promtuarium v. voc. μνημεῖον), Luc. 12, 24. (οἱ ὁ Deut. 28, 8. Prov. 3, 10. — Xen. Mem. 1, 5, 2. Diod. Sic. 20, 58.) — **β.**, conclave, cubiculum, Matth. 6, 6. 24, 26. Luc. 12, 3. (Xen. H. G. 5, 4, 5. — Sirac. 29, 12. — Tob. 7, 15. οἱ ὁ Gen. 43, 29. Ex. 8, 3. Deut. 32, 25. Jes. 26, 20.)

Τανῦν, v. νῦν.

Τάξις, εως, ἡ, (a v. τάσσω, ordino) **α.**, dispositio (Xen. Cyr. 8, 3, 6. 8, 7, 22.). — **β.**, ordo (Xen. Oecon. 8, 6.), Luc. 1, 8. — bonus (iustus) ordo, 1 Cor. 14, 40. Col. 2, 5. — κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, secundum rationem sacerdotii Melchisedeci, Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 11. 17. 21. (e Ps. 110, 5. עַל דִּבְרָתִי pro iure, ut regnum habeas cum sacerdotio — phrasin κατὰ τὴν ὁμοιότητα, v. 17. noli cum illa confundere.)

Ταπεινός, ἡ, όν, (probabiliter derivatur a voc. τάπης, quod cognatum

voci δάπεδον [i. q. γήπεδον] litteras τ et δ permutatas pariter repraesentant formae adi. ποταπός et ποδαπός) **a.**, humilis sorte, α., adiect. nomini, Jac. 1, 9. — β., absol., pl., humiles, Luc. 1, 52. (opp. δυνάσται.) — οἱ ταπ., 2 Cor. 7, 6. (οἱ ὁ Jes. 32, 7. Ps. 9, 39. 1 Sam. 18, 23. — Aelian. V. H. 6, 12. Xen. Cyr. 3, 3, 52.) — Neutr. τὰ ταπεινά, Rom. 12, 16. — **b.**, humiliter, submisse se gerens, 2 Cor. 10, 1. modestus, Jac. 4, 6. et 1 Petr. 5, 5. (oppon. ὑπερήφανος, Xen. Ages. 9, 11. — οἱ ὁ Prov. 3, 34.) — ταπ. τῇ καρδίᾳ, Matth. 11, 29. (cf. Ps. 33, 18. — Luc. 1, 51.)

Ταπεινοφροσύνη, ης, ἡ, (ab adi. ταπεινόφρων, q. v.) modestia, Eph. 4, 2. Phil. 2, 3. Col. 2, 18. 23. 3, 12. 1 Petr. 5, 5. (τὴν ταπεινοφρ. ἐγκομβώσατε, h. e. modestiam induite quasi ἐγκόμβωμα, vestimentum servorum.) Act. 20, 19.

Ταπεινόφρων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ταπεινός et φρήν, cf. ἄφρων, σώφρων, μεγαλόφρων, ὁμόφρων) humili mente, modeste de se statuens, 1 Petr. 3, 8. — οἱ ὁ Prov. 29, 23.

Ταπεινόω (ῶ), f. ώσω, (a ταπεινός, q. v.) humilem facio, **a.**, τί, propr., deprimo; pass., Luc. 3, 5. (Jes. 40, 4.) — **b.**, τινά, α., inferiori loco collòco aliquem; pass., aliis, qui honore, praemiis ornantur, posthabeor, Matth. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. — Pass. paucis utor (opp. περισσεύω), Phil. 4, 12. — ταπεινῶ ἐμαυτόν, me humiliter gero, h. e. parce vivo, 2 Cor. 11, 7. — servientis conditioni me submitto, Phil. 2, 8. — me demissum et ab omni fastu alienum praebeo, Matth. 18, 4. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. (opp. ὑψοῦν ἑαυτόν.) — pass., signif. med., ταπεινοῦμαι ἐνώπιον τ. θεοῦ, vultu demisso coram Deo vota supplicis suscipio, Jac. 4, 10. — ὑπὸ τὴν χεῖρα τ. θεοῦ, humili animo potestati ac voluntati Dei me subiicio, 1 Petr. 5, 6. (cf. Gen. 16, 9. — Jes. 10, 33. 13, 11. Dan. 4, 34.) — β., pudore suffundo, 2 Cor. 12, 21. (πρὸς ὑμᾶς, me vobis ex adverso collocatum.) — Hinc voc. seq.

Ταπείνωσις, εως, ἡ, **a.**, propr., depressio, humiliatio. — **b.**, conditio vilis, servilis, Luc. 1, 48. Act. 8, 33. (e Jes. 53, 8.) Jac. 1, 10. (οἱ ὁ Gen. 16, 11. — Ps. 135, 23.) — oppon. δόξα, splendor regis, Phil. 3, 21. (τὸ σῶμα τῆς ταπ., i. e. ἡμῶν τῶν ταπεινῶν.)

Ταράσσω (ττω), f. ξω, turbo (partes rei huc illuc iactans), τί, v. c. τὸ ὕδωρ, Joh. 5, 4. 7. (οἱ ὁ Ez. 32, 2. Jes. 24, 14. — Hom. Od. 5, 291.) — τινά, trop., concito, τὸν ὄχλον, Act. 17, 8. — perturbo aliquem (alic. animum); pass., perturbor (metu percellor), Matth. 2, 3. 14, 26. (Marc. 6, 50.) Luc. 1, 12. 1 Petr. 3, 14. — ταράσσεται ἡ καρδία, Joh. 14, 1. 27. (οἱ ὁ Gen. 45, 3. — Ps. 56, 5. Jes. 8, 12. — Aelian. V. H. 9, 20. — ταράττει τινὰ ὁ φόβος, Xen. Mem. 2, 4, 6.) — contristo (tristitia afficio) aliquem, ταράσσειν ἑαυτόν, Joh. 11, 33. — pass. τετάρακται ἡ ψυχή, Joh. 12, 27. (Ps. 6, 4.) — ἐταράχθη τῷ πνεύματι, Joh. 13, 21. — ταράσσω τ., sollicitum reddo, Gal. 1, 7. 5, 10. — τινά τινι (λόγοις), Act. 15, 24. (Xen. Mem. 2, 6, 17. — λόγῳ ταραχθέντες, oratione exacerbati, Xen. Apol. Socr. 4.) — Hinc voc. seq.

Ταραχή, ῆς, ἡ, (cf. ἀμυχή) turbatio, commotio, τοῦ ὕδατος, Joh. 5, 4. (cf. v. 47.) — metaph., tumultus, seditio, pl., Marc. 13, 8. (Polyb. 3, 9, 9. Diod. Sic. 1, 66.)

Τάραχος, ου, ὁ, (a v. ταράσσω, q. v.) commotio, perturbatio (animorum), ἔστι τάραχος, seq. interrog. indir., Act. 12, 18. (cf. 1 Sam. 5, 9.) — contentio, γίνεται τάρ. περί τινος, Act. 19, 23. (Xen. Anab. 1, 8, 2.)

Ταρσεύς, έως, ὁ, Tarseus, Tarso oriundus, Act. 9, 11. 21, 39.

Ταρσός, οῦ, ἡ, et Ταρσοί, ῶν, αἱ, Tarsus, urbs maritima, Ciliciae fere caput (Strab. lib. 14. Jos. Ant. 1, 6, 1. — οὐκ ἄσημος, Act. 21, 39.), sita ad fluvium Cydnum, qui eam in duas urbes dividebat (hinc nomen numero plurali dictum Ταρσοί), urbs magna hominibusque frequentissima, graecis litteris et scholis philosophorum florens, libera (Plin. 5, 27.), atque immunis tum a iurisdictione praesidis Romani, tum a praesidiis Romanorum (quamvis non esset Romanorum colonia). Acceperat libertatem ab Augusto, (Appian. lib. 5. p. 1077.) hac conditione, ut suis quidem uteretur magistratibus legibusque, at Romanum imperium et populi Romani maiestatem agnosceret atque auxilia adversus hostes mitteret. Romanam civitatem tamen non videtur habuisse. Nam Paulum apostolum tribunus militum, quamvis eum sciret Tarsensem esse, tamen flagris explorari iussit, Act. 21, 39. 22, 24., a quo sibi metuens destitit, simulatque eum civem Romanum esse cognoverat. Est igitur vero simile, aliquem ex Pauli maioribus ob bene de Romanis in bellis forte civilibus merita vel quamcumque aliam ob caussam ius civitatis Rom. consecutum esse, Act. 9, 30. 11, 25. 22, 3. 27 seq.

Ταρταρόω (ῶ), f. ώσω, (a voc. τάρταρος, nomen loci subterranei, tristis, tenebricosi, ubi Graeci veteres impios versari, et malefactorum poenas luere credebant, translatum ad Gehennam Judaeorum, v. γέεννα) — τινά, in tartara detrudo (i. q. ῥίπτειν εἰς τάρταρον, Hom. Il. 8, 13. — καταταρταροῦν, Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. 3, 24. et κατακλείειν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῦ ταρτάρου, Dion. Halic. Ant. 2.) — σειραῖς ζόφου, 2 Petr. 2, 4.

Τάσσω (ττω), f. ξω, ordino, ordine certo colloco (explicatur vocis signif. Xen. Mem. 3, 1, 7.), **a.**, activ., constituo τινά, pass., Rom. 13, 1. — ἐμαυτὸν εἰς διακονίαν τινί, ministerio alicuius me consecro, 1 Cor. 16, 15. (Agg. 1, 5. — Xen. Mem. 2, 1, 11.) — τινὰ εἰς ζωὴν αἰώνιον, destino aliquem vitae aeternae, pass., Act. 13, 48. (τεταγμένοι scil. ὑπὸ τοῦ θεοῦ) — τινὰ ὑπό τι, subiicio aliquem alicui, pass., Luc. 7, 8. (ὑπό τινα, Diod. Sic. 4, 9. Polyb. 5, 65, 7.) — seq. acc. c. inf., constituo, decerno, Act. 15, 2. — τινί τι, mando alicui aliquid, pass., Act. 22, 10. (Xen. de rep. Lac. 11, 6.) — **b.**, constituo med. τινὶ ἡμέραν, diem alicui dico, Act. 28, 23. — οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς scil. πορεύεσθαι, Matth. 28, 16.

Ταῦρος, ου, ὁ, taurus, pl., Matth. 22, 4. Act. 14, 13. Hebr. 9, 13. 10, 4. (οἱ ὁ Gen. 49, 6. Ex. 21, 28. al.)

Ταὐτά, (crasis pro τὰ αὐτά) eadem illa, Luc. 6, 23. 26. 17, 30. 1 Thess. 2, 14.

Ταφή, ῆς, ἡ, (a v. θάπτω, aor. 2. ἔταφον) sepultura, εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις, Matth. 27, 7. (cf. Eph. 5, 2. τῷ θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.) — Xen. Ages. 11, 16. Aelian. V. H. 4, 7. — οἱ ὁ Deut. 34, 6. Jerem. 22, 19. Ez. 32, 22.)

Τάφος, ου, ὁ, (a v. θάπτω) sepulcrum, Matth. 27, 61. 64. 66. 68.

28, 1. — pl., Matth. 23, 27. 29. (Xen. Mem. 2, 2, 13. Aelian. V. H. 8, 16. — οἱ ὁ Gen. 47, 30. 2 Reg. 22, 20. al.) — in comparatione (ἐστίν, i. e. similia ei est), Rom. 3, 13.

Τάχα, adv., (neutr. pl. τάχεα, ab adi. ταχύς, cf. πυκνά, σφόδρα) **a.**, properanter, cito, celeriter (Hom. Od. 1, 251. Xen. H. G. 7, 4, 34.), Rom. 5, 7. (opp. μόλις) — **b.**, fortasse, forsitan, Philem. v. 15. (Xen. Anab. 5, 2, 17.)

Ταχέως, adv., (ab adi. ταχύς, cf. βαρέως, βαθέως) celeriter, cito, quam primum, Luc. 14, 21. 16, 6. Joh. 11, 31. 1 Cor. 4, 19. Gal. 1, 6. Phil. 2, 19. 24. 2 Tim. 4, 9. (οἱ ὁ Prov. 25, 8. Eccl. 4, 12. Jerem. 50, 44. — Xen. Cyr. 1, 4, 20.) — subito, 2 Thess. 2, 2. — confestim (festinanter), 1 Tim. 5, 22.

Ταχινός, ή, όν, celer, velox, de eventis, quae mox s. proxime instant, 2 Petr. 1, 14. — repentinus, 2, 1. (οἱ ὁ Jes. 59, 7. — Sap. 13, 2. Sirac. 18, 26.)

Τάχιον, adv., (neutr. comparativi: ταχίων, ὁ, ἡ, ον, τό, antiquiores, θᾶττον s. θᾶσσον) celerius, citius, **a.**, in comparatione, Joh. 20, 4. — **b.**, innuitur comparatio, non perficitur, Hebr. 13, 19. (citius, scil. quam sine precibus pro me factis eventurum esset) v. 23. (scil. quam ego proficiscar.) Joh. 13, 27. (scil. quam ante apud animum constitueras) 1 Tim. 3, 14. (scil. quam cogitaveram, al. citius, quam epistola a me scripta) v. καινός.

Τάχιστα, adv., (neutr. plur. superlativi τάχιστος, ab adi. ταχύς, cf. πρώτιστα ap. Hom.) celerrime; — ὡς τάχιστα, quam celerrime, Act. 17, 15.

Τάχος, εος (ους), τό, celeritas; — ἐν τάχει, celeriter, Luc. 18, 8. Act. 12, 7. 22, 18. 25, 4. Rom. 16, 20. Apoc. 1, 1. (οἱ ὁ Deut. 9, 3. — 11, 17. Ps. 2, 13. — τὸ τάχος, 1 Reg. 22, 9. Jes. 5, 19. — τῷ τάχει, 1 Chron. 12, 8. — διὰ τάχους, Ps. 6, 10. Sirac. 11, 21. — ἕως τάχους, Ps. 147, 4.)

Ταχύ, adv., (neutr. adi. ταχύς) cito, celeriter (sine cunctatione), Matth. 5, 25. 28, 7. 8. Marc. 16, 8. Joh. 11, 29. Apoc. 2, 5. 16. 3, 11. 22, 7. 12. 20. (οἱ ὁ Ex. 32, 8. Deut. 9, 12. — Jes. 5, 26.) — facile, nullo negotio, Marc. 9, 39.

Ταχύς, εῖα, ύ, celer, festinans, oppon. βραδύς, Xen. Mem. 4, 2, 25. — εἴς τι, Jac. 1, 19. (οἱ ὁ Esdr. 7, 6. Soph. 1, 14.)

Τέ, (particula enclit. copulativa, resp. lat. *que*, ea nectens, quae unam fere notionem efficiunt arctissimeque coniuncta sunt; **1.**, sola, nullo sequente καί. Nectit **a.**, partes unius eiusdemque sententiae, v. c. συναχθέντες συμβούλιόν τε λαβόντες, Matth. 28, 12. Joh. 4, 42. Act. 2, 33. 9, 15. al. Rom. 2, 10. 1 Cor. 4, 21. Hebr. 1, 3. 6, 5. 9, 1. 12, 2. Nectit **b.**, integras ῥήσεις et adiungitur plerumque participio inter duo verba finita interserto, Joh. 6, 18. Act. 2, 37. 4, 33. 5, 19. al. — est i. q. videlicet (s. ut hoc obiter notem), Act. 1, 15. 3, 10. 4, 13. — Nota, Rom. 16, 26. Act. 19, 27. (καί post τέ h. l. est: etiam, adeo.) — **2.**, τέ — καί, et — et. Nectunt hae coniunctiones **a.**, partes unius eiusdemque sententiae (quae absolvitur uno verbo finito), Matth. 27, 48. Luc. 12, 45. Act. 1, 1. 2, 9. al. Rom. 1, 12. 2, 9. 3, 9. al. 1 Cor. 1, 2. 24. 30. Eph. 1, 10. Hebr. 2, 4. 4, 12. al. Jac. 3, 7. — τέ annexum articulo, qui ante sequens nomen post καί vel iteratur, Luc. 2, 16. 23, 12. Joh. 2, 15. Act. 5, 24. 8, 38. 13, 2. 17, 10. 18, 5. 21, 25. 26, 30. vel omittitur, Act. 1, 13.

13, 1. Rom. 1, 20. — τέ annexum praepositioni, quae post sequutum καί nunc repetitur, Act. 1, 8. 10, 39. nunc omittitur, 15, 9. 25, 23. 28, 18. Phil. 1, 7. — τέ annexum pronomini relat., etsi non tam ad hoc, quam ad consociatum cum eo nomen subst. pertinet, Act. 26, 22. — annexum adverbio ἔτι τε — καί, Act. 21, 28. — τέ et καί vocibus interserta, quae notiones contrarias exprimunt, v. c. πονηρούς τε κ. ἀγαθούς, Matth. 22, 10. Luc. 12, 45. Act. 1, 1. 24, 15. 26, 22. Hebr. 5, 14. — καί post τε saepius iteratum, Luc. 12, 45. Act. 1, 13. 5, 24. 21, 25. 1 Cor. 1, 30. Hebr. 2, 4. — Nectunt τέ — καί **b.**, integras sententias separatas (i. e. quarum suum quaeque habet verbum finitum suumve subiectum), Act. 2, 3. 4. (concisius dict. pro ἐκάθισέ τε ἐφ. — αὐτῶν τὸ πν. τ. ἅγ., v. 3. καὶ ἐπλήσθησαν αὐτοῦ ἅπαντες) 16, 26. 21, 30. — εἶπε — εἶπέ τε — ὁ (οἱ) δέ, Act. 19, 3. 22, 8. 28. — **c.**, τέ — τέ (i. q. τέ — καί), Act. 2, 46. (cf. 5, 42.) 16, 11. 12. 17, 4. 26, 16. Hebr. 6, 2. — εἴτε — εἴτε, v. sub εἰ ἐάντε, v. sub ἐάν. — **d.**, τέ — γάρ (alterum nectit, alterum affert rationem), Rom. 7, 7. (Xen. Mem. 1, 1, 3.) — sequente καί, Hebr. 2, 11. — sequente τέ, Rom. 1, 26. 27. — ἐάντε γάρ seq. ἐάντε, sive enim — sive, Rom. 14, 8.

Τεῖχος, εος (ους), τό, moenia, murus, quo urbs circumdatur, Act. 9, 25. 2 Cor. 11, 33. Apoc. 21, 12. — pl., Hebr. 11, 30.

Τεκμήριον, ίου, τό, (a v. τεκμαίρομαι, terminum pono et hoc a τέκμαρ, terminus) signum, documentum (Hom. Il. 1, 526. Xen. Mem. 1, 1, 2.) pl., Act. 1, 3.

Τεκνίον, ου, τό, (demin. nominis τέκνον, q. v.) filiolus, filiola, in blanda allocutione (ut lat. filiolus): carrissime (quem paterno amore prosequor), pl., Joh. 13, 33. Gal. 4, 19. 1 Joh. 2, 1. 12. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21.

Τεκνογονέω (ῶ), f. ήσω, (a parasynth. τεκνογόνος, et hoc ex τέκνον et γένω = γεννάω) liberos gigno (procreo), 1 Tim. 5, 14. — Hinc voc. seq.

Τεκνογονία, ας, ἡ, liberorum procreatio, 1 Tim. 2, 15.

Τέκνον, ου, τό, (a τέκω, τίκτω) proles, nulla sexus ratione habita, (nostr. Kind) **a.**, sensu angustiori, Marc. 13, 12. Luc. 1, 7. Act. 7, 5. Apoc. 12, 4. — pl. τέκνα, liberi, Matth. 7, 11. (Luc. 11, 13.) 10, 21. 15, 26. (Marc. 7, 27.) al. Luc. 1, 17. 14, 26. Act. 21, 5. 1 Cor. 4, 14. 2 Cor. 6, 13. 12, 14. Gal. 4, 27. Eph. 6, 1. (nominat. pro vocat., ut Col. 3, 20.) v. 4. 1 Thess. 2, 7. 11. 1 Tim. 3, 4. 12. 5, 4. Tit. 1, 6. 2 Joh. v. 4. 13. — emphatice: liberi germani et legitimi, Rom. 9, 7. — τέκνα ἐπαγγελίας, liberi (filii) promissi, Rom. 9, 8. Gal. 4, 28. cf. 31. (i. e. pares habendi sumus proli uxoris legitimae.) — τα τέκνα τῆς σαρκός, liberi propagine naturali orti, Rom. 9, 8. — **b.**, sensu latiori: posteri, Matth. 2, 18. (ex Jerem. 31, 15.) 3, 9. (Luc. 3, 8.) Act. 2, 39. 13, 32. 1 Petr. 3, 6. (Ex. 10, 2. 20, 5. 34, 7.) — emphat.: genuini posteri, genuina proles, Joh. 8, 39. — filius (sic et Graec.), Luc. 2, 48. 15, 31. Apoc. 12, 5. — pl., Matth. 21, 28. Act. 21, 21. — **c.**, sens. translat. in blandis compellationibus: vocat. fili, mi fili, filii, pro: carissime, carissimi, Matth. 9, 2. (Marc. 2, 5.) 10, 21. Luc. 16, 25. 1 Tim. 1, 18. 2 Tim. 2, 1. — nomen homini dilecto tributum, a magistro, 2 Tim. 1, 2. Philem. v. 10. 1 Cor. 4, 17. (ἐν κυρίῳ) 1 Tim. 1, 2. (ἐν πίστει) Tit. 1, 4. (κατὰ κοινὴν πίστιν) adde: 3 Joh. v. 4. cf.

1 Reg. 20, 35. 2 Reg. 2, 3. 5. — τέκνα τοῦ θεοῦ, filii Dei, i. e. Deo in primis cari et dilecti, (de populo Israëlitico) Joh. 11, 52. (Jes. 30, 1. Hos. 11, 1. Sap. 16, 21.) — qui sunt ἐκ θεοῦ γεγεννημένοι, h. e. qui amore Dei rerumque divinarum pleni sunt, Joh. 1, 12. (v. 13.) et Deum imitantur, 1 Joh. 3, 1. 2. 3, 10. 5, 2. Eph. 5, 1. Phil. 2, 15. — quos cum filio suo coniunctos Deus adoptavit et heredes aeternae felicitatis constituit, Rom. 8, 16. 17. 21. — metaph. et ex hebr. τέκνον τινός dicitur, qui ab aliqua re pendet, amore ac studio alicuius rei tenetur, vel qui alicui obstrictus est; — urbis filii, cives, incolae (Jerem. 2, 30. Joël. 2, 23. Zach. 9, 13. cf. Ps. 149, 2.), Matth. 23, 37. (Luc. 13, 34.) Luc. 19, 44. Gal. 4, 25. — τέκνα τῆς σοφίας, cultores sapientiae, Matth. 11, 19. (Luc. 7, 35. intelliguntur ii, qui Dei voluntati obsequuti baptismum Joannis susceperant, v. σοφία.) — τοῦ φωτός, et luce collustrati et lucis amantes, Eph. 5, 8. — κατάρας τέκνα, homines exsecrabiles, 2 Petr. 2, 14. — τῆς ὀργῆς, irae s. poenis devoti, Eph. 2, 3. (hebr. בֵּן, 1 Sam. 20, 31. — οἱ ὁ Deut. 25, 2. vertunt: ἄξιος πληγῶν.) — ὑπακοῆς i. q. ὑπήκοοι, 1 Petr. 1, 14.

Τεκνοτροφέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. τεκνοτρόφος, et hoc ex τέκνον et τρέφω) liberos educo, 1 Tim. 5, 10.

Τέκτων, ονος, ὁ, (vox cognata vocibus τέχνη, τεύχω, τέκω s. τίκτω, cf. hebr. בָּרָא et P. בְּרָא, praecidit, — lat. tignus, contignatio) faber lignarius, Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. — οἱ ὁ 1 Sam. 13, 19. Jes. 44, 12.

Τέλειος, εία, ον, (a voc. τέλος) perfectus, **a.**, de rebus: ἔργον, Jac. 1, 4. — ἡ — ἀγάπη, amor plenus et perfectus, 1 Joh. 4, 18. — θέλημα (quod nullo vitio laborat, hebr. תָּם), Rom. 12, 2. — δώρημα, Jac. 1, 17. — ὁ .. νόμος, Jac. 1, 25. (videtur explicari adiectis verbis: τὸν τῆς ἐλευθερίας) — τὸ τέλειον, oppon. τὸ ἐκ μέρους, res integra (illa, cuius nunc partes tantum et umbras conspicimus), 1 Cor. 13, 10. (al. aetas adulta; perperam.) — **b.**, de hominibus, perfectus corpore: adultus (propr., Aelian. V. H. 13, 1. Xen. Cyr. 8, 7, 6.) — εἰς ἄνδρα τέλειον, Eph. 4, 13. (sens.; usque dum omnes unam cognitionem assecuti repraesentemus virum adultum s. corpus, quod Christus plene inhabitet.) — τέλ. ἀνήρ, Jac. 3, 2. (vir tantum roboris consequutus, quo regat coerceatque totum corpus.) — pl.. Hebr. 5, 14. — τέλειοι ταῖς φρεσί (opp. παιδία et νηπιάζοντες ταῖς φρεσί), 1 Cor. 14, 20. — absol., adultus, i. e. satis institutus, Phil. 3, 15. Col. 1, 28. — plur., intelligentiores, rebus div. intelligendis apti, 1 Cor. 2, 6. — τέλειος virtute ac vi agendi: is, cui nihil deest, in quo nihil amplius desideratur, qui omnia praestitit, Matth. 19, 21. (sens.: si vis censeri omnia praestitisse, age me sequere regno coelesti cives collecturus, Marc. 10, 21. ἕν σοι ὑστερεῖ, cf. Luc. 18, 22. — ἕν σοι λείπει) — is, qui officio non ex parte, sed plane satisfecit, Matth. 5, 48. (speciat., qui non solum amicis, sed inimicis quoque bene vult.) — sensu morali: omnibus iis, quae sancta Dei voluntas requirit, instructus, Col. 4, 12. (i. q. πεπληρωμένος ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ.)

Τελειότερος, έρα, ον, (comparat. adi. τέλειος) perfectior, praestantior, Hebr. 9, 11.

Τελειότης, ητος, ἡ, (ab adi. τέλειος) **a.**, integritas (unde nihil

periit), Col. 3, 14. (*συνδεσμός τῆς τελ.*) — **b.**, res perfecta, id, quo aliquid perficitur, Hebr. 6, 1. (opponuntur initia: *ὁ τῆς ἀρχῆς λόγος.*)

Τελειόω (*ῶ*), f. *ώσω*, (ab adi. *τέλειος*) *perficio*, i. e. **a.**, absolvo, ad finem perduco, *τὸν δρόμον*, Act. 20, 24. (cf. 2 Tim. 4, 7.) — *ἰάσεις*, Luc. 13, 32. — *τὸ ἔργον*, Joh. 4, 34. 5, 36. 17, 4. (*τὸν οἶκον*, *οἱ ὁ*, 2 Chron. 8, 16. — *τὸ ἔργον*, Neh. 6, 16.) — *τὰς ἡμέρας*, Luc. 2, 43. — Med. *τελειοῦμαι*, absolvo, Luc. 13, 32. — perf. p. significat. med. *τετελείωμαι*, absolvi, scil. *τὸν δρόμον*, Phil. 3, 12. (cf. Phil. allegor. lib. 2. p. 50. *ὅταν τελειωθῇς κ. βραβείων κ. στεφάνων ἀξιωθῇς.*) — **b.**, perficio, h. e. id, quod adhuc rei deest, ut in plenam formam efficta sit, addo (vervollständigen), *ἡ ἀγάπη*, 1 Joh. 4, 18. — pass., 1 Joh. 2, 5. (*τετελείωται*, amor plene effictus est) 4, 17. — v. 12. (*τετελειωμένη ἐστίν*, in nobis est plene efformatus) — constr. *τελειοῦσθαι ἔν τινι*, rem totam habere, 1 Joh. 4, 18., aliter 2 Cor. 12, 9. (vis mea in infirmis maxime se demonstrat.) — *τελειοῦσθαι εἰς ἕν*, Joh. 17, 23. (plane unum efficere, plane consentire.) — *τελειοῦσθαι ἔκ τινος*, ex aliqua re plenam vim accipere, Jac. 2, 22. — **c.**, sensu morali: *τινά*, integrum (immunem a peccatis) reddo, Hebr. 7, 19. — *τινὰ κατὰ συνείδησιν*, a sensu culpae libero, Hebr. 9, 9. 10, 1. 14. — *ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένος*, in aeternum perfectus, s. ab omni labe et fragilitate immunis, Hebr. 7, 28. — *τελειοῦν τινα*, ad summam dignitatem evehere, Hebr. 2, 10. — pass., Hebr. 5, 9. suae felicitatis finem assequi (Calmet.) 11, 40. 12, 23. — **d.**, *τελειοῦται ἡ γραφή*, oracula eventu comprobantur, Joh. 19, 28. v. *πληρόω*, *τελέω*.

Τελείως, adv., (ab adi. *τέλειος*) perfecte, prorsus, 1 Petr. 1, 13.

Τελείωσις, *εως*, *ἡ*, (a *τελειόω*) perfectio, **a.**, impletio, eventus, Luc. 1, 45. (*ἔσται τοῖς λελαλημένοις*, cf. Hom. Il. 1, 5. — Judith. 10, 9.) — **b.**, perfecta expiatio (v. *τελειόω*), Hebr. 7, 11.

Τελειωτής, *οῦ*, *ὁ*, (a v. *τελειόω*, 3. perf. p.) qui aliquid ad finem (ad metam) perducit, Hebr. 12, 2. (oppon. *ἀρχηγός*, antesignanus.)

Τελεσφορέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a *τελεσφόρος*, et hoc ex *τέλος* et *φέρω*) ad maturitatem perduco (scil. *καρπούς*, de gravidis) Luc. 8, 14. (pass., maturesco.)

Τελευτάω (*ῶ*), f. *ήσω*, (a voc. *τελευτή*) finio (Xen. H. G. 2, 3, 9.), vitam finio, Matth. 2, 19. 9, 18. 22, 25. Marc. 9, 44. 46. 48. Luc. 7, 2. Act. 2, 29. 7, 15. Hebr. 11, 22. (Aelian. V. H. 2, 17. Xen. Ages. 11, 15. — *οἱ ὁ* Ex. 21, 17. — additur *τὸν βίον*, Xen. Mem. 4, 8, 1. et ap. Graec. saepissime.) — *θανάτῳ τελευτάτω* (ex hebr., Ex. 19, 12. 21, 16. Ez. 6, 12.), is certissime morietur, Matth. 15, 4. Marc. 7, 10.

Τελευτή, *ῆς*, *ἡ*, (a v. *τελέω*, q. v.) finis, vitae finis, obitus (v. *τελευτάω*), Matth. 2, 15. (*οἱ ὁ* Gen. 27, 2. Deut. 31, 29. Jos. 1, 1. — nonnumquam additur *τοῦ βίου*.)

Τελέω (*ῶ*), f. *έσω*, perf. p. *τετέλεσμαι*, aor. 1. *ἐτελέσθην*, (a *τέλος*) **a.**, absolvo, finio, *α.*, tempus, *ἔτη*, pass., Apoc. 20, 3. 5. 7. — *β.*, res, quae seriem temporis constituunt, v. c. *τὸν δρόμον*, 2 Tim. 4, 7. — *τοὺς λόγους*, Matth. 19, 1. 26, 1. — *τὰς παραβολάς*, 13, 53. — *πόλεις* (conficere urbes, i. e. fugam, iter per urbes), 10, 23. — cum partic. verbi (ut *ἄρχομαι*, *παύομαι*,

ἐπιμένω, Matth. 11, 1. — τετέλεσται, finis adest (laborum), Joh. 19, 30. — **b.**, perficio, perago, exsequor id, quod praescripto continetur (vollziehen). — νόμον, Rom. 2, 27. Jac. 2, 8. — τὴν ἐπιθυμίαν (i. e. τὸ ἐπιθυμούμενον), Gal. 5, 16. — ἅπαντα τὰ κατὰ νόμον, Luc. 2, 39. (τὰ κατά i. q. ἃ ἔδει τελεσθῆναι κατά, v. sub ὁ, ἡ, τό) — τὴν μαρτυρίαν, Apoc. 10, 7. — pass., 11, 7. — τὸ βάπτισμα, Luc. 12, 50. — πάντα, pass., Joh. 19, 28. — ἅπαντα τὰ γεγραμμένα, Act. 13, 29. — pass., Luc. 18, 31. — τελεῖσθαι ἔν τινι, dat. pers., Luc. 22, 37. — dat. rei (cum aliqua re s. per aliquam rem), Apoc. 15, 1. — **c.**, solvo, pendo, τὰ δίδραχμα, Matth. 17, 24. — φόρους, Rom. 13, 6. (ἀργύριον, Xen. Mem. 2, 9, 1.)

Τέλος, εος (ους), τό, **a.**, *finis*, τέλος ἔχω, finem attigi, dissolvor, Marc. 3, 26. — finis alicuius rei, Luc. 1, 33. Hebr. 7, 3. 2 Cor. 3, 13. (verte: ne conspicerent Israëlitae splendoris iterum evanescentis finem, v. 13.) — πάντων, 1 Petr. 4, 7. — τὰ τέλη τῶν αἰώνων, 1 Cor. 10, 11. — genitivus e contextu supplendus, Matth. 24, 6. 14. (non: τοῦ αἰῶνος τούτου, sed: eorum, quae evenire debent, Marc. 13, 7. Luc. 21, 9.) 1 Cor. 15, 24. (τὸ τέλος scil. τῶν πάντων s. mutationum.) — τὸ τέλος, exitus rei scil. narrari coeptae, Matth. 26, 58. — τὸ τέλος, adverb., denique, 1 Petr. 3, 8. — εἰς τέλος, ad finem usque, i. e. usque ad vitae (suae) finem, Joh. 13, 1. — usque ad terminum his malis positum, Matth. 24, 13. (Marc. 13, 13. Matth. 10, 22.) — postremo, auf die Letzt, Luc. 18, 5. 1 Thess. 2, 16. (Aelian. V. H. 10, 16. Xen. Oecon. 17, 10.) — ἄχρι τέλους, perpetuo, Hebr. 3, 6. 6, 11. Apoc. 2, 26. — μέχρι τέλους, Hebr. 3, 14. — ἕως τέλους, usque ad vitae terminum, 1 Cor. 1, 8. 2 Cor. 1, 13. — meton., τὸ τέλος τινός, τὸ τέλος κυρίου, praemium, quod (Jobo) tribuit Dominus, Jac. 5, 11. — sens. pass., ultima sors (merces), Rom. 6, 21. 22. 2 Cor. 11, 15. Phil. 3, 19. Hebr. 6, 8. 1 Petr. 1, 9. 4, 17. — meton. is, in quem aliquid (lex) desinit (τέλος εἰς cf. Hebr. 6, 8.), Rom. 10, 4. — ultimus, Apoc. 1, 8. (oppon. ἀρχή) 21, 6. 22, 13. — **b.**, *peractio; τέλος ἔχειν*, dic. quod plane, ad minimum usque peragitur, Luc. 22, 37. (nota: ἔτι τοῦτο.) — meton. id, quo alicui (praescripto, monito, desiderio) plane satis fit, 1 Tim. 1, 5. (al. finis, Zweck, al. summa rei, coll. Eccles. 12, 13.) — **c.**, *vectigal*, Matth. 17, 25. Rom. 13, 7. (Xen. Vectig. 4, 19, 20. Polyb. 4, 47, 1. — 1 Macc. 10, 31. 11, 35. — Herodian. 3, 1, 11.)

Τελώνης, ου, ὁ, (a voc. τέλος, vectigal, et v. ὠνέομαι, emo, cf. ὀψώνης, δεκατώνης) **a.**, publicanus (qui emit s. conduxit vectigalia. Erant publicani ap. Romanos plerumque ex ordine equestri, v. Sueton. in Octavian. c. 24.) — **b.**, portitor, i. e. vectigalium exactor (Zolleinnehmer; cuius opera publicanus in exigendis vectigalibus utitur, Artemid. 1, 23. 4, 42. Erant portitores genus hominum cum ob officium, quo fungebantur, tum propter acerbitatem, avaritiam et fraudulentiam aliis invisum non solum Judaeis, sed etiam aliis gentibus), Matth. 5, 46. 47. 10, 3. Luc. 18, 10. 11. — pl., Matth. 9, 10. 11. (Marc. 2, 15. 16. Luc. 5, 27. 29. 30.) 11, 19. (Luc. 7, 29. 34.) 18, 17. 21, 31. 32. Luc. 3, 12. 15, 1.

Τελώνιον, ίου, τό, (a voc. τελώνης, cf. δεκατώνιον, nominibus neutr. generis insigniri solent loca, domicilia, templa, officinae; exeunt in syllabas:

τρον, εῖον, ον et ιον, ήριον) telonium, mensa portitorum, Matth. 9, 9. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27.

Τέρας, τος, τό, **a.**, prodigium, portentum (res s. eventum in rerum natura mirum et insolitum, terrorem incutiens et futurum aliquod malum portendens, Xen. Mem. 1, 4, 15.), pl., Act. 2, 19. (ex Joël. 3, 3. — Hom. Il. 2, 324.) — **b.**, miraculum ab aliquo patratum, pl. σημεῖα κ. τέρατα, Matth. 24, 24. (Marc. 13, 22. cf. 2 Thess. 2, 9.) Joh. 4, 48. Act. 4, 30. 5, 12. 14, 3. 15, 12. Rom. 15, 19. 2 Cor. 12, 12. Hebr. 2, 4. — τέρ. κ. σημ., Act. 2, 22. 43. 6, 8. (Deut. 6, 22. 7, 19. — Polyb. 3, 112, 8.)

Τέρτιος, ίου, ό, (nom. lat.) Tertius, amanuensis Pauli (forsitan idem, cui nomen erat Silas, שְׁלִישִׁי tertius), Rom. 16, 22.

Τερτύλλος, ου, ό, (nom. lat.) Tertullus, orator quidam Romanus, qui Paulum coram Felice procuratore accusavit, Act. 24, 1. 2.

Τεσσαράκοντα, οἱ, αἱ, τά, numerale indeclin., quadraginta, Matth. 4, 2. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. Joh. 2, 20. al.

Τεσσαρακονταετής, έος (οῦς), ό, ή, ές, τό, (τεσσεράκοντα, ἔτος) quadragenarius, quadraginta annorum, Act. 7, 23. 13, 18.

Τέσσαρες (att. τέτταρες), ων, οἱ, αἱ, τέσσαρα, τά, quatuor, Matth. 24, 31. Marc. 2, 3. al.

Τεσσαρεςκαιδέκατος, η, ον, (τέσσαρες et δέκατος, ut dicitur τεσσαρεςκαίδεκα pro τέσσαρα καὶ δέκα) decimus quartus, Act. 27, 27. 33.

Τεταρταῖος, αία, αῖον, nom. ordinale, (ab adi. τετάρτη, scil. ἡμέρα, cf. τριταῖος, πεμπταῖος, ὀγδοαῖος etc.) qui ad quartum diem s. quarto die aliquid agit s. patitur, τετ. ἐστι, i. e. quatuor dies agit (in sepulcro, s. quartus est dies, e quo sepultus est, cf. Hom. Il. 2, 385. Polyb. 3, 52, 2. Xen. Cyr. 5, 3, 1.), Joh. 11, 39.

Τέταρτος, η, ον, (a numerali τέτταρες) quartus, Matth. 14, 25. Marc. 6, 48. Act. 10, 30. Apoc. 4, 7. al.

Τετράγωνος, ον, ό, ή, ον, τό, (ex τέτρα et γῶνος) quadrangulus, quadrangularis, Apoc. 21, 16. (οἱ ό Ex. 27, 1. 30, 2. Ez. 41, 21. al. — Polyb. 6, 27, 2.)

Τετράδιον, ίου, τό, (demin. voc. τετράς, numerus quaternarius) quaternio; — τῶν στρατιωτῶν, praesidium e quatuor militibus constans (quaternio ap. Romanos esse solebat, cui custodia captivorum carcerumque credebatur), Act. 12. 4. (quatuor quaterniones; duo enim captivum in ipso observabant carcere, duo ante fores excubabant.)

Τετρακιςχίλιοι, αι, α, (ex τετράκις et χίλιοι) quater mille, quatuor millia, Matth. 15, 38. (Marc. 8, 9.) 16, 10. (Marc. 8, 20.) Act. 21, 38.

Τετρακόσιοι, αι, α, (ex τέτρακις et terminatione -όσιος, numerum centenum indicante) quadringenti, Act. 5, 36. 7, 6. 13, 20. Gal. 3, 17.

Τετράμηνος, ον, (ex τέτρα et μήν, cf. τρίμηνος, ἑξάμηνος) quadrimestris, quatuor mensium, Joh. 4, 35. (cf. Judic. 19, 2. 20, 47.)

Τετραπλόος (οῦς), όη (ῆ), όον (οῦν), (ex τέτρα et πλόος, ut ἁπλόος ex ἅμα et πλόος, pro quo etiam -πλός in ἁπλός, διπλός etc., cui respondet

lat. -plus in: duplus, triplus, quadruplus, ab obsol. *πλέω*, unde lat. plenus et composita: impleo, repleo, al., v. voc. *πλευρά*) quadruplus, quadruplex, Luc. 19, 8.

Τετράπους, οδος, ὁ, ἡ, neutr. *τετράπουν, τό*, (ex *τέτρα* et *πούς*, pes) quadrupes. Neutr. pl., Act. 10, 12. 11. 6. Rom. 1, 23. (*οἱ ὁ* Gen. 1, 24. 34, 23. Ex. 9, 9. Jes. 40, 16.)

Τετραρχέω (ῶ), f. *ήσω*, (a voc. *τετράρχης*, q. v.) — *τινός*, alicui regioni tetrarchae nomine praesum, Luc. 3, 1.

Τετράρχης, ου, ὁ, (ex *τέτρα* et *ἄρχω*, cf. *ἐθνάρχης, ἑκατοντάρχης*) tetrarcha, i. e. propr. quartae regni parti imperans. Tetrarchae olim appellabantur principes Galatiae; Galatia enim olim, teste Strabone, divisa erat in tres partes, quarum unaquaeque in quaternas minores partes dispertita *τετραρχίας* nomen gessit; idem auctor est, Thessaliam ante Philippi Macedonis tempora in quatuor *τετραρχίας* divisam fuisse. Herodem Magnum Josephus narrat fuisse, antequam rex Judaeae factus esset, tetrarcham Galilaeae, eundemque postea, morti vicinum, *τὴν βασιλείαν*, i. e. Judaeam et Samariam, Archelao futuro regi, Galilaeam autem et Peraeam Antipae tetrarchae, item Gaulonitidem, Trachonitidem, Batanaeam et Paniatem Philippo, etiam tetrarchae, testamento destinasse. v. *Ἡρώδης*. Herodes Antipas tetrarches commemoratur, Matth. 14, 1. Luc. 3, 19. 9, 7. (qui si *βασιλεύς* appellatur, Matth. 14, 9. Marc. 6, 14. hoc nomen latius dicitur de eo, qui praeest, cf. Herodot. 5, 111.)

Τεύχω, v. *τυγχάνω*.

Τεφρόω (ῶ), f. *ώσω*, (a voc. *τέφρα*, cinis) in cineres redigo, 2 Petr. 2, 6.

Τέχνη, ης, ἡ, (a v. *τέκω, τίκτω*, v. *τέκτων*) ars, Act. 17, 29. Apoc. 18, 22. — opificium, Act. 18, 3. (ut *τεχνίτης*, opifex) v. *ὁμότεχνος*. — Hinc voc. seq.

Τεχνίτης, ου, ὁ, artifex, opifex, Act. 19, 24. 38. Apoc. 18, 22. (Xen. Mem. 2, 7, 4.) — de Deo mundi creatore, Hebr. 11, 10.

Τήκω, liquefacio. Pass., liquefio, liquesco, 2 Petr. 3, 12. (Xen. Mem. 3, 1, 7.)

Τηλαυγῶς, adv., (ab adi. *τηλαυγής*, eminus splendens, ex *τῆλε*, procul, et *αὐγή*, splendor) procul et clare, Marc. 8, 25. (cf. Job. 37, 21. Ps. 18, 9.)

Τηλικοῦτος, αὕτη, οῦτο, (ex *τήλικος* et *οὗτος*) tantus, 2 Cor. 1, 10. Hebr. 2, 3. Jac. 3, 4. Apoc. 16, 18.

Τηρέω (ῶ), f. *ήσω*, (ab adi. *τηρός*, observans, quod semel legitur Aeschyl. Suppl. v. 263., cf. etiam bebr. נָטַר, ut נָטַל et lat. tollo, נָפַל et *σφάλλω*, נָקַף et *κόπτω*, al.) **a.**, custodio, *τινά*, Matth. 27, 36. 54. Act. 16, 23. — pass., Act. 12, 5. 25, 4. — *τινὰ εἴς τι*, pass., Act. 25, 21. — *τί*, Act. 12, 6. — *οἱ τηροῦντες*, custodes, Matth. 28, 4. — *οἱ ὁ* Cant. 3, 3. — **b.**, metaph. *α.*, conservo, א., *τινά*, aliquem in ea conditione, qua utitur, 1 Cor. 7, 37. (suam virginem servare, scil. tamquam virginem, i. e. innuptam.) — *τί*, aliquid mente repositum servo, Apoc. 1, 3. 22, 7. 9. — constanter teneo,

τὴν πίστιν, 2 Tim. 4, 7. Apoc. 14, 12. — τηρεῖν τὰς ἐντολάς, i. e. re et facto se memorem praestare div. praeceptorum, 1 Joh. 2, 3. 4. 3, 22. 24. Joh. 14, 15. 21. 15, 20. 17, 6. — τὸν λόγον, 1 Joh. 2, 5. Joh. 8, 51. 52. 55. 14, 23. 24. Apoc. 2, 26. 3, 8. 10. — tueor, non dimitto (behaupten, opp. ἀθετεῖν), Marc. 7, 9. — τὴν ἀρχήν, Judae v. 6. Apoc. 16, 15. — ℶ., τί s. τινά, c. accus. praedicati, 2 Cor. 11, 9. 1 Tim. 5, 22. 6, 14. Jac. 1, 27. — pass. τηροῦμαι, c. adv. (ἀμέμπτως) 1 Thess. 5, 23. — ℷ., τηροῦμαί τινι (dat. pers.), Judae v. 1. — ℸ., τηρεῖν τινα ἔν τινι, custudio aliquem, ut salvus egrediatur ex, Eph. 4, 3. Judae v. 21. Joh. 17, 11. 12. 15. Apoc. 3, 10. (cf. σώζω, Joh. 12, 27.) — τηρῶ ἐμαυτόν, mihi caveo, 1 Joh. 5, 18. — ἐμαυτὸν ἄσπιλον ἀπό τ., servo me impollutum ab aliquo, Jac. 1, 27. — β., asservo, aufbewahren, τινὰ εἴς τι, 2 Petr. 2, 4. 9. 3, 7. Judae v. 6. — τὶ εἴς τινα, aliquid, quod alicui, cum venerit, detur, 1 Petr. 1, 4. — τὶ εἰς ἡμέραν τινά, Joh. 12, 7. — τὶ ἕως ἄρτι, Joh. 2, 10. — τηρῶ τινί τι, pass., 2 Petr. 2, 17. Judae v. 13. — γ., servo, i. e. non violo, quod traditum est, τὰς ἐντολάς, Matth. 19, 17. 23, 3. 28, 20. — τὸν νόμον, Act. 15, 5. 24. 21, 25. Jac. 2, 10. — τὸ σάββατον, Joh. 9, 16.

Τήρησις, εως, ἡ, **a.**, custodia, carcer, Act. 4, 3. 5, 18. — **b.**, τῶν ἐντολῶν, servare praecepta, 1 Cor. 7, 19.

Τιβεριάς, άδος, ἡ, (a Τιβέριος) urbs Galilaeae, ad locum Gennesareth sita, quam Herodes M., cum esset tetrarcha Galilaeae, valde ampliavit et ornavit atque in honorem Tiberii Caesaris Tiberiadem appellavit, Joh. 6, 1. 23. 21, 1.

Τιβέριος, ίου, ὁ, (nom. lat. a Tiberis fluvii nomine derivatum) Tiberius, tertius Romanor. imperator, Tiberii Neronis ex Livia filius, regnavit annos 26. menses 6. dies 19. anno eius imperii 15. Christus suum munus auspicatus est. — Sueton. Vita Tiberii. Tacit. Annal. lib. 1, c. 3 seq. Dio Cass. lib. 15. p. 636. et 57. p. 689.), Luc. 3, 1.

Τίθημι, f. θήσω, (3. pl. τιθέασιν pro: τιθεῖσιν, imperf. ἐτίθην et ἐτίθουν [Marc. 6, 56. quasi a τιθέω], aor. 1. ἔθηκα [3. pl. ἔθηκαν], perf. τέθεικα, aor. 1. p. ἐτέθην, aor. 2. med. ἐθέμην, 2. pass. ἔθου pro ἔθεσο, Act. 5, 4.) 1., activ., **a.**, *pono*, (i. e. facio κεῖσθαι aliquid) colloco, τί, v. c. θεμέλιον, Luc. 14, 29. 1 Cor. 3, 10. 11. Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 6. — opp. αἴρειν, Luc. 19, 21. 22. (cf. Xen. Oecon. 8, 2.) — metaph., νόμον, legem dare, Gal. 3, 19. (Sed legendum: προσετέθη.) — τί τινι, v. c. πρόςκομμα, Rom. 14, 13. — τὶ εἴς τι, Luc. 11, 33. — ἔν τινι, Rom. 9, 33. et 1 Petr. 2, 6. (Jes. 8, 14. 28, 16.) — τὶ ὑπό τι, Matth. 5, 15. (Marc. 4, 21. Luc. 11, 33.) — τὶ ὑποκάτω τινός, Luc. 8, 16. — τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας, 1 Cor. 15, 25. — τιθέναι τινά που, s. ἐν τόπῳ τινί, speciat. dict. de mortuis, qui alicubi reponuntur, πού, Marc. 15, 47. 16, 6. Joh. 11, 34. 19, 42. 20, 2. 13. 15. — ἔν τινι (τόπῳ), Matth. 27, 60. Marc. 6, 29. Luc. 23, 53. Joh. 19, 41. Act. 7, 16. 9, 37. — εἰς μνημεῖον, Act. 13, 29. Apoc. 11, 9. — τί s. τινὰ ἐπί τινος, Act. 5, 15. Joh. 19, 19. — ἐπί τι, Apoc. 10, 2. 2 Cor. 3, 13. — ἐπί τινα (τὰς χεῖρας), Marc. 10, 16. — (τὸ πνεῦμα,) Matth. 12, 18. (ex Jes. 42, 1. ubi οἱ ὁ· ἔδωκα ἐπ' αὐτόν.) — τὶ παρὰ τοὺς πόδας τ., ad pedes alicuius depono, Act. 4, 35. 37.

5, 2. — τινὰ ἐνώπιόν τ., Luc. 5, 18. — **b.**, *depono*, i. e. α., deorsum flecto, τὰ γόνατα, genua flecto, Marc. 15, 19. Luc. 22, 41. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5. — β., non amplius gesto, τὰ ἱμάτια (lat. vestes pono, Joh. 13, 4. — τὴν ψυχήν (lat. vitam pono), Joh. 10, 17. 18. — ὑπέρ τινος, Joh. 10, 11. 15. 13, 37. 38. 15, 13. 1 Joh. 3, 16. — γ., depono pecuniam, παρ' ἐμαυτῷ, 1 Cor. 16, 2. — **c.**, i. q. παρατίθημι (de cibis ac potibus), v. c. οἶνον, Joh. 2, 10. (Xen. Mem. 3, 4, 1. lat. pono.) — **d.**, τινά, seq. acc. praedic. pono, τινὰ ὑποπόδιον, Matth. 22, 44. (Marc. 12, 36. Luc. 20, 43.) et Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. 10, 13. (e Ps. 109, 1.) — *constituo*, Rom. 4, 17. (ex Gen. 17, 5.) Hebr. 1, 2. 2 Petr. 2, 6. — pass., 1 Tim. 2, 7. et 2 Tim. 1, 11. (εἰς ὅ e constr. praegn. duas formulas coniungente, τίθεσθαί τι et τίθεσθαι εἴς τι, cui incumbo praeco constitutus.) — ἀδάπανον τίθημι (expono — metaphora a mercatoribus ducta) τὸ εὐαγγέλιον, 1 Cor. 9, 18. (cf. Aelian. V. H. 13, 6. Hom., v. c. θέσαν μιν πηρόν.) — τιθέναι τινὰ εἴς τι, aliquem alicui rei destino, pass., 1 Petr. 2, 8. — εἴς τι pro acc. praedic. (ex hebr.), Act. 13, 47. (ex Jes. 49, 6.) — τιθέναι τινὰ ἵνα, Joh. 15, 16. — τιθέναι τὸ μέρος τινὸς μετά τινος (v. μετά), Matth. 24, 51. Luc. 12, 46.

2., Med. τίθεμαι, mihi pono, τί, — βουλήν, consilium capio, Act. 27, 12. — τὰ μέλη, dispono, 1 Cor. 12, 18. — instituo (stabilio), τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς, 2 Cor. 5, 19. — τὶ εἴς τι, — εἰς τὰ ὦτά μου, menti infigo aliquid, Luc. 9, 44. (cf. Agg. 2, 19.) — εἰς τὴν καρδίαν, seq. inf., propositum teneo, Luc. 21, 14. (1 Sam. 9, 20. Eccl. 7, 22.) — ἐν τῇ καρδίᾳ, mente mihi repono, Luc. 1, 66. mihi propono, Act. 5, 4. (Hom. Od. 4, 729.) — i. q. ἐν τῷ πνεύματι, 19, 21. 2 Sam. 3, 13. (cf. Hom. Il. 9, 629. 13, 121.) — ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, in mea potestate repono, i. e. meae potestati reservo (ut efficiam quando velim), Act. 1, 7. — τινὰ εἴς τι, — εἰς διακονίαν, destino aliquem ad aliquid, 1 Tim. 1, 12. — εἰς ὀργήν (aliquem eum esse volo, qui poenas perferat), 1 Thess. 5, 9. — τινὰ εἰς φυλακήν, Act. 12, 4. — εἰς τήρησιν, 4, 3. (οἱ ὁ Gen. 41, 10. 42, 17.) — ἐν φυλακῇ, Matth. 14, 3. Act. 5, 25. — ἐν τηρήσει, 5, 18. — τινά seq. acc. praedic., Act. 20, 28. 1 Cor. 12, 28. (Hom. τιθέναι, Il. 6, 300. Od. 15, 253. Pind. Pyth. 9, 93.)

Τίκτω, f. τέξομαι, (ab obs. τέκω, cf. πίπτω) pario, gigno (fructum e semine ortum) **a.**, propr. dic. de mulieribus foetum enitentibus, absol., Luc. 1, 57. 2, 6. Joh. 16, 21. Gal. 4, 27. (ex Jes. 54, 1.) Hebr. 11, 11. Apoc. 12, 2. 4. — (de viris: procreo, Job. 38, 29. — Eurip. Iphig. 639. ut γεννάω, q. v., etiam de mulieribus, Luc. 1, 31. 57. [23, 29.] Joh. 16, 21.) — τίκτω υἱόν, Matth. 1, 21. et 23. 25. Luc. 1, 31. 2, 7. Apoc. 12, 5. 13. — pass., Matth. 2, 2. Luc. 2, 11. — τίκτειν de terra fruges proferente (ut lat. pario, Cic. de Nat. D. 6, 4.), βοτάνην, Hebr. 6, 7. — metaph., gigno, Jac. 1, 15. (nota h. l. συλλαβοῦσα. Confertur ergo ἡ ἐπιθυμία, cum femina.)

Τίλλω, vello, evello, στάχυας, Matth. 12, 1. (Marc. 2, 23.) Luc. 6, 1. (οἱ ὁ Jes. 18, 7. Esdr. 9, 3. — Diod. Sic. 5, 21.)

Τίμαιος, ου, ὁ, Timaeus, pater caeci cuiusdam a Jesu prope Hierichuntem sanati, Marc. 10, 46.

Τιμάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. τιμή) aestimo, τινά, i. e. **a.**, pretium

eius statuo, Matth. 27, 9. (ex Zach. 11, 12. 13.) ibid. med. ἐτιμησάμην, aestimavi. — **b.**, honoro, i. e. *a.*, revereor aliquem, speciat. Deum (veneror), Matth. 15, 8. (Marc. 7, 6. e Jes. 29, 13.) Joh. 5, 23. 8, 49. — parentes, Matth. 15, 4. 5. (Marc. 7, 10.) 19, 19. Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. et Eph. 6, 2. — alios homines, 1 Tim. 5, 3. 1 Petr. 2, 17. (Xen. Mem. 4, 3, 13. Cyr. 1, 2, 12.) — *β.*, praemiis orno, Joh. 12, 26. — addit. πολλαῖς τιμαῖς, Act. 28, 10.

Τιμή, ῆς, ἡ, (a v. τίω, aestimo, pendo, perf. p. τέτιμαι) **a.**, pretium, τινός, Matth. 27, 9. (Zach. 11, 13.) — pl., Act. 19, 19. — de pretio soluto (Aelian. V. H. 2, 7. Xen. Oec. 20, 24.) s. accepto pro re vendita, Act. 5, 2. 3. — plur., 4, 34. — s. dato pro re emta, τιμὴ αἵματος, pretium pro caede, Matth. 27, 6. — ἠγοράσθητε τιμῆς, magno pretio, 1 Cor. 6, 20. et 7, 23. — ὠνεῖσθαι τιμῆς ἀργυρίου, emere pretio ad argentum redacto, i. e. argento, Act. 7, 16. — τιμὴν ἀπονέμειν τινί, suum alicui pretium statuere, ei aliquantum tribuere, 1 Petr. 3, 7. — pretium (Werth), 1 Cor. 12, 24. — **b.**, honor, dignitas, δόξα κ. τιμή, Hebr. 2, 7. 9. 2 Petr. 1, 17. — τιμὴν ἔχω, Hebr. 3, 3. — in doxologiis, τῷ θεῷ (scil. ἔστω) τιμὴ κ. δόξα, 1 Tim. 1, 17. 6, 16. Apoc. 4, 9. 11. 5, 12. 13. 7, 12. 19, 1. — ἀποδοῦναί τινι τιμήν, Rom. 13, 7. — ἡγεῖσθαί τινα ἄξιον τιμῆς, 1 Tim. 6, 1. — τιμὴν ἔχειν, honorari, Joh. 4, 44. — **c.**, laudes cum ornamentis coniunctae (Auszeichnung), iunct. c. ἔπαινος, δόξα, Rom. 2, 7. 10. 1 Petr. 1, 7. — ὑμῖν ἡ τιμή scil. γενηθήσεται, continget, 1 Petr. 2, 7. (i. q. οὐ καταισχυνθήσεσθε, v. 6.) — **d.**, aestimatio, qua cui pretium statuitur (Werthschätzung, oppon. neglectio, contemtus), Rom. 12, 10. Col. 2, 23. (τιμή scil. σαρκός, cura carnis) — signum honoris (Ehrenbezeigung), 1 Tim. 5, 17. — plur. πολλαῖς τιμαῖς τιμᾶν τινα, Act. 28, 10. — **e.**, dignitatis, honoris gradus (Ehrenstelle), Hebr. 5, 4. — **f.**, decus (oppon. turpi, deformi), σκεῦος εἰς τιμήν (scil. κατηρτισμένον, opp. εἰς ἀτιμίαν), aut ut ornamento sit, aut ut sit usui honesto destinatum, Rom. 9, 21. et 2 Tim. 2, 20. 21. — κτᾶσθαι (τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος) ἐν τιμῇ, honestum purum conservare, 1 Thess. 4, 4. — τιμὴν τοῖς μέλεσι περιτιθέναι, membra circumdare vestitu elegantiori, 1 Cor. 12, 23. — ἡ δόξα κ. τιμή τινος, ornatus, Schmuck, i. e. res ornatui inservientes, Apoc. 21, 24. 26.

Τίμιος, ία, ιον, **a.**, pretiosus, i. e. qui multis nummis aequiparatur, λίθος, Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 19. — pl., 1 Cor. 3, 12. (οἱ ὁ 1 Reg. 7, 9. 10.) — comparat. τιμιώτερος, 1 Petr. 1, 7. (codd. πολυτιμότερον.) — superlat. τιμιώτατος, Apoc. 18, 12. 21, 11. — metaph., magni aestimandus, carus, καρπὸς τῆς γῆς, Jac. 5, 7. — αἷμα τίμιον, 1 Petr. 1, 19. — τὰ τίμια ἐπαγγέλματα, 2 Petr. 1, 4. — τίμιός τινι, carus alicui, Act. 20, 24. Act. 5, 34. — **b.**, honestus, ἐν πᾶσιν, inter omnes, Hebr. 13, 4. — Hinc voc. seq.

Τιμιότης, ητος, ἡ, pretiositas, ornamenta, copia rerum pretiosarum, Apoc. 18, 19.

Τιμόθεος, ου, ὁ, (nom. gr. timens Deum) Timotheus, homo Derbaeus, patre Graeco et matre Judaea natus, Pauli comes ac cooperator (συνεργός), Act. 16, 1. 17, 14. 15. 18, 5. 19, 22. 20, 4. Rom. 16, 21. 1 Cor. 4, 17. 16, 10. 2 Cor. 1, 1. 19. Phil. 1, 1. 2, 19. Col. 1, 1. 1 Thess. 1, 1. 3, 2. 6. 2 Thess. 1, 1. 1 Tim. 1, 2. 18. 6, 20. 2 Tim. 1, 2. Philem. v. 1. Hebr. 13, 23.

Τίμων, *ωνος*, *ὁ*, (nom. Graec. — honorans) Timon, unus e septem diaconis ecclesiae Hierosolymit., Act. 6, 5.

Τιμωρέω (ῶ), f. *ήσω*, (ab adi. *τιμωρός*, contr. ex *τιμήορος* s. *τιμάορος* [cf. supr. *πρῶτος*] hocque ex *τιμή* et *αἴρειν*) **a.**, *τιμωρῶ σοι*, *τινός*, vindictam alicuius rei sumo tibi. — (Herodot. 1, 100. 2, 63.) — **b.**, *τιμωρῶ τινα*, vindictam sumo ab aliquo, item *τιμωρῶ τινί τι*, Plat. Apol. p. 28. C. — In N. T. *τινά*, punio, castigo (flagris caedo), Act. 26, 11. — pass., 22, 5. (Xen. de rep. Lac. 2, 2. Anab. 2, 5, 27.)

Τιμωρία, *ας*, *ἡ*, (ab adi. *τιμωρός*, v. *τιμωρέω*) vindicta, poena, Hebr. 10, 29. (Xen. Mem. 4, 4, 24. — *οἱ ό* Prov. 19, 29. 24, 22.)

Τίς, genit. *τινός*, neutr. *τί*, pronom. interrogat., quis, quae, quid? 1., reperitur **a.**, adiect. nomini in interrog. directa, *τίς βασιλεύς*, Luc. 4, 31. — Matth. 5, 46. Luc. 15, 4. Rom. 6, 21. — *τίς γυνή*, Luc. 15, 8. — *τί σημεῖον*, Joh. 2, 18. — in interrog. indir., 1 Cor. 15, 2. 1 Petr. 1, 11. — **b.**, ubi praedicati locum obtinet, accommodatum generi numeroque nominis sequentis, in interrog. dir., *τίς* (scil. *ἐστί*) *τόπος*, Luc. 4, 36. Act. 7, 49. Col. 1, 27. — *τίς ἡ αἰτία*, Act. 10, 21. Marc. 1, 27. 6, 2. Luc. 7, 39. Rom. 3, 1. 11, 13. 15. 1 Cor. 9, 18. 2 Cor. 6, 14. 15. 16. Gal. 4, 15. Col. 1, 27. 1 Thess. 2, 19. 3, 9. Hebr. 7, 11. — neutr., Matth. 24, 3. Marc. 1, 27. 5, 9. (Luc. 18, 36.) — pl., Luc. 24, 17. — Matth. 24, 3. Marc. 5, 9. (Luc. 8, 10.) 8, 37. Rom. 3, 1. 1 Cor. 15, 32. Jac. 2, 14. — in interrog. indir., Luc. 7, 39. 8, 9. Act. 17, 19. Eph. 1, 8. — **c.**, pronomen *τίς*; nude positum in interrog. dir., Matth. 3, 7. (Luc. 3, 7.) 10, 11. 12, 48. (Marc. 3, 33.) Marc. 16, 3. Joh. 5, 12. 9, 36. 13, 25. 1 Cor. 4, 7. — *τίνος*, Matth. 22, 20. (Marc. 12, 16. Luc. 20, 24.) v. 28. (Marc. 12, 23. Luc. 20, 33.) v. 42. — *τίνι*, Luc. 13, 18. — *τίνα*, Matth. 27, 17. 21. Joh. 18, 4. 7. — *τίς* pro *πότερος*, Matth. 23, 17. Luc. 7, 42. 22, 71. Act. 8, 34. — quaerit pronomen *τίς* saepius, ubi exspectatur responsio, reperiri talem, in quem cadat id, quod quaesitum sit, neminem, Act. 8, 33. Rom. 7, 24. 8, 33. 34. 9, 19. 10, 16. 11, 34. 35. 1 Cor. 9, 7. 2 Cor. 11, 29. (sens.: nemo *ἀσθενεῖ*, quin ego simul.) Hebr. 1, 5. 13. — *τίς εἰ μή*, quis, nisi (i. e. nemo, nisi), Marc. 2, 7. Luc. 5, 21. Rom. 11, 15. 1 Cor. 2, 11. Hebr. 3, 18. 1 Joh. 2, 22. 5, 5. — *τίνα* — *οὐκ*, Act. 7, 52. — *τίς οὐ μή*, seq. coni. (wer sollte nicht), 2 Cor. 2, 2. — pro interrogativo pronomine poni potuisset *εἴ τις*, Matth. 7, 9. 12, 11. 24, 45. (Luc. 12, 42.) Luc. 11, 5—8. (pro: *ἐάν τινα ἐξ ὑμῶν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς ἄρτον*, *μὴ δώσει* — *αὐτῷ*;) Jac. 3, 13. — duas interrogationes vide una comprehensas, Act. 11, 17. Luc. 19, 15. (Marc. 15, 24.) — in interrog. indir., Matth. 10, 11. Luc. 6, 47. Eph. 1, 18. — c. coni., 1 Petr. 5, 8. — *τίς τί ἄρῃ* (was jeder — sollte), cf. Marc. 15, 24. Luc. 19, 15. — seq. *ἄν* c. optat., Joh. 13, 24. Act. 21, 33. — *τίς*; i. q. *ποῖος*, Matth. 21, 10. 16, 13. 15. (Marc. 8, 27. 29. Luc. 9, 18. 20.) Marc. 6, 2. Luc. 4, 36. 5, 21. 7, 39. 49. 9, 9. (*οὗτος* est subiect. et *τίς* definiri cupit, quid sit praedicandum.) Joh. 1, 19. 22. 7, 36. 8, 53. 21, 12. Act. 13, 25. 19, 15. Rom. 9, 20. 1 Cor. 3, 5. Jac. 4, 12. Apoc. 7, 13. — *τίς ἐστιν ἀλλ' ἤ*, 1 Cor. 3, 5. Act. 17, 19. — optat., Luc. 8, 9. Act. 21, 33. — **d.**, pronomen *τίς* consociatum cum con-

iunctionibus: καὶ τίς (v. καί), Marc. 10, 26. Luc. 10, 29. 18, 26. 2 Petr. 2, 2. — τίς ἄρα, quis tandem? Matth. 18, 1. quis igitur: 19, 25. 24, 45. (Luc. 12, 42.) Marc. 4, 41. Luc. 8, 25. — τίς οὖν, Luc. 10, 36. 1 Cor. 9, 18. — τίς γάρ, Hebr. 12, 7. 2 Cor. 6, 14. — elliptice (v. γάρ): Act. 19, 35. — τίς δέ, 2 Cor. 6, 15. 16. — iunct. cum genit. partitivo, in interrog. dir., Matth. 22, 28. Marc. 12, 23. Luc. 10, 31. Act. 7, 52. Hebr. 1, 5. 13. — vel c. ἐκ et genitivo classis, Matth. 6, 27. 7, 9. 21, 33. Luc. 14, 28. Joh. 8, 46. — in interrog. indir., optat., Luc. 22, 23. — interposito ἄν, Luc. 9, 46.

Neutr. τί α., in interrog. dir., Matth. 26, 15. Marc. 2, 9. Luc. 5, 23. Joh. 1, 22. 39. 4, 27. 8, 5. 14, 22. Act. 21, 13. 23, 19. Rom. 4, 3. 11, 2. — τί, i. q. πότερον, Matth. 9. 5. (Luc. 5, 23.) 23, 19. Phil. 1, 22. — τί πρὸς ἡμᾶς, quid ad nos? Matth. 27, 4. Joh. 21, 22. — τί ἐμοὶ κ. σοί, Matth. 8, 29. (Marc. 5, 7. Luc. 8, 28.) Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. Joh. 2, 4. (v. ἐγώ.) — τί μοι scil. προςήκει, quid mea refert, 1 Cor. 5, 12. — τί σοι δοκεῖ, Matth. 22, 17. 42. 26, 65. — φαίνεται, Marc. 14, 64. — τί οἶδας, 1 Cor. 7, 16. — τί ποιοῦμεν, Joh. 11, 47. — τί θέλεις; seq. coni., Matth. 20, 32. Marc. 10, 51. 15, 12. Luc. 18, 41. — τί θέλω, Luc. 12, 49. 1 Cor. 4, 21. (lat. quid? quod.) — τί φημι, 1 Cor. 10, 19. — τί c. verbi coniunctivo in interrogat. deliberantis et dubitantis, Matth. 6, 31. 11, 16. (Luc. 7, 31.) 27, 22. Marc. 4, 30. Luc. 12, 17. 13, 18. Joh. 12, 27. Act. 4, 16. (codd. ποιήσομεν.) — τί seq. fut., Marc. 10, 17. Luc. 18, 18. 1 Cor. 15, 29. — τί (scil. γέγονεν) ὅτι — cur? Marc. 2, 16. Luc. 2, 49. Act. 5, 4. 9. cf. Joh. 14, 22. — τί ἐστι, locum tenet accuratius definiendi praedicati, Luc. 20, 17. Act. 4, 16. Joh. 16, 17. 18. 18, 38. (τί ἐστιν ἡ ἀλήθεια;) Hebr. 2, 6. — τί ἐστι τοῦτο; quid hoc sibi vult? Marc. 1, 27. 9, 10. — τί ἐστιν, εἰ μή, Eph. 4, 9. Joh. 6, 9. — οὗτος δὲ τί (scil. γενήσεται), quae huius erit sors? Joh. 21, 21. — τί i. q. διὰ τί, cur? quare? Matth. 6, 28. (Luc. 12, 26.) 7, 3. 8, 26. (Marc. 4, 40.) 19, 17. (Marc. 10, 18. Luc. 18, 19.) 20, 6. 22, 18. (Marc. 12, 15. Luc. 20, 23.) 26, 10. (Marc. 14, 6.) Marc. 2, 7. 8. (Luc. 5, 22.) v. 24. (Luc. 6, 2.) 5, 35. 8, 12. 17. (Matth. 16, 8.) 11, 3. Luc. 2, 48. 6, 41. 12, 57. 16, 2. 19, 33. 22, 46. 24, 38. Joh. 7, 19. 18, 23. Act. 14, 15. 26, 8. Rom. 3, 7. 9, 19. 20. 1 Cor. 4, 7. 10, 30. — i. q. εἰς τί; 15, 29. (καί h. l. etiam, et iungend. cum voce sequente, ut et, Matth. 26, 65. Marc. 14, 63. Luc. 22, 71. Rom. 8, 24.) — τί; iunct. cum praeposit.: ἐν τίνι, Matth. 5, 13. Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. — διὰ τί, Matth. 9, 11. (Luc. 5, 30. sed, Marc. 2, 16. τί ὅτι) v. 14. (Marc. 2, 18. Luc. 5, 33.) 13, 10. 15, 2. 3. (Marc. 7, 5.) 17, 19. (Marc. 9, 28.) 21, 25. (Marc. 11, 31. Luc. 20, 5.) Luc. 19, 23. 31. 24, 38. Joh. 7, 45. 8, 43. 46. 12, 5. 13, 37. Act. 5, 3. 1 Cor. 6, 7. 2 Cor. 11, 11. Apoc. 17, 7. — εἰς τί; ad quid? quorsum? quem in finem? Matth. 24, 31. 26, 8. (Marc. 14, 4.) Marc. 15, 34. (aliter, Act. 19, 7. e formula: βαπτίζειν εἰς τινα.) — κατὰ τί, Luc. 1, 18. — adde: ἵνα τί; (q. v.) cur? Matth. 9, 4. 27, 46. Luc. 13, 7. Act. 4, 25. 7, 26. 1 Cor. 10, 29. — iunct. cum coniunctione, τί ἄρα, quid ergo, Matth. 19, 27. — τί οὖν etc., quid igitur etc., Matth. 17, 10. 19, 7. 27, 22. Marc. 12, 9. Luc. 20, 15. Joh. 1, 21. — τί οὖν, Joh. 3, 19. 6, 15. — τί οὖν ἐροῦμεν, Rom. 4, 1. 6, 15. 7, 7. 8, 31. 9, 14. 30. — τί οὖν, quid igitur est, Joh. 1, 21. — cur igitur, Joh. 1, 25. —

i. q. εἰς τί οὖν; Gal. 3, 19. — τί γάρ; quid enim? Rom. 3, 3. Phil. 1, 18. — τί γὰρ ἐποίησεν, Matth. 27, 23. Marc. 13, 4. Luc. 23, 22.

Neutr. τί, β., in interrog. *indirecta*, sequente verbi indicativo (lat. quid c. coni.), Matth. 6, 3. 12, 3. (Marc. 2, 25. sed, Luc. 6, 3. τοῦτο δ') v. 7. 21, 16. Marc. 5, 14. Job. 13, 12. 28. 16, 18. Act. 4, 9. 12, 18. 19, 32. Rom. 8, 27. 1 Cor. 14, 16. Eph. 1, 19. 3, 18. 5, 10. Phil. 1, 22. 1 Joh. 3, 2. — pl., Joh. 10, 6. — Marc. 14, 36. supple: curandum est, aut simile verbum. — seq. coni. aor. (was — soll), Matth. 6, 25. 10, 19. 15, 32. Marc. 6, 36. 9, 6. Luc. 12, 5. 11. 29. 16, 3. 4. 8. 19, 48. Rom. 8, 26. — seq. optat., Luc. 15, 26. 18, 36. — interposito ἄν, Luc. 1, 62. 6, 11. 15, 26. Act. 2, 12. 5, 24. 10, 17.

Τίς, neutr. τί, genit. τινός, pronom. indefinit. enclit. (quod ita ad interrogativum τίς se habet, ut πού, πώς, ποτέ, se habent ad interrogativa ποῦ, πῶς, πότε;) quidam, quaedam, quiddam vel quoddam; **α.**, adiectum nominibus substantivis, adiectivis, numeralibus, pronominibus; α., nominibus propriis, v. c. τὶς Σίμων, Marc. 13, 21. (Luc. 23, 26.) Act. 9, 43. 19, 9. 24. 21, 16. 25, 19. — β., nominibus gentilibus, v. c. Σαμαρείτης τις, Luc. 10, 33. — Ἕλλην, pl., Joh. 12, 20. — Act. 24, 18. — γ., nominibus muneris, opificii, sectae etc., ἱερεύς, προφήτης, φαρισαῖος, δανειστής al., Luc. 1, 5. 7, 41. 9, 19. 10, 31. 18, 2. Act. 5, 34. — pl. Luc. 13, 31. — ἀνήρ, ἄνθρωπος, νεανίσκος, γυνή, μαθήτρια, παιδίσκη, al., Matth. 18, 12. Marc. 5, 25. 14, 51. Luc. 10, 30. 38. 11, 27. 17, 12. 22, 56. Act. 3, 2. 9, 33. 36. 25, 16. — pl., Luc. 24, 22. 1 Tim. 5, 24. Jud. v. 4. — δ., nominibus numeralibus et pronominibus, δύο τινές c. genit. partit., Act. 23, 23. et Luc. 7, 18. (Sens.: advocavit nominatim duos, quorum tamen nomina hic commemorare non attinet.) — ἕτερος, Act. 8, 34. 27, 1. — ἄλλος, pl., Act. 15, 2. neutr., Act. 19, 32. — εἷς, Marc. 14, 47. 51. Luc. 22, 50. — ε., nominibus locorum et rerum, quibus sua sunt nomina propria adiungitur, ubi scriptor haec noluit nomina addere, v. c. τόπος, Luc. 11, 1. Act. 27, 8. — κώμη, Luc. 10, 38. 17, 12. — κόλπος, Act. 27, 39. — σκεῦος, Act. 10, 11. 11, 5. — ἀδίκημα, Act. 18, 14. — ζήτημα, pl., Act. 25, 19. — παράπτωμα, Gal. 6, 1. — δυσνόητά τινα, 2 Petr. 3, 16. — Adiectum nominibus nonnumquam respondet latino: *aliquis* (oppon. οὐδείς et plur. de indefinita dicitur multitudine), v. c. χρόνον τινά, aliquantisper, 1 Cor. 16, 7. Rom. 1, 13. — τιμή, aliquantum aestimationis, Col. 2, 23. Rom. 15, 26. Jac. 1, 18. — μέρος τι, Luc. 11, 36. 1 Cor. 11, 18. Act. 5, 2. — χάρισμα, Rom. 1, 11. Joh. 1, 47. Luc. 24, 41. Act. 17, 21. 28, 21. Marc. 16, 18. Joh. 5, 14. Hebr. 11, 40. — Act. 23, 20. — βραχύ τι, Act. 5, 34. Hebr. 2, 7. — περισσότερόν τι, 2 Cor. 10, 8. — μικρόν τι, 2 Cor. 11, 16. — ἡμέραι τινές, dies aliquot, Act. 9, 19. 10, 48. 15, 36. 16, 12. 24, 24. 25, 13. — Reperitur annexum participio: ἀθετήσας τις, si quis violavit, Hebr. 10, 28. — interdum vim auget: τὶς μέγας, Act. 8, 9. — φοβερά τις, Hebr. 10, 27.

b., nude positum α., masc. et fem. τὶς, *quidam, quaedam*, Matth. 12, 47. Luc. 9, 49. 57. 13, 6. 23. Joh. 11, 1. Act. 5, 25. 18, 7. 19, 38. — femin., Act. 9, 36. — plur. τινές, homines quidam, Marc. 14, 57. Luc. 13, 1. Act. 15, 1. Rom. 3, 3. 8. 1 Cor. 4, 18. 15, 34. al. — τινὲς ἐν ὑμῖν, nonnulli inter vos, 1 Cor. 15, 12. — cum particip. τινὲς οἱ, Luc. 18, 9. 2 Cor. 10, 2. Gal. 1, 7.

absque artic., 1 Tim. 6, 21. — accuratius definitur per genit. partitivum, Marc. 14, 47. Luc. 14, 15. 2 Cor. 10, 12. — seq. *ἐκ*, Luc. 22, 50. Joh. 11, 49. — Respondet lat. *aliquis* (quisquis est), Matth. 12, 29. Marc. 8, 4. 9, 30. 11, 16. Luc. 8, 46. 49. Joh. 2, 25. 6, 46. 16, 30. Act. 17, 25. Rom. 5, 7. 8, 24. 1 Cor. 15, 35. et Jac. 2, 18. (*ἀλλ' ἐρεῖ τις*, sed dixerit quispiam) 2 Cor. 11, 21. Hebr. 3, 4. 2 Petr. 2, 19. 1 Joh. 2, 27. — *ἐκλήθη τις*, pro: *εἰ ἐκλ. τις* (ut lat.: negat quis? nego), 1 Cor. 7, 18. Jac. 5, 13. 14. — *εἴ τις*, v. sub v. *εἰ*, — *εἰ — πρός τινα*, Act. 19, 38. — *ἐάν τις*, Matth. 21, 3. (Marc. 11, 3. Luc. 19, 31.) 24, 23. (Marc. 13, 21.) Luc. 16, 31. Joh. 6, 51. 7, 17. 8, 51. 52. Act. 9, 2. 13, 41. 1 Cor. 5, 11. 8, 10. 10, 28. Col. 3, 13. 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 5. 21. Jac. 2, 14. 5, 19. 1 Joh. 2, 15. 4, 20. Apoc. 3, 20. al. — *ἐὰν μή τις*, Joh. 3, 3. 5. 15, 6. Act. 8, 31. — *ὅταν — ὑπό τινος*, Luc. 14, 8. Joh. 6, 50. (pro *ἵνα, ἐάν τις φάγῃ, αὐτὸς μὴ ἀποθάνῃ*) — *οὐ (μή) τίς*, non — quisquam (i. e. nemo), Joh. 10, 28. — *οὐδὲ — τίς*, Matth. 11, 27. 12, 19. — *οὐ — ὑπό τινος*, 1 Cor. 6, 12. — *οὐ — πρός τινα*, Act. 24, 12. — *οὐ .. παρά τινος*, 2 Thess. 3, 8. — *μήτις*, ne, quis, Matth. 24, 4. (Marc. 13, 5.) Marc. 8, 26. Act. 27, 42. 1 Cor. 1, 15. 16, 11. 2 Cor. 8, 20. 11, 16. 12, 6. Eph. 2, 9. 1 Thess. 5, 15. Hebr. 4, 11. 12, 15. — num quis, Joh. 4, 33. — *πρὸς τὸ μή τινα*, 2 Thess. 3, 8. — *ὥστε — μή τινα*, 2 Cor. 12, 17. — *καθώς τις*, ut quisque, Act. 11, 29. — *καθὸ ἐάν* s. *ἄν τις*, 2 Cor. 8, 12. Act. 2, 45. — *καθότι ἄν τις*, Act. 4, 35. — nota *ἵνα τις*, Joh. 15, 13. 1 Cor. 4, 2. — Plur. *τινές*, nonnulli (ex eo hominum ordine vel numero, quem contexta oratio manifestat), Marc. 14, 4. 65. Luc. 24, 1. Joh. 13, 29. — pl. *τινές* distinguuntur a *τοῖς πᾶσιν*, aliqui, 1 Cor. 8, 7. 9, 22. 2 Tim. 2, 18. Hebr. 4, 6. — *τινές* c. participio, Luc. 13, 1. (nonnulli, qui nuntium afferrent) Marc. 14, 57. — *τινῶν λεγόντων*, cum nonnulli dicerent, Luc. 21, 5. — omisso *τινῶν*, Luc. 8, 20. (cf. Ex. 18, 6.) — *ἄν τινες*, si qui, Joh. 20, 23. — *εἰμί τις*, multum valeo, Act. 5, 36. — *ταῦτά τινες ἦτε*, huius farinae vestrum nonnulli erant, 1 Cor. 6, 11. — *τίς* c. genit. partitivo, Marc. 14, 47. Luc. 7, 36. 11, 45. — *τὶς ὑμῶν*, 1 Cor. 6, 1. 2 Thess. 3, 8. — *οὔτε .. τίς*, Act. 28, 21. — pl. *τινὲς τῶν*, Matth. 9, 3. 12, 38. 16, 28. (hic teneas lectionem: *τῶν ὧδε ἑστώτων*, cf. Matth. 27, 47. 28, 11. Marc. 9, 1. Luc. 9, 27. et Marc. 11, 5. Act. 3, 15. 6, 9. 19, 31. Rom. 11, 18. 1 Cor. 10, 7. 8. 9. 10. — *τὶς ἐξ ὑμῶν*, Jac. 2, 16. — *ἐξ ὑμῶν τις*, Luc. 12, 13. Hebr. 3, 13. — pl., Joh. 6, 64. 7, 25. 44. 9, 16. 11, 37. 46. Luc. 11, 15. Act. 11, 20. 15, 24. 17, 4. 6. — *τὶς ἀπό τινων*, Luc. 16, 30. Act. 19, 13. — Interdum *τίς*, *τινές*, et obiect. *τινά*, *τινάς*, subintelligendum est ante genit. partit., Act. 21, 16. Apoc. 3, 9. — ante *ἐκ*, Matth. 13, 47. 23, 34. Luc. 21, 16. Joh. 16, 17. 21, 10. — *τίς .. ἕτερος*, *alius — alius*, 1 Cor. 3, 4. — pl. *τινές*, *τινὲς δε*, Luc. 9, 7. 8. Act. 17, 18. Phil. 1, 15. — *β.*, Neutr. *τὶ* simpliciter dict.: aliquid, Matth. 5, 23. 21, 3. Marc. 8, 23. 11, 25. Luc. 11, 54. 22, 35. Act. 24, 19. 25, 5. 11. 1 Cor. 10, 31. 2 Cor. 2, 10. Phil. 3, 15. al. — alicui aliquid dicere, Luc. 7, 40. Act. 21, 37. 23, 17. 18. — aliquem aliquid rogare, Matth. 20, 20. — Act. 19, 39. — *οὐδὲ .. τί*, nec quidquam, 1 Tim. 6, 7. — *τί* post *δ'* mutata constructione, 2 Cor. 12, 6. — *τί*, aliquid, i. e. aliquantum, *ἰσχύειν τι*, Gal. 5, 6. 6, 15. — *εἶναί τι*, (oppon. *οὐδὲν εἶναι*, nihil valere), 1 Cor. 3, 7.

10, 19. Gal. 2, 6. 6, 3. — εἰδέναι τι (i. e. multum), 1 Cor. 8, 2. — τί, aliquo modo, Philem. v. 18. — τί, adverb., forte, etwa, εἰ μήτι, nisi forte, 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 13, 5. — cum genit. partit., Act. 4, 32. Rom. 15, 18. Eph. 5, 27. — pl. τινά (fragmenta aliqua) ἀπό (divulsa a), Act. 27, 44.

Τίτλος, ου, ὁ, (vox lat.) titulus, inscriptio, Joh. 19, 19. 20.

Τίτος, ου, ὁ, (nom. gr. a v. τίω, — honorabilis) Titus, vir natu graecus, comes et adiutor (συνεργός) apostoli Pauli, episcopus insulae Cretae (ubi eum anno aetatis 94. obiisse memoravit Hieron. in catal. scriptor. eccles.), 2 Cor. 2, 12. 7, 6. 13. 14. 8, 6. 16. 23. 12, 18. Gal. 2, 1. 3. 2 Tim. 4, 10. Tit. 1, 4.

Τίω s. τίνω, f. ἴσω, pretium rei solvo, pendo; — δίκην, mulctam, poenam do, 2 Thess. 1, 9.

Τοιγαροῦν, (ex τοί enclit. s. τῷ, γάρ et οὖν) proinde, ergo, 1 Thess. 4, 8. Hebr. 12, 1. (οἱ ὁ Job. 22, 10. — Xen. Anab. 1, 9, 9.)

Τοίγε, v. καίτοιγε sub v. γέ.

Τοίνυν, (ex part. enclit. τοί et νῦν) igitur, proinde. Legitur **a.**, in initio periodi, Hebr. 13, 13. (οἱ ὁ Jes. 3, 10. 5, 13. — Aristoph. Ach. 904. Aelian. H. An. 2, 7.) — **b.**, post primam periodi vocem collocat., Luc. 20, 25. 1 Cor. 9, 26. Jac. 2, 24. (Sap. 1, 11. — Xen. Oecon. 5, 2.)

Τοιόςδε, τοιάδε, τοιόνδε, (ex τοῖος et δέ, demonstrat., cui resp. relat. οἱόςδε, talis (scil. qualem statim dicam), 2 Petr. 1, 17. (Xen. Mem. 1, 1, 1.)

Τοιοῦτος, τοιαύτη, τοιοῦτο, et attic. τοιοῦτον, (a τοῖος, ὅμοιος et οὗτος) talis, huius generis, indolis, **a.**, adi. nominibus, Matth. 18, 5. (Marc. 9, 37.) Act. 16, 24. 1 Cor. 11, 16. 2 Cor. 3, 4. 12. 12, 3. Hebr. 7, 26. Jac. 4, 16. — plur., Marc. 4, 33. Joh. 4, 23. Hebr. 13, 16. — τοιοῦτος, i. e. tantus, Matth. 9, 8. 1 Cor. 5, 1. Hebr. 8, 1. 12, 3. — pl., Marc. 6, 2. Joh. 9, 16. — **b.**, Praedicati locum obtinet, Marc. 13, 19. (οἵα — τοιαύτη, hebr.) — pl., Act. 26, 29. 1 Cor. 15, 48. 2 Cor. 10, 11. — **c.**, absol. ὁ τοιοῦτος, Act. 22, 22. (αἶρε τὸν τοιοῦτον, hominem tam scelestum) 1 Cor. 5, 5. 11. 2 Cor. 2, 6. 7. 12, 2. 5. — homo, qualem dixi, 2 Cor. 10, 11. Gal. 6, 1. Tit. 3, 11. — plur., Matth. 19, 14. (Marc. 10, 14. homines ita animati.) Rom. 16, 18. 1 Cor. 7, 28. 16, 16. 18. Phil. 2, 29. 2 Thess. 3, 12. 1 Tim. 6, 5. 3 Joh. v. 8. — Neutr. μηδὲν τοιοῦτον, Act. 21, 25. — plur., Marc. 7, 13. Luc. 9, 9. 13, 2. Act. 19, 25. Rom. 1, 32. 2, 2. 3. 1 Cor. 7, 15. Gal. 5, 21. 23.

Τοῖχος, ου, ὁ, (cf. voc. τεῖχος) paries, murus, Act. 23, 3. (οἱ ὁ Ex. 30, 3. Dan. 5, 5. Jes. 5, 5.)

Τόκος, ου, ὁ, (a v. τίκτω, perf. τέτοκα) **a.**, partus (Xen. de rep. Lac. 15, 5.), **b.**, foenus, usura (quia nummos multiplicat et quasi parit) Matth. 25, 27. Luc. 19, 23. — οἱ ὁ Ex. 22, 25.

Τολμάω (ῶ), f. ήσω, (a voc. τόλμα s. τόλμη) audeo, — seq. inf., non reformido, Matth. 22, 46. Marc. 12, 34. Luc. 20, 40. Joh. 21, 12. Act. 5, 13. 7, 32. Rom. 15, 18. 2 Cor. 10, 12. Phil. 1, 14. Jud. v. 9. — partic. c. verbo finito, Marc. 15, 43. — a me impetrare possum, seq. inf., 1 Cor. 6, 1. — audax suscipio, Rom. 5, 7. (oppon. μόλις ποιεῖν, τι, ig. τολμᾷ, ultro et contento

periculo aliquid facio.) — audacem me gero (confidentia utor) 2 Cor. 11, 21. — *ἐπί τινα*, contra aliquem, 2 Cor. 10, 2. — Hinc voc. seq.

Τολμηρότερον, (neutr. compar. ab adi. *τολμηρός*) audacius, Rom. 15, 15.

Τολμητής, οῦ, ὁ, (*τολμάω*, perf. p.) homo audax (qui temere se periculo exponit), 2 Petr. 2, 10. (Thuc. 1, 70. Jos. B. J. 3, 10, 2.)

Τομώτερος, α, ον, (comparat. a *τομός* et hoc a *τέμνω*) acutior, Hebr. 4, 12.

Τόξον, ου, τό, arcus, Apoc. 6, 2. (*οἱ ό* Gen. 9, 13. 1 Chron. 5, 18. Ps. 7, 13. al.)

Τοπάζιον, ου, τό, (neutr. adi. *τοπάζιος*, a voc. *τόπαζος*) topazius (nomen gemmae viridis ac pellucidae, Chrysolithus), Apoc. 21, 20. (*οἱ ό* Ex. 28, 17. 39, 8. Ez. 28, 13. Ps. 118, 127.)

Τόπος, ου, ὁ, locus, dicitur **a.**, de locis ***habitatis***: urbs, vicus, Luc. 4, 37. 10, 1. Joh. 11, 48. Act. 12, 17. 16, 3. 27, 2. 8. 28, 7. 2 Cor. 2, 14. — Apoc. 16, 16. — aedes, 2 Petr. 1, 19. — templum, Act. 4, 31. 6, 14. — *ὁ ἅγιος τόπος*, Matth. 24, 15. Act. 6, 13. 21, 28. — **b.**, de tractibus et regionibus terrae, Act. 4, 31. 7, 7. 1 Thess. 1, 8. Hebr. 11, 8. Apoc. 18, 17. (*ὁ ἐπὶ τόπον πλέων.*) — cum adiectivis: *ἔρημος*, Matth. 14, 13. 15. (Marc. 6, 31. 32. 35. Luc. 9, 10. 12.) Marc. 1, 35. Luc. 4, 42. — pl., Marc. 1, 45. — *πεδινός*, Luc. 6, 17. — *ἄνυδρος*, pl., Matth. 12, 43. Luc. 11, 24. — *κατὰ τόπους*, hic illic, Matth. 24, 7. et Marc. 13, 8. (haec verba ad *σεισμούς* referri, patet e Luc. 21, 11.) — dicitur *τόπος* **c.**, de locis intra ambitum maris, *τραχεῖς τόποι*, aspera loca, scopuli, syrtes, Act. 27, 29. — *τόπ. διθάλασσος*, locus eminens, vadosus, v. 41. — sensu latiori, quaevis pars spatii, Luc. 10, 32. 11, 1. 19, 5. 22, 40. Joh. 5, 13. 6, 10. 18, 2. — 1 Cor. 1, 2. (*ἐν παντὶ τόπῳ*, scil. *οὗ ἐπικαλοῦνται τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου.* Additur *ὑμῶν* et *αὐτῶν*, i. e. quem nobiscum communem habent, et quem suae sectae [cf. 3, 4.] peculiarem tenent.) 1 Tim. 2, 8. — de sede, Luc. 14, 10. et de spatio, quod occupant res positae, Joh. 20, 7. — Describitur locus per genitivos, *τόπ. τῆς βασάνου*, Luc. 16, 28. — *τῆς καταπαύσεως*, Act. 7, 49. — *κρανίου*, Matth. 27, 33. Marc. 15, 22. Joh. 19, 17. — per *οὗ* et *ὅπου* cum verbis finitis construct., Matth. 28, 6. Marc. 16, 6. Joh. 4, 20. 6, 23. 10, 40. 11, 6. (*ἐν ᾧ ἦν τόπῳ*, attractio pro: *ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἦν*) v. 30. 19, 41. Act. 4, 31. 7, 33. — Rom. 9, 26. — per nomen proprium, *τόπος λεγόμενος* s. *καλούμενος*, Matth. 27, 33. (Marc. 15, 22. Luc. 23, 33. Joh. 19, 17.) Joh. 19, 13. — *τόπος τινός*, locus, ubi quis stat, Apoc. 2, 5. 6, 14. 12, 8. — aut sedet, *ἀναπληροῦν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου* (insidere subsellio, quod occupat *ἰδιώτης*, Christianus, unus e Christianis gregariis.), 1 Cor. 14, 16. — aut quem habitat aliquis, *ὁ ἴδιος τόπος*, Act. 1, 25. (disting. h. l. *ὁ κλῆρος*, id, quod veluti portio traditum est, et *τὸ ἴδιον*, quod sibi quis ipse sumsit, videntur respici verba, Act. 1, 18.) — *τόπος τῆς μαχαίρας*, i. e. vagina, Matth. 26, 52. — *ζητεῖται τόπ. τινός* (i. q. *τινί*), quaeritur locus (spatium) alicui (ut stet atque valeat), Hebr. 8, 7. — *τόπον* (*λαμβάνειν*) *τῆς ἀπολογίας*, potestatem se defendendi, Act. 25, 16. — *εὑρίσκειν*, Hebr. 12, 17. — *ἔχειν*, Luc. 2, 7. Apoc. 12, 6 seq. — *τοῦ*, Rom. 15, 23. — *τόπος τινί*,

Apoc. 20, 11. — δοῦναι τ. τινί, (spatium) cedere alicui, Luc. 14, 9. — trop., sino aliquem vim suam (prorumpere gestientem) exserere, Rom. 12. 19. Eph. 4, 27. — ἑτοιμάζειν τινί, praeparare alicui locum, ubi sedem habeat fixam, Joh. 14, 2. 3. — **b.**, de loco in libro: periodus orationis scriptae, Luc. 4, 17. (Xen. Mem. 2, 1, 20. Jos. Ant. 1, 8, 3.)

Ὑπερεκτείνω, f. -τενῶ, (ex ὑπέρ et ἐκτείνω, extendo) ultra scriptos limites extendo, ἐμαυτόν, 2 Cor. 10, 14.

Ὑπερεκχύνω, (ex ὑπέρ et ἐκχύνω) supra modum effundo. Pass., exundo, Luc. 6, 38. (οἱ ὁ Joël. 2, 24.)

Ὑπερεντυγχάνω, (ex ὑπέρ, pro, et ἐντυγχάνω, q. v.) intercedo pro aliquo, Rom. 8, 26.

Ὑπερέχω, (ex ὑπέρ et ἔχω) a., propr. teneo supra aliquem (Hom. Il. 2, 426. 5, 433.). — b., intrans., emineo (Herodot. 5, 92, 6. 7. Xen. Cyr. 7, 5, 8. — 1 Reg. 8, 8.), praestantior sum (unde ὑπέροχος excellens, — i. q. πλεονάζειν, Ex. 26, 13.), absol., summus sum (de eo, penes quem summum imperium est s. qui praeest), Rom. 13, 1. 1 Petr. 2, 13. (Sap. 6, 6. — Polyb. 28, 4. 9.) — τινός, aliquo praestantior sum, Phil. 2, 3. (ἡγοῦμαί τινα ὑπερέχοντα ἐμαυτοῦ) — Xen. Venat. 1, 11. Diod. Sic. 17, 77. — οἱ ὁ Gen. 41, 40. — τινά s. τί, supero aliquem s. aliquid, Phil. 4, 7. (Dan. 7, 23. — Diod. Sic. 3, 22.) — τὸ ὑπερέχον, subst., praestantia, Phil. 3, 8. Cf. ὑπεροχή.

Ὑπερηφανία, ας, ἡ, (ab adi. ὑπερήφανος, q. v.) superbia, Marc. 7, 22. (οἱ ὁ Prov. 8, 13. Ps. 58, 13. Dan. 4, 34. Sap. 5, 8. Sir. 10, 7. 12. 18. — Xen. Cyr. 5, 2, 27.)

Ὑπερήφανος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὑπέρ et φαίνομαι, cf. ὑπερηφερής, δυςηλεγής, τανηλεγής, εὐηγενής) superbus, pl., Rom. 1, 30. 2 Tim. 3, 2. — oppon. ταπεινός, Jac. 4, 6. et 1 Petr. 5, 5. — addit. διανοίᾳ καρδίας, Luc. 1, 51. (Xen. Mem. 1, 2, 25. Aelian. V. H. 12, 63. — οἱ ὁ Ps. 118, 21. Jes. 2, 12. Jerem. 43, 2.

Ὑπερλίαν, adv., (ex ὑπέρ et λίαν, valde, cf. ὑπεράγαν, 2 Macc. 10, 34. — ὑπέρευ, Xen. Hier. 6, 9.) plusquam valde; οἱ ὑπερλίαν ἀπόστολοι, eximii apostoli, 2 Cor. 11, 5. 12, 11.

Ὑπερνικάω (ῶ), f. ήσω, (ex ὑπέρ, ultra, et νικάω) multum supero, Rom. 8, 37. (Leo Tactic. 14, 25. νικᾷ κ. μὴ ὑπερνικᾷ Socrat. H. E. 3, 21. νικᾷν καλόν, ὑπερνικᾷν δὲ ἐπίφθονον.)

Ὑπέρογκος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὑπέρ et ὄγκος, tumor) praetumidus fastuosus, — ὑπέρογκα λαλεῖν, Judae v. 16. — ὑπέρογκα ματαιότητος, superba verba, quae vanitas peperit, 2 Petr. 2, 18.

Ὑπεροχή, ῆς, ἡ, (ab adi. ὑπέροχος et hoc ab ὑπερέχω, q. v.) eminentia; — οἱ ἐν — scil. ὄντες, qui honore prae caeteris conspicui sunt, 2 Tim. 2, 2. — τινός: καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, insigni eloquentia et sapientia, 1 Cor. 2, 1.

Ὑπερπερισσεύω, f. εύσω, (ex ὑπέρ et περισσεύω, abundo) supra modum abundo, Rom. 5, 20. — ὑπερπερισσεύομαί τινι, abundo (abunde fruor) aliqua re, 2 Cor. 7, 4.

Ὑπερπερισσῶς, adv., (ex ὑπέρ et περισσῶς) superabundanter i. e. vehementissime, Marc. 7, 37.

Ὑπερπλεονάζω, f. άσω, (ex ὑπέρ et πλεονάζω) longe copiosior sum, 1 Tim. 1, 14.

Ὑπερυψόω (ῶ), f. ώσω, (ex ὑπέρ et ὑψόω) in altiorem locum eveho, τινά, Phil. 2, 9.

Ὑπερφρονέω (ῶ), f. ήσω, (ex ὑπέρ et φρονέω) maiores mihi spiritus sumo, mihi plus tribuo, Rom. 12, 3.

Ὑπερῷον, ου, τό, (ab ὑπερῷος pro ὑπερώϊος, superus, cf. πρῷμος) qui est in superiore parte aedium, v. c. θάλαμος; — neutr. τὸ ὑπ. (cf. τὸ πρόθυρον, τὸ ταμιεῖον, τὸ ἀνάγαιον s. ἀνώγειον) conclave super tectum domus planum exstructum, quo orientales coenandi, meditandi, preces faciendi caussa secedere solebant (hebr. עֲלִיָּה), Act. 1, 13. 9, 37. 39. 20, 8.

Ὑπέχω, f. ὑφέξω, (ex ὑπό et ἔχω) sustineo (v. c. τὴν χεῖρα, Hom. Il. 7, 188. cf. ἀνέχω, ὑπερέχω), metaph., sustineo, perfero; — δίκην, poenas do (luo), Judae v. 7. (Xen. Mem. 2, 1, 8. Aelian. V. H. 2, 4.)

Ὑπήκοος, ον, ὁ, ἡ, ον, τό, (cohaeret c. ὑπακοή, ab ὑπακούω perf. 2. ἀκήκοα) dicto audiens, obediens, Phil. 2, 8. — constr. τινί, Act. 7, 39. (Xen. Cyr. 2, 4, 22.) — εἰς πάντα, 2 Cor. 2, 9.

Ὑπηρετέω (ῶ), f. ήσω, (a voc. ὑπηρέτης, q. v.) propr. **a.**, remigis officio fungor, subremigo. — **b.**, ministro, i. e. alicuius commodis inservio, τινί, Act. 13, 36. 20, 34. 24, 23. (Xen. Mem. 2, 4, 7.)

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, (ex ὑπό et ἐρέτης, ab ἐρέσσω, f. ἐρέσω, remigo) **a.**, subremex, remex, qui operam praestat gubernatori. — **b.**, minister, qui domino servit (opp. δεσπότης). In N. T. *α.*, de satellitibus magistratuum, v. c. de poenarum exactore, Matth. 5, 25. — de ministris, quos rex habet, Joh. 18, 36. (Prov. 14, 35.) — de synedrii ministris, Matth. 26, 58. Marc. 14, 54. 65. Joh. 7, 32. 45. 46. 18, 3. 12. 18. 22. 19, 6. Act. 5, 22. 26. 26, 16. 1 Cor. 4, 1. — *β.*, de ministro synagogae, Luc. 4, 20. — *γ.*, de quovis ministeria praestante, Act. 13, 5. — *δ.*, de nuntiis Christi, οἱ ὑπηρέται τοῦ λόγου, Luc. 1, 2. — οἱ . . Χριστοῦ, 1 Cor. 4, 1.

Ὕπνος, ου, ὁ, somnus (cohaeret c. ὕπτιος, quod lat. supinus), propr., Matth. 1, 24. Luc. 9, 32. Joh. 11, 13. Act. 20, 9. — ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, metaph., pristinae segnitiei renuntiare, Rom. 13, 11.

Ὑπό, (unde lat. sub) praepos. secum habens genitivum (de statu ac situ) et accus. (de motu in locum alio inferiorem), 1., cum genit. τινός, sub aliquo, Hom. Il. 8, 543. Od. 9, 483. Igitur **a.**, si quid effectum dicitur esse ὑπό τινος, sub alic. manibus, s. potestate (adhibito v. c. verbo passivo), intelligitur auctor, a quo factum est. Latini utuntur praepos. *a*, *ab*, nostrates: von. Ita *a.*, cum *passivo* copulatam habes ac praefixum genitivo pers., Matth. 1, 22. 2, 15. 16. 17. 3, 3. 13. 14. 4, 1. (Marc. 1, 13. Luc. 4, 2.) al. Marc. 1, 5. 9. 2, 3. 5, 4. 16, 11. Luc. 1, 26. 2, 18. 21. 26. 3, 7. 4, 15. 5, 15. al. Joh. 8, 9. 10, 14. 14, 21. 3 Joh. v. 12. Act. 4, 11. 36. 5, 16. 8, 6. 16, 2. (bono testimonio ornabatur ab omnibus) v. 4. 6. 14. al. — Rom. 3, 21. 13, 1. 15, 15. 24. 1 Cor. 1, 11. 2, 12. 15. 4, 3. 6, 12. 2 Cor. 1, 4. 16. 2, 11. 3, 2. 3. Gal. 1, 11. 3, 17. 4, 9. 5, 15. Eph. 2, 11. 5, 12. Phil. 1, 28. 3, 12. 1 Thess. 1, 4. 2, 4.

2 Thess. 2, 13. 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 3. 5, 4. 10. 1 Petr. 2, 4. 2 Petr. 3, 2. Judae v. 17. — praefixum genitivo rei, Matth. 8, 24. 11, 7. 14, 24. (Luc. 7, 24.) Luc. 8, 14. Act. 27, 41. Rom. 12, 21. 1 Cor. 10, 9. 10. 29. 2 Cor. 5, 4. Eph. 5, 13. Col. 2, 18. Jac. 1, 14. 2, 9. 3, 4. 6. 2 Petr. 1, 17. (alii vertunt: sub) 2, 7. 17. 3 Joh. v. 12. Judae v. 12. Apoc. 6, 13. — abest verbum cogitatione addendum: 2 Cor. 2, 6. — *ὑπό τινος* constructum *β.*, cum verbis ***neutris*** et activis iis, quibus patiendi notio inest, v. c. *πάσχειν ὑπό τινος* (propr. sub aliquo), Matth. 17, 12. Marc. 5, 26. 1 Thess. 2, 14. (Xen. Symp. 1, 9. Cyr. 6, 1, 36.) — *ὑπομένειν τι ὑπό τ.*, Hebr. 12, 3. — *λαμβάνειν* (scil. *πληγάς*), 2 Cor. 11, 24. — *ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς* (quod verti potest: per bestias), Apoc. 6, 8. — **b.**, Not.: Graeci *τὸ ὑπό* saepius eadem vi instruunt, quam habet latinum: prae, propter; ergo ibi ponunt, ubi nostri, ad hebraicam rationem propius accedentes, utuntur praepos. *ἀπό* (v. *ἀπό.*).

2., constr. c. acc. *ὑπό τι* **a.**, *sub aliquid* (de motu, ubi quaeritur: quo? wohin?), v. c. ingredi *ὑπὸ τὴν στέγην*, Matth. 8, 8. (Luc. 7, 6.) — Matth. 23, 37. Luc. 13, 34. — sic etiam cum verbis ponendi, Matth. 5, 15. (Marc. 4, 21. Luc. 11, 33.) Luc. 7, 8. 1 Cor. 15, 25. 27. Eph. 1, 22. Rom. 16, 20. — subiiciendi, Gal. 3, 22. 4, 3. 1 Petr. 5, 6. — *ἔχω τινὰ ὑπ' ἐμαυτόν*, Matth. 8, 9. (Luc. 7, 8.) — *ἐγενόμην*, Gal. 4, 4. — Rom. 7, 14. — cadendi, Jac. 5, 12. (eodem modo Graeci.) — **b.**, sub aliquo (de situ ac statu) c. verbo *εἶναι*, Matth. 8, 9. Joh. 1, 49. Act. 4, 12. Rom. 3, 9. 6, 14. 15. 1 Cor. 10, 1. 1 Tim. 6, 1. Gal. 3, 10. 25. 4, 2. 21. 5, 18. (abest *εἶναι*, Rom. 3, 13. — *ὁ, ἡ, τὸ ὑπό*, Act. 2, 5. 1 Cor. 9, 20. Gal. 4, 5. Col. 1, 23. — *ἡ ὑπ' οὐρανόν* scil. *χώρα*, Luc. 17, 24.) — *τηρεῖν τινά*, Judae v. 6. — *φρουρεῖσθαι*, Gal. 3, 23. — item cum verbis habitandi, sedendi, Marc. 4, 32. Jac. 2, 3. (et sic quoque Graeci.) — **c.**, de tempore: sub (ut lat. sub vesperam), i. q. circa: *ὑπὸ τὸν ὄρθρον*, Act. 5, 21. (Graeci eodem modo, e. g. Xen. Mem. 2, 8, 1. Aelian. V. H. 14, 27. Hom. Il. 22, 102, Herodot. 6, 2. Cf. Tacit. Ann. 15, 23. sub recentem partum.)

Ὑποβάλλω, f. *-βαλῶ*, (ex *ὑπό* et *βάλλω*) **a.**, sublicio. — **b.**, suggero. — **c.**, suborno, *τινά*, Act. 6, 11. (Appian. de bello civ. 1, 27. Jos. B. J. 5, 10, 4. *Μηνυτής τις ὑπόβλητος.*)

Ὑπογραμμός, *οῦ*, *ὁ*, (ex *ὑπό* et *γράμμα*, conferre licet *ἄσωμος*, *ἄχρωμος*, *ἐπίσημος*) propr. **a.**, formula, quae omnes alphabeti litteras sub se comprehendit, tironibus proposita, ut litteras pingere discant. Habet eiusmodi formulas Clemens Alex. (quarum una est haec: *μάρπτε σφὶγξ κλὼψ ζβυχθηδόν*); hinc **b.**, exemplum, quo quis praeivit, 1 Petr. 2, 21. (*ὑπολιμπάνειν*.) — 2 Macc. 2, 28. — Clem. 1. ep. ad Cor.

Ὑπόδειγμα, *τος*, *τό*, (a v. *ὑποδείκνυμι*, sub aliquo aliquid monstro, significo; antiquiores dixerunt *παράδειγμα*) id, sub quo aliquid datur intelligendum, quo aliquid significatur, **a.**, signum, imago, Hebr. 8, 5. (iunct. cum voc. *σκιᾶς*) — *τινός*, pl., Hebr. 9, 23. — **b.**, exemplum, Joh. 13, 15. (*διδόναι τινί.*) — *τιθέναι τινός*, gen. pers., (exemplum proponere, cui similis futurus est aliquis, imago alicuius) 2 Petr. 2, 6. — *τινός*, gen. rei, Hebr. 4, 11. Jac. 5, 10. (Sirac. 44, 16. 2 Macc. 6, 28. 31. *καταλείπειν ὑποδ.* — Polyb. 3, 17, 8. 3, 111, 6.)

Ὑποδείκνυμι, f. -δείξω, (ex ὑπό et δείκνυμι) subindico, significo (v. ὑπόδειγμα), Xen. Mem. 4, 3, 13. — indicium do, unde aliquid (res quaedam futura) colligi possit, τινι, Matth. 3, 7. Luc. 3, 7. — (per imaginem) significo, τινί, seq. orat. indir., Luc. 6, 47. 12, 5. Act. 9, 16. — exemplo demonstro, seq. ὅτι, Act. 20, 35. (πάντα h. l. omni modo, i. q. πάντως.) — οἱ ό 2 Chron. 15, 3.

Ὑποδέχομαι, f. -δέξομαι, perf. ὑποδέδεγμαι, (verb. dep. med. ex δέχομαι et ὑπό, quasi ὑπὸ τὴν στέγην) hospitio aliquem excipio, τινά, Luc. 19, 6. Act. 17, 7. Jac. 2, 25. (Aelian. V. H. 3, 26. Xen. Mem. 2, 3, 13.) — add. εἰς τὸν οἶκον, Luc. 10, 38. (1 Macc. 16, 15. — Hom. Od. 14, 52.)

Ὑποδέω, f. -δήσω, (ex ὑπό et δέω, ligo) subligo, pass. (includens simul signif. med.) ὑποδεδεμένους σανδάλια (i. e. σανδάλια ὑποδήσαντας s. ὑποδεδεμένα ἔχοντας, calceatus sandaliis), Marc. 6, 9. (ad acc. supple: ὁδὸν ποιεῖσθαι s. βαδίζειν, quod eliciendum ex antecedentibus verbis εἰς ὁδόν, v. 8. Auctor nimirum verbum παρήγγειλε duplici ratione construxit et ita continuavit, quasi incepisset: v. 8. παρήγγειλεν αὐτοῖς βαδίζειν μηδὲν ἄραντας εἰς τὴν ὁδόν) Med. τί, — σανδάλια, calceare se caligis, Act. 12, 8. — τὶ ἔν τινι, ex hebr. pro simplici dat. instrum. induere se aliqua re (v. Aelian. V. H. 1, 18. Thuc. 3, 22.), Eph. 6, 15. (sic enarra: ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὥστε εἶναι αὐτοὺς ἡτοιμασμένους.) — Hinc voc. seq.

Ὑπόδημα, τος, τό, (ὑποδέω, perf. p.) id quod subligatur, calceamentum corrigiis supra pedem firmatum (οἱ ό Gen. 14, 23. Ex. 12, 11. Ruth. 4, 7. 8. i. q. σανδάλιον, Jos. 9, 5. Jes. 20, 2. — Hom. Od. 15, 368. Aelian. V. H. 7, 11. Xen. Anab. 4, 5, 14.) — τὸ ὑπ. λῦσαι, Act. 7, 33. (Ex. 3, 5.) 13, 25. — plur., Luc. 15, 22. 22, 35. — βαστάζειν, Luc. 10, 4. (Matth. 10, 10.) — βαστ. τὰ ὑπ. τινος, Matth. 3, 11. (pro quo λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδ., Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. et τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδ., Joh. 1, 27. cf. Act. 13, 25. — (ministerium servorum, Plutarch. Symp. 7, 8.)

Ὑπόδικος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (i. e. ὑπὸ δίκην ὤν) qui caussa cecidit, τινί (dat. pers.), reus alicui, satisfactionem debens, Rom. 3, 19.

Ὑποζύγιος, ια, ιον, (ex ὑπό et ζυγός) qui, quae, quod iugo subest. Neutr. τό ὑπ. subst., iumentum (Xen. Anab. 1, 3, 1. cf. infr. τὸ ὑπολήνιον); — (spec. de asino), Matth. 21, 5. (Zach. 9, 9.) 2 Petr. 2, 16. (οἱ ό Gen. 36, 24. Ex. 4, 20. Judic. 1, 14. et saepius.)

Ὑποζώννυμι, f. -ζώσω, (ex ὑπό et ζώννυμι) succingo (ὑποζώννυμαι μάχαιραν, Aelian. V. H. 10, 22. — 2 Macc. 3, 19.) — τί, — τό πλοῖον, navem s. carinam funibus subligo, Act. 27, 17. (Polyb. Legat. 64. μ. ναῦς συμβουλεύσας τοῖς Ῥοδίοις ὑποζωννύειν.)

Ὑποκάτω, adv., (ex ὑπό et κάτω) sub, subter, τινός, Marc. 6, 11. 7, 28. Luc. 8, 16. Joh. 1, 51. Hebr. 2, 8. Apoc. 5, 3. 13. 6, 9. 12, 1.

Ὑποκρίνομαι, f. -οῦμαι, (ex ὑπό et κρίνομαι) **a.**, respondeo (decernens, Hom. Il. 7, 407. Xen. Mem. 1, 3, 1. Thuc. 7, 44.) — **b.**, in scena partes alicuius ago (τινά, Aelian. V. H. 14, 40.), simulo, absol., 2 Macc. 6, 24. — ἐμαυτὸν εἶναί τινα, me aliquem simulo, Luc. 20, 20. (seq. ὡς, 2 Macc. 6, 21.) — Hinc voc. seq.

Ὑπόκρισις, εως, ἡ, **a.**, responsio. — **b.**, simulatio, Matth. 23, 28.

Marc. 12, 15. Luc. 12, 1. Gal. 2, 13. 1 Tim. 4, 2. 1 Petr. 2, 1. (2 Macc. 6, 25. — Aesop. fab. 108.)

Ὑποκριτής, οῦ, ὁ, (a v. ὑποκρίνομαι) **a.**, is, qui personam alicuius agit, histrio (Xen. Mem. 2, 2, 9.). — **b.**, simulator, pl., Matth. 6, 2. 5. 16. 24, 51. Marc. 7, 6. — vocat., Matth. 7, 5. (Luc. 6, 42.) Luc. 13, 15. — plur., Matth. 15, 7. 16, 3. (Luc. 12, 56.) 22, 18. 23, 13. 14. 15. 23. 25. 27. 29. (Luc. 11, 44. verba: γραμματεῖς κ. φαρισαῖοι ὑποκριταί codd. melioris notae excludunt.)

Ὑπολαμβάνω, f. -λήψομαι, (ex ὑπό et λαμβάνω) **a.**, suscipio (ut eveham), τινά, Act. 1, 9. (Herodot. 1, 24. — οἱ ὁ Ps. 29, 1.) — **b.**, excipio (sermone, ut respondeam s. contradicam), subiicio suscipio, ὑπολαβών c. verbo finito, Luc. 10, 30. (οἱ ὁ Job. 2, 4. 9, 1. 12, 1. al. — Aelian. V. H. 1, 34. Polyb. 4, 85, 4. Xen. Symp. 5, 22.) — **c.**, existimo, suspicor, Act. 2, 15. — seq. ὅτι, Luc. 7, 43. (ὅτι scil. πλεῖον ἀγαπήσει) — Xen. Mem. 1, 6, 4. Aelian. V. H. 12, 9.

Ὑπόλειμμα, τος, τό, residuum, reliquiae, Rom. 9, 27. — al. κατάλειμμα, q. v.

Ὑπολείπω, f. ψω, (ex ὑπό et λείπω) relinquo (superstitem). Pass. relinquor, aor. 1. ὑπελείφθην, Rom. 11, 3. (ex 1 Reg. 19, 10. ubi ap. τοὺς ὁ legitur: ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώτατος.)

Ὑπολήνιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (qui ὑπὸ τὴν ληνόν positus est, cf. ὑποζύγιος). — neutr. τὸ ὑπ. subst. (cf. τὸ ὑποζύγιον), vas torculari suppositum, in quod uvarum liquor expressus excipitur, Marc. 12, 1. (ex Jes. 5, 2. ubi οἱ ὁ· προλήνιον. Matth. 21, 33. ληνόν. Luc. 20, 9. haec om.) — οἱ ὁ Jes. 16, 10. Joël 3, 13. Agg. 2, 16. Zach. 14, 10.

Ὑπολιμπάνω, (ex ὑπό et λιμπάνω, forma rariore verbi: λείπω. Formatur inde praesens et imperf.) relinquo, 1 Petr. 2, 21. (i. q. καταλείπω, v. ὑπόδειγμα. — καταλιμπάνω, Euseb. H. E. 6, 43.) — Dio Hal. Ant. 1, c. 23.

Ὑπομένω, f. νῶ, (ex ὑπό et μένω) **a.**, remaneo, ἔν τινι (τόπῳ), Luc. 2, 43. — ἐκεῖ, Act. 17, 14. (οἴκοι, Aelian. V. H. 5, 5.) — **b.**, (maneo sub aliquo,) perfero; persevero, Matth. 24, 13. (10, 22. Marc. 13, 13. scil. in fide Christo habenda εἰς τέλος, usquedum superata sint discrimina rerum.) — aerumnis vexatus a fide non deficio, Jac. 5, 11. — calamitates sustineo (aequo animo fero), Rom. 12, 12. (dat. τῇ θλίψει, quod ad τὴν θλίψιν attinet s. si θλίψιν habetis) 1 Petr. 2, 20. — oppon. ἀρνεῖσθαι, 2 Petr. 1, 12. — τί, sustineo, tolero, perfero, 1 Cor. 13, 7. 2 Tim. 2, 10. Hebr. 10, 32. 12, 2. 3. 7. Jac. 1, 12. (Xen. Hier. 7, 4. — construunt Graeci etiam cum alius verbi infinitivo et c. particip.)

Ὑπομιμνήσκω, f. ὑπομνήσω, (ex ὑπό et μιμνήσκω) **a.**, activ. τινά, memorem aliquem facio, in mentem (memoriam) alicui revoco, τί, 2 Tim. 2, 14. — cum reprehensione, 3 Joh. v. 10. — τινά τι, Joh. 14, 26. (Xen. Hier. 1, 3. Thuc. 7, 64.) — τινὰ περί τινος, admonere aliquem de aliquo, 2 Petr. 1, 12. (τινά τινος, Xen. Oecon. 16, 8.) — τινά, seq. ὅτι, Judae v. 5. (Xen. Mem. 3, 9, 8. Aelian. V. H. 4, 17.) — τινά, seq. infin. (id, quod faciendum est, indicante), Tit. 3, 1. — **b.**, Med. et aor. 1. pass. signif. habens medii, recordor, τινός, Luc. 22, 61. (Xen. Oecon. 16, 8. Aelian. V. H. 5, 19.) cf. ἀναμιμνήσκω. — Hinc voc. seq.

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, (ὑπομέμνημαι) **a.**, sens. transit., commonefactio, 2 Petr. 1, 13. 3, 1. — **b.**, sens. intrans., recordatio, τινός, gen. obi., 2 Tim. 1, 5. (Aelian. V. H. 2, 28.)

Ὑπομονή, ῆς, ἡ, (a perf. 2. verbi ὑπομένω) **a.**, perseverantia, i. e. **α.**, *constantia* (eius, qui nec aerumnis vexatus a fide virtuteque deficit), Luc. 21, 19. Apoc. 2, 2. 3. 19. 13, 10. 14, 12. — ἐν ὑπομονῇ, constantes, Luc. 8, 15. (scil. ἐν θλίψεσι, cf. v. 13.) — τινός, τοῦ ἔργου ἀγαθοῦ, virtutis, Rom. 2, 7. 1 Thess. 1, 3. — **β.**, *patientia* (eius, qui *aequo* animo iniurias, vexationes, aerumnas fert, nec animum despondet), Rom. 5, 3. 4. 15, 4. 5. (ὁ θεὸς τῆς ὑπ., auctor et effector patientiae.) 2 Cor. 6, 4. 12, 12. Col. 1, 11. 2 Thess. 1, 4. Hebr. 10, 36. Jac. 1, 3. 4. (not. voc. πειρασμός, v. 2.) 5, 11. 2 Petr. 1, 6. — δι' ὑπομονῆς, molestias, aerumnas perferentes, Hebr. 12, 1. (cf. περιπατεῖν διὰ πίστεως v. διά.) — patientia eius, qui compescit iram, 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 3, 10. Tit. 2, 2. — eius, qui cupiditatem ac desiderium coërcet, Rom. 8, 25. — **b.**, exspectatio, quae non fatigatur, Χριστοῦ, gen. obi., 2 Thess. 3, 5. Apoc. 1, 9. 3, 10. (τὸν λόγον, praeceptum de me exspectando, al. patientia secundum praeceptum meum) cf. Ps. 38, 8. — **c.**, toleratio, τῶν παθημάτων (genit. obi. e formula: ὑπομένειν τί), 1 Cor. 1, 6.

Ὑπονοέω (ῶ), f. ήσω, (ex ὑπό et νοέω, cogito) suspicor, animo informo, **a.**, τί, Act. 25, 18. (ὧν attract. pro ἐκείνων ἅ.) — **b.**, seq. acc. c. inf., Act. 13, 25. (cf. Marc. 8, 27.) 27, 27. — Hinc voc. seq.

Ὑπόνοια, ας, ἡ, (pro ὑπονοία, v. supr. πρόνοια) cogitatio, pl. πονηραί, 1 Tim. 6, 4.

Ὑποπιάζω (s. ὑποπιέζω, ex ὑπό et πιέζω, premo), urgeo, supprimo; Luc. 18, 5. (Vulg. sugillo) 1 Cor. 9, 27. (Vulg. castigo.) — al. ὑπωπιάζω, q. v.

Ὑποπλέω, f. εύσομαι, aor. 1. ὑπέπλευσα, (ex ὑπό et πλέω) subnavigo, subter i. e. proxime praeternavigo, τινὰ τόπον, Act. 27, 4. 7. — cf. ὑποτρέχω.

Ὑποπνέω, f. -πνεύσω, (ex ὑπό et πνέω) leniter spiro, Act. 27, 13.

Ὑποπόδιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (ex ὑπό et πούς, cf. supr. ὑποζύγιος, ὑπολήνιος) sub pedibus collocari solitus; neutr. τὸ ὑπ. subst. (cf. τὸ ὑποζύγιον, ὑπολήνιον), suppedaneum, scabellum, Matth. 5, 35. Act. 7, 49. (ex Jes. 66, 1.) Jac. 2, 3. — τιθέναι τινὰ ὑποπ. τῶν ποδῶν τινος, subiicere aliquem alicui (metaph. sumta a victoribus, qui hostium a se devictorum cervicibus pedes imponere solebant); Matth. 22, 44. Marc. 12, 36. Luc. 20, 43. Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. (e Ps. 109, 2.) 10, 13. — cf. Ps. 98, 5.

Ὑπόστασις, εως, ἡ, (ab ὑφίστημι, suppono, perf. p.) **a.**, suppositio, suppositum (vox antiquioribus Graecis raro usurpata; grammatici observarunt hanc vocem apud Menandrum dici de eo, quod ex liquoribus fundum petit, potissimum, quod ex vino colligitur in dolio, faeces, sedimen, Bodensatz.) — **b.**, signif. substructio et substructum, i. q. τὸ ὑφιστάμενον, basis, fundamentum (Diod. Sic. 1, 66. ὑπόστασις τοῦ τάφου). — **c.**, est i. q. ὕπαρξις, oppos. τῇ φαντασίᾳ, Artemid. 3, 14. — ὑπόστασις νέφους pro νέφος, Diod. Sic. 1, 38. — In N. T. **α.**, id, quod suppositum est (i. q. ὑπόθεσις), 2 Cor. 9, 4. (ἡ ὑπ. τῆς καυχήσεως, das vorläufige Rühmen, coll. v. 2. Alii: fiducia;

sed notes verba: *ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς*) 11, 15. — *β.*, id, quod spei ac fidei substructum est veluti fundamentum et fulcrum, *τῶν ἐλπιζομένων*, Hebr. 11, 1. (v. *ἔλεγχος*) cf. Ps. 38, 8. — *γ.*, substructio eius, cui innitur (scil. spes), fiducia, Hebr. 3, 14. (v. *ἀρχή*) Ez. 19, 5. — *δ.*, distinguitur inter *τὴν ὑπόστασιν* et *τὸν χαρακτῆρα*, id, ad cuius veritatem effigies exprimitur, Hebr. 1, 3. (aliis videtur h. l. *ὑπόστασις* simul dici de eo, qui omnibus rebus subest, subsistentia, cui quidquid est, innititur, ita vero se habet *ὁ χαρακτήρ* ad *τὴν ὑπόστασιν*, ut *τὸ ἀπαύγασμα* ad *τὴν δόξαν*; et quia filius imago eius est, qui est [*τῶν πάντων*] *ὑποστάσις*, idcirco dicitur ipse *τὰ πάντα φέρειν* [fulcire ac sustinere imperio suae potentiae], cf. Col. 1, 16—18.)

Ὑποστέλλω, f. *-στελῶ*, (ex *ὑπό* et *στέλλω*) pr., submitto, suppono aliquid tecto, ne tempestas noceat, — subduco, *ἐμαυτόν*, Gal. 2, 12. — med., subduco me (*οἱ ὁ* Ex. 23, 21.), Hebr. 10, 38. (Habac. 2, 4.) — seq. *τοῦ* c. inf., quin, Act. 20, 27. — subtraho (mihi) celo, dissimulo, *τί*, Act. 20, 20. (Jos. B. J. 1, 20, 1.) — Hinc voc. seq.

Ὑποστολή, *ῆς*, *ἡ*, subtractio, timiditas subterfugientis, Hebr. 10, 39. (*οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς*, nobis nihil rei est cum timiditate subterfugientium, a nobis abest timiditas.)

Ὑποστρέφω, f. *ψω*, (ex *ὑπό* et *στρέφω*) **a.**, reverto. — **b.**, intrans., reverto, i. e. redeo, Luc. 2, 20. v. 43. 8, 37. 40. 10, 17. 17, 15. 19, 12. 23, 48. (imperf., i. e. hoc dum videbant, revertebant) v. 56. Act. 8, 28. (*ἦν ὑποστρέφων*, in via erat domum reversurus.) — partic. c. verbo fin., Marc. 14, 40. Luc. 9, 10. — add. *διά τόπου τινός*, Act. 20, 3. — *εἰς* (*τόπον τινά*), Luc. 1, 56. 2, 39. 45. 4, 14. 7, 10. 8, 39. 11, 24. 24, 33. 52. Act. 1, 12. 8, 25. 13, 13. 14, 21. 21, 6. 22, 17. 23, 32. Gal. 1, 17. — *εἰς διαφθοράν* (redire ad), Act. 13, 34. — adiung. infinit. finem indicans, Luc. 17, 18. — *ἀπό* (*τόπου τ.*), Luc. 4, 1. 24, 9. Hebr. 7, 1. — *ἐκ* (*πόλεως*), Act. 12, 25.

Ὑποστρώννυμι, f. *-στρώσω*, (ex *ὑπό* et *στρώννυμι*) substerno, *τί*, Luc. 19, 36. (Hom. Il. 10, 155. Aelian. V. H. 9, 24. — *οἱ ὁ* Jes. 58, 5.)

Ὑποταγή, *ῆς*, *ἡ*, (a perf. 2. verbi *ὑποτάσσω*, q. v.) submissio, **a.**, *τινὸς εἴς τι*, 2 Cor. 9, 13. (ad verbum: quod vestra confessio doctrinae salutari de Christo subiecta est.) — **b.**, intrans., obsequium, Gal. 2, 5. 1 Tim. 2, 11. 3, 4.

Ὑποτάσσω (*ττω*), f. *τάξω*, perf. p. *ὑποτέταγμαι*, aor. 2. p. *ὑπετάγην*, (ex *ὑπό* et *τάσσω*) 1., act., *subiicio*, **a.**, *τινί τι* s. *τινά*, Hebr. 2, 5. Phil. 3, 21. — pass., Rom. 8, 20. 1 Cor. 14, 32. 15, 27. 28. 1 Petr. 3, 22. — **b.**, *τινά* s. *τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας τινός*, 1 Cor. 15, 27. Eph. 1, 22. — *ὑποκάτω τῶν ποδῶν τινος*, Hebr. 2, 8. — 2., Med., *pareo*, Rom. 13, 5. 1 Cor. 14, 34. — *τινί*, Luc. 2, 51. (*ἦν ὑποτασσόμενος*, erat is, qui se submitteret, i. e. se submisit, paruit) 10, 17. 20. Rom. 8, 7. 13, 1. Eph. 5, 22. 24. Tit. 2, 5. 9. 3, 1. 1 Petr. 2, 18. 3, 1. 5. — cedo alicui, 1 Cor. 16, 16. Eph. 5, 21. 1 Petr. 5, 5. (*ἀλλήλοις*.) — aor. 2. p. signif. med., parui, Rom. 10, 3. — imperat., parete, Jac. 4, 7. 1 Petr. 2, 13. 5, 5. — fut. 2. p., Hebr. 12, 9.

Ὑποτίθημι, f. *-θήσω*, (ex *ὑπό* et *τίθημι*) suppono, *τί*, Rom. 16, 4. (suam ipsorum cervicem supposuerunt scil. cultro s. gladio, i. e. mortis periculo

se obiecerunt.) — med., suppedito, suggero, τινί τι, — ταῦτα (haec praecepta), 1 Tim. 4, 6. (Jos. Ant. 5, 6, 3. Polyb. 3, 41, 8. — οἱ ὁ Jerem. 36, 25.)

Ὑποτρέχω, aor. 2. ὑπέδραμον, (ex ὑπό et τρέχω) propr., cursu infra deferor, de navigantibus: praetervehor (locum in ripa maris ideoque in loco altiore positum, cf. supr. ὑποπλέω), τινά (τόπον), Act. 27, 16.

Ὑποτύπωσις, εως, ἡ, (ab ὑποτυπόω et hoc ex ὑπό et τύπος, quasi: sub typo propono, cf. ὑπόδειγμα, vox technica graecitatis recentioris) adumbratio, delineatio (brevis et compendiaria expositio, v. Vales. ad Euseb. H. E. lib. 5. c. 11.), forma, 2 Tim. 1, 13. — τινός (gen. pers.), institutio (quae utitur exemplo proposito, informatio; „ita ὑποτύπωσις pro instructione seu institutione, in conc. Nic. 2. ubi patres de quibusdam sententiis sacrae script. pronuntiant, eas esse scriptas εἰς ἡμετέραν ὑποτύπωσιν." Vales. l. l.), 1 Tim. 1, 16.

Ὑποφέρω, aor. 1. ὑπήνεγκα, aor. 2. ὑπήνεγκον, (ex ὑπό et φέρω) pr., suffero (rem in humeros meos sublatam), sustineo, τί, 1 Cor. 10, 13. 2 Tim. 3, 11. 1 Petr. 2, 19. (Polyb. 1, 1, 2. — οἱ ὁ Job. 2, 10. Ps. 68, 7. Prov. 6, 33. Mich. 7, 9.)

Ὑποχωρέω (ῶ), f. ήσω, (ex ὑπό et χωρέω) retro cedo, secedo, εἰς τόπον τ., Luc. 9, 10. (pro εἰς: ἐν in construct. praegn. adiuncta quietis et commorationis notione), Luc. 5, 16.

Ὑπωπιάζω, f. άσω, (a voc. ὑπώπιον, composito ex ὑπό et ὤψ, ὠπός, i. e. ea faciei pars, quae sub oculis est) propr., sugillo, ut sub oculis vibices maculaeque luridae existant, Aristoph. Pac. 539. hinc: obtundo, τινά (aliquem, v. c. precibus), Luc. 18, 5. (ut lat. obtundo, Terent. Adelph. 1, 2, 33.) — τὸ σῶμα, corpus meum duriter tracto et laboribus exerceo, 1 Cor. 9, 27. — al. ὑποπιάζω, q. v.

Ὗς, ὑός, ὁ, ἡ, sus (porcus, porca), 2 Petr. 2, 22. (οἱ ὁ Levit. 11, 7. Deut. 14, 8. Prov. 11, 22.)

Ὕσσωπος, ου, ἡ, (hebr. אֵזוֹב, Ex. 12, 22. Num. 19, 6. 18. al.) hyssopus (et hyssopum), nos: Ysop, genus plantarum nascens in terris occidentalibus et orientalibus, et in his quidem eam altitudinem attingens, ut inter frutices et arbusculas numeretur, unde, Joh. 19, 29. ὑσσώπῳ dictum pro: καλάμῳ ὑσσώπου. — Hebr. 9, 19. (hyssopi fasciculus aspergilli loco in sacris fuit; confici aspergillum solebat ex ramo hyssopi circumnexa lana rubra s. coccinea, Ex. 12, 22. Levit. 14, 49. 50.)

Ὑστερέω (ῶ), f. ήσω, (a comparat. ὕστερος) **a.**, activ. α., i. q. ὑστερός εἰμι, i. e. posterior sum (oppon. προτερέω), inter eos sum, qui serius veniunt, Hebr. 4, 1. (ne forte quis existimetur tardasse, i. e. ne quis incredulus a spe et fide Christianorum deficiat, ut explicatur v. 11. et 3, 19. vid. 12, 15.) — inferior sum, 1 Cor. 12, 24. — deficio, Joh. 2, 3. — β., ὑστερῶ τι (i. q. ὑστερεῖ μοί τι, deficit me adhuc aliquid, ut Marc. 10, 21. cf. Neh. 9, 21.), deficio aliqua re, Matth. 19, 20. (ut Ps. 38, 5.) — ὑστερῶ τινός, destituor (careo) aliqua re, Luc. 22, 35. (Jos. Ant. 2, 2, 1.) — ἀπό τινος (ex hebr.), deficio ab aliquo, Hebr. 12, 15. (Eccles. 6, 2.) — **b.**, Med. inopia laboro, Luc. 15, 14. 1 Cor. 8, 8. et Phil. 4, 12. (oppon. περισσεύειν, abundare, Hebr. 11, 37.) 2 Cor. 11, 8. — τινός, careo aliqua re, Rom. 3, 23. (οἱ ὁ Num.

24, 11. — Jos. Ant. 15, 6, 7.) — *ἔν τινι* (pro Graecor. dat. simplici, Thuc. 1, 134. Plat. de rep. 7, 178. tom. 9.), inopia laboro, si spectetur aliquid, i. e. deficio in aliqua re, deficit me aliquid, 1 Cor. 1, 7. (opp. *πλουτίζεσθαι ἔν τ.* utuntur Graeci et verbo *ὑστερίζειν τινί* et *τινός.*)

'Υστέρημα, *τος, τό,* (a v. *ὑστερέω*, perf. pass.) defectus, id, quod deest adhuc (oppon. *τὸ περίσσευμα* et *τό περισσεῦόν τινι*), Luc. 21, 4. 2 Cor. 8, 13. 14. — *προςαναπληροῦν τὸ ὑστέρημα*, 2 Cor. 11, 9. — plur., 9, 12. — add. gen. rei, cuius defectus adhuc complendus est, Col. 1, 24. (*τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ* non sunt: calamitates propter Christum tolerandae, sed: quae Christo adhuc tolerandae in membris corporis sui, i. e. ecclesiae, restant.) Phil. 2, 30. — *καταρτίσαι τὸ ὑστ. τινος* (v. *καταρτίζω*), 1 Thess. 3, 10. (differt hoc ab *ἀναπληρόω* et est: rem integram facere, ut sit id, quod esse *debet*, *ἀναπληρ.* vero de eo dic., quod adhuc accedere *potest.*)

'Υστέρησις, *εως, ἡ,* (a v. *ὑστερέω*) inopia, penuria, Marc. 12, 44. (Luc. 21, 4. *ὑστέρημα.*) — *καθ' ὑστέρησιν* (*λέγω*), i. e. quasi non essem *αὐτάρκης*, Phil. 4, 11.

"Υστερος, *α, ον,* (cohaeret c. *ὑπό*, opposito *τοῦ πρό*, quasi *ὑπέστερος*, et c. *ὕψος*, capitis supinati) posterior, subsequens, *ἐν ὑστέροις καιροῖς*, 1 Tim. 4, 1. (*οἱ ό* 1 Chron. 29, 29. — Hom. Il. 5, 17. novissimis temporibus, i. e. finem mundi antecedentibus,) — neutr. *τὸ ὕστερον*, adv., postea, serius, Matth. 4, 2. (ita ap. Homerum saepius posito *τῷ ὡς* additur *ἔπειτα*) 21, 29. 32. 37. 25, 11. 26, 60. Marc. 16, 14. Luc. 4, 2. Joh. 13, 36. Hebr. 12, 11. — *ὕστερόν τινος*, post aliquem, Matth. 22, 27. Luc. 20, 32. (*οἱ ό* Jerem. 29, 2. 31, 19. — Xen. H. G. 3, 2, 21.)

'Υφαντός, *ή, όν,* (a v. *ὑφαίνω*, texo) textus, contextus, Joh. 19, 23. (*οἱ ό* Ex. 28, 6. — Jos. Ant. 3, 2, 4. 3, 6, 4.)

'Υψηλός, *ή, όν,* (a voc. *ὕψος*) altus, a, um; *ὄρος*, Matth. 4, 8. (Luc. 4, 5.) 17, 1. (Marc. 9, 2.) Apoc. 21, 10. — *τεῖχος*, Apoc. 21, 12. — neutr. *τὰ ὑψηλά*, coelum, Hebr. 1, 3. (cf. Ps. 92, 4. 112, 5. Jes. 33, 5. — v. *ὕψιστος.*) — metaph., eximius, sublimis, Luc. 16, 15. Rom. 12, 16. (alta spirare, cf. 1 Sam. 2, 3.) — *βραχίων ὑψηλός*, brachium potens (ex usu hebr. רָם), Act. 13, 17. cf. Ex. 6, 1. 32, 11. Deut. 4, 34. Jes. 5, 25. 17, 21. al.) — *ὑψηλότερός τινος*, Hebr. 7, 26. (cf. Eph. 4, 10.)

'Υψηλοφρονέω (*ῶ*), f. *ήσω*, (ex *ὑψηλός* et *φρονέω*) alta spiro, Rom. 12, 20. 1 Tim. 6, 17.

"Υψιστος, *η, ον,* (superl. ab adv. *ὕψι*, alte, comp. *ὑψίτερος*, cf. *ἄριστος* ab *ἄρι*) summus, a, um — *ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος*, summus (עֶלְיוֹן, Jes. 57, 15.), Marc. 5, 7. (Luc. 8, 28.) Luc. 1, 32. 35. 76. 6, 35. Act. 7, 48. 16, 17. Hebr. 7, 1. (cf. Num. 24, 16. Deut. 32, 8. Dan. 4, 21. 25. al. Sirac. 41, 8. — ita de Iove Pind. Nem. 1, 90.) — Neutr. *τὰ ὕψιστα*, coelum, (Job. 16, 19. Jes. 57, 15. Prov. 25, 3.) Matth. 21, 9. (Marc. 11, 10. Luc. 19, 38.) Luc. 2, 14.

"Υψος, *εος (ους), τό,* (cohaeret cum *ὑπό*) altitudo, Eph. 3, 18. Apoc. 21, 16. (Xen. Mem. 3, 4, 7. — *οἱ ό* Gen. 6, 15. Ex. 25, 10. Ez. 40, 43.) —

τὸ ὕψος, coelum, Luc. 1, 78. 24, 49. Eph. 4, 8. (e Ps. 67, 19.) — metaph., dignitas, Jac. 1, 9. (οἱ ὁ Job. 5, 11. 1 Macc. 1, 40.) — Hinc verb. seq.

Ὑψόω (ῶ), f. ώσω, in altum tollo, τινά s. τί, Joh. 3, 14. (vid. Num. 21, 7. coll. 2 Reg. 18, 4.) — τινά, de Jesu: ὑψωθῆναι, scil. ἐκ τῆς γῆς, Joh. 3, 14. (in coelum; al. in crucem) 8, 28. (si me in coelum dimiseritis, scil. mortem violentam passum. Al. cum me in crucem egeritis) 12, 34. (oppon. μένειν, scil. in his terris) Act. 2, 33. 5, 31. — ὑψοῦν τινὰ ἕως τοῦ οὐρανοῦ (oppon. καταβιβάζειν ἕως ᾅδου), metaph., ad culmen opulentiae ac felicitatis aliquem evehere, pass., Matth. 11, 23. Luc. 10, 15. cf. Jerem. 49, 86. — eveho aliquem ad dignitatem, honores, felicitatem (opp. ταπεινῶ), τινά, Luc. 1, 52. Act. 13, 17. 2 Cor. 11, 7. Jac. 4, 10. 1 Petr. 5, 6. — ἐμαυτόν, me effero (fastu ac vana superbia), Matth. 23, 12. (Luc. 14, 11.) Luc. 18, 14. (oppon. ταπεινῶ ἐμαυτόν.) — in iisdem locis pass. ὑψωθήσεται, honore afficitur. — Hinc voc. seq.

Ὕψωμα, τος, τό, a., id, quod elatum s. exaltatum est, excelsum (oppon. βάθος), Rom. 8, 39. — b., speciat., vallum exstructum, propugnaculum, 2 Cor. 10, 5. (Judith. 15, 9.)

Φ.

Φάγος, ου, ὁ, (ab ἔφαγον. Hesych.: τρώκτης· φάγος ὁ ἀπὸ πάντων ἐσθίων κ. κερδαίνειν βουλόμενος, πανοῦργος, ἀπατέων) vorax, comedo (cui mos est multum cibi capiendi; differt φαγός adiectiv. comedens, ut βοσκός, pascens), Matth. 11, 19. (Luc. 7, 34. iunct. c. οἰνοπότης.)

Φάγω, in usu est solus aor. 2. ἔφαγον cum suis modis et fut. (recentioris graecitat.) φάγομαι, 2. pers. φάγεσαι (Luc. 17, 8.), comedi, comedebam, Matth. 14, 16. 20. (Marc. 6, 37. 42. Luc. 9, 13. 17.) 15, 37. (Marc. 8, 8.) 25, 35. 42. 26, 26. (Marc. 14, 22. 1 Cor. 11, 24.) Marc. 6, 31. 42. Luc. 14, 15. 15, 23. 24, 43. Joh. 4, 31. 33. 6, 5. Act. 10, 13. 11, 7. 1 Cor. 11, 21. — c. dat. instrum. χερσί, Matth. 15, 20. — οἱ φαγόντες, qui comederant, Marc. 6, 44. 8, 9. — φαγεῖν κ. πιεῖν, Luc. 12, 29. 17, 8. 1 Cor. 9, 4. 10, 7. (Ex. 32, 6.) 15, 32. — μὴ φαγεῖν μηδὲ πιεῖν, a cibis abstinere, Act. 9, 9. — μήτε — μήτε, Act. 23, 12. 21. — τί, — ἄρτον, i. e. vel ex hebr. cibum capio, Marc. 3, 20. Luc. 14, 1. 15. Joh. 6, 23. (Gen. 3, 17. Ex. 2, 20.) — vel pane, non alio cibo vescor, Joh. 6, 31. — τοὺς ἄρτους (comedo), Matth. 12, 4. (Marc. 2, 26. Luc. 6, 4.) — τὸ μάννα, Joh. 6, 31. 49. — βρῶσιν, Joh. 4, 32. 1 Cor. 10, 3. — τὸ πάσχα (ago, celebro), Marc. 14, 12. 14. (Luc. 22, 8. 11. cf. 1 Cor. 11, 20.) — πάντα, i. e. cibos omnis generis, Rom. 14, 2. — τί in interrog. indir., Matth. 6, 25. 31. (Luc. 12, 22. 29.) 15, 32. (Marc. 8, 1. 2.) Marc. 6, 36. — οὐκ ἔφαγεν οὐδέν, cibo abstinuit, Luc. 4, 2. — κρέα, 1 Cor. 8, 13. — τὴν σάρκα τινός, Joh. 6, 52. — plur., Apoc. 17, 16. 19, 18. Jac. 5, 3. (consumere.) — attract., Luc. 15, 23. — subintellig. εἰδωλόθυτα, Rom. 14, 23. 1 Cor. 8, 8. — Apoc. 10, 10. — φαγεῖν ἔκ τινος, de aliquo (i. e. de substantia, quae manet, inde ut et alii sumere possint, v. ἐσθίω ἐκ), Luc. 22, 16. Joh. 6, 26. 50. 51. 18, 28. Hebr. 13, 10. Apoc. 2, 7. — ἀπό τ., v. 17. — μετά τινος (genit. pers.), Luc. 7, 36. 22, 15. — ἐνώπιόν τινος,

Luc. 13, 26. 24, 43. — *ἄρτον φαγεῖν παρά τινος*, cibis uti ab aliquo paratis, aliena quadra vivere, 2 Thess. 3, 8. — futur. *φάγομαι*, Luc. 17, 8. Jac. 5, 3. Apoc. 17, 16. — De caeteris v. *ἐσθίω*.

Φαιλόνης, *ου*, *ὁ*, (s. potius: *φαινόλης*, scribitur etiam *φελόνης*) lat. paenula (Athen. 3, c. 57. *οὐ σὺ εἶ, ὁ καὶ τὸν καινὸν φελόνην [εἴρηται γάρ, ὦ βελτίστε, καὶ ὁ φαινόλης] εἰπών; παῖ Λεῦκε, δός μοι τὸν ἄχρηστον φαιλόνην.* Quint. 6, 3. „si non pluit, non est opus tibi penula. Cf. Cic. pro Miloue 10, 20.), pallium eum, qui utitur, a tempestatis injuria tutum praestans, 2 Tim. 4, 13. (Alii intelligunt thecam, recipiendis libris aptam, capsulam librariam, sequuti Syrum, qui vertit: בֵּית כְּתוֹבָא, atque eiusmodi thecam dicunt Judaeos פַּלִינָיָא appellasse. Sic quoque Hesych.: *φαιλόνης· εἰλητάριον μεμβραΐνον, ἢ γλωσσόκομον* (scil. *γλωσσόκ. ἐν ᾧ ἔκειτο τὰ βιβλία*). Chrysost. *φαιλόνην ἐνταῦθα τὸ ἱμάτιον λέγει· τινὲς δέ φασι τὸ γλωσσόκομον, ἔνθα τὰ βιβλία ἔκειτο.* — Etymol. magn. *Φελόνης· εἰλητόν, τομάριον, μεμβράνον ἢ γλωσσόκομον.*

Φαίνω, f. *φανῶ*, aor. 1. *ἔφηνα*, aor. 2. p. *ἐφάνην* (a *φάος* s. *φῶς*, lux) in lucem edo, lucere facio; — in N. T. **a.**, act. intransit., luceo, lucem spargo; *τὸ φῶς φαίνει*, Joh. 1, 5. 1 Joh. 2, 8. Apoc. 18, 23. — *ὁ λύχνος*, Joh. 5, 35. 2 Petr. 1, 19. — *ὁ ἥλιος*, Apoc. 1, 16. 21, 23. — *ἡ ἡμέρα*, 8, 12. (Theocr. Idyll. 2, 11. Hom. Od. 4, 12.) — **b.**, pass. luceo, splendeo, mico, Apoc. 8, 12. (ut dies non lucida sit secundum tertiam partem) Phil. 2, 15. Matth. 2, 7. 24, 27. — conspicuus fio, in lucem proferor (appareo), Matth. 24, 30. — de apparentibus angelis: Matth. 1, 20. 2, 13. 19. 9, 33. (*οὕτως.*) — de redivivis: Luc. 9, 8. — de segete, in lucem prodeo, Matth. 13, 26. — Hebr. 11, 3. — in oculos incurro, clarus fio, c. praedic. s. partic. loco infinitivi (ich erscheine als —), Matth. 6, 16. 18. 23, 27. 28. Rom. 7, 13. 2 Cor. 13, 7. (*φαίνομαι δόκιμος.*) — conspicior, 1 Petr. 4, 18. Jac. 4, 14. (oppon. *ἀφανίζομαι.*) — *φαίνομαί τινι*, Matth. 6, 5. Marc. 16, 9. (i. q. *ἐμφανίζομαι*, Matth. 27, 53.) — *φαίνεταί μοι* (i. q. *δοκεῖ μοι*), Marc. 14, 64. — speciem prae me fero (den Schein haben); — *ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆροι*, Luc. 24, 11.

Φαλέκ, *ὁ*, (פֶּלֶג, divisio, dispersio) Phaleg, filius Heberis (Gen. 10, 25.), Luc. 3, 35.

Φανερός, *ά*, *όν*, **a.**, *manifestus* (oppon. *κρυπτός* et *ἀπόκρυφος*), absol., Marc. 6, 14. 1 Cor. 3, 13. 14, 25. Gal. 5, 19. — *φανερὸν ποιεῖν τινα*, indicare quis sit aliquis, Matth. 12, 16. (Marc. 3, 12. cf. v. 11. Luc. 4, 41.) — Neutr. *εἰς φανερὸν ἐλθεῖν*, in lucem prodire, Marc. 4, 22. Luc. 8, 17. — *ἐν τῷ φανερῷ*, in publico, palam (opp. *ἐν τῷ κρυπτῷ*, in occulto), Matth. 6, 4. 6. Rom. 2, 28. — **b.**, *φανερός τινι*, manifestus alicui (de eo, qui innotuit), Act. 4, 16. 7, 13. — *φανερὸς ἔν τισι*, manifestus inter aliquos, 1 Cor. 11, 19. 1 Tim. 4, 15. — Neutr. cognitum inter aliquos, Rom. 1, 19. — *ἐν* c. dat. loci, Phil. 1, 13. — **c.**, *φανερός*, is, qui clare cognosci potest (kenntlich), *ἔν τινι*, in aliquo, per aliquid, 1 Joh. 3, 10. — Hinc verb. seq.

Φανερόω (*ῶ*), f. *ώσω*, manifesto, manifestum reddo (oppon. *ἀποκρύπτω*) **a.**, *τί*, Joh. 2, 11. 3, 21. 1 Cor. 4, 5. — *τὸ μυστήριον*, Col. 4, 4. —

τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως, i. e. τὴν γνῶσιν ὡς ὀσμήν, 2 Cor. 2, 14. τὸν λόγον, Tit. 1, 3. — pass., manifestor, de eo, quod ex occulto, e tenebris in conspectum venit (opp. κρυπτός εἰμι), Marc. 4, 22. Rom. 3, 21. Eph. 5, 13. Hebr. 9, 8. Apoc. 3, 18. 15, 4. 1 Joh. 3, 2. — τὸ φανερούμενον (quod non est med., sed pass.), quod manifestum redditur, Eph. 5, 13. — φανερόω τί τινι, Joh. 17, 6. Rom. 1, 19. Col. 1, 26. (οἱ ό Jerem. 33, 6.) — τὶ διά τινος, 2 Cor. 2, 14. — pass., Rom. 16, (in textu Griesb. 14,) 26. 2 Tim. 1, 10. — τὶ ἔν τινι (dat. medii s. instrum.), pass., Tit. 1, 3. — ἔν τινι (dat. signi), pass., 1 Joh. 4, 9. (cf. φανερὸς ἔν τ.) — τὶ ἐνώπιόν τινος, pass., 2 Cor. 7, 12. — φανερoῦμαι ὑπό τινος, relegor ab aliquo, Eph. 5, 13. — *b*., τινά, pass., Col. 3, 4. 1 Petr. 5, 4. 1 Joh. 1, 2. 2, 28. 3, 5. — τινά τινι, Joh. 7, 4. 21, 1. — pass., me ostendo, v. 14. Marc. 16, 14. innotesco, c. 1, 31. — ἔν τινι (de amictu), pass., conspicuus reddor, Marc. 16, 12. Col. 3, 4. 1 Tim. 3, 16. — ἔν τινι, de loco, 2 Cor. 4, 10. 5, 11. — ἔμπροσθέν τινος, pass., 2 Cor. 5, 10. — εἴς τινα, pass., i. e. animum meum palam declaro erga aliquem, 2 Cor. 11, 6. — διά τινος, pass., Hebr. 9, 26. — διά τινα (propter), 1 Petr. 1, 20. — εἰς τοῦτο, ἵνα, 1 Joh. 3, 8. — pass. φανερούμενός εἰμι ὅτι seq. 1. pers. (pro φανερός εἰμι c. particip. et hoc pro: φανερόν ἐστι seq. acc. c. inf.), 2 Cor. 3, 3. 1 Joh. 2, 19.

Φανερῶς, adv., manifesto, i. e. *a*., perspicue, clare; — ἰδεῖν τινα, Act. 10, 3. — *b*., palam, Marc. 1, 45. — opp. ἐν κρυπτῷ, Joh. 7, 10.

Φανέρωσις, εως, ἡ, (a v. φανερόω) manifestatio, ἡ . . τοῦ πνεύματος, genit. obiect., 1 Cor. 12, 7. — ἡ . . τῆς ἀληθείας, 2 Cor. 4, 2.

Φανός, οῦ, ὁ, (a v. φαίνω) fax, lucerna, Joh. 18, 3.

Φανουήλ, ὁ, (פְּנוּאֵל, προσώπων τ. θεοῦ) Phanuel, pater Annae prophetissae, Luc. 2, 36.

Φαντάζω, (ab adi. verbali φαντός, quamquam non occurrit) ostento, spectaculo propono. Pass. (Sap. 6, 17. formas induit, quibus se conspicuam reddat) τὸ φανταζόμενον (i. q. τὸ φάντασμα), visum, spectaculum, Hebr. 12, 21.

Φαντασία, ας, ἡ, (a v. φαντάζω) ostentatio, pompa, Act. 25, 23. (οἱ ό Zach. 10, 1.)

Φάντασμα, τος, τό, (a v. φαντάζω) visum, spectrum, Matth. 14, 26. Marc. 6, 49. (Jos. Ant. 5, 8, 2. — Sap. 17, 14.)

Φάραγξ, αγγος, ἡ, hiatus terrae, confragosa vallis, Luc. 3, 5. (Jes. 40, 4. cf. Jos. 15, 7. Jes. 8, 7. — Aelian. V. H. 13, 1. Xen. H. G. 7, 2, 13.)

Φαραώ, ὁ, (hebr. פַּרְעֹה, ap. Jos. Ant. 2, 13. et cap. 14. φαραώθης) Pharao, nomen appellativ. regum Aegytiorum (Jos. Ant. 8, 6, 2. ὁ φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει), Act. 7, 10. Rom. 9, 17. Hebr. 11, 24.

Φαρές, (פֶּרֶץ, fractio, ruptura) Gen. 38, 29. — Phares, filius Judae, quem ex Thamare, nuru sua suscepit, Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Φαρισαῖος, ου, ὁ, (ap. Rabbin. פָּרוּשׁ, separatus, a פָּרַשׁ. Suidas ex Cedreno: Φαρισαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι παρὰ τὸ μερίζειν κ. ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου

κ. ἀκριβέστατον καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα, κ. τ. λ.) Pharisaeus, sectae Pharisaeorum addictus (ἡ Φαρισαίων αἵρεσις παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωϊκῇ λεγομένῃ, Jos. vit. §. 2. — Φαρισαῖοι, οἱ δοκοῦντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα, Jos. B. J. 2, 8, 14.), Act. 5, 34. 15, 5. 26, 5. Phil. 3, 5. — Matth. 9, 14. (Marc. 2, 18. Luc. 5, 33. — τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσιν, οὐδὲν εἰς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες, Jos. Ant. 18, 1, 3.) — Act. 23, 6 — 9. (ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, scil. λέγουσι, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. Jos. l. l.) — Reprehenditur in N. T. ipsorum superbia, avaritia, pietatis ostentatio, Matth. 3, 7. 5, 20. 9, 11. (Marc. 2, 16. Luc. 5, 30. 33.) 16, 1. 6. (Marc. 8, 11. 15. Luc. 12, 1.) 21, 45. 23, 2 — 8. Luc. 7, 30. 39. 15, 2. 16, 14. 18, 11. — malignitas, Matth. 22, 15. (Marc. 12, 13.) — quod ritibus externis et traditionibus plus tribuant, quam legi divinae, Matth. 15, 1. 2 seq. (Marc. 7, 1 — 3. 5 seq.) 12, 2. (Marc. 2, 24. Luc. 6, 2.) Luc. 6, 7. 7, 30. 11, 38 — 44. (Matth. 23, 23 — 33.) 14, 1. 3. Joh. 1, 24. 4, 1. 9, 13—16. — et quod matrimonii sanctitatem violari patiantur, Matth. 19, 3. 4. (Marc. 10, 2. Luc. 16, 18.) Joh. 8, 9. v. μοιχαλίς. — erant adversarii Jesu infensissimi, Joh. 7, 32. 48. 11, 46. 12, 19. 42. 18, 3. Matth. 9, 34. (12, 24. Marc. 3, 22.) — unus (scriba) laudatur, Marc. 12, 34.

Φαρμακεία, ας, ἡ, (cohaeret c. φαρμακεύω) **a.**, usus ac largitio medicamentorum (Xen. Mem. 4, 2, 17.). — **b.**, veneficium (Herodot. 7, 114.), Apoc. 9, 21. 18, 23. — incantationes, artes magicae, Gal. 5, 20. (οἱ ὁ Ex. 7, 11. Jes. 47, 9. cf. Sap. 18, 13.)

Φαρμακεύς, έως, ὁ, (cohaeret c. v. φαρμακεύω, i. q. φαρμακός, φαρμακευτής) qui medicamenta conficit, veneficus Apoc. 21, 8. (Jos. vit. §. 31.)

Φαρμακός, οῦ, ὁ, ἡ, (v. φαρμακεύς) i. q. φαρμακεύς, q. v.); — plur., Apoc. 21, 8. 22, 15.

Φάσις, εως, ἡ, (a v. φαίνω) indicium („κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων", Pollux 8, 6, 47.), Act. 21, 31. (ἀνέβη c. dat., i. e. afferebatur in altiore loco s. in arce sedenti chiliarcho.)

Φάσκω, (a φάω s. φημί) falso praedico, iacto (vorgeben), seq. acc. c. inf., Act. 24, 9. 25, 19. (Xen. Mem. 1, 2, 19. — 2 Macc. 14, 27. 32.) Rom. 1, 22. (φάσκοντες εἶναι σοφοί, nominat. praedicati per attract., v. δέομαι.)

Φάτνη, ης, ἡ, praesepe, Luc. 2, 12. 16. 13, 15. (Xen. de re eq. 4, 1. — οἱ ὁ Job. 39, 9. Prov. 14, 4. Jes. 1, 3.)

Φαῦλος, η, ον, (ap. Herodot. φλαῦρος) vilis (Xen. Mem. 1, 6, 2.), malus, adi., Jac. 3, 16. (Xen. Mem. 2, 3, 17.) — Neutr. φαῦλόν τι λέγειν περί τινος, Tit. 2, 8. — φαῦλα πράσσειν, Joh. 3, 20. — τὰ φ., 5, 29.

Φέγγος, εος (ους), τό, (cognat. c. verbo φαίνειν) splendor, lux, Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. Luc. 11, 33. (οἱ ὁ Joël. 2, 10. 3, 15. Ez. 1, 4. 13. 27. Sap. 7, 6.)

Φείδομαι, f. εἴσομαι, aor. 1. ἐφεισάμην, verb. depon. med.) parco, 2 Cor. 13, 2. — τινός, parco alicui, Act. 20, 29. Rom. 8, 32. 11, 21. 1 Cor. 7, 28. 2 Cor. 1, 23. 2 Petr. 2, 4. 5. (Xen. Mem. 1, 2, 22. Aelian. V. H. 3, 43. —

οἱ ὁ 1 Sam. 15, 3. 24, 11. Neh. 13, 22. Ps. 71, 13. Jes. 14, 6.) — seq. inf. (Xen. Cyr. 1, 6, 35.) abstineo, 2 Cor. 12, 6. (scil. τοῦ καυχᾶσθαι.) — Hinc voc. seq.

Φειδομένως, adv., (quod Graeci non habent) participii φειδόμενος a v. φείδομαι; parce, 2 Cor. 9, 6.

Φελόνης, v. φαιλόνης.

Φέρω, f. οἴσω, (Joh. 21, 18. Apoc. 21, 26.) aor. 1. ἤνεγκα, (aor. 2 ἤνεγκον in N. T. non legitur) aor. 1. pass. ἠνέχθην (2 Petr. 1, 17. 21.) pro ἐνείχθην, (aor. 1. act. ἤνεικα, ap. Hom. etiam ἔνεικα, ab inusitato praes. ἐνέκω s. ἐνείκω, cf. προςενήνοχα, Hebr. 11, 17.) *fero*, τινά vel τί, i. e. **a.**, promoveo, pass. feror, i. e. moveor, v. c. de iis, qui navi feruntur per mare, Act. 27, 15. 17. — de flatu venti, ruo, Act. 2, 2. (cf. Jerem. 18, 14.) — ὑπό τινος (de iis, qui aguntur, impelluntur), 2 Petr. 1, 21. — φέρομαι ἐπί τι, ad aliquid deferor (abeo), Hebr. 6, 1. — **b.**, porto, τὶ ὄπισθέν τινος, Luc. 23, 26. — **c.**, sustineo, i. e. sustento (ne labatur), Hebr. 1, 3. (v. ὑπόστασις.) — **d.**, perfero, tolero, v. c. τὸν ὀνειδισμόν, Hebr. 13, 13. — τινά, vim alicuius sustineo, Hebr. 12, 20. — patienter fero aliquem s. parco alicui (alicuius improbitati), Rom. 9, 22. (Xen. Mem. 2, 2, 10. 2, 3, 5.) — **e.**, mecum fero, Luc. 24, 1. Joh. 19, 39. — **f.**, praevalente cogitatione termini ad quem **a.**, affero (bringen, herzubringen), τινά, Marc. 2, 3. Act. 5, 16. — τί, Marc. 12, 16. Luc. 15, 23. Act. 4, 34. 37. 5, 2. 2 Tim. 4, 13. — κατηγορίαν κατά τινος, Joh. 18, 29. Act. 25, 7. 2 Petr. 2, 11. (non proferunt contra eos vocem conviciosam apud dominum, cf. Judae v. 9. al.: sustinere non valuerunt.) — 2 Joh. v. 10. — τινὰ πρός τινα, Marc. 1, 32. 9, 17. 19. 20. — τινά τινι, Marc. 7, 32. 8, 22. — τί τινι, Marc. 12, 15. Joh. 2, 8. 1 Petr. 1, 13. — add. ὧδε, Matth. 14, 18. 17, 17. — εἰς c. acc. loci, Apoc. 21, 24. 26. — ἐπὶ πίνακι, Matth. 14, 11. Marc. 6, 28. — (partem) ἀπό τινος, Joh. 21, 10. — φέρω τινὶ φαγεῖν, Joh. 4, 33. — not. Hebr. 9, 16. φέρεσθαι (cf. nostr. sich zutragen). — β., admoveo, φέρε τὸν δάκτυλον, τὴν χεῖρά σου, Joh. 20, 27. — γ., (ex occulto et occluso) profero, edo (v. c. vaticinium), pass., 2 Petr. 1, 21. (vocem) v. 17. (τινί, in honorem alicuius.) — καρπόν, Joh. 12, 24. 15, 2. (Hom. Od. 4, 229. Xen. Mem. 2, 1, 28. Aelian. V. H. 3, 18.) — abest καρπούς, Marc. 4, 8. — **g.**, duco (führen), ἐπί τινα, Marc. 15, 22. Act. 14, 13. — (ἐκεῖ) ὅπου, Joh. 21, 18. — metaph. porta dic. φέρειν (lat. ferre s. ducere) εἰς τόπον τινά, Act. 12, 10. (Xen. Cyr. 5, 4, 41.)

Φεύγω, f. ξομαι, (Joh. 10, 5.) aor. 2. ἔφυγον, **a.**, fugio, aufugio, Matth. 8, 33. (Marc. 5, 14. Luc. 8, 34.) 26, 56. (Marc. 14, 50.) Joh. 10, 12. 13. Act. 7, 29. — ἔφυγε, evanuit, Apoc. 16, 20. cf. 20, 11. (Ps. 113, 3. 5.) — **b.**, evado, Hebr. 12, 25. — ἀπό τινος, genit. rei, fugio a, i. e., celeriter discedo a, Marc. 16, 8. (Xen. Cyr. 7, 2, 4.) — vito aliquid, 1 Cor. 10, 14. — genit. pers., fugio aliquem, Joh. 10, 5. Apoc. 9, 6. — ab aliquo, Marc. 14, 52. Jac. 4, 7. — effugio aliquid, Matth. 3, 7. (Luc. 3, 7.) 23, 33. (Xen. Mem. 2, 6, 31. Cyr. 7, 2, 4.) — ἀπὸ προςώπου τινός (ex hebr.), Apoc. 20, 11. — φεύγω εἰς, c. acc. loci, Matth. 2, 13. 10, 23. Marc. 13, 14. Luc. 21, 21. Apoc. 12, 6. (Xen. Mem. 1, 2, 24.) — ἐπί c. acc. loci, Matth. 24, 16. (Marc. 13, 14. et Luc. 21, 21. εἰς.)

— Xen. Ages. 2, 11. — **c.**, φεύγω τινά s. τί, vito, aversor aliquid, v. c. τὴν πορνείαν, 1 Cor. 6, 18. — oppon. διώκω, 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. (Xen. Cyr. 8, 1, 31.) — evado, effugio aliquid, Hebr. 11, 34.

Φῆλιξ, κος, ὁ, (nom. lat.) Claudius Felix, procurator Judaeae, ordine undecimus, maritus primum Drusillae, neptis Cleopatrae et Antonii (Tacit. Hist. 5, 9, 5. 6.), deinde Drusillae filiae Herodis Agrippae, cum e provincia decessisset atque Romam venisset, Judaei Caesarenses eum apud Neronem accusarunt, sed deprecante fratre ipsius Pallante absolvitur. (Tacit. Annal. 12, 54. Sueton. Vit. Claud. 1, 28. Jos. Ant. 20, 7. B. J. 2, 13.) Act. 23, 24. 26. 24, 3. 27. 25, 14.

Φήμη, ης, ἡ, (a φάω = φημί, cf. ἐπιστήμη, γνώμη, ῥώμη) lat. fama, Matth. 9, 26. Luc. 4, 14.

Φημί, imperf. ἔφην, (a φάω, in lucem profero) dico, **a.**, simpliciter; — ἔφη, dixit (aliquando), Matth. 26, 61. — ponunt scriptores historici, ubi alicuius verba relaturi sunt, φησί, ait, inquit, Act. 8, 36. 10, 31. 19, 35. 22, 2. 23, 18. 25, 24. Luc. 7, 44. 22, 58. Act. 10, 30. 16, 30. 17, 22. 23, 17. — φησί, ἔφη, i. q. respondit, Matth. 13, 29. Luc. 7, 40. Joh. 1, 23. 9, 38. Act. 7, 2. 10, 30. 22, 27. 28. 23, 5. — i. q. interrogavit, Matth. 27, 23. Act. 16, 30. 21, 37. — ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Act. 26, 24. — ἀποκριθεὶς ἔφη, Matth. 8, 8. — φησί et ἔφη, verbis ex ore alicuius relatis legitur interiectum: φησί, Matth. 14, 8. Act. 25, 5. 22. 26, 25. 2 Cor. 10, 10. — ἔφη, Act. 23, 35. (cf. Xen. Mem. 3, 11, 15. Oecon. 9, 14.) — φησί scil. ἡ γραφή, 1 Cor. 6, 16. Hebr. 8, 5. — **b.**, constr. τινί; — ἔφη αὐτῷ, αὐτοῖς, respondit ei, eis, Matth. 4, 7. 13, 28. 19, 21. 21, 27. 25, 21. 23. 26, 34. 27, 11. 16. 65. Marc. 14, 29. Luc. 7, 44. Act. 26, 32. — ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη, Luc. 23, 3. — πρός τινα, Luc. 22, 70. Act. 2, 38. 10, 28. 16, 37. 26, 1. 28. — τί, 1 Cor. 10, 15. — seq. ὅτι, τοῦτο — ὅτι, 1 Cor. 7, 29. 10, 19. 15, 50. — seq. accus. c. infin., Rom. 3, 8.

Φῆστος, ου, ὁ, Porcius Festus, procurator Judaeae, successor Felicis, v. Φῆλιξ, Act. 24, 27. 25, 1 seq. 26, 24 seq. (Jos. Ant. 20, 8. 9. B. J. 2, 13. 7.)

Φθάνω, f. φθάσω, aor. 1. ἔφθασα, praevenio, anteverto, τινά, anteverto aliquem, 1 Thess. 4, 15. (οὐ μή, coni. aor. pro οὐ c. fut., v. μή.) — pervenio, ἄχρι τινός, 2 Cor. 10, 14. (Philo de agric. p. 129. edit. Turn.) — εἴς τι, assequor aliquid (de eo, qui dicitur aliquid διώκειν), Rom. 9, 31. Phil. 3, 16. (Xen. Cyr. 5, 4, 9.) — ἐπί (auf, i. e. bis an) τινα, Luc. 11, 20. et Matth. 12, 28. (sens.: si vi divina diabolus expellitur a me, sequitur, imperium divin. suos fines ad vos propagasse) — ἐπί τινα (auf, i. e. über), supervenio aliquem, 1 Thess. 2, 16.

Φθαρτός, ἡ, όν, (a v. φθείρω, q. v.) corruptibilis, v. c. στέφανος, 1 Cor. 9, 25. 1 Petr. 1, 18. — σπορά, v. 23. — ἄνθρωπος, mortalis, Rom. 1, 23. — Neutr. τό, universe: id quod corruptibile est, 1 Cor. 15, 53. 54.

